ARMAMENTARII
HISTORICO-LEGALIS
ORDINUM EQVESTRIUM ET MILITARIUM
IN CODICES TRIPERTITI

In quorum Primo decem Diſcurſibus præmiſſis

RES EQVESTRES PERPENDENTIBUS
PECULIARES ALPHABETICA REGULA

De quolibet Ordine ſingillatim Diſcurſus habentur

Sic in altero continuatur Ordinum Nomenclatura

IN TERTIO AUTEM TOMO

MATERIA LEGALIS CANONICA, ET MORALIS

Ad illorum ornatum enucleatur

OPERA, ET STUDIO

THOMÆ ALOYSII SILVII TORELLI

Ex Comitibus Caſtri Falcini Nobilis Patricii, & Epiſcopi
Forolivii, ac Solio Pontificio Aſſiſtentis

TOMUS PRIMUS.



Forolivii Typis Antonii Barbiani Impreſs. Epiſc. Superiorum Facultate
SUB TESSERA EQVITUM)(1751.)

8 929.71
T631a
v.1

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

TER OPTIMO TER MAXIMO PONTIFICI

THOMAS EPISCOPUS FOROLIVIENSIS

Perennem Gloriam, & Felicitatem.

CANONICARUM SANCTIONUM norma ſervata, Dilectiſſimæ Forolivienſis Eccleſiæ meę Status Enarrationes Purpuratis Tridentini Concilii Sacræ Congregationis Patribus, pluries, & nuper obtuli. Cunctorum modo ſtudiorum meorum rationem redditurus, ne vacuus, ut monet Scriptura, coram Domino appaream, Sanctitatis Veſtrę provolutus ad Pedes, Codicem venerabundus exhibeo, Titulum præſe-

præſeferentem Argumenti, juxta ea quæ in primo expoſui Diſcurſu, a Gradu meo, non diſſonantis; quin imo apprimè proficui, & neceſſarii mihi, qui minimus ſum Epiſcoporum.

Sub allegorica enim Armamentarii Hiſtorico-Legalis nuncupatione tripertitum, & ſic tria in unum Opus aſſurgit, quo Religionum, & Ordinum Equeſtrium, & Militarium, cæterorumque cum illis Nobilium Cœtuum analogiam habentium Origo, Finis, Municipaleſque leges cumulantur.

Primarius hic Codex Typis Forolivienſibus nunc impreſſus, de Equeſtri re, de Militaribus Ordinibus, ac Religionibus profert, & in publicum Præliminares Diſcurſus deducit: Alphabetica poſtmodum Methodo cujuslibet Ordinis, & Cœtus Nomenclaturam, peculiariter ſeparatis Diſcurſibus Hiſtorias, & temporum Documenta, & Monumenta præbet: Jamque Volumen aliud Nomenclationis complementum amplectens, ſub eodem de præſenti Forolivienſi Prælo verſatur.

Ter

Tertius etiam quam primum ad ejuſdem Typographi Manus tranſibit Codex, qui jam abſolutus apud me ſervatur; & in hoc utriuſque Juris Theoremata ad eorundem Militarium, & Equeſtrium Ordinum Materiam quoquo modo ſpectantia habentur.

Codices hiſtorice ſcripti, ſimplici quidem ſtylo, non ſelectis dictionibus, non artificioſa Verborum collocatione, ſed forenſi prorſus Elocutione, ac methodo ſingula Scriptorum auctoritate firmavi.

In his conſtruendis, formandiſque Diſcurſibus, ingenue fateor B. P. ſeries immenſa laborum conditur, & panditur: Opus ſiquidem eſt, in quo a prima delineatione XX. pene Annorum curſum inſumpſi. Ut ea ſuccernerem, quæ ſelegi, plurima neceſſe fuit uoluere & Manuſcripta, & impreſſa Volumina, Latina, Italica, aliiſque peregrinis extenſa Linguis; Hiſtoriarum perpendere tempora, ambigua facta referre, Juris diſcutere Regulas, Sacros contemplari Canones, & Summorum Pontificum Conſtitutiones, atque illas, quas tanta Sapientia, tantaque

que eruditione S. V. in hoc etiam Nobiliſſimo Equeſtrium, & Militarium Ordinum argumento edidit, tum in duobus aureis revera Voluminibus Conſtitutionum, Bullarumque, ut vocant, tum in aliis Decretis, & Epiſtolis, ac demum in cœteris undequaque mira pariter Doctrina refertis Tractatibus, Canoniciſque ad Eccleſiarum Regimen opportunis, & neceſſariis Elocubrationibus.

Meritò proinde Liberales omnes Diſciplinæ non ſolum, ſed & Scientiæ univerſæ Sacro fœdere inito, certatim Tibi B. P. Gratiarum aſſiduè referunt actiones, & nunquam a Tibi debita Gratiarum actione ceſſabunt Pontifex doctiſſime: Tu Scientiarum omnium Altor, Tu Tutor, Tu Pater es; & quemadmodum in Dignitate, ita & in Litteris Scientiiſque Primas tenes.

Documentorum hujuſmodi Eccleſiaſtici Regiminis, Ordinumque Equeſtrium, & Militarium normam docentium, ſubſidio fretus, eaque ante oculos inconcuſſe retinens, Hiſtoricum hoc, & Legale conſtruere curavi Armamentarium, quo inſimul Epiſcopalis Officii partes, in mini-

miniſtranda Juſtitia Regulæ æqua lance librantur, ut in primo Operis Diſcurſu plene monſtravi.

Laborum meorum hic ſcopus; Studiorum hæc meta, Animi mei hoc Votum. En igitur S. V. obſequentiſſime Opus integrum dico Sanctiſſime Pater, in omnibus Dominus & Magiſter: Equeſtres quippe omnes, & Militares Ordines pro Fide, ac Catholicæ Fidei tuitione, ſtrenuiſſima & generoſiſſima Agmina ſunt, quæ tuo parent Imperio; Et nemo Catholicorum ignorat, ſine Pontificia Auctoritate, ac approbatione, Ordinem Equeſtrem & Militarem revera non ſubſiſtere, & quoties ab ea nefarie receditur, non Ordinem, ſed turpem remanere rerum inverſionem, & rudem, indigeſtamque Molem, ut in hoc ipſo Tomo oſtenſum eſt.

Nonne ipſe Sago, Toga, & in ſplendoribus Sanctorum inclytus Sanguis tuus Lambertinus Aragoniæ Regum Stemmatis fulgore clariſſimus, longe retroactis Seculis, in Bononienſi Patria Nobiliſſimo Equeſtri Ordini Generoſa paravit Cunabula, conſpicuumque tribuit exordium?

Eque-

Equeſtris hujus Ordinis Hiſtoricam ſeriem, ſua Sede, in altero Volumine expono.

Reliquum eſt, ut Summam S. V. Clementiam implorem, prout humilime etiam atque etiam exoro, ut ſi quid meam ob imbecillitatem minus perite, minuſque caute ex calamo prolapſum ſit, ſi quid errate irrepſerit, veniam indulgere dignetur.

Faxit itaque D. O. M. ut S. V. Soſpes diutiſſime, ac Incolumis vigeat, & longiſſimo, feliciſſimoque Annorum curſu valeat; cum nemo ſit qui dubitet, S. V. Proſpera cuncta optare, & felicia augurari, idem eſſe Univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ felicia omnia, fauſta omnia, & Proſpera optare, atque augurari.

APPROBATIO

De Mandato Illuſtriſſimi Domini Vicarii Generalis præclariſſimum Opus, cui Titulus, *Armamentarium Hiſtorico legale de Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus &c.* ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Domino Thoma Torelli, ex Comitibus Caſtri Falcini hujus Civitatis Patricio, vigilantiſſimo Præſule, ac Solio Pontificio Aſſiſtente ſolida eruditione contextum, attento non minus, quam eximia Animi mei delectatione perlegi, in eoque eruditiſsimi Antiſtitis virtutem, atque laborioſam ingenii diſciplinam admiratus, qui e tenebris ad lucem tot Militarium Equeſtrium Ordinum inſignia primordia reportando, ſpecieſque innumeras enucleando, omniaque circa illas ſcitu digna explanando, ac legalibus decorando ornamentis, quemadmodum litterariæ Reipublicæ decorem amplificavit, ita nil dubium, quin Typis committi debeat in dictorum Litteratorum ſolatium, ac in perpetuum Equeſtris Militiæ ornamentum exiſtimo.

Ego Annibal Bruni Patricius, & I. C. Forol.

A P P R O B A T I O

PEculiari attentione, quam ſumma animi jucunditas alacriorem reddebat, perlegi ex commiſſione Illuſtriſſimi Domini Dominici Antonii Caballini Vicarii Generalis ſingula folia, ex quibus conflatur Tomus Primus *Armamentarii Hiſtorico legalis de Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus &c.* opera, & ſtudio Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Domini Thomæ Torelli, ex Comitibus Caſtri Falcini, Patricii, & Epiſcopi Forolivienſis, ac Solio Pontificio Aſſiſtentis, in quibus ne quid minimum reperire datum fuit, quod Orthodoxæ Fidei, Canonicis Sanctionibus, Principibus, boniſque moribus diſſonum ſit; imo præter dicendi facilitatem, ordinatam enarrandi methodum, in ſummam admirationem traxit, quod vir unus, ſeptuagenario major, innumeras inter Paſtoralis Officii ſolicitudines, vaſto huic argumento ita ſatisfecerit, ut non ſine improbo labore, vigiliis, impendiiſque, noſtrates, ſimulque exoticos Codices, ac Documenta undequaque diligentiſſime conquiſita percurrendo, diſſidentes opiniones, implexas quæſtiones, difficiliores antinomias, non tam auctoritatum pondere, quam fœlici ingenii dexteritate ſuſtulerit, ac concordaverit; ſicque nullum in hoc genere opus hucuſque clarius, doctius, ac luculentius in lucem prodiiſſe fatendum ſit. At nil mirum: glorioſo enim ſub avitæ Crucis fauſtiſſimo ſigno doctiſſimus Auctor, & ipſe jugi ſtudio militans, taliter incommoda ætatis vincit, ut vegetior, fortiorque in dies aſſurgens, ſecundum Volumen excudendum tradiderit, tertiumque, cui jam ſupremam manum addidit, omni prorſus abiecta cunctatione, ſuccedet: quare cum Seneca lib. 3. nat. quæſt. in præfat. inclamare videtur -- *Feſtinemus, & opus neſcio an ſuperabile, magnum certe, ſine ætatis excuſatione tractemus, creſcit animus quoties cœpti magnitudinem attendit, & cogitat quantum propoſito, non quantum ſibi ſuperſit.*

Itaque præclariſſimum hoc Opus, ſeu inſtructiſſimum Armamentarium, ad publicam utilitatem, eruditionemque, ad Patriæ novum decus, Typorum ope citius referandum diudico.

Jacobus Gallepinus I. C. in Curia Epiſcopali Pauperum Advocatus, & Matrimoniorum Defenſor.

Attentis ſupradictis Atteſtationibus.

IMPRIMATUR

Dominicus Antonius Caballini Vicarius Generalis Foroliviï.

APPROBATIO

OPeris inſcripti .. *Armamentarium Hiſtorico-Legale Ordinum Equeſtrium, & Militarium* .. in Codices tripartiti Tomum primum ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Domino Thoma Torello, ex Comitibus Caſtri Falcini, Patricio Forolivienſi, Vigilantiſſimo Noſtro Antiſtite, & Solio Pontificio Aſſiſtente, omnigena Hiſtorica Eruditione, ac ſolida Legali Doctrina compoſitum, pro Sancto Officio vidi, perlegi, ac ſeduſo conſideravi, nihilque, quod Religioni, ac Orthodoxæ Fidei adverſetur inveni, ſed undequaque abſolutiſſimum, & Materiarum mira varietate contextum agnovi; propterea que Reipublicæ litterariæ periucundum, gratiſſimum, atque utilimum futurum fore cenſeo, ut in commune tum Eruditorum, tum Juriſconſultorum commodum, inſtructionemque publico Prælo donetur. Forolivii hac die quarta Auguſti 1749.

Dominicus Franciſcus Mazzolinus I. V. D.
ac Advocatus Foroliivienſis, & Sanctiſſimæ
Inquiſitionis Conſultor.

Attenta Supradicta Atteſtatione.

IMPRIMATUR.

F. Thomas Maria Cortini Ordinis Prędicatorum Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Vicarius Sancti Officii Forolivii.

INDEX

ARGUMENTORUM OMNIUM ORDINUM

Qui in Primo hoc Tomo continentur.

DISCURSUS I.

PLures enumerantur rationes, quæ de re Militari, de Ordinibus Equeſtribus, ac Religionibus Militaribus ad ſcribendum excitarunt; oſtenditurque nequaquam incongruum eſſe Viro Eccleſiaſtico, & gradus Epiſcopalis de hac materia tractare; ac poſtremo demonſtratur antiquiſſima, & prima Origo gradus Equitis, & Ordinum Equeſtrium in Orbe Terrarum: *Diſcurſ. I. pag.* 4. *cum ſeqq.*

DISCURSUS II.

Licet Romani non fuerint primi Inventores Ordinis Equeſtris in ſui ſubſtantia, ipſi tamen in meliorem formam illum redigerunt: unde in præſenti Diſcurſu refertur Origo Equeſtris Ordinis apud Romanos, ac demonſtratur adſcriptos in eo, primum fuiſſe vocatos Celeres, deinde Fluximenes, & poſtea Equites ab Equo publico, qui eis præſtabatur cum uſu Anuli aurei, & (agitur in quo Digito deferebatur) & cum delatione Anguſto Clavi; oſtenditurque fuiſſe etiam alias ſpecies Equitum, qui ſub diverſis nuncupati reperiuntur nominibus, *Petræ* nimirum, Fabiani, Auguſtani, Singulares, vel Singulatores.

Agitur de Ethymologia nominis Militum, & Militię, & Italice *Cavaliere*. Comprobatur quod Pretendens adſcribi Equitum Claſſi juſtificare debebat, ſe, ejuſque Patrem, & Avum ingenuum, & Cenſum quemdam definitum poſſidere; in qua vero ſumma conſiſteret hic Cenſus, diſceptatur late in Diſcurſu, ubi etiam agitur de Statutis Religionum Militarium exigentibus in Candidatis Patrimonium: *Diſcurs. II. à pag.* 56. *cum ſeqq.*

DISCURSUS III.

Examen materiæ Juris Anulorum aureorum continvatur, illudque oſtenditur importare Equeſtrem Dignitatem, aut Beneficium eidem Dignitati compar. Recenſentur Pręeminentiæ Equitum in ſedendo in publicis ſpectaculis, quę Seſſiones ſummopere à Romanis æſtimabantur, & pro illis ſervandis conſtituerant Romani Deſignatores locorum, vocatos Lectium, & Oceanum. Equitum Ordo Seminarium Senatorum vocabatur. Equitum Ordo cauſas judicabat, ſubortoque diſſidio inter eundem, & Senatorium Ordinem, contentiones illæ compoſitę fuerunt. Qui eſſent Principes Juventutis oſtenditur. Quæ Gubernia Equitibus committebantur. Enumerantur cauſæ, ob quas Equeſtris Dignitas eis tollebatur: *Diſc. III. à pag.* 84. *cum ſeqq.*

DISCURSUS IV.

Continvatur narratio Equeſtris Ordinis, & oſtenditur in quinque Claſſes dividi, ſcilicet in Equites Jure Natalium, in Armatos, Torquatos, Literarios ac

ac Togatos, & Cruce ſignatos: hic autem ſolum plura perpenduntur quoad Equites Jure Natalium, & perpenditur titulus di *Gentiluomo* lar. ge, & ſtricte ſumptus, & quam Nobilitatem importet: Ac reſpectu Ordinis Equeſtris in Regno Poloniȩ, & in Sacro Romano Imperio plures notitiæ adduntur: *Diſcurſus IV. à pag.* 98.

DISCURSUS V.

Agitur de S. R. I. Equitibus, & de eorum Privilegiis, & explicatur quid importet Ordo Equeſter in Regno Poloniæ: *Diſcurſus V. à pag.* 132.

Ibidem Sect. unica Noſtra adducitur Agnatio *à pag.* 143.

DISCURSUS VI.

Agitur de Equitibus armatis, qui proprie Equites ſunt, & de Ritibus in illis armandis antiquis temporibus: *Diſcurſ. VI. à pag.* 159.

DISCURSUS VII.

Diſcutitur idem Argumentum de Equitibus Armatis, & recenſentur Cœremoniȩ, quæ antiquitus ſervabantur in eorum creatione juxta temporum diverſitatem; exponiturque Ritus ille ablutionis in Balneo, adeo celebris, & oſtenditur illius Praxis longe antequam in Anglia inſtitueretur Ordo Equitum Balnei, & explicantur Moralitates, quæ includebantur in veteribus Cœremoniis: *Diſcurſ. VII. à pag.* 183.

DISCURSUS VIII.

Exponitur qui ſint Equites Torquati, vel Baltheo, Tæniis, Amphriſiis, Numiſmate, vel alio Signo Honorario decorati: Equites Aurati, & Calcaria Aurea gerentes. Et demum agitur de Equitibus Literariis, ac Togatis, Laureatis, vel in aliqua Nobili Arte peritis: *Diſcurſ. VIII. à pag.* 202.

DISCURSUS IX.

De quo tempore fuerint inter Chriſtianos fundati Ordines Cruce ſignati, vel Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, aut aliorum Sanctorum Imaginibus. Qui Ordines dicantur Religiones, & an poſſit eſſe Religio Militaris; & an Legatum Pium dicatur, quando relictum fuit Equiti, vel illi, qui debebat eſſe Eques: *Diſcur. IX. à pag.* 213.

DISCURSUS X.

Juxta multiplicem Equitum Claſſem, Jure Sanguinis nempe, Armatorum, Torque exornatorum, Togatorum, & Cruce ſignatorum, de quibus in mox extenſis Diſcurſibus egimus, oſtenditur in præſenti etiam Mulieres gaudere hujuſmodi Gradibus, Titulisque Equeſtribus. Explicantur Vocabula *Gentildonna*, *e Dama*, & quid importent; adducuntur exempla Mulierum Gradu Equeſtri ornatarum: comprobatur ipſas contuliſſe Ordines Equeſtres Viris, & inſtituiſſe novos Equeſtres Ordines tam pro Viris, quam pro Fœminis, & Principes ipſos ob egregia Fœminarum facta inſtituiſſe Ordines Equeſtres pro Fœminis: *Diſc. X. à pag.* 229.

DISCURSUS XI.

Incipit Catalogus omnium Ordinum ſervata Regula Alphabetica, nulla facta diſtinctione, an ſint Religiones, vel Ordines, & exordium ſumitur ab

Ordines

Ordine, nuncupato *Ab Agno Dei* erecto in Suetia: *Diſc. XI. pag.* 250.

DISCURSUS XII.

Agitur de Ordine *Albrac*, *ſeu Aubrac*, & exponitur Hiſtoria fundationis magni Hoſpitalis de Albrac, ſeu Aubrac, & quod in eo quinque genera Perſonarum morabantur, inter quæ Equites aderant ſua Cruce Octogona cœrulei coloris exornati, & recenſetur Status, quo de præſenti exiſtit d. Hoſpitale: *Diſcur. XII. à pag.* 255.

DISCURSUS XIII.

Narratur ſeries Inſtitutionis Equeſtris Militaris Religionis *Alcantarę*, *olim Sancti Juliani de Pereyro*, *& Truxillo*: demonſtratur tempus Inſtitutionis, ejuſdem Fundatores, Teſſera Crucis exponitur, ſicut & Indumenta: *Sect.* 1. *Diſcurſ. XIII. a pag.* 261.

Sect. 2. Enumerantur Ordines Equeſtres habentes Claſſem Eccleſiaſticorum, & late agitur de illis Fratribus Clericis, & de eorundem Privilegiis: *Sect.* 2. *a pag.* 275.

Sect. 3. Agitur de magno Magiſtro, & aliis Dignitatibus Ordinis Alcantaræ, de Requiſitis pro admiſſione ad hunc Ordinem neceſſariis, tam pro gradu Equitum, quam Clericorum, & de praxi pro obtinenda tali admiſſione: *à pag.* 292.

Sect. 4. Agitur de magnis Magiſtris: *à pag.* 308.

DISCURSUS XIV.

Exponitur ſeries Monialium ejuſdem Ordinis *Alcantaræ*: *à pag.* 326.

DISCURSUS XV.

Exponitur quis fuerit hujus Ordinis *Alæ Sancti Michaelis Archangeli in Luſitania* Fundator, Tempus Fundationis, & Teſſera Equitum: *à pag.* 329.

DISCURSUS XVI.

Exponitur tempus Inſtitutionis hujus Equeſtris Ordinis *Alexandri Nevenſis* erecti à Catharina Vidua Petri I. Czari Moſcoviæ, nec non cauſa, & Titulus ejuſdem Ordinis, una cum deſcriptione Teſſeræ ab eadem Equitibus præſcriptæ: *à pag.* 334.

DISCURSUS XVII.

Exponitur ſeries Equeſtris Ordinis *dell' Amaranta* pro Maſculis, & Fœminis à Regina Suetiæ Chriſtina in Stocolmi Urbe erecti Anno *1665.* *à pag.* 337.

DISCURSUS XVIII.

Deſcribitur inſtitutio Ordinis *Amoris Proximi*: *à pag.* 341.

DISCURSUS XIX.

Agitur de Ordine *Sacrę Ampullæ*, *ſeu Sancti Remigii*: exponitur factum Clodovæi Galliarum Regis, qui ſuſcepto per manus Sancti Remigii Epiſcopi Rhemenſis Sacro Baptiſmate, in eo nomen Ludovici aſſumpſit. Recenſentur mirabilia, quæ in hoc Baptiſmate acciderunt. Exponitur Conſecratio ejuſdem Regis à d. Sancto Remigio peracta cum Oleo miraculoſe e Cœlo in Ampulla per Columbam delato, quod etiam de pręſenti aſſervatur pro conſecratione Regum Chriſtianiſſimorum. Agitur de Equitibus Sacræ Ampullę inſtitutis a d. Rege Ludovico, & recenſentur eorum Inſignia, ac Privilegium deferendi

rendi Haſtas Baldachini in delatione Sacræ Ampullę: & tandem vindicatur ab obiectis, tam Hiſtoria Sacræ Ampullæ, quam Hiſtoria dictorum Equitum: *à pag.* 343.

DISCURSUS XX.

Sancti Andreæ in Moſcovia. Explicatur nomen *Czar* ſignificare Cæſarem, & Inſtitutio hujus Ordinis: *à pag.* 369.

DISCURSUS XXI.

Auctoribus Regnum Scotiæ deſcribentibus præmiſſis, narratur Inſtitutio Equeſtris Ordinis *Sancti Andreæ Cardui*, à quo, & quo tempore fuerit peracta: exponitur Teſſera ejuſdem. Sic etiam agitur de Ordine *Serti Rutæ*, & quoad utrumque adducitur infelix temporum, rerumque viciſſitudo, & tandem refertur Catalogus Regum Scotię, in quibus concurrit magnorum Magiſtrorum qualitas: *à pag.* 371.

DISCURSUS XXII.

Annunciationis Angelicæ Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſive Ordinis Collaris in Sabaudia. Scriptorum opiniones diſtincte recenſentur quoad Originem hujus Ordinis, qui in ſui principio nuncupatus fuit Ordo Collaris in Sabaudia, deinde Annunciationis Angelicę Sanctiſſimę Virginis Mariæ: *à pag.* 381.

DISCURSUS XXIII.

Antiquorum Equitum Romanorum Ordo hic refertur breviter, cum de eo late actum fuerit in Diſcurſu 2., 3., & 4., & exponitur apud quos reperiatur figura Anuli, & Togæ: *à pag.* 398.

DISCURSUS XXIV.

De Ordine *Sancti Antonii Abbatis in Æthiopia*. Præſens Diſcurſus duabus partibus conſtat. In prima oſtenditur fundatum fuiſſe hunc Ordinem Equeſtrem Militarem ad Catholicę Eccleſiæ exaltationem, & ad conterendos Eccleſię Hoſtes anno 370. à Jo. Æthiopiæ Imperatore, qui cognomentum Pretioſi meruit, quodque pretioſi Joannis nomen, annorum curſu in Succeſſoribus tranſivit in nuncupationem di *Prete Janni*, ſeu *Preſte Janni*. Enumerantur Leges, & Statuta ejuſdem Ordinis ex duabus Claſſibus conflati, Equitum videlicet Militum, Clericorum, & Monachorum; eorum Jura recenſentur, ac Prærogativæ cum allegatione Scriptorum, qui de illo egerunt.

In altera Diſcurſus parte exponitur ſeries rationum demonſtrantium fabuloſas eſſe Narrationes adductas quoad fundationem hujuſmodi Ordinis, ac penitus fictitias, & reiiciuntur contrarii Auctores, & tandem aliqua ex parte excuſatur; & defenditur Scriptor *Abyſſinus Joannes Balthaſſar Telez*: *à pag.* 399.

DISCURSUS XXV.

Sancti Antonii Abbatis in Hannonia, & Hollandia. Recenſentur Inſtitutores, & tempus Inſtitutionis d. Ordinis, & enumerantur motiva hujuſmodi erectionis Ordinis: *à pag.* 421.

DISCURSUS XXVI.

Sancti Antonii Abbatis Viennæ in Delphinatu. Exponitur cauſa, tempus, & ſeries fundationis Hoſpitalis, & Religionis Hoſpitalariæ Sancti Antonii Abba-

Abbatis in Delphinatu, & oſtenditur hanc Religionem à Scriptoribus vocari Equeſtrem: *à pag.* 425.

DISCURSUS XXVII.

Anuli Aurei Ordo fuit inſtitutus à Friderico II. Electore Palatino: *à pag.* 429.

DISCURSUS XXVIII.

Anuli cum Gemma Amethyſti, vulgo *Granata* cum *Adamantibus* Ordo fuit inſtitutus à Clemente Auguſto Coloniæ Electore: *à pag.* 430.

DISCURSUS XXIX.

Ordo Apis fuit inſtitutus à Ludovica Benedictina Borbonia Uxore Ludovici Auguſti Ducis Majne, & Dombes: *à pag.* 432.

DISCURSUS XXX.

Antiquiſſimi Equeſtris Ordinis *Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ* refertur Origo, & ob rerum humanarum viciſſitudinem ſucceſſivis temporibus peractæ ejuſdem Ordinis collapſi renovationes tres à Regibus Poloniæ; & demum exponitur quarta reſtauratio, & renovatio magnificentiſſime facta ab Auguſto II. Poloniæ Rege anno 1705. die prima Novembris, cum Teſſeræ nobiliſſimæ incremento: *à pag.* 433.

DISCURSUS XXXI.

Aquilæ in Mexico novo Ordo exponitur: *à pag.* 448.

DISCURSUS XXXII.

Aquilæ Nigræ, *ſeu Fidelitatis*, Ordinis ſeries exponitur, Inſtitutionis motivum, & Numerus Equitum, & eorum qualitas: *à pag.* 450.

DISCURSUS XXXIII.

De Avis, *ſeu Aviſii*, *vel Sancti Benedicti de Avis*: Ordinis, ſeu Religionis exponitur fundatio.
Et quatuor Sectionibus exponitur tota materia circa eundem Ordinem: *à pag.* 469. *cum ſeqq.*, *uſque ad* 505.

DISCURSUS XXXIV.

Exponitur ſeries Ordinis *Avreæ Societatis*: *pag.* 505.

DISCURSUS XXXV.

Oſtenditur *Aureati*, *ſeu Calcaris Aurei* ſeries Ordinis, & comprobatur Ordinis inſtitutum provenire à Sancto Silveſtro Summo Pontifice, & Conſtantino Magno Imperatore; & proinde hos Equites creandi jus ſpectare ad Summum Pontificem, & Imperatores; & ad alios, quibus Pontifex, vel Imperator facultatem conceſſerunt; Demonſtraturque ex prædictis Equitibus deſcendere Religionem Conſtantinianam: *pag.* 507. *cum ſeqq.*

DISCURSUS XXXVI.

In præſenti Diſcurſu exponitur Hiſtoria creationis Collegii *Piorum Equitum*, peractæ à ſa. me. Pio IV., cum creatione eorum Equitum Aurei Calcaris, & nuncupatione Equitum Aurei Calcaris, & Piorum participantium, ob participationem annuæ præſtationis, quam Pontifex eis indulgebat ob ſolutionem pecuniarum factam per eos, & enumerantur Privilegia illis conceſſa: *à pag.* 631.

Aurei

DISCURSUS XXXVII.

Aurei Calcaris in Regno Neapolis. Ordinem inſtituit Rex Carolus Andegavenſis Neapolis, & Sicilię, & qua de cauſa, & quomodo: *à pag.* 535.

DISCURSUS XXXVIII.

Oſtenditur in Regno Peruano adeſſe Ordinem Equitum, qui vocantur *Oriones*, ſive *Origones*, qui ſunt magnę æſtimationis, & quæ ſint eorum Inſignia: *à pag.* 536.

DISCURSUS XXXIX.

In Babyloniæ, & Syriæ Regnis comprobatur adeſſe Equitum Ordinem: *à pag.* 537.

DISCURSUS XL.

Balnei Equites qui fuerint antiquitus, & quis vetus Ordo Balnei dicatur; oſtenditur enim quod Equites ſimpliciter creati cum antiqua illa Cæremonia ablutionis in Balneo; juxta veterem morem in Italia, Gallia, & Anglia, nullum conſtituebant Equeſtrem Ordinem Balnei, qui ſolum introductus fuit in Anglia ab Henrico Quarto Rege, cujus Fundationis ſeries exponitur in hoc Diſcurſu, una cum motivo ad eundem fundandum, & quæ ſit ejus Teſſera; & tandem adducitur Genealogia Regum Angliæ: *à pag.* 540.

DISCURSUS XLI.

Bannaretorum Equitum Origo, quidditas, Nobilitaſque exponitur: *à pag.* 570.

DISCURSUS XLII.

Ordo à *Bellidibus* quando, & à quo, & cur fuerit erectus: *à pag.* 586.

DISCURSUS XLIII.

Sancti Bernardi Ordo quis fuerit: *à pag.* 587.

DISCURSUS XLIV.

Bethleemitarum, ſeu Stellam gerentium Ordo, quis fuerit exponitur: *à pag.* 588.

DISCURSUS XLV

Bindę Aurea Ordo pro Fœminis inſtitutus fuit in Civitate Palentię in Hiſpaniis, ob Victoriam reportatam à Fœminis in liberatione obſidionis inimicorum, quos in fugam coniecere: *à pag.* 589.

DISCURSUS XLVI.

Ordo *Binda*, Italice *della Banda*, *o Sciarpa* in Hiſpaniis celeberrimus, à quo fuerit inſtitutus, & quando, & ob quam cauſam: *à pag.* 590.

DISCURSUS XLVII.

Exponitur Hiſtoria Fundationis Ordinis Equeſtris Militaris, ſeu *Briccianí, ſeu Birchiani, & Sancti Salvatoris* peractæ à S. Birgitta, & adducuntur Criticæ Scripturę hanc fundationem impugnantes, quibus plene reſpondetur: *à pag.* 602.

DISCURSUS XLVIII.

Explicatur Ordo *Sancti Blaſii in Armenia*: *à pag.* 612.

DISCURSUS XLIX.

Sancti Blaſii, & Sancta Maria in Paleſtina exponitur Ordo: *à pag.* 614.

 Ordo

DISCURSUS L.

Ordo *Brachii Armati* fuit inſtitutus anno *1616.* à Chriſtiano Quarto Danorum Rege, & cur, & quando: *à pag. 616.*

DISUCRSUS LI.

Brachmanorum in India adeſt Ordo, & Rex illos creat, & quibus Cœremoniis: *a pag. 617.*

DISCURSUS LII.

Calatravæ Urbis nomen antiquum exponitur, ſicut & ejuſdem immutatio. De quo tempore, & à quibus fuerit inſtitutus Militaris, & Equeſter Ordo Calatravæ: quando ſegregatus à Monachis: *à pag. 620.*

Sect. 2. Exponitur Praxis obtinendi Gratiam admiſsionis ad Habitum, quæ gratia debet à Rege concedi, Adducitur Nomenclatura magnorum Magiſtrorum, & Perpetuorum Adminiſtratorum, & Hiſtoria ſuper hac Religione: *à pag. 629.*

DISCURSUS LIII.

Monialium Equitum Calatravæ adeſt Ordo: *à pag. 652.*

DISCURSUS LIV.

In quibus conſiſtat Venetiis *Caligæ* Ordo exponitur: *à pag. 653.*

DISCURSUS LV.

Canis Ordo in Navarræ Regno, quando fuerit inſtitutus *à pag. 660.*

DISCURSUS LVI.

Exponitur in præſenti Diſcurſu Origo Ordinis *Canis*, & Ordinis *Galli*, & quis fuit Inſtitutor utriuſque, & quando fuerunt ſimul uniti: *à pag. 660.*

DISCURSUS LVII.

Ordo *Canis Leporarii* in Ducatu Barenſi, à quo, & quando fuerit inſtitutus: *à pag. 665.*

DISCURSUS LVIII.

Dux Wvartemberg anno 1652. inſtituit tam pro Maſculis, quam pro Fœminis Ordinem ſub Titulo *Capitis Mortui*, *ſeu Calvariæ*, & ad quem effectum: *à pag. 665.*

DISCURSUS LIX.

Declaratur quis fuerit Fundator Ordinis Equeſtris *Cardui*, *Sanctæ Mariæ*, *ac Spei in Gallia*, ejuſdem Teſſera, Numerus Nobilium Equitum, & Catalogus magnorum Magiſtrorum traditur: *à pag. 667.*

DISCURSUS LX.

Expoſita narratione Vitæ Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris, deſcribitur ſeries erectionis Equeſtris Militaris Ordinis ejuſdem Sanctæ, ac obligatio eorundem Equitum cuſtodiendi Sepulchrum ejuſdem Sanctæ Catharinæ, & conſervandi tutas Vias pro Peregrinis viſitantibus idem Sepulchrum: *à pag. 673.*

DISCURSUS LXI.

Sanctæ Catharinæ in Moſcovia. Fuit à Czar Moſcoviæ inſtitutus anno 1705. pro Maſculis, & Fœminis, ſub qua Teſſera exponitur: *à pag. 681.*

DISCURSUS LXII.

Anno 1671. inſtitutus fuit hic Ordo *Cervi aurei*: *à pag.* 683.

DISCURSUS LXIII.

Inſtitutionis Ordinis *Charitatis Chriſtianæ* fuit Author Henricus, primum Poloniæ, deinde Galliarum Rex, quæ ſucceſſive cum inefficax remanſerit, motivum tamen præbuit Fundationi Ordinis *Sancti Ludovici*: *à pag.* 683.

DISCURSUS LXIV.

Ordinis *Cinguli*, *&* *Spei* inſtitutor fuit Ludovicus Dux Borbonius, eo quia idem occaſione Venationis, noctis tempore viam amiſerat per Silvam errans: *à pag.* 684.

DISCURSUS LXV.

Narratur Hiſtoria *Claramontanæ Mariæ Virginis in Regno Poloniæ* celeberrimæ; *à pag.* 685.

DISCURSUS LXVI.

Clavis Aureæ Cœtus apud quos floreat: *a pag.* 687.

DISCURSUS LXVII.

Quis fuerit inſtitutor Ordinis *Columbæ*, *& Rationis* in Regno Hiſpaniarum, ut virtutes florerent: *a pag.* 688.

DISCURSUS LXVIII.

Explicatur Ordo ſub titulo *Compedum Aurearum*, *& Compedum Argentearum* Equitum, & Scutiferorum, à quo fuerit inſtitutus, & ad quem finem, ſcilicet ad favendam concordiam veluti fraternam: *a pag*: 692.

DISCHRSUS LXIX.

Exponitur ſeries duorum Ordinum Equeſtrium ſub Titulo *Conceptionis Immaculatæ Sanctiſſimæ Virginis Mariæ*, *ſeu Militiæ Chriſtianæ*; quorum primus fuit ſimpliciter deſignatus à Fratribus Petrignanis de Spello, quique non habuit effectum: ſecundus autem inſtitutus fuit à Duce Mantuæ, & Adulpho Comite de Althan, qui Ordo confirmatus fuit à ſa. me. Urbano VIII. *a pag.* 699.

DISCURSUS LXX.

Recenſetur in hoc Diſcurſu ſeries inſtitutionis Equeſtris Ordinis *Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ*, *&* *Aquilæ Albæ*, ab Uladiſlao IV. Poloniæ Rege peractæ, Anno 1634., cum confirmatione ſa. me. Urbani VIII., & adducuntur ejuſdem Ordinis Statuta; & tandem refertur hunc Ordinem durare ſub eodem Titulo *Aquilæ Albæ* reſtauratum ab Auguſto II. Poloniæ Rege, juxta Diſcurſum peculiarem de eo, regiſtratum in præſenti Volumine: *a pag* 711.

DISCURSUS LXXI.

Ordo *Concordiæ* anno 1660. cur, & quando fuerit inſtitutus: *a pag.* 707.

DISCURSUS LXXII.

Ordo *Conſtantiæ* ſub anno 1745. à quo fuerit inſtitutus: *a pag.* 718.

DISCURSUS LXXIII.

Exponitur late Hiſtoria Inſtitutionis Ordinis *Conſtantiniani*, & Apparitionis Crucis eidem Imperatori cum verbis

verbis Angeli. *In hoc Signo vinces*: Deſcribitur certamen contra Maxentium, Victoria, & Triumphus de eo relatus à Conſtantino Imperatore. Demonſtratur à Divo Silveſtro Papa & Conſtantino Imperatore inſtitutum fuiſſe Equeſtrem Ordinem Aureatorum Equitum, cum octogona aurea Cruce, & aureis Calcaribus; Et oſtenditur ex iſto Ordine efformatam fuiſſe Religionem Conſtantinianam, ſub Titulo Sancti Georgii Martyris, cum ſuis ſtabilimentis, ac Votis, & ſic hanc eſſe Ramum præmiſſi Ordinis Aureorum Equitum. Recenſetur forma Crucis rubeæ liliatæ cum Monogrammate. Magnum Magiſterium apud quos fuerit, & ceſſio facta ad favorem Sereniſſimę Domus Farneſiæ: in quas Claſſes Ordo dividatur, quę probationes Nobilitatis requirantur pro admiſſione: *a pag.* 721.

Sect. 2. Agitur de Ceſſione, & Renunciatione magni Magiſterii peracta ab Andrea Angelo Flavio Comneno Principe Macedoniæ, ad favorem clar. me. Ducis Franciſci Farneſii Parmæ, & Placentiæ Ducis, ſuorumque Deſcendentium, & Stirpis Familiæ Farneſiæ, quæ Ceſſio, & Renunciatio fuit approbata, & confirmata à ſan. mem. Innocentio XII., & ſa. mem. Clemente XI., & glor. in ævum memorię Leopoldo I. Romanorum Imperatore, & adducuntur Diplomata Pontificia, & Imperialia præfata: *a pag.* 752.

DISCURSUS LXXIV.

Coronę Ordo in Gallia à quo fuerit inſtitutus: *a pag.* 790.

DISCURSUS LXXV.

Exponitur Nomen *Cruciatæ*, quid ſignificet. Recenſetur Cruciatarum Origo, & ſpecies earum quot ſint, & an ſint Ordines Equeſtres. Crux quę tradebatur Militibus, cujus eſſet coloris, cujuſque formæ; & enumerantur quot Cruciatę hucuſque fuerint indictæ, & à quibus Summis Pontificibus: *a pag.* 792.

DISCURSUS LXXVI.

Inſignis exponitur Victoria de Urbe, & Statu Tuneſis, vulgo *Tuneſi* reportata ab Imperatore Carolo V., & ejus occaſione fundatio Militaris Equeſtris Ordinis, nuncupatione *Crucis Burgundicę*; itidemque affertur opinio, quod d. Ordo ſit unus ex Ordinibus more chimericis: *a pag.* 799.

DISCURSUS LXXVII.

Narratur Inſtitutio Equeſtris Ordinis *Crucis Chriſti in Regno Congbi*: *à pag.* 803.

DISCURSUS LXXVIII.

Crucis Divini Salvatoris Mundi in Gallia. Fuit Ordo excogitatus à Rege Franciſco I. Galliarum: *à pag.* 804.

DISCURSUS LXXIX.

Enumerantur aliquæ Metropolitanæ, & Cathedrales Eccleſię extra Italiam, quarum Canonici gaudent pręrogativa geſtandi ante pectus, more Equitum, Cruces, vel Numiſmata earundem Eccleſiarum Inſigne; & tandem in Italia Metropolitana Eccleſia Piſarum in Ætruria: *à pag.* 805.

DIS-

DISCURSUS LXXX.

Crucis cum Stella rubra: à quo fuerit inſtitutus : *à pag.* 808.

DISCURSUS LXXXI.

Exponitur Incendium nocturno tempore excitatum in Palatio Imperiali Viennæ in Auſtria: Miraculum Sanctę Crucis, quod prębuit Imperatrici motivum inſtituendi Ordinem *Crucis Stellatæ* pro Nobilibus Fœminis, Italice *Dame della Crociera*: *à pag.* 810.

DISCURSUS LXXXII.

Cycni Ordo, à quo, & de quo tempore, & ob quam cauſam fuerit inſtitutus, plene refertur in pręſenti Diſcurſu, in quo finis imponitur Primo Tomo ; & laudatur Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Marius Bolognettus Provinciæ Romandiolæ à Latere Legatus : *à pag.* 835.

INDEX

INDEX

Alphabeticus Ordinum Equeſtrium, & Militarium, qui in Primo hoc Volumine recenſentur.

AB Agno Dei Diſcurſus 11. à Pagina 251.
De Albrac, ſeu Aubrac Diſcurſ. 12. pag. 255.
Alcantaræ, olim S. Juliani de Pereyro Diſcurſ. 13. Sectio Prima pag. 261.
Sectio Secunda pag. 272.
Sectio Tertia pag. 290.
Sectio Quarta pag. 308.
Alcantarę Monialium Diſcurſ. 14. pag. 316.
Alæ Sancti Michaelis Diſcurſ. 15. pag. 329.
Alexandri Nevenſis Diſcurſ. 16. pag. 334.
D' Altopaſſo: Vid. S. Jacobi d' Altopaſſo.
Amarantæ Diſcurſ. 17. pag. 337.
Amicitiæ non fucatæ: Vid. Sinceritatis.
Amoris Proximi Diſcurſ. 18. pag. 340.
Sacrę Ampullæ Diſcurſ. 19. pag. 343.
S. Andreæ in Moſcovia Diſcurſ. 20. pag. 369.
S. Andreæ Cardui, & Serti Rutę in Scotia Diſcurſ. 21. pag. 371.
Annunciationis Angelicæ SS. Virginis Mariæ, ſive Ordinis Collaris in Sabaudia Diſcurſ. 22. pag. 381.
Antiquorum Equitum Romanorum Diſcur. 23. pag. 399.
S. Antonii Abbatis in Æthiopia Diſcurſ. 24. pag. 403.
S. Antonii Abbatis in Hannonia, & Hollandia Diſcurſ. 25. pag. 421.
S. Antonii Abbatis Viennæ in Delphinatu Diſcurſ. 26. pag. 425.
Anuli Aurei Diſc. 27. pag. 430.
Anuli Gemmam Amatiſti, vulgo Granata in medio habentis Adamantibus exornati Diſcurſ. 28. pag. 430.
Apis Diſcurſ. 29. pag. 431.
Aquilę Albæ in Regno Poloniæ Diſcurſ. 30. pag. 433.
Aquilæ Candidæ: Vid. Diſciplinę.
Aquilæ in Mexico novo Diſcurſ. 31. pag. 448.
Aquilæ Nigræ, ſive Fidelitatis Diſcurſ. 32. pag. 450.
Argonautarum: Vide Sancti Nicolai.
Armellini, ſeu Muris Pontici, vel S. Michaelis: Vid. Spicæ.
Aſcenſionis: Vid. Jeſu Chriſti Aſcenſionis in Luſitania.
A Securi: Vid. Securis.
De Avis, ſive Aviſii, vel S. Benedicti de Avis Diſc. 33. Sect. 1. pag. 457.

Sectio Secunda pag. 478.
Sectio Tertia pag. 481.
Sectio Quarta. pag. 485.
Aureæ Societatis Diſcurſ. 34. pag. 505.
Aureati, ſeu Calcaris aurei Diſcurſ. 35. pag. 507.
Aurei Calcaris, ac Pii Participantes Diſcurſ. 36. pag. 531.
Aurei Calcaris in Regno Neapolis Diſcurſ. 37. pag. 534.
Aurei Velleris: Vid. Velleris aurei.
Auricularis in Regno Peruano Diſcurſ. 38. pag. 534.
Babyloniæ, & Syriæ Diſcurſ. 39. pag. 537.
Balnei Equitum Diſcurſ. 40. pag. 539.
Balthei: Vid. Torquatorum Militum.
Bannaretorum Equitum Diſcurſ. 41. pag. 571.
A Bellidibus Diſcurſ. 42. pag. 586.
S. Benedicti de Avis: Vid. Aviſius.
S. Bernardi Diſcurs. 43. pag. 587.
Bethleemitarum, ſeu Stellam gerentium Diſcurſ. 44. pag. 588.
Bindæ, Aureæ Diſcurſ. 45. pag. 589.
Bindæ Italice della Banda, o Sciarpa Diſcurſ. 46. pag. 590.
S. Birgittæ, ſeu Bricciani, ac Sancti Salvatoris Diſcurſ. 47. pag. 601.
S. Blaſii in Armenia Diſcurſ. 48. pag. 613.
S. Blaſii, & S. Mariæ in Palæſtina Diſcurſ. 49. pag. 615.
Brachii Armati in Dania Diſcurſ. 50. pag. 616.
Brachmanorum in India Diſcurſ. 51. pag. 617.
Brixiani: Vid. Fortunæ.
Burgundicæ Crucis: Vid. Crucis Burgundicę.
Calatravæ Diſcurſ. 52. Sectio Prima pag. 620.
Sectio Secunda. pag. 629.
Calatravæ Monialium Diſcurſ. 53. pag 652.
Calcaris Aurei: Vid. Aurei Calcaris, ac Pii Participantes.
Caligæ apud Venetos Diſcurſ. 54. pag. 653.
Canis Diſcurſ. 55. pag. 659.
Canis, & Galli Diſcurſ. 56. pag 661.
Canis Leporarii, ſive Canis Venatici Diſcurſ. 57. pag. 664.
Canonicorum Lugdunenſium: Vid. S. Stephani Prothomartyris, S. Jo. Baptiſtæ in Civitate Lugdonenſi.
Canonicorum Piſarum: Vid. Crucis Piſanę.
Capitis Mortui, hoc eſt Calvarię, Italice della Teſta morta Diſc. 58. pag. 665.
Cardui, & S. Mariæ, ſeu Spei in Gallia Diſcurſ. 59. pag. 667.
Cardui, & Serti Rutę: Vid. S. Andreæ in Scotia.
S. Catharinæ V., & M. in Monte Sinai Diſcurſ. 60. pag. 673.
S. Catharinæ in Moſcovia Diſcurſ. 61. pag. 681.
Cervi Aurei Diſcurſ. 62. pag. 683.
Charitatis Chriſtianę Diſcurſ. 63. pag. 683.
Cinguli, & Spei Diſcurſ. 64. pag. 684.
Claramontanæ Marię Virginis, ſeu Czæſtochovienſis in Regno Po-

lonię

Ioniæ Diſcurſ. 65. pag. 685.
Clavis Aureæ Diſcurſ. 66. pag. 687.
Columbæ, & Rationis, Hiſpanice de la Razon Diſcurſ. 67. pag. 687.
Compedum Aurearum, & Compedum Argentearum, Italice Cavalieri del Ferro d' Oro, e de' Scudieri del Ferro d' Argento Diſcurſ. 68. pag. 692.
Conceptionis B. M. Virginis, ſeu Militiæ Chriſtianę Diſcurſ. 69. pag. 695.
Conceptionis Immaculatę SS. Virginis Mariæ, & Aquilæ Albę in Regno Poloniæ Diſcurſ. 70. pag. 710.
Concordiæ Diſcur. 71. pag. 717.
Conſtantiæ Diſcurſ. 72. pag. 718.
Conſtantinianus, ſive Angelicus Aureatus S. Georgii Martyris Diſcurſus 73. Sectio Prima Pag. 718.
Sectio Secunda pag. 752.
Coronæ in Gallia Diſcurſ. 74. pag. 790.
Coronæ Regiæ Imperialis: Vid. Friſiæ.
SS. Coſmæ, & Damiani: Vid. SS. Martyrum Paelſtinæ, ſeu SS. MM. Coſmę, & Damiani.
Cruciatæ Diſcurſ. 75. pag. 791.
Crucis Burgundicæ Diſcurſ. 76. pag. 799.
Crucis Chriſti in Regno Conghi Diſcurſ. 77. pag. 803.
Crucis Divini Salvatoris Mundi in Gallia Diſcurſ. 78. pag. 804.
Crucis Piſanæ Diſcurſ. 79. pag. 805.
Crucis cum Stella rubra Diſcurſ. 80. pag. 808.
Crucis Stellatę Nobilium Fœminarum, ſeu Verę Crucis, Italice, Radunanza di Dame della Crociera: Sectio Prima Diſcurſ. 81. pag. 810.
Sectio Secunda. pag. 820.
Cycni Diſcurſ. 82. pag. 835.
Cypri: Vide Silentii.

ARMAMENTARIUM HISTORICO-LEGALE ORDINUM EQVESTRIUM ET MILITARIUM

Tomus Primus

DISCURSUS PRIMUS.

ARGUMENTUM

Plures enumerantur rationes, quæ Auctorem, de Re Militari, de Ordinibus Equeſtribus, ac Religionibus Militaribus, ad ſcribendum excitarunt; oſtenditurque nequaquàm incongruum eſſe Viro Eccleſiaſtico, & Gradus Epiſcopalis, de hac materia tractare: ac poſtremò demonſtratur antiquiſſima, & prima Origo Gradus Equitis, & Ordinum Equeſtrium in Orbe Terrarum.

SUMMARIUM.

1. *IN præſenti Volumine agitur de Genealogiis, Nobilitate, Puritate Sanguinis, Bello, Equitibus, Votis Religioſorum, Commendis, Beneficiis, aliiſque, & n. 7. 8. 9. & ſeqq.*
2. *Oſtenditur non eſſe incongruum Auctori de his materiis tractare, & n. 11. 15. 17. 18. 19., & ſeqq. uſque ad 24. 36. 37. 39. 40., & 41.*
3. *Militares Religiones inſtitutæ ſunt ad præſidium Catholicæ Eccleſiæ, & n. 6.*
4. *Sancta Sedes Apoſtolica, cui arctius adſtrictæ ſunt, Religiones Militares Privilegiis decoravit.*
5. *Ordines Equeſtres regulariter ſunt diviſi in Milites, & Eccleſiaſticos, & n. 6.*
12. *Epiſcopus debet eſſe verſatus in cognoſcendis, & decidendis Diſſidiis.*
13. *Epiſcopi, & Sacerdotes benedicunt Arma, & novos creant Milites.*
14. *Epiſcopi Aſſiſtentes Solio Summi Pontificis habent facultatem creandi octo Equites auratos.*
24. *Auctor movetur ad ſcribendum hoc*

Opus ob amorem erga ſuam Patriam.

25. *In Civitate Forolivii ſemper fuerunt Equites cujuſcunque Ordinis, & n. 29.*

26. *Laudatur Eques Georgius Vivianus Marcheſius, & n. 27., & 28.*

30. *Auctor de hac materiâ ſcribit, ut Nepotem ſuum inſtruat, & n. 34., ubi adducuntur rationes, & exempla & n. 35.*

31. *Turpe eſt ſive Seni, ſive Juveni ignorare leges ſui officii, & n. 32. & 33.*

33. *Imo illas ignorantes culpabiliter peccant lethaliter.*

35. *Leges remanent inanes, niſi de illis inſtruatur Populus.*

Adducitur tempus Mortis Comitis Titi ejus Fratris, & Sebaſtiani Nicolai Silvii ejus Nepotis: Matrimonii contracti inter Antonium alium germanum Fratrem, & Marchioniſſam Mariam Lucianam Paulucci: Nativitatis Filii ex eadem, & Baptiſmi eidem collati.

38. *Epiſcopi officium ſemper eſt operoſum.*

41. *Laudantur Equites Ordinum Militarium, & n 42.*

43. *Invocatur Patrocinium SS: Virginis Mariæ ab Igne.*

44. *Sancti quoque Valeriani martyris Protectoris Forolivii præſidium expoſtulatur, & n. 45.*

45. *Itemque ſubſidium imploratur Sanctorum, ſub quorum Regulis militant Religiones, Ordineſque Equeſtres, vel eorundem Tutelares ſunt.*

Ac Beati Torelli, & n. 46. 47.

47. *Auctor cupit omnia ſcribere juxta leges Juſtitiæ.*

48. *Auctor ſe, ac cuncta, quæ ſcribit humillime ſubiicit judicio, & correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.*

Fidei Profeſſionem corde, ore, ac calamo renovat hic Auctor; & Fidei formula juxta Conſtitutionem Pii IV. adducitur. v. n. 48.

49. *Titulus hujus Voluminis exponitur, & explicatur quid ſit Ordo, vel Religio; De omnibus agetur qui extant, extiterunt, vel falſi fuerunt, aut ſimpliciter propoſiti.*

50. *Adducuntur Auctores aſſerentes originem Ordinum Equeſtrium fuiſſe deſumptam a Cœleſti certamine Sancti Michaelis Archangeli, cum Dæmone, & n. 51.*

52. *Equites certare debent pro Fide, Juſtitiâ, Principe, & Patria.*

53. *Alii Auctores tradunt, originem Equitum promanaſſe ex electione Virorum prudentiâ, affabilitate, fidelitate ac probitate ex cœtu millenario magis præſtantium, & ex ſelectione inter omnia Animalia Equi, & n 54.*

54. *Equites debent eſſe Affabiles, Prudentes, & Fortes, & aliis Virtutibus ornati.*

55. *Equeſtris Gradus, & Dignitas generice ſumpta eſt ex re militari ſelectio Nobilium fortitudine, ac aliis virtutibus ornatorum ad ſervandam juſtitiam, & ad ſibi comparandam gloriam.*

56. *Equeſtris dignitas ſpecifice ſumpta eſt electio talium Virorum a cæteris cum externa aliqua fixa honoris Teſſera, ad Reipublicę decus, & regimen Belli, & Pacis temporibus.*

57. *Equitum materia dividitur in Romanam Militarem, Honorariam Socialem, Eccleſiaſticam, Regularem, & Muliebrem.*

Seu potius in quinque Capita reducitur.

58. *Equitis Gradus, & dignitas eſt antiquiſſima; ſic Equeſtres Ordines Militares cujuſcunque ſpeciei tum ante diluvium, tum poſt, licet ſub diverſis vocabulis, & n. 105.*

Dominiorum Diviſio quando fuit in orbe introducta.

59. *Meum, & Tuum frigidum vocabulum*

lum innumera introduxit mala, & Gigantes qui fuerint.

60. *Nembrot Babylonicam inſtituit Monarchiam.*

61. *Alii ſubinde Principatus introducti fuere. Proceres, Optimates, Milites primi Ordinis, qui honoris teſſerà decorati fuerunt, & ſic Equites creati.*

62. *Exempla habentur pro Teſtimoniis.*

63. *Gigantes erant Viri ſtatura magnà & ſcientes Bellum.*

64. *In Pharaonis Regis Ægypti Aula Principes aderant.*

65. *Anulum, Armillam, & Baculum deferebat Judas Iſraelis filius.*

66. *Pharao decoravit Joſeph Anulo, byſſina Stola, & Torque.*

67. *Moyſes una cum Aarone conſtitutus fuit à Deo Dux Populi Iſraelitici.*

68. *Poſt illum Ioſue:*

69. *Judices poſtmodum Iſraelitico Populo conſtituti fuerunt Duces, qui Viri fortes fuerunt, & n. 70.*

71. *Reges Lapitharum in Teſſalia retinebant Centauros hoc eſt Equites ad Corporis cuſtodiam.*
Ab his exemplum deſumpſit Romulus conſtituendo tercentum Celeres.

72. *Tevcrorum mores enumerantur in decorando Viros fortiores aliquo externo ornamento, & n. 73.*

74. *Regis Balthaſſaris erga Danielem recenſetur.*

75. *Regis Aſſueri ergà Mardochæum.*

76. *Jonathæ miſſa fuit ab Alexandro Rege Antiochi filio Purpura, & Corona aurea.*

77. *Judas Machabæus, a quibus, & quomodo acceperit Gladium aureum.*

78. *In Orbe Terrarum poſt conſtitutionem Regnorum adfuere ſemper Cœtus Virorum a Populo ſegregatorum.*

79. *Viri fortes, & generoſi fuerunt exornati aliquà Teſſerà Honoris ad diſtinctionem aliorum.*

80. *Armillæ erant ornamenta in morem circuli, quas Imperatores donabant Militibus.*

81. *Anulus fuit ſumptus a Romanis in ſignum Equeſtris dignitatis.*

82. *Torques eſt colli, & ſummi Pectoris ornamentum, & quæ ſivè aureæ, vel argenteæ donabantur Militibus.*
Illas deferebant ſolum Viri magni, & Nobiles.

83. *Fibula erat ornamentum Militum.*

84. *Ex recenſitis facti narrationibus probatur conſtitutio omnium Equeſtrium Ordinum Militarium, Honorariorum, Socialium, & eorundem prima origo, non ſimplex adumbratio.*

85. *Proceres, Magnates, Nobiles primi Ordinis, Gigantes, & Italicè* Campioni, Rodomonti, Paladini, *noſtris æquivalent Equitibus, & n. 86.*

87. *Pater Honoratus a Sancta Maria* Diſſert. 2., & ſeq. *impugnat ea, quę ſupra dicta ſunt, & n.* 88.

89. *Ordines Equeſtres Sociales aliqui carent aliquo ex requiſitis ſuppoſitis à dicto* Patre Honorato, *cui reſpondetur.*

90. *Principes antiqui, qui Cœtus Virorum conſtituerunt cum aſſignatione alicujus Teſſeræ erant Capita, & Magni Magiſtri eorundem. Ipſi Leges ſtatuerunt, & Officia Equitibus præſcripſere ad tutandam Rempublicam.*

91. *Gigantes erant plures. Optimates, & Principes plures.*

92. *Joſeph creatus a Pharaone Eques contulit ſuis Fratribus binas ſtolas.*

93. *Moyſes habuit ſocium Aaronem, ſic Joſue, et Judices habuerunt Commilitones.*

94. *Æneas pluribus diſtribuit Munera honoris.*

95. *Daniel fuit conſtitutus Princeps Satraparum.*

96. *Mardochæus habuit ſodalitium Principum.*

97. *Antiqui Satrapę, Proceres, Optimates habebant ſuas Claſſes, Cœtus, Conſortia, et Collegia.*

98. *Collegium fit ex Tribus, & Congregatio ex duobus.*
Ordines Militares alii ſunt numerati, alii ſine numeri præfixione.

99. *Principes tribuendo ornamenta Viris ſuperius enumeratis illos ſic aggregabant Conſortijs jam pręexiſtentibus ſub nomine Gigantum, Procerum* &c.

100. *Principes ornamentorum traditione facta Viris fortibus conſtituebant ſociales Cętus honoris.*

101. *Non omnes Equeſtres Ordines Commendas habent, & quando iſtæ introductæ ſunt, & n.* 102.

102. *Commendæ Nomen, & earum diſtributio quandò incępit.*

103. *Inſignia Equeſtria non poſſunt dici ſigna æquivoca, & n.* 104.

106. *Romani in conſtituendo Ordinem Equeſtrem non fecerunt rem novam in Orbe, ſed in hoc imitati ſunt mores antiquorum Populorum, & Nationum, quæ floruerunt ante eos.*

107. *Romani Ordini Equeſtri Ornamenta de novo addidere Anulum, Cenſum, et nomen Equitis ab Equo, qui illis præſtabatur ex publico,* & n. ſeq.

108. *Reſpondetur* Caſellæ, & Paradiſo.

109. *Additur factum Joſaphat Regis Judæ in ſimbolum erectionis Ordinum Militarium ſicut, et Amaſiæ, & n.* 110.

111. *Qui fuerint Equites errantes, et ut Nos dicimus,* Cavalieri erranti *oſtenditur, et vocari poſſunt Equites in Parnaſi Monte inaugurati.*

112. *Chriſtus Dominus eſt verus Equeſtris Dignitatis Prototypus, et n.* 114.

113. *Sancta Fides Catholica referta eſt Virtutibus pro Equeſtri Gradu.*

114. *Chriſtus Dominus fuit ab æterno Patre armatus Eques in Cruce.*

DISCURSUS I.

OPUS Hiſtorico-legale, quod Superno Numine Duce, & Auſpice ſcriptis his inchoa-
1. mus, plurimas etiam Secularium rerum notiones, Mundani honoris Genealogias, perituram Sanguinis claritatem, multifarium Hominum Statum, Terra, Marique ad gloriam Belligerantium involvens, nemo jure criminabitur: quodque officii noſtri limites prætergrediamur,
2. de Milite, de Equitibus, de terrena, atque ideo fluxa Nobilitate tractantes, vel Muneris noſtri extra Cancellos vagemur, apud Sapientes nemo prudens Nos incuſabit; ſi ſelectam Operis ſubſtantiam, & Argumentum delibraverit; ſi rationes, quę ad ſcribendum impellunt; ſi finem quo tendimus, ratione, atque animo ad Trutinam revocaverit. Hiſtorica ſiquidem Legali methodo, ac ſerie in hoc, de Origine agitur Sacrarum Societatum, Religionum
3. videlicet Militarium, ad Catholicæ Eccleſiæ Prętidium inſtitutarum, quę Militiæ quidem ſunt, juſtiſſimo Bello, contra Infideles, ac Chriſtiani nominis Hoſtes, & Orthodoxæ Fidei inimicos armis certantes, ſed Sacri inſimul Ordines ſunt, Sanctæ
4. Apoſtolicæ Sedi arctius adſtricti, pluribus ab illa decorati, & ditati Privilegiis, ac Exemptionibus. De Ordinibus Equeſtribus tractatur, quorum plerique in Clericorum, &
5. Presbyterorum Claſſes diſpertiti ſunt; Eorum pars una Noſocomiorum curę pia Charitate, Sacris legibus mancipantur, Religioſarum virtutum robore militando: Pars altera ad
6. Chriſtianam Rempublicam tuendam, pro-

propagandamque , ac ad Catholicæ
Fidei defenſionem contra Infidelium,
& Barbarorum conatus Armis labo-
rare non ceſſat , Vitam , & Opes
quibuſvis periculis exponendo .
7. Præterea in hoc Opere Statutorum
ſanctiones , in Candidatis Nobilita-
tem , & Sanguinis Puritatem exigen-
tes , Eccleſiarum cultum , Religioſa
Vota iniungentes , peculiariter ad ju-
8. ris tramites , diſcutiuntur ; De Com-
9. mendis , & Beneficiis tractatur ; Exa-
minanda occurrunt Parochorum ju-
ra , Territoriorum , cęteraque , ad
10. utriuſque Fori Judices ſpectantia ;
De Teſtamenti factione activa , &
paſſiva : Atque ideo laboris contex-
tus , Humanarum non tantum , ſed
& Canonicarum , ac Divinarum Le-
gum notitiam expoſcit . Hæc au-
tem Eccleſiaſticos Viros ignorare ,
11. magiſque Epiſcopos latere abſonum
omninò eſt ; cum ſine prædictorum
cognitione , nec Conſcientiæ nodi
diſſolvi , nec diſſidia dirimi , nec
Partium quandoque contendentium
jura , ſarta tecta ſervari valeant ; re-
12. currente hic etiam Divi *Pauli mo-
nitu Epiſtola prima ad Thimoth.
cap.* 32.
Nonne ad Sacerdotes, & potiſſime Epi-
13. ſcopos ſpectat Arma benedicere , no-
voſque Milites , ac Milites Regulares
creare ? De quibus adeſt in *Pontificali
Romano Tit. de Benedictione novi Mi-
litis , et Enſis , de Creatione Militis
Regularis .* Immo antiquitus in crean-
dis , armandiſque Equitibus , cum
plurimi ſervarentur Ritus , præſtan-
tiores illi erant , qui ab Epiſcopis ,
vel coram ipſis peragebantur , &
perficiebantur ; ut exponitur in *Di-
ſcur.* 5. Nonne ipſi Epiſcopi , qui a
14. Summo Pontifice ſeliguntur ad Aſ-
ſiſtendum Pontificio Solio , decoran-
tur facultate creandi octo Equites
15. Auratos ? Hinc cum , & Bellicę
Res Moralia exigant Præcepta ; ipſa-
que Hiſtoria ſit Magiſtra Morum ,
quid in vita expetendum , quidve fu-
giendum ſit edocens ; Et quoddam
Philoſophiæ Genus , exemplis con-
ſtans , appelletur , ut perbellè , cœ-
teris adductis tradit *Pater Joſeph Ma-
ria Maraviglia in ſuo Proteo Ethico
Politico Variar. Doctrinar. Lege o-
ctava pag. Nobis* 41. Meritò ne dum
Militiam profitentes , aut degentes
in Seculo , quorum amplum Catalo-
16. gum contexit *Adden. ad Roſin. An-
tiquit. Roman. lib.* 10. Verum etiam
Eccleſiaſtici Gradus , & Religioſæ
17. Profeſſionis Viros , ac Epiſcopali
Infula fulgentes de Bello ſcripſiſſe ,
18. publicæ luci data quam plurima te-
ſtantur Monumenta Theologorum
Canoniſtarum , ac Moraliſtarum : edi-
dit *nempe Pater Joſeph Ricci , Con-
gregat. Somaſchæ de Bellis Germanis
Libros decem , ab anno* 1618. *ad*
1648. *itemq. Rerum Italicarum ſui
temporis Narrationes , ab anno ſci-
licet* 1613. *ad* 1653. *P. Famianus
Strada e Societate Jeſu de Bello Bel-
gico* Decades duas . *P. Schiarra Cle-
ricus Regularis Theatinorum duo vo-
lumina ſub Titulo Theologia Bellica.*
Quemadmodum etiam tum antiquis ,
tum modernis temporibus Hiſtorica
Monumenta varios Bellorum inſimul
19. ſucceſſus continentia ſcripſere Viri
Epiſcopali Honore fulgentes , ac Sa-
cra Vaticana Purpura inſigniti ; &
inter cœteros , ſub Conſtantino Ma-
gno , *Euſebius* Cognomento *Pam-
philus Ceſareæ , Paleſtinę Epiſcopus ,
De Temporibus , ſive Chronicorum
Canonum Omnis Generis Hiſtoriæ .*
Sub Juſtiniani Auguſti Ætate *Jorda-
nes Gothorum Epiſcopus , de rebus*
Geticis *Geſtiſq. Romanorum .* Sub Ca-
rolo Magno , *Turpinus* Pariſienſis
Epi-

Epiſcopus de Geſtis ipſius Caroli, cujus Opus circumfertur inter varios Scriptores *de Vita, & Geſtis ejuſdem Caroli* Nono Eccleſiæ Sęculo. *Aſſerus Epiſcopus Schireburgenſis ſcripſit Hiſtoriam de Rebus Geſtis Alfredi Regis Angliæ, cujus Opus, cum alijs* Angliæ Hiſtoriis prodijſſe *Typis Anno* 1602. teſtatur *Pater Graveſon Hiſtor. Eccleſiaſt. Tom.* 3. *Colloq.* 5. *pag.* 468., *juxta impreſſ. Romę anno* 1717. *Guilielmus Tyri Archiep. De Bello Sacro* Volumen in Viginti tres diſpertitum Libros abſolvit juſſu Almerici Regis anno ab Incarnatione Domini 1304., ut ipſemet *teſtatur in Proœmio*; Quod ſane Opus Italicæ lingue donavit Joſeph Horologgi.

Joannes Petrus Ferrettus Ravennas, Epiſcopus Lavellinus de Exarcatu Lib. 7., & alia recenſita, per *P. Abb. Doranum Seraphinum Paſolini* in ejus Opere inſcripto *Uomini Illuſtri di Ravenna antica, Lib.* 2. *cap.* 7. *pag.* 35., & ſingulariter *Lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 88. *Alphons. a Bene, Epiſcopus Albenſis* ſcripſit *de Regno Burgundię Tranſylvano. Pavlus Jovius Epiſcopus Nucerinus* ſcripſit *Hiſtorias ſuorum temporum, nec non Vitas Virorum Illuſtrium*.

Petrus Card. Bembus Epiſcopus Eugubinus, et Bergomenſis ſcripſit *Duodecim Libros Hiſtoriæ Venetæ*.

Gvido Cardinalis Bentivolus de Bello Belgico ſcripſit. Et ſpeciatim de Nobilitate, de Re Equeſtri, & Militaribus Ordinibus, vel ex profeſſo ſcripſere, aut plura in eorum Volu-
20. minibus cumularunt Viri Regularium Ordinum Profeſſi. Latè ſcripſit *Pater Andreas Mendo, e Societate Jeſu de Ordinibus Militaribus*: *Pater Fulvius Fontana ex dicta Societate in Volumine*: I Pregi della Toſcana: *Pater Philippus Bonannus ejuſdem Societatis Catalogum Ordinum Equeſtrium, et Militarium Latino, et Italico Idiomate, una cum Imaginibus, Impreſs. Romæ Typis Georgij Plachi anno* 1711. *Pater Ignatius Amat. de Graveſon, ex Ordine Pręadicatorum, in Hiſtor. Eccleeleſiaſt. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus, in ſuo Libro, cui Titulus: Diſſertations Hiſtoriques, et Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, et Moderne, Seculiere, et Reguliere*, quemque edidit *Pariſijs typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718. *Pater Sebaſtianus Pauli Congregationis Matris Dei, in Volumine ſub Titulo*: Codice Diplomatico Del Sacro Militare Ordine Geroſolimitano, oggi di Malta, *Impreſs. Lucæ typis Salvatoris, et Io. Dominici Mareſcandoli anno* 1733.

21. Ex Clericali, ac Sacerdotali Claſſe *Abbas Bernardus Iuſtiniani* Patricius Venetus: *Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari, e di tutte le Religioni Cavallereſche* parte prima, & ſecunda. *Jacobus Pignatellus* ſparſim in Voluminibus
22. Conſultationum Canonicarum. *Nobilis Dominus Comes Canonicus Joſeph Antonius Caſtiglione in Volumine* cui Titulus: *Dodici Concluſioni Criſtiane Morali, Legali, e Cavallereſche*, Impreſſ. Mediolani *Typis Regiæ Ducalis Aulæ per Marcum Antonium Pandolfi Malateſta anno* 1715. Et ex Ordine noſtro *Leonardus Chienſis* Archiepiſcopus Mitilenenſis, *de vera Nobilitate, contra Poggium, cum Annotat. Michaelis Abbatis Juſtiniani, ex Chij Dinaſtris*.
23. Imo ex Sacro Eminentiſſimorum Cardinalium Collegio, de Militaribus Religionibus, & reſpectivè Equitibus

tibus

tibus, plurima ſcriptis, reliquerunt claræ memoriȩ *Jacobus de Vitriaco*, *primum Acconenſis*, *deinde Tuſculani Epiſcopus*, *et S. R. E. Cardinalis*, *Sedıſque Apoſtolicæ in Terra Sancta*, *in Imperio*, *et in Francia Legatus Hiſtoria Orientali cap.* 64. & ſequent. *Io. Baptiſta Card. De Luca*, *tum in peculiari Volumine*, cui Titulus: Il Cavaliere; *tum in magno Opere Legali: Theatrum Veritatis*, *et Juſtitiæ*. Plurima quoque fœlici calamo, juxta juris theoricas, ac exquiſita eruditione explanat clar. mem. *Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Vincentius Petra*, *in Commentarijs*, *ad Conſtitutiones Apoſtolicas*, *quinque Tomis* Romæ, & ſubinde Venetiis *impreſſis*.

Addit præterea ad ſcribendum calcar Paſtoralis, & Civica Charitas erga
24. Populum, Conciveſque noſtros; ſcilicet, ut Nobiles Adoleſcentes, qui impoſterum Militiis Equeſtribus nomen dabunt, Rei Equeſtris Breviarium, quo erudiri poſſint, ad manus habeant, & diſciplinam capeſcere. Cum enim noſtra hȩc Patria Familiis Generoſa Nobilitate pol-
25. lentibus abundet, ſemperque omni tempore Viris Equeſtribus Inſigniis floruerit, tum ex Armatorum numero, tum ex Torquatorum, & Cruce ſignatorum Ordinibus, ut reſpectivè videre eſt, in Vitis Virorum Illuſtrium Forolivienſium, quas eleganti latino idiomate exaravit erudito Volumine publicè luci dato Typis Sylvæ Impreſſoris Forolivien. anno 1726. Nobilis, & Patricius *Vir Georgius Vivianus Marcheſius*, *Eques Sancti Stephani*. Nec non in aliis Voluminibus, quibus Titulus, *La Galleria dell' Onore*, impreſs. Forolivii *apud Fratres de Marozzis anno* 1735., quæque pariter Italico
27. idiomate exaravit idem *Eques Georgius Marcheſius*, quem ob ſingularem in Scientiis, in Hiſtoriis, ac Genealogiis eruditionem, glorioſæ in ȩvum memoriæ Regalis Celſitudo Joannis Gaſtonis Magnæ Etruriæ Ducis, Magniq. Magiſtri Equeſtris Militaris Ordinis Sancti Stepha-
28. ni, Bajulivatus Provinciæ Foroiulii, ſub Venetorum Dominio, meritiſſime Motu proprio Dignitate inſignivit. Jamque in Primogenitura Bonaccorſi Succeſſor, & modo dum hæc ſcripta revidemus, in Urbe ad Sacram Sacerdotii Dignitatem promotus Aulæ Romanæ Prælaturȩ Gradu à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Benedicto XIV. decoratus fuit. Cumque de præterito habuerit, & de prȩſenti multos Albà, & Purpureà Equeſtri Cruce decoratos habeat hæc noſtra Civitas, impoſterum quoque, ſerie non interrupta habituram tutò credimus, & optamus, qui Crucis mirificè ſuſcepto Signaculo, pro Fidei Orthodoxæ tuitione, contrà Chriſti nominis Hoſtes certare non formidabunt.

Potiſſime verò conamen hoc noſtrum
30. eo collimat, ut inſtructum reddamus Sebaſtianum Nicolaum Silvium, unicum *Comitis Titi Silvii*, Germani Fratris noſtri dilectum Filium, nunc egregiȩ indolis adoleſcentem; qui primo ætatis ſuæ, vix emenſo luſtro, inter Equites Milites, ex Juſtitia incliti Ordinis Sancti Stephani Papȩ, & M. cooptatus fuit, & quem ſubindè clariſſimæ memoriæ Joannes Gaſto I. Magnus Etruriæ Dux novo Honoris Titulo avxit, Bajulivatu ſcilicet hujus Patriȩ, quem Bajulivatum hujus Patriæ, in hac Forolivienſi Civitate ipſa Regia Celſitudo Magni Ducis motu proprio creavit, & erexit, ut videre eſt in motu proprio

prio, & Bulla, de qua loquemur in peculiari Diſcurſu hujuſmodi Graduvm: idcirco cupimus, atque ſatagimus, ut ſuo ſanguine, ſuoque ſtatu, dignis vivat moribus, & Profeſſionis ſuæ, Sacræque Militiæ Leges ſervando, ea ſciat reſpuere, quæ Equeſtri inimica ſunt nomini, & ea, quæ ſunt apta ſectari. Sane qui Militiæ, cui nomen dedit, Officii, quod gerit, Magiſtratus, quo fungitur Statuta ignorat, leges, & conſuetudines non callet, reprehenſione meritò carpitur, & probroſis, juſtè compellationibus a Vulgo jactatur:
32. Et licet, multò gravius, qui eſt annis provectus redargui mereatur; ipſa tamen juvenilis ætas excuſationem pœnitus non conſequitur. Hinc Cęſarem increpaſſe legitur Quinctilianum Tribunum Plebis ętate juve-
33. nem; & Caninium Gallum, Quindecem-virum, annis veterem; eo quia, primus antiquorum morum ignarus, inſtante dicto Gallo, contra aſſuetum ſtylum, & praxim a legibus præſcriptam, recipi quendam Sibullæ Librum in Senatu propoſuerat, non convocato legitimo Senatorum numero, ut videre eſt apud *Cornelium Tacitum Lib. 6. Annalium* ibi: ***Relatum inde ad Patres a Quinctiliano Tribuno Plebis de Libro Sibullæ, quem Caninius Gallus Quindecem vir recipi, inter cæteros ejuſdem Vatis, & ea de re Senatus Conſultum poſtulaverat; quo per diſceſſionem facto miſit literas Cęſar, modicè Tribunum increpans ignarum antiqui moris, ob juventam; Gallo exprobrabat, quod Scientiæ Cæremoniarumque vetus incerto auctore, ante Sententiam Collegii, non ut aſſolet, lecto per Magiſtros, æſtimatoque carmine, apud infrequentem Senatum egiſſet.*** Sic carpitur etiam Renatus Biragus, qui cum eſſet Galliæ Cancellarius, dum in Regni Comitiis loqui deberet, ętatem, & rerum Gallicarum ignorantiam cauſatus, initio ſe excuſavit, ut ex *Thuano refert Chriſtophor. Forſtener* in Notis Politicis ad Cornel. *Tacit.* Lib. 6. Annal. pagin. 400. Unde optimo jure exclamat etiam *Quintus Mutius Scævola*, Juriſconſultus in *l. 2. ff. de Orig. Jur. Turpe eſt Patricio, & Nobili, & Cauſas Oranti jus, in quo verſatur ignorare*, de qua regula Campel. ad *Conſtit. Ducatus Urbini Decret.* 8. n. 22. loquens de Officialibus, eorum Officii leges ignorantibus.

Quin imo, juxta ſolida Theologię Moralis, & Scientiæ Theoremata quilibet Officiis Muneribuſque addictus, ac Dignitate, vel Honorifico Gradu inſignitus ſub lethalis culpæ reatu ſcire ac noſcere tenetur leges, & ſtabilimenta, quæ in proprio Ordine, ac Collegio vigent, alias propriæ obligationi ſatisfacere nequit, & cum culpabili ignorantia ſe exponit periculo tranſgreſſionis, ut in propoſito Equitum Militarium Religionum docet *Pater Mendo Diſp. 6. Quæſt. 2. n. 25.*

Cœterum Multas, variaſque res, ut de eodem Nepote, ex prædicto Germano Fratre noſtro, verbis utamur Macrobii de Filio ſuo loquentis in proæmio Saturnalium ad Euſtathium Filium. *Ubi præcipuè ſic ait*: *Nulla Nos magis, quam eorum, qui ex eo quo nos ſanguine procreati charitate devinxit: eamque noſtram quoque in his educandis, atque erudiendis curam eſſe voluit, ut Patrui, neque ſi id quod cuperent, ex Sententia cederet, tantum ulla alia ex re voluptatis, neque ſi contra eveniret, tantum mæroris capere poſſint;*

ſint; Sic etiam nobilis *Vir Sabba Caſtiglione* Hieroſolymitanus Eques, pro Bartholomeo illius Nepote Equite pariter Hieroſolymitano Documenta ſcripſit, ut legere eſt in Proemio Libri famigerati: *Ricordi, ed Ammaeſtramenti &c.* In re tandem hac, domeſticum ſuppeditat exemplum Agnatus noſter *Pomponius Torellus*, Montis Clariculi Comes, qui Tractatum edidit peculiarem, ſub titulo: *Del Debito del Cavaliere*, pro inſtructione Pompilii ejus Filii Equitis Hieroſolymitani, *Impreſſ. Venetiis Typis Jo. Baptiſtæ Ciotti Senenſis*, anno 1596.

Et revera nihil excellentius eſſe, quam laborare, ut in Adoleſcentibus, cæteriſque Viris Virtutum Dictamina,
35. Juraque dominentur, & Leges honeſtatis; & inanes plane reddi omnes recte conditas leges, ſi ſollicita deficiat inſtitutio: Proindeque ad Virtutis Opera, toto Vitæ tempore obeunda, addendam eſſe naturæ ab initio eruditionem, & diſciplinam, ex *Platone* in Libr. de Republic., & *Plutarco in Lib. de Educand. Liberis*, tradit dictus *Joſeph Maria Maraviglia d. Volum. lege* 38.

Verum, dum Diſcurſum hunc noſtrum iterum percurrimus, cogimur hic non ſiccis oculis exponere, quod prælaudatum Nepotem noſtrum in ipſo flore Juventæ, vix vigeſimum primum ætatis annum agentem, mors invida rapuit: Optimus quippe Juvenis hora ſeptima noctis die 24. Decembris anno 1742. in Domino obiit: Quemadmodum poſt lapſum quatuor menſium, hoc eſt die decima Maii immediatè ſequentis Anni, ipſa mors abſtulit etiam dictum Comitem Titum Silvium Germanum Fratrem noſtrum in ætate annorum 71. Virum (citra aſſentationem ſit dictum) Virum humanioribus litteris apprime clarum, & in re Equeſtri nemini ſecundum. Hinc modo in noſtra hac Forolivienſi Patria Familiæ noſtræ Torellæ ſpes unica ſiſtit in altero Germano Fratre noſtro Comite Antonio, qui ad Familiam ſervandam nuper, hoc eſt die 30. Aprilis mox elapſi Anni 1743. Matrimonium celebravit cum Nobili Domina Marchioniſſa Maria Luciana filia Nobilis, & Patricii Viri Domini Marchionis Coſmi Paulutii, & Nobilis Dominæ Marchioniſſæ Lucretiæ Calcagnini Ferrarienſis. Benedicente Domino, ex hoc Matrimonio natus eſt ſub die 29. Menſis Novembris Anno 1745. Filius Maſculus Primogenitus, cui in Sacro Baptiſmali Fonte impoſita fuere nomina, Silvius, Aloyſius, Sebaſtianus, Ignatius, Balthaſſar; ei autem Sacrum Baptiſma ſolemniter collatum fuit in hac Cathedrali Eccleſia per manus Emi, & Revmi Domini Cardinalis Camilli Paulucci, qui tunc temporis in hac ſua Patria morabatur, & nondum acceſſerat ad Urbem, Cardinalitium Pileum è manibus Sanctiſſimi more ſolito accepturus: Noſque in tali Baptiſmate Patrini munus geſſimus, ut liquet ex Fide, quæ regiſtratur in fine hujus Diſcurſus Littera A.

Cum itaque in recenſita noſtri Voluminis Epitome, quo tendat, & in quo
36. verſetur Argumentum, ex prædictis liquido conſtet; non eſt cur veniam hic petamus de noſtri Operis argumento, perinde ac novo ſtudiorum genere à munere noſtro receſſerimus undequaque operoſo; ſub obtentu, quod ad hæc fortaſſe divertimus, ut animum aſſiduis diſtractum curis, ac
37. Epiſcopali Sarcina oneratum, hilari aliqua ſcriptione reficeremus, prout ſuper erudito ſuo Volumine *Dierum Canicularium* cauſam ſuam tuetur alter

alter Epiſcopus *Simon Majolus in*
Præfatione ad Lectorem . Scimus
quidem , & longo viginti quatuor ,
& ultra annorum experimento ,
nullum Paſtoralibus curis, & ſollici.
tudinibus vacuum , nullum ad o-
tiandum dari Epiſcopis horæ mo-
mentum ; ſcimus quod indigna Epi-
ſcopo vox eſt , parum ſibi eſſe ne-
38. gotii ; quod merito redarguit San.
ctus Carolus Borromæus , ut legitur
in ejus Vita , & refert *Epiſcopus Leo*
Theſaur. For. Eccleſiaſt. p. 4. *cap.*
2. *n.* 26. Sed prædictarum rationum ,
& motivorum intrinſeci ponderis è
conſpectu , vitio noſtro non dabitur,
quod improbo labore tempus inſum-
pſerimus , & ab officio noſtro feria-
ti ſimus . Immo quilibet etiam ſe-
39. verus Cato fatebitur, Opus hoc no-
ſtrum Hiſtorico legale Epiſcopo non
incongruum , dum inter tot Paſto-
rales labores , & curas , illa etiam
40. urget, Populos Moralibus Præceptis
inſtructos reddendi , ac eruditos ,
potiſſimè Viros Patricios , qui ſunt
illuſtrior portio Gregis noſtri , qui-
que inſuper Eccleſiis addicti ſunt ,
& Religionis Voto mancipati , &
41. ſub Regulari Obſervantia degentes ,
& quos ipſi Summi Pontifices Apo-
ſtolicis Litteris acerrimos , & inde-
feſſos nuncupant Jeſu Chriſti Athle-
42. tas, Machabæorum æmulantes mo-
res , ac pro Fide Catholica etiam
vitæ, & ſaluti non parcentes , per
maria undique diſcurrentes , ac
publicę quieti invigilantes, Chriſti Fi-
delium tum Bona, tum Corpora,
& Animas tutantes , adverſus Chri-
ſti Crucis Inimicos defenſione , &
conſervatione jugiter laborantes, de
Chriſtiano nomine, Fideique Catho-
licæ defenſione optimè meritos.

Tuis ergo ſub Præſidiis noſtrum ſurgat
Opus Sanctiſſima Virgo , cui ſplen.
43. didiſſimum noſtra hac in Urbe ab
Igne nomen jam diù tribuère Miracu
la. Tu Virgo Deipara Sapientię Sedes,
Juſtitiæ Speculum, Supremum exorans
Dominum , Nobis impetra , ut men-
tem foveat , intellectus noſtri tene-
bras illuminet, det nobis intelligendi
acumen , retinendi capacitatem , inter-
pretandi ſubtilitatem , addiſcendi fa-
cilitatem , noſtri Operis ingreſſum in-
ſtruat, progreſſum dirigat, egreſſum
compleat .

Strenuiſſimum quoque Chriſti Domini
Militem exoremus Divum Valeria-
num, pręcipuum hujus Patriæ noſtrę
Patronum, qui cum in Terris dege-
ret, Equeſtri Baltheo inſignitus, glo-
riose pro Fide Catholica , proque
Patria certavit , quam & nunc in
Cœlis tuetur. Concives proinde no-
ſtri ad Aram, illiuſque Tumbam in
Cathedrali Eccleſia ſub Titulo Inven-
tionis Sanctæ Crucis ſitam , fidentiſ-
ſimè confugiunt : ipſe enim Divus
44. Valerianus ſanguine Forolivienſis ,
pro Forolivio pugnavit, & una cum
octoginta Sociis , in Cœleſti Patria
Martyrii Corona præfulget : unde
extat Diſticon ſub veteri Icone ejuſ-
dem Divi Valeriani exiſtente in Avla
majori noſtri Epiſcopii, ubi ſic le-
gitur .

Livia te genuit , te pro Cruce funera
paſſum ,
Nunc Crucis in Templo Valeriane colit.

Ipſius Sancti Ducis noſtri precibus fa-
veat Nobis Divina dignatio : nec
non Sanctorum Baſilii , Auguſtini ,
Benedicti , Bernardi , ſub quorum
Sanctiſſimis Regulis tot militant Re.
ligiones Equeſtres , & Militares Or-
dines , ac Sancti Michaelis Archangeli,
cœterorumque Divorum Petri , &
Pauli Apoſtolorum, Stephani Papæ,
& Martyris, Joannis Baptiſtæ, Joan.
nis, & Thomæ , Georgii , Blaſii ,

Mau,

Mauritii, & Lazari, Umberti, Stephani Hungariæ Regis, Militarium Equeſtrium Ordinum reſpectivè Tutelarium Patronorum, de quibus in Hiſtorica Nomenclatura Ordinum mentionem in hoc Volumine facimus, enixè ſubſidium imploramus.

Totis demum Præcordiis Agnatum noſtrum Beatum Torellum ſuppliciter exoramus, ut ſicut ipſe Heroicis Chriſtianæ Fidei virtutibus Proſapię noſtræ Decus in Terris emicuit, ita in Cœlis nunc Patronus, & Tutelaris
45. pro Nobis quoque apud Deum Optimum Maximum, à quo bona cuncta procedunt Interceſſor, Deprecatorque exiſtat, quatenus Dei ope, per ipſum impetrata, Nos incolumes firmaque valetudine ſervemur. Quamobrem, dum Volumen noſtrum revidemus hoc Anno 1741., & reſpectivè 1742., ut erga eundem Beatum noſtrum cultus, & Religio avgeatur, & extendatur, precibus Sanctiſſimo Domino noſtro Divina Providentia Benedicto Papę XIV. humilimè porrectis, ab eodem Summo Pontifice obtinuimus, extendi ad hanc Civitatem Forolivii, mediante Indulto recitationis Officii, & Miſſę: ac etiam quoad Perſonam noſtram ulterius Ruri, quoties per Nos Ruri morari contigerit, conceſſione facultatis celebrandi Miſſam etiam Votivam, vel coram Nobis celebrare faciendi dictam Miſſam Votivam, juxta Decreta Sac. Congregationis Rituum, Litteris Apoſtolicis in forma Brevis confirmata; quod Pontificium Breve per extenſum ad litteram habetur in Vita hujus Beati Torelli edita a Patre Jacobo Bellogrado, de quo infra.

Profectò, nemo ſapiens ignorat Mortales Nos omnes in hac Mundi lacrymarum Valle locatos inter Lupos, & in medio Luporum verſari, qui eò ferociores ſunt, quò inviſibiles, & in Nos etiam irruere ſub mentita Ovium Veſte. Scimus Beatum noſtrum Puppienſes Populos à Luporum viſibilium aggreſſionibus Dei munere, mirabiliter tueri. Faxit De-
46. us, ut Nos etiam ab inviſibilibus, qui circumſtant Lupis defendat, ne multimoda eorum vexemur nequitia, vaferrima molimina ſuperemus: repetimuſque vetus illud Tetraſthicon integrè, quod impreſſum nunc circumfertur ſub antiqua dicti noſtri Beati Torelli Imagine, juxta Prototypon Mariani Catani Puppienſis Antiquarii ſolertiſſimi, quod ſic ſe habet.

Omnipotens parere Lupos huic munere juſſit,
Qui ſibi Devotos liberat Ore feræ.
Torellos ſervare tuos Torelle memento;
Ne Stygiis infligat Uulnera Dente Lupus.

Hæcque carmina adſunt deſcripta, etiam ſub Icone ejuſdem Beati ad ejus Altare in Eccleſia Abbatiali Sancti Mercurialis ſui Ordinis Congregationis Vallis-Umbroſæ in hac Civitate Forolivii: cui conſonant Carmina, quæ leguntur in noſtra Rurali Eccleſia dicata Sancto Valeriano Martyri, Principali Civitatis, & Diœceſis Forolivienſis Patrono, de qua fit mentio in dicto Brevi Pontificio: ubi in Ara Icon adeſt, in qua eleganti Penicillo picta conſpicitur ſuper nubes Sanctiſſima Virgo Maria brachiis Puerum Ieſum retinens: Ex uno latere dictus Sanctus Valerianus, & ex altero Beatus Torellus, con-
47. verſi ad Puerum Jeſum, & Sanctiſſimam Virginem Matrem, pro hac Civitate orantes, & demum in inferiori parte delineata exhibetur Urbs Forolivii: Carmina autem ſunt.

Ecce Pater Patrię, noſtras ſuper æthera cauſas
Livia ter felix Valerianus agit.
Ter felix Torella Domus; Torellus Olympo
Nutibus infeſtos, arcet ab Urbe Lupos.

Eandem ſupradictam ruralem Eccleſiam, nec non præſcriptum Tetraſticon deſcribit etiam Doctus Pater Magiſter Don Bonifacius Maria Maccioni Monachus Vallis-Umbroſæ, & in Abbatiali Monaſterio Sancti Mercurialis in hac Civitate Forolivii ejuſdem Ordinis Vallis-Umbroſę Lector, & Theologiæ Magiſter in Compendio Vitæ ejuſdem Beati Torelli, in illo Libello, cui titulus: *Succinto Ragguaglio della Vita, e Morte del Beato Torello da Poppi Eremita, Stampato l' Anno* 1743. *in Forlì pe'l Montanari, e Marozzi pag.* 21. Addimuſque poſtremo, quod Pius eleganſque Vates ſcriptum reliquit de eodem Beato Torello, qui paterna relicta Domo ad Eremum confugit, videlicet.

Cur Natale ſolum, Generiſque micantia ſpernit
Stemmata Torellus: ſcilicet Aſtra petit.
Jam nunc Siderea Cœlorum Sede locatus,
Reſpice de Cœlis, & Genus, & Patriam.

Plures quidem Auctores Geſta Beati noſtri Torelli deſcripſerunt, ut videre eſt, in ſapientiſſimo Volumine, cui Titulus: *Trattato Apologetico, in cui ſi dimoſtra S. Torello da Poppi Eremita, eſſere ſtato dell' Ordine di Vallombroſa: Diviſo in due parti ec.* Opera *di Don Felice Soldani da Poppi Vallombroſano, Dedicato all' Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Principe il Signor Cardinale Alamanno Salviati, Stampato in Lucca* 1731. *per Salvatore, e Giandomenico Mareſcandoli.* Et in Libro, cui Titulus: *De Vita Beati Torelli Puppienſis Ordinis Vallis-Umbroſæ Commentarius, Patavii Typis Seminarii* 1745. quem cultu eleganti, ac verè aurei Sæculi Latini Sermonis ſtylo, exaravit, & Typis Seminarii Patavii mandavit anno 1745. laudatus eruditiſſimus *Pater Jacobus Bellogradus e Societate Ieſu*, dicavitque Eminentiſſimo Principi Carolo Cardinali Rezonico Epiſcopo Patavino: Noſque in calce noſtri Diſcurſus regiſtramus *ſub littera B.* una cum Icone ejuſdem Beati Torelli.

Tanto ſub Pręſidio adſit D. O. M. Votis noſtris, & qui noſtrę Juſtitiæ fiduciam non habemus, ejus qui ſibi placuit precibus adiuvemur, ut inceptum Opus, quo ſeries immenſa laborum conditur, ad Majorem Dei Gloriam, & Honorem perficere valeamus; faſque Nobis ſit clara methodo Militarium Ordinum recenſere primordia, progreſſum referre, municipales exponere leges, & ad omnium utilitatem, & commodum utriuſque Juris Theoremata cumulare ea via, & ratione, ut omnia, & ſingula, quæ ſcribimus recta ſanaque Doctrina ſcribamus, nec Jota unum aut apex à lege Juſtitię prætereat.

Cuncta ſanè, quæ dicemus, & ſcriptis mandabimus Sanctæ Romanæ Eccle-
48. ſię omnium Matris, & Magiſtræ Judicio, & correctioni pœnitus pœnituſque humili corde ſubiicimus; & ſiquid citra animi noſtri ſenſum, irrepſerit, quod vel in minimo, Sacris Catholicæ Romanæ Fidei Dogmatibus diſſonum videri poſſet, nunc pro tunc deletum, abolitum, revocatum, & pro non ſcripto haberi volumus, & declaramus, ita ut potius pereat actus, quam proteſtatio; ac quęcumque Sancta Mater Eccleſia Catholica, & Apoſtolica Romana damnat, reiicit, & anathematizat;

Nos

Nos quoque integrè damnamus, reiicimus, & anathematizamus. Hic ſenſus noſter, hęc mens noſtra, hoc votum noſtrum; ac ejuſdem Catholicæ Romanę Fidei Profeſſionem, quam occaſione munerum Nobis demandatorum, toties ſolemniter emiſimus, & profeſſi ſumus, juxta formam, à San. Mem. Pio Papa IV. in ſuis famigeratis Conſtitutionibus in Bullar. *Cherub. in ord. la.* 88. incipien: *in Sacroſancta* & *la:* 89. incipien: *Iniunctum nobis* præſcriptam, & per extenſum inſertam, hìc quoque toto corde, Voce, & Calamo renovamus, iterumq. profitemur ſub formula regiſtrata in calce litera C.

Noſtro autem huic Volumini Titulum præfigimus *Armamentarii Hiſtorico-legalis de Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus.* Porrò metaphoram Armamentarii ſumpſimus, quia ſicut Armamentarium eſt repoſitorium Armorum, & ferè Navalium, ita in hoc Volumine exponitur in univerſum Res Equeſtris plurima involvens. Dicimus *Hiſtorico legalis*, componitur quippe ex Diſcurſibus Hiſtoricis, & Legalibus ſtylo, & methodo Legali exaratis, quos in duas partes diſtribuimus, in quarum prima *Proœmialibus* de Re Equeſtri præmiſſis Diſcurſibus, apponuntur Diſcurſus,
49. & Narrationes ſuper Origine, & Progreſſu, cujuslibet Ordinis, una cum pręcipuis cujuſcumque Ordinis Statutorum Rubricis. Totque erunt Diſcurſus, quot ſunt Ordines, eoſque Alphabetica methodo diſtribuemus, ut ita evitentur de præcedentia contentiones, & jurgia, quemadmodum annotavimus in *Diſcurſu Quarto ſub n.* 18.

Dicimus tandem, quod Diſcurſus verſabuntur ſuper Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus, ut omnes, & ſingulas Equitum ſpecies amplectamur. Sive enim conſideretur Vocabulum *Ordo* magis ſtrictum quam verbum *Religio*, ita ut hæc ſignificet ſtatum in genere univerſaliſſimo: Vox autem *Ordo* idem importet, ſed plus reſtrictum, in ſpecie quaſi ſubalterna, juxta ea, quę tradit *Pater Franciſcus Bordonus Var. Reſolut. Tom* 2. *parte ſecunda Reſolut.* 85. *n.* 54.

Sivè quatenus, e converſo, accipiatur eadem Vox *Ordo* uti latius patens quam nomen *Religio*, quæ importet quid ſtrictius ratione Votorum, & Ordo ſonet directionem, & Ordinationem aliquam ſine Votis, ut ratiocinatur *Pater Portellus in verbo Tertiarii n.* 4. Hoc certum eſt, quod utrumque Vocabulum ſignificat modum vivendi regularem; cumque in pręſenti noſtro Opere, plures enumerentur Cœtus, Societates, Equeſtreſque Ordines, nec non Religiones Equeſtres, & Militares largè, & ſtrictè ſumpte, juxta unam, & alteram explicationem ſuperius relatam, quæ cæteroquin quęſtionem involvit de lana caprina, ut inquit allegatus *Bordonus*; in huiuſmodi noſtra hypotheſi quadrare videtur dictum Vocabulum *Ordo* veluti aptum, ad omnes licet diverſas Ordinum, & Religionum ſpecies comprehendendum. Et ſub hoc adamuſſim Titulo Auctores de hac materia agentes Tractatus ſuos inſcripſerunt De Ordinibus Militaribus, ut videre eſt in Volumine *Patris Andreæ Mendo de Ordinibus Militaribus*, *Patris Philippi* Bonnani *in Catalogo Ordinum Equeſtrium, & Militarium* in Volumine, cui Titulus: *Li Sovrani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 247., juxta impreſſionem Venetam *Sebaſtiani Coleti* anno 1720., & apud *Collectorem Gallum, in quatuor illis Voluminibus*,

bus, quibus Titulus eſt: *Hiſtoire des Ordres Militaires* ou Des Chevaliers, impreſſ. *Amſtelodami Typis Petri Brunei* Anno 1721. Sub eodem Titulo vocantur in Poloniæ Regno, teſte Doctiſſimo *Joanne Friderico S. R. I. Comite in Koden Sapieha Equite Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Volumine* Titulum gerente: *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ*, *impreſſo Coloniæ apud Adamum Cholinum Anno* 1730. *cap. 6. pag.* 79. qui Dominus Comes in fine dicti Voluminis efformat *Corrolarium Ordinum*, & Corrolarii titulus eſt: *Corrolarium celebriores in Chriſtianitate heroicos Ordines*, *nunc vel olim florentes ſuccinctè enumerans*, & paſſim alii Scriptores hoc Titulo utuntur.

At Nos, in ipſa Diſcurſuvm ſerie texenda, ac exponendis reſpectivè narrationibus, Vocabulis utemur promiſcuè, *Religionis*, *&* *Ordinum*, retenta materię qualitate: Cum enim, in plures ſpecies Equitum Claſſes dividantur, ut liquet ex ſequentibus Diſcurſibus, ſcimus quod Galli Societates illas Eccleſiaſticas, & Religioſas conſtituentes Equites *Di Croce* vocant Religiones. Hiſpani *Habitus*, ut notant Scriptores allegati in noſtro Diſcurſu quarto *ſub n.* 17. Ita etiam Luſitani appellant *Habitus*. Et ſub his terminis Cauſæ diſcutiuntur in Sacræ Romanæ Rotæ Auditorio. Cœteras Societates Equitum, quas Nos Itali à *Baltheo* vocamus, quem collo deferunt, & ut dicitur di *Collana* Galli vocant Ordines, ut in eodem noſtro Diſcurſu quarto.

Præterea Nos cupientes, ea omnia cumulare, quę ad materiam Equeſtrem vel totaliter, vel partialiter, directè, aut indirectè, ac minus propriè, fraternizantibus tamen terminis, aut ſimilitudinariè ſpectare, & Analogiam habere poſſunt, hìc referemus etiam Societates, Collegia, vel Cœtus, in quibus emicat aliqua Equeſtris Prærogativa, vel nomen, licet non ſint Religiones, vel Ordines Militares, aut Equeſtres.

De omnibus, & ſingulis Ordinibus loquemur in ſubſequentibus Diſcurſibus ſervato Alphabeti Ordine, & Narrationes recenſebimus, non ſolum quoad Ordines, qui adhuc exiſtunt, ſed etiam quoad Ordines, qui extincti ſunt, & aboliti, & amplius non extant.

Imo verba faciemus etiam de Ordinibus, qui fuerunt ſimpliciter deſignati ſine ulla executione, & ut Nos dicimus *Ordini Progettati*: plures enim ſunt Equeſtres Ordines, quos Principes erigere intendebant, ſed non perfecerunt, ut evenit, quoad Ordinem *Paſſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, quem Carolus VI. Galliarum Rex, & Rex Angliæ Eduardus II. inſtituere debebant circa annum 1392. Quoad Ordinem *Crucis Salvatoris Mundi*, quem Franciſcus I. Galliarum Rex fundare in Mente habebat ſub Leone X. reſpectu Ordinis *Militiæ Jeſu* erigendi in Germania tempore Pauli V. Ordinis Magdalenæ à Joanne Cheſnel exhibiti Anno 1614. Ludovico XIII. Et demum ſermo erit de Ordinibus Militaribus, quos falſos, fabuloſos, & chimericos nonnulli Scriptores aſſerunt, & probare nituntur, ut prętenditur reſpectu Ordinis *Sanctę Ampullæ*, *Canis*, *& Galli*, *Sciuri*, uvlgo *Scojattolo*, *Menſę Rotundę*, *Cygni*, *Stellæ Meſſinæ*, *Sancti Michaelis Neapolis*, *Charitatis Chriſtianæ*, *Stellę Mariæ Virginis*: Super quibus videri poterit id, quod traditur in Hiſtoria Or-

di

dinum Monaſticorum, & Militarium Gallicè ſcripta, & in Italicum Idioma translata per Patrem Joſephum *Franciſcum Fontana Mediolanenſem, Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *cap.* 69. *pag.* 448. *uſque ad* 466. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. Noſque de prædictis agemus in ſuis locis.

In altera verò noſtri Voluminis Parte, Tomoque ſecundo, omnes Diſcurſus in ea recenſendi verſabuntur circa materias Legales, Morales, & Canonicas, quæ quomodocumque, ad Equites, Equeſtreſque Controverſias ſpectare poſſunt, quas pro noſtra tenuitate enodare curabimus.

Rebus ita dilucidatis, ac præmiſſis credimus, atque ſperamus Armamentarii Hiſtorico legalis, quem præfiximus Titulum, noſtro huic Operi quadrare, & conformem eſſe præceptis, quæ Librorum Scriptoribus traduntur à *Patre Joſepho Maria Maraviglia* in ſuo *Proteo Ethico-politico lege* 100. *per totam*; & immunem eſſe à Cenſuris, ab eodem Patre Joſeph inflictis: Armamentarii ſiquidem Metaphora, & totius Operis Tituli Allegoria citra faſtum, & jactantiam omnes Voluminis partes, Hiſtorias inter ſe diſſitas, Juris utriuſque materias comprehendit. Porrò in Voluminibus tàm diverſa rerum argumenta involventibus fortaſſe aptior modus accipi non poteſt, quam ſub allegorico Titulo, ut videmus in Voluminibus clar. mem. Cardinalis *De Luca*, qui illa inſcripſit: *Theatrum Juſtitiæ, & Veritatis: Salgadus Labirint. Creditorum*, & in Miſcellaneis Hiſtoriis laudati Auctoris: *Galleria dell' Onore*.

Quin notandum, quod fortaſſe ex recenſitis cauſis ipſe Pater *Maraviglia* in ſuo Volumine tot materias diſtinctas perpendente, utitur Metaphora Protei Ethico-Politici.

Sacris jam tot ſub auſpiciis, læti Vela faciamus: Equitum, & Equeſtris Ordinis Originem primo loco exponamus. Sane ut in ipſo Codicis noſtri Veſtibulo, Viri Nobiles, ac Generoſi Equites, ad Fidem, Religionemq: pro virili parte tuendam, ad
50. Principis Majeſtatem, Patriæ Honorem, Iuſtitiamque zelandum, ex eorum munere, ſe undequaque obſtrictos agnoſcant; & exempli documenta in Illuſtri poſita monumento, ſedulo intueantur; unde quod imitentur capiant, unde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitent, Cœlo docente ab Angelorum Magiſterio exordium ſumamus. Non defuerunt ſiquidem Auctores, qui ſcriptum reliquerunt, atque ingenioſa pietate aſſerverunt, Titulum, Honoremque Equeſtrem ab illo deduci Certamine, quod in Cœlo peractum eſt, & ab eo deſumptum Symbolum, quando Lucifer, & Reprobi Angeli, in Divinam Majeſtatem Rebellione illa horribili, ſe extollere tentarunt; ſtatim enim Michael Archangelus Princeps Militię Angelorum, Angeli ejus pręliabantur cum Dracone, & Draco
51. pugnabat, & Angeli ejus, & non prævaluerunt, neque locus inventus eſt eorum amplius in Cœlo; quoniam Michael glorioſè Draconis dirum caput in ima pellit Tartara, Ducemque cum Rebellibus Cœleſti ab Arce fulminat.

Hinc ſicut in Cœlo pro Dei Honore, quem Lucifer, Reprobique Angeli temerariis illis læſerunt vocibus *Similis ero Altiſſimo*; Pro ſuperna, & nitida illa Patria, quam fumoſa conſpurcare tentaverat labes Superbiæ, pugnavit ſtrenuè Michael pro

Dei

Dei Amore, Fidelitate, atque Reverentia, & Regni Cœleſtis, ac Sociorum, juxta verba Patris *Gregor. Ferrerii*, e Societate Jeſu ſuper *Apocalyps. cap.* 12. Ita documentis e Cœlo dilapſis, Equeſter Ordo in Terris inſtruitur; ut ſicut præfulgent Equites gradu, ita pro Deo, pro Fide, pro Juſtitia, pro Principe, pro Pa-
52. tria impigrè decertare obſtringuntur, quemadmodum refert *Joannes Soranzo in Libro*, *cui Titulus*: *L' Idea del Cavaliero pag.* 47. Rurſus narrationem ſubdamus, quę non minus Equitum Origini ornamento ſit, quam Equitibus; eoſque magis moralibus inſtruat Diſciplinis, & ad Virtutes ſectandas, repetita ſuppeditet Incitamenta. Ajunt ingenii acumine, de more ſcribentes Hiſpani, quod deficiente, ſeu frigeſcente in Orbe Terrarum Charitate, Fide, ac Veritate, debacchari cęperunt Iniuria, & Falſitas, & cum ipſis confuſio; ſicque Deus nec agnoſcebatur, nec amabatur. Ut ergo debita ei Obedientia, debituſque Honor tribueretur, & in
53. Terris Iuſtitia, & Pax oſcularentur, & Charitas inflammaret; Iuſſu Populi, variis hominum congregatis Legionibus, quarum unaquęque mille Viris conſtabat, ex quolibet Millenario ſelectus fuit Vir, præ cæteris magis affabilis, Prudens, Fidelis, probis imbutus moribus, prędtans Viribus, Nobili, & Generoſo animo, omnique Virtutum Genere ornatus: nec minore cura inter cętera Animalia Equum ſelegerunt, veluti pulchriorem, ad curſum paratum, & ad laborem, magiſque Hominum ſervitiis aptum; huncque Equum dicto Viro e Millibus ſelecto donarunt, & ab Equo Equitem vocaverunt; ſicuti refert *Sanſovinus in Libello*: *della Origine de' Cavalieri pag.* 3. *a tergo*: Ut ita edoceatur Eqvitem, Italicè *Cavaliero*, neceſſario ſuamet Origine, & Deſumptione, ab Equo ſpectata, præditum cumulatumque debere eſſe affabilitate, prudentia, fortitudine, omnibuſque Virtutibus, ut notat *Gipſus in ſuo Volumine*: *La Spada d' Onore*, quem allegat Card. *De Luca* in Italico Tractat. *Del Cavaliere cap.* 2. *n.* 3. His omnibus non inutiliter fortaſſe ſuppoſitis, ut Hiſtoricam ſeriem, Ortus, principiique Equeſtris Dignitatis, ac Ordinum Equeſtrium, clara methodo exponamus, ut prænotemus oportet, quod Gradus Equeſtris, & Equeſtris Dignitas generaliter ſumpta, & in ſui quidditate nil aliud eſt, quam peculiaris ex re Militari, ac Civili ſelectio Nobilium, qui fortitudinem, aliaſque Virtutes, ad ſervandas Juſtitiæ Leges, ad Reipublicę commodum, utilitatemque impendunt, & ſuperimpendunt, ſibique Gloriam comparant: ſic hanc honorificentiæ qualitatem ſumpto fine, termino, & medio latè explicat dict. *Sanſovinus Lib.* 3. *ſub* §. *Fondamento della Cavalleria a pag.* 7. *cum ſeqq.*, ubi undecim qualitates, in Equite neceſſarias enumerat: & circumſcribit doctè Agnatus noſter Comes *Pomponius Torellus in ſuo Tractatu*: *Del Debito del Cavaliere*, *Venetiis*, *ut diximus*, *impreſſ. Typis Jo. Baptiſtæ* Ciotti Senenſis *ad ſignum Auroræ anno* 1596. *P* 1. *à pag.* 5. *cum ſequentibus*, *&* *ſignanter pag.* 17. ibi .. *Potraſſi perciò circoſcrivere la Cavalleria*, *con pigliare il fine dell' Onore*, *che dalla Giuſtizia*, *come termine*, *&* *dall' armi*, *&* *fortezza*, *ch' è loro propria*, *con altre virtù*, *a loro neceſſarie*, *come mezzo dependente*, *che ſia una ſcelta della Militare*, *per Nobiltà*, *e per valore*, *che*

che col mezzo della fortezza, ed altre virtù neceſſarie, adoperandoſi in mantenere, & diffendere il diritto della Giuſtizia, alla communanza degli Uomini utilità, & a ſe ſteßa procaccia honore. Con queſto principio, che dal fine, & deſcrizione del Soggetto noſtro naſce procedendo al tutto, ſi conoſcerà facilmente, che più del mezzo, nel principiar conſiſte; anzi che il principio tutta la materia, con la ſua virtù comprende, & perciò facile ci ſarà ogni diſcorſo, al debito del Cavaliero, il quale non ha altra ragione di operare, che l'onore, ne altro fine, che la Giuſtizia, ne altro mezzo, che il valore, ſoſtentato, & indirizzato dalle virtù, che ſono a ciò neceſſarie: quindi appare il grave errore di quelli che ſtimano non conſiſtere l'Eſercizio del Cavaliero, in altro, che in menar le mani, eſſere attorniato da Satelliti, & ſpregiando Dio, non aver altro intento, che d'ingiuriare il proſſimo; onde il Cavaliero lo fanno un notabiliſſimo Aſſaſſino. La Giuſtizia è il fine, che move il Cavaliero, come principio d'ogni ſua attione, perciocche nelle coſe agibili, il principio, & il fine, è tutt'uno, benchè diverſamente ſi conſiderino: che ſe io mi movo a diſcorrere di queſta materia per giovar ad altri, non è dubbio, che queſto giovamento, è ultimo, & fine dopo ogni mia tale attione. Et queſto ſteſſo, ch'è fine, come principio mi move prima a penſare, & poi a ſcrivere. La Giuſtizia così è fine, e principio dell'opere Cavallereſche, poichè queſta loro pone l'armi in mano per difenderla, & queſta ſteſſa difeſa, è il fine di fargliele honoratamente deporre. Super qua deſcriptione videantur, quę diximus Diſcurſu quarto.

Si autem Sermo ſit, de Equeſtri gradu & Dignitate ſpecificè ſumpta, & Viris Virtute præclaris, Natalium ſplendore illuſtribus, peculiariter collata; dicimus, quod eſt ipſa ſe-
56. lectio, & prælectio, quam facit Princeps, vel ab eo poteſtatem habens, talium Virorum à cœteris Hominibus, externa aliqua, fixaque Honoris Teſſera exornatorum, una cum Titulorum, & Præeminentiæ collatione, ad Reipublicæ Decus, Bonumque Regimen, Belli Paciſque temporibus, juxtà ea, quæ tradit *Card. de Luca in Volumine Italico. Il Cavaliere Cap. 3. e 4.* Et prænotamus etiam quod in examine Originis Ordinum Equeſtrium, rem dividit in plures ſpecies, ſcilicet in
57. Romanam, Militarem, Honorariam, Socialem, Eccleſiaſticam, Regularem, & Muliebrem *Pater Honoratus a Sancta Maria, Carmelita Excalceatus, in ſuo Erudito Volumine Gallico Idiomate,* cui Titulus: *Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne impreſs. Pariſiis anno 1718. Typis Chez Pierre Francois Giffart, Libraire, & Graveur Rue Saint Jacques a la Image de Sainte Thereſe Lib. 1. Diſſert. 2., & ſeqq.* quæ multiplex diviſio ad quinque capita limitatur in noſtro *Diſc. 4. n. 17.* Noſtrum hinc conſtabilimus ſiſtema his Aſſertionibus, quod Equitis Gradus, & Dignitas in ſui quidditate, etiam antiquiſſimis temporibus celebris fuit: Quodque Ordinum Equeſtrium, ſive Romanorum, ſive Militarium, ſive Honorariorum, ſive Socialium Inſtitutio vetuſtiſſima pa-
58. riter eſt, & in Orbe Terrarum eorundem Equeſtrium Ordinum cujuſcumque ſpeciei reſpectivè antiquiſſimus Uſus viguit, licet ſub nuncupatio-

pationibus expreſſorum , tum ante
Diluvii tempora, tum poſt : cum enim
Dominiorum Diviſiones invexerit
Cain , & Civitates fuerint conſtru-
ctæ, ut habetur in Geneſi *cap.* 4.
& de quibus agit *Joſeph Antiq. Ju-
daic.* Lib. 2. cap. 13. , & cœteris
cumulatis *eruditus Luſitanus Anto-
nius de Souſa , de Macedo* , in ſuo
Volumine *Eva , & Ave , ou Maria
Triumfaute* P. 1. *cap.* 18. *ſub. n.* 1.
Auditumque fuerit frigidum illud
Verbum Meum, ac Tuum, & quid-
59. quid eſt malorum in vitam noſtram
inuehens, innumera gignens Bella, ut
inquit *Divus Chryſoſtomus in Ora-
tione de Santo Philogonio* : unde
Viri Gigantes , Viri Potentes a Sæ-
culo, Viri Famoſi juxta Genes. cap.
6. n. 4., & demum poſt Cataclyſ-
mum Nembrot Babylonicam erexerit
60. Monarchiam, ut in Geneſ. cap. 10.
num. 7. *Souſa* ubi ſup. *cap.* 5., &
alii ſubinde Principatus , Regna,
& Imperia erecta fuerint , ac ex
Hominum concupiſcentiis Bella , &
Lites emerſerint, illico pro Regio-
num ſplendore, Principum decore,
61. ac tuitione Optimatum Cœtus ſce-
lecti fuere, ac decreti Proceres, pri-
mique Ordinis Milites, Principum
lateri adhærentes, Honoris Teſſera
decorati, munia exercentes fortiora;
quin ab ipſo D. O. M. pro bono Rei
publicæ Regimine dati fuere Duces.
Quis autem non videt hujuſmodi di-
ſtinctos, ſegregatoſque ab aliis Vi-
ros, in ſubſtantia, & revera fuiſſe
Viros Equeſtri Dignitate, & Gra-
du conſpicuos? Ad tradita per *Abb.
Juſtinianum Hiſtor. Cronolog. dell'
Origine degli Ordini Militari P. pri-
ma , capite primo* ; & per Virum,
toto quà latè patet Poloniæ Regno,
Patricia Sanguinis Nobilitate non
minus, quam eruditione pręclarum
Dominum *Joannem Fridericum S.
R. I. Comitem in Koden Sapieha* Ca-
ſtellanum Trocenſem, Præfectum cum
Juriſdictione Palatinatus Breſtienſis,
Mareſcalcum Supremi Tribunalis
Magni Ducatus Litvaniæ, Equitem
Ordinis Aquilæ Albę in ſuo Tract.
cui titulus: *Adnotationes Hiſtoricæ
de Origine &c. in Regno Poloniæ
Ordinis Equitum Aquilę Albæ* im-
preſs. Coloniæ apud Adamum Cho-
linum anno 1730. *In Diſcurſu Præ-
liminari de Equitibus.*
Aſſertio hęc noſtra ſolidè fulcitur pro-
batione ex clariſſimis Principum
factis reſultante, quæ in Sacra ha-
bentur Hiſtoria, & Scriptorum Do-
62. cumentis: exempla enim haberi pro
Teſtimoniis debent, quia rectè Teſti-
monium eſſe dicitur, quo rerum veri-
tas approbatur; *ut inquit Salvianus
de vero Judicio, & Providentia Dei lib.*
2. In referendis autem hujuſmodi e-
xemplis Cronologiam Hiſtoriæ, &
Documentorum ſeriem ſervabimus.
Sanè in Sacris Paginis legimus vi-
63. xiſſe Viros a Cain, & Seth de-
ſcendentes, adeo viribus ſupra alios
pręſtantes, ut Gigantum nominibus,
Viri potentes a Sæculo, Viri famoſi
appellarentur, ut inquit *Geneſ. 6.*
Fuerunt Gigantes nominati illi, qui
ab initio fuerunt ſtatura magna, &
ſcientes Bellum, juxta verba *Baruch
Prophetæ cap.* 3.
Rurſus poſt univerſalem Cataclyſmum
64. id conſtat; nam ab Orbe condito an-
no 2084. juxta Chronologiam Uſſerii,
liquet, quod in Pharaonis Egyptii Re-
gis Aula Principes aderant; illi ſcili-
cet, qui improbis Aulicorum moribus
Pharaoni inſinuarunt, ut Saram Abra-
hæ Uxorem in Aulam reciperet, ut in
Geneſ.cap.12. *Nunciaverunt Principes
Pharaoni, & laudaverunt eam apud il-
lum, & ſublata eſt Mulier in Domum*

Pha-

Pharaonis. Ex Sacra Scriptura circa prænotatum tempus habetur,
65. quod Judas Iſraelis Filius Anulum, Armillam, & Baculum gerebat. Thamar enim interroganti reſpondit. *Quid tibi vis pro Arrhabone dari? reſpondit, Anulum tuum, & Armillam & Baculum, quem manu tenes*, *juxta* Cap. 38. Libri Geneſis. Præclarum eſt ejuſdem Pharaonis factum erga Joſeph, quem Anulo, Stola byſſina, & Torque aurea decoravit, ut legitur in Geneſi Cap. 41. ibi:
66. *Dixitque rurſus Pharao ad Joſeph: ecce conſtitui te ſuper univerſam Terram Egypti: tulitque anulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus: veſtivitque eum Stola byſſina, & Collo Torquem auream circumpoſuit; fecitque eum aſcendere ſuper Currum ſuum ſecundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genufleEterent, & præpoſitum eſſe ſcirent Univerſæ Terræ Egypti. Dixit quoque Rex ad Joſeph. Ego ſum Pharao; abſque tuo imperio non movebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Egypti;* Ex quo facto fuiſſe Joſephum a Pharaone creatum Equitem agnoſcunt Scribentes, & ſic illum nominat d: Noſter *Pomponius Torellus in ſuo Tractat. Del debito del Cavaliero P. Tertia pag.* 90. *a tergo:* d. Dominus *Comes in Koden Sapieha* d. *cap.* 1. *pag.* 17. Anno ab
67. Orbe condito 2513, & poſt Univerſale Diluvium anno 800. circiter, Dei juſſu Moyſes conſtitutus fuit Dux Iſraelitici Populi, ut una cum Aarone ejus Fratre eundem Populum a dura Pharaonis Servitute educeret, prout in brachio forti, & extenſo liberavit, ut in Exod. cap. 3. & ſeq. Defuncto Moyſe circa annum ab Orbe condito 2553. in ejuſdem Moyſis lo-
68. cum elegit Deus Joſue, quem ejuſdem Iſraelitici Populi novum Ducem, & pro illo fortiſſimum Bellatorem conſtituit, armavitque Divina illa, trinaque monitione: *Confortare & eſto robuſtus;* ac iterum: *Confortare igitur, & eſto robuſtus valde: &* tertio: *Ecce præcipio tibi, confortare, & eſto robuſtus, noli metuere, & noli timere:* ſicut videre *eſt in Libr. Joſue cap.* 1. *unde tot fortia & præclara geſſit, de quibus in eodem Libro Ioſue a cap.* 2. *ad ſeqq.* Anno 2590. ab Orbe condito Subrogatis poſtmodum Iſraelitico Populo Ducibus, ſub Judicum nomine, iſti
69. præ cæteris Viri fuere generoſi, ac ſtrenui in Bello, Duces & Equites, ut videre eſt in *Libro Judicum cap.* 2. *cum ſeqq.* De Aod, inquit Scriptura, d. *Libr. cap.* 3; quod utraque manu, pro dextera utebatur:
70. De Gedeone *eodem Libr. cap.* 6. *cum ſeqq.* habetur, quod Dominus ei dixit. *Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de medio Madian.* Horum autem Generoſorum Equitum, & Ducum egregia facta leguntur in d. *Libro Judicum*. Perduravit horum Ducum, & Equitum Cętus circa annum ab Orbe condito 2909. Sub antedictis Seculis legimus apud Scriben-
71. tes, quod Lapitharum Reges in Theſſalia ad corporis cuſtodiam & in Bello, & in Pace Centauros habebant, Centum ſcilicet Equites. Ab his normam fortaſſe ſumpſit Romulus Romanorum Rex primus in conſtituendo Tercentum Celeres, *ut notat Jacobus Facciolatus in nova Callepini Septem linguarum compilatione verbo Centauri*. Apud Teucros non diſſimiles viguiſſe mores, inter cęteros, decorandi externa publicè aliqua Ornamenti Teſſera pręſtantiores Viros, ac
72. Victores conſtat ex Magno Poeta Æneidos Libr. 5., ubi habetur, quod:

Tum

Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna Præconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro.
Ipſis precipuos Ductoribus addit Honores;
Victori Chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura, Mæandro duplici Melibæa cucurrit.
At qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,
Levibus huic hamis conſertam, auroq. Trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipſe
Victor &c. & paulo poſt
Gnoſſia bina dabo levato lucida ferro
Spicula, cælatamque argento ferre bipennem.
Primus Equum phaleris inſignem Victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenamq. Sagittis
Threiciis: lato, quam circumplectitur auro
Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma;
Tertius Argolica hac Galea contentus abito.

Rurſus Libro 12. Æneidos, erga fi-
73. nem deſcribit Turnum, qui jam oc-
ciſo Pallante, illius notum Balteum
deferebat in ſignum Militare, ibi.

Stetit acer in Armis
Æneas, volvens oculos, dextramque repreſſit.
Et jam, jamque magis cunctantem flectere ſermo
Cœperat; infelix humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum inſigne gerebat.
Ille oculis poſtquam ſævi monumenta doloris,
Exuviaſque hauſit, furiis accenſus, & ira
Terribilis: Tunc hinc ſpoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam ſcelerato e ſanguine ſumit.

De quibus agit dictus *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha in dict. Tract. Adnotationes Hiſtoricæ &c. cap.* 1. *pag.* 11.

Poſt conditam Urbem, ac temporibus
Servii Tullii Romanorum Regis ſe-
xti, Factum Balthaſſaris Regis erga
Danielem legimus in Sacris Paginis,
74. in Prophetia Danielis *cap.* 5. poſt,
quam enim Scripturam propoſitam
legerit Daniel, & interpretationem
ejus Regi expoſuerit; *tunc jubente Rege indutus eſt Daniel purpura, & circumdata eſt Torques aurea Collo ejus, & prædictum eſt de eo, quod haberet Poteſtatem tertius in Regno ſuo; ut tradit Joſephus de Antiquitatibus, & Bello Judaico Lib.* 10. *cap.* 13.

Ab Orbe condito anno 3495. circiter,
tempore quo in Urbe poſt regimen
Septem Regum, conſtituti fuerant
duo Conſules, ac tempore M. Furii
75. Dictatoris, de Rege Aſſuero erga
Mardochęum legitur, quod cum
Mardochæus ob ſervatum Regem
eſſet de eo meritus, & vellet Rex
Mardochęum, juxta morem ali-
quo Honoris ſigno decorare, inter-
rogavit Aman, quid fieri deberet
Viro, quem Rex honorare deſiderat;
reſpondit. *Homo quem Rex honorare cupit debet indui veſtibus Regiis & imponi ſuper Equum, qui de Sel-*

la

la Regis eſt, & accipere Regium Diadema ſuper caput ſuum, & primus de Regiis Principibus, ac Tyrannis teneat Equum ejus, & per Plateam Civitatis incedens, clamet, & dicat. Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare. Dixitque ei Rex: feſtina, & ſumpta Stola, & Equo, fac ut locutus es Mardochæo Judæo, qui ſedet ante Fores Palatii &c. Tulit itaque Aman Stolam, & Equum, indutumque Mardochæum in Platea Civitatis, & impoſitum Equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus eſt, quemcumque Rex voluerit honorare: juxta verba in Libr. Eſther cap. 6., & apud Joſephum de Antiquit., & Bello Judaico Lib. 11. cap. 6.

Poſt Urbem conditam anno 593. habetur pariter in Sacra Hiſtoria Machabęorum, quod Rex Alexander Antiochi Filius, Jonathæ Viro potenti
76. Viribus, miſit ei Purpuram, & Coronam auream, & addidit adhuc glorificare Jonatham, & miſit ei Fibulam auream, ſicut conſuetudo eſt dari Cognatis Regum, ut videre eſt Lib. 1. *Machabæorum cap.* 10.

Planè demum comprobari poſſe videtur adamuſſim vetus iſte mos iiſdem antiquis temporibus, publicè ſelectos, forteſque Viros ad Rempublicam tuendam armandi peculiaribus, & pretioſis Armis; id enim non obſcurè arguitur, ex litterali narratione, quæ habetur in *Hiſtor. Machabæo-*
77. *rum Lib. 2. Cap.* 15., ubi legitur, Judæ Machabęo, una cum Onia Summo Sacerdote, apparuiſſe Jeremiam Prophetam, & extendiſſe eundem Jeremiam dexteram, & dediſſe Judæ Gladium Aureum, dicendo: *Accipe Sanctum Gladium Munus a Deo, in quo deiicies Adverſarios Populi mei Iſrael*: de quo meminit ſupra laudatus *Comes in Koden Sapienha dict. cap.* 1. *pag.* 18.

Quid dicemus de Fratribus Machabæis? Non immerito generoſi ſeptem Fratres illi Machabæi, qui pro Patriis Dei Legibus, tot invicto animo Tyranni ſuſtinuere Tormenta, ut legitur, *in Lib.* 2. *Machabæorum cap.* 7. glorioſo Equitis Titulo collaudantur a Scribentibus, & notat *dic. noſter Pomponius, in prędicto Tractat. Del Debito del Cavaliero P.* 2. *pag.* 90. *a tergo*. Unde iidem in Equitum exemplar proponuntur paſſim in Statutis Ordinum Equeſtrium, & in ipſis Summorum Pontificum Bullis editis pro inſtitutione, vel confirmatione Equeſtrium Ordinum, ſive de illis loquentibus. Exempla hęc, recenſitæque Hiſtoriarum Narrationes litteraliter demonſtrant, quod
78. conſtitutis in Orbe Terrarum Regnis, ſemper in Regionibus adfuere Cętus Virorum a Populis ſegregatorum; atque illis etiam Dei Munere ab humero, & ſurſum Gradu, & Dignitate eminentium. Demonſtrant pariter, quod omni tempore
79. Principes conſuevere diſtinctæ Virtutis Fortes, Generoſoſque Viros, ad Rempublicam regendam ſelectos, externa aliqua Honoris Teſſera, ad diſcrimen aliorum exornare; Et quod conſimilia externa ſigna tribuerentur
80. Viris Nobilibus, vel Militari robore præclaris, præter ſupra adductas narrationes, conſtat de *Armilla in Lib. Genes. cap.* 38. Armillæ ſiquidem Ornamenta erant, in circulorum morem; & Viri Militares, Imperatorum munere gerebant in ſiniſtris Brachiis. Ut explicat *Calepinus, in Dictionario verbo Armilla. Anton. Nebriſſen. in Lexico Juris Civil., in verbo Armillę. Roſin. Antiquitat. Roman. Lib.* 10. *cap.* 26.

Quarum

Quarum formam exhibet antiquum marmor in ædibus Marchionum de Albicinis, relatum *ab Equite Sigiſmundo Marcheſio*, *in ſupplemento Hiſtorico*, *pag.* 956., *&* 957. Unde *Titus Livius Libr.* 1, inquit. *Sabini Aureas Armillas magni ponderis brachio lævo habuerunt*. De *Anulo* no-
81. tum eſt fuiſſe poſtmodum a Romanis ſumptum in ſignum Equeſtris Dignitatis, ut dicemus in ſequenti Diſcurſu. De Torque, quod ſit colli, & ſummi pectoris Ornamentum,
82. legimus apud Scriptores; illaſque, vel argenteas, vel aureas dari ſolitas Militibus in premium, ſignumque Virtutis: in eodem ſequenti Diſcurſu de his agemus. Quodque Torques eſſet magnum Ornamentum Colli in modum circuli, & circumdabatur Collo in ſignum magni Honoris, quia non omnes ducebant talem Ornatum, ſed ſolum Viri Magni, & Nobiles, inquit *Abulenſis*. ſuper Pharaonis facto in *Geneſ. cap.* 41. Sicut & Niceteria præmia erant relata ex Victoria, ut Torques, ſicut explicat *Calepinus in verbo Niceteria*, *& Juvenal. Satir.* 3. inquit: *Et Ceromatico fert Niceteria Collo*. De Fibula aurea, quod eſſet Militum Ornamentum, quo donabantur an-
83. tiquitus Milites, videre eſt apud *Titum Livium Libr.* 39, ubi habetur, quod *Quinctius ſuos Equites Catellis, ac Fibulis donavit*; quem Livii locum allegat *Calepinus*, *verb. Fibula*, *& Alex. ab Alex. dier. Genial. Lib.* 4. *Cap.* 18, licet apud iſtum legatur in aliquo Libro *Catellis, & Fiſtulis donavit*; & quidem ex impreſſionis errore; in pluribus quippe impreſſionibus Titi Livii ſcriptum recognovimus *Fibulis* non autem *Fiſtulis*. Quibus ſtantibus, ſivè conſideretur ſubſtantia Graduum, prænominatis Viris, per Reges & Principes collatorum; ſive modus eoſdem diſtinctos Viros ad honorificos illos Gradus promovendi, cum traditione
84. fixe Teſſere honoris; convincitur in antedictis Hiſtoricarum Narrationum factis, verificari in omni ſui parte ſubſtantiam Equeſtrium Ordinum, tum Militarium, tum Honorariorum, tùm Socialium; unde ab ipſis non eruitur ſimplex adumbratio, & delineatio Ordinum Equeſtrium, ac quedam prælusio; ſed revera ipſa immediata Origo eorundem Ordinum, & Scaturigo habetur.

Quodque prænominati Proceres, Magnates, Nobiles, primique Milites, Principum lateri adhærentes, quique
85. in Sacris Paginis Gigantes, Potenteſque Viri appellantur, & ſubinde pro temporum locorumque varietate a Scriptoribus potiſſimum Italis, diverſis ſub nominibus, di *Campioni*, *Rodomonti*, *e Palladini explicantur*, revera noſtris correſpondeant Equitibus, tenet *Card. de Luca*, *in Tractat. Il Cavaliere Cap.* 4. *ſub.* 11. Unde *Francis. Sanſovinus in Volumine Italicè ſcripto*, cui *Titulus*: *Dell' Origine*, *e de Faſti delle Famiglie*
86. *Illuſtri d' Italia*, agens *de Excelſa Familia Cibo*, *pag.* 94. a tergo, hæc ſubdit: *& intanto diventò Illuſtre nell' Armi*, *che ella acquiſtò Cognome de' Campioni*. *La qual Voce di Campione non vuol dir altro communemente*, *che Valoroſi Uomini*, *e Cavalieri*.

Quod autem Vocabula *Campioni*, e *Palladini* ſignificent Viros ſtrenuos Armiſque addictos, videatur Vocabularium Etruſcum *Delli Accademici della Cruſca Tom.* 2. in verbo *Campioni*, *e Palladini*, ubi quod hæc dictio eſt *Titolo di onore dato da Carlo Magno a Do-*

a Dodici Uomini valoroſi , de' quali ſi ſerviva a combattere per la Fede inſieme con eſſo lui , e furono quelli, che i Poeti ne loro verſi celebrano , come Eroi & cum *Morg.* 1. 5. ſubdit *Dodici Palatini aveva in Corte Carlo, & il più ſavio , e famoſo era Orlando.*
Hactenus recenſitas demonſtrationes ad Criterium vocat d. *Pater Honoratus a Sancta Maria Excalceatus , qui Diſſertat.* 2. , *& ſeqq. potiſſime* , reſpectu Ordinum Socialium , rejectis tùm adductis exemplis , tum Scriptoribus eadem , & ſimilia referentibus , *Sanſovino* vide-
87. licet in ſuo Volumine , *dell' Origine de' Cavalieri ; Bernardo Juſtiniano in Hiſtoria dell' Origine degl' Ordini Militari* , *& aliis*, cenſorio Judicio acriter perſtringere nititur, & prœcipue in ejus Nationalem *Gallum Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires* ſcriptis vellicans ait, præmiſſas Hiſtoriarum Narrationes nequaquam Equeſtrium Ordinum Originem comprobare , eo quia in Hypotheſi earumdem Hiſtoriarum , cuncta deficiunt requiſita ne-
88. ceſſaria ad conſtituendum Ordines Equeſtres Sociales , ut vocat ibidem , idem *Pater Honoratus* ; qui idcircò ſubdit , quod non legitur deſignatus hujuſmodi Ordinum Socialium Caput, Præſes,& ut hodiè dicitur Magnus Magiſter , qui ad illos Cœtus alios admiſerit, vel cooptaverit: nullibi legitur illis præſcripta fuiſſe Officia peragenda . Non conſtat pro Aggregatis ullam adfuiſſe ſtatutam Comendam ; Nec demum oſtenditur, his Cœtibus tributa fuiſſe Inſignia fixa , & propria , unum Ordinem ab alio diſcriminantia ; cum relatæ in dictis Narrationibus Hiſtoricis Teſſeræ eſſe poſſint, vel peculiaris Nobilitatis , vel Bellici alicujus Facinoris , aut ſimplicis Honoris Signa. At facili negotio , omnes Objecti partes diluuntur . Et ſanè primum liberè dictum videtur , quod omnia & ſingula ſuperius enumerata requi-
89. ſita, copulativè ſumpta requirantur ad conſtituendum Ordinem Equeſtrem Socialem ; & ad id comprobandum, nulla *per Patrem Honoratum* adducitur ratio ; & de cętero liquet ex veteribus , noviſque Socialibus Ordinibus nonnullos caruiſſe , & carere aliquo ex ſuppoſitis requiſitis, ut in præſenti hoc noſtro Volumine videre eſt.
Secundo dicimus, quod in noſtro Themate omnia , & ſingula adamuſſim requiſita concurrunt in præallegatis Exemplis , ad conſtitutionem Ordinum Equeſtrium Socialium ; nam
90 quatenus ſpectat ad Inſtitutores dictorum Ordinum , patet eos fuiſſe Principes , & Reges , qui talia inſignia tribuerunt Viris illis , & Cœtibus diſtinctorum Virorum aggregaverunt . Pręfati idcircò Principes Ordinum Capita erant , & Magnorum Magiſtrorum munere fungebantur; ipſi ad Ordines cooptabant reliquos; prout etiam ſcimus , quod tot Reges, qui Militares, Equeſtreſque Ordines condidere , ſe eorundem conſtituere Capita, Præſides , Magnoſque Miniſtros , ſeu in perpetuos Adminiſtratores conſtituti fuere .
Principes ijdem leges ſtatuere ſervandas: Ipſi Officia præſcripſere Equitibus , ut eoſdem Principes, & Rempublicam tutarentur. Cæterum quod prænominati Viri , qui honorificis , ut diximus titulis exornati , Conſocios in iiſdem gradibus habuerint , qui in Sodalitiis hujuſmodi pro Principe, & Republica glorioſè laboraverunt , manifeſtum facit Sacræ Scripturæ, aliorumque documentorum , ſupe-

91. ſuperius allegatorum lectura ; & cronologica ſerie exemplorum , quæ ſupra adduximus retenta , dicimus Sacram Hiſtoriam , mentionem facientem de Gigantibus , Viriſque Famoſis, de Optimatibus, de Principibus, ſemper loqui in numero plurali, ut videre eſt in Sacra Geneſi *Cap. 6. & Cap.* 12. Liquet rurſus , quod Joſeph a Pharaone Equeſtri ornatus Stola , ſcilicet byſſina , & Torque aurea , ſibique collata poteſtate , ſin-
92. gulis ejus Fratribus binas Stolas proferri juſſit , ut d. *Libr. Gen.* 45.

Sic Moyſes una cum Aarone ejus Fratre , & ſubinde Joſue , & Judices Aod , Gedeon , Commilitones ſtrenuos , Principes nuncupatos habuere,
93. a gregariis Bellatoribus utique diſcretos , ut in *Libr. Joſue cap.* 10, & 22. Factum ſimiliter Æneę manifeſtè comprobat honorificis illis Donariis conſtituiſſe nobile Sodalitium,
94. diſtinctis Claſſibus , ut recognoſci poteſt ex Magni Poetæ Carminibus ſuperius relatis.

Pari modo habetur, quod Daniel, qui
95. fuerat Purpura decoratus , & Torque aurea , a Balthaſſare Rege creatus fuit Præſes Præſidum Satraparum a Dario conſtitutorum, ut legi poteſt penes *Joſephum de Antiquitatibus Libr.* 10. *cap.* 13. ibi : *Et omni honore eum celebravit , eratque unus inter tres Satrapas , quos Darius ſuper trecentos ſexaginta Satrapas conſtituerat*. Et in allegato Mardochæi exemplo litteraliter Scriptura exprimit
96. Satellitium Principum , & Tyrannorum, ut recognoſci poteſt in loco ſuperius allegato.

Cum igitur ex præmiſſis Hiſtoricis Narrationibus comprobatum ſit , quod Gigantes in plurali numero exprimuntur , Optimates plures , Proceres, & Satrapæ plures , & Principes inſimul numerentur , atque ita non ſin-
97. gillatim , de Viro particulariter ſumpto , allegata Documenta loquantur ; conſequens eſt , quod in Regionibus , ac reſpectivè Regnis , & Provinciis , Optimates , Satrapę, Proceres, ac Principes , ſuas reſpectivè Claſſes conſtituebant , & ſuis peculiaribus conſtabant Cœtibus, & Conſortiis , ac Collegiis , quę majori vel minori Virorum numero conflata erant , juxta Principum placita , ſeu Regnorum mores : dum de cętero vulgata in jure noſtro regula eſt , Collegium , tribus confici , Duobus,
98. Congregationem ; ut tradit *Anton. Nebriſſen , in Vocabular. Utriuſque Juris verbo Collegium . Oinotom. ſup. Inſtit. Lib.* 2: *Tit. de leg.* , §. *Si grex legatus , num.* 9. & 10., *ubi & cæteri Inſtitutiſtæ . Salgad. in Labyrinth. Creditor. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 54. *Scarfanton . ad Ceccoper. Lucubration. Canonical. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 17. Et rurſus hodie quoque ex Ordinibus Militaribus , alii prępfixo conſtent numero , alii nullo arctentur numero , ut videre eſt in Nomenclatura , quę infrà exponetur. En igitur manifeſtum, quod Principes, & Reges antedicti , mediantibus externis illis Honorificis Teſſeris , quibus prælibatos Viros ornaverunt , eoſ-
99. dem Viros ſic decorando , ſolemni Ritu , ac Cæremoniis , præclarium Virorum aggregaverunt , & aſſociaverunt Conſortiis , ſivè Collegiis , ac Cętibus , jam præexiſtentibus , quique nominibus , vel Gigantum , vel Optimatum , aut Satraparum , Procerum , ſeu Principum alias , ut dictum , eſt nominabantur .

Vel demum manifeſtum eſt, quod Reges , & Principes , cum traditione dictorum Ornamentorum novos reſpectivè diſtinctorum Virorum Socia-

les

100. les Cætus Honoris conſtituerunt; ſicque a primo ad ultimum patet revera ſub dictis Teſſeris Nobiles Diſtinctorum Virorum, Reipublicæ Regimini, Belli Paciſque Temporibus addictorum, Claſſes fuiſſe efformatas.

Hinc quatenus ſpectat ad penultimam d. *Patris Honorati a Sancta Maria* obiectionis partem, quod hi Cętus caruerunt Commendis; hic repetimus, quod per Patrem Honoratum, nec probatur, nec probari poteſt ad Subſtantiam Ordinum Equeſtrium Socialium requiri conſtitutionem Commendarum, cum & antiquitus adfuerint, & hodie etiam tot adſint Equeſtres Ordines, Commen-
101. das non habentes: Quin imo ipſi etiam Ordines, & formales Religiones Militares in earum Origine Commendis caruerunt, & longo tempore nulla vigebat in eis Commendarum diſtinctio; ſed omnia Ordinis, & Religionis Bona, ad commodum Corporis totius Religionis reſervata erant; unde ipſum Commendæ nomen ignotum erat. Emerſit hoc Commendæ nomen, ex quo Hieroſolymitana Religio, dum in Orientis partibus Sedem tenebat, curam Bonorum Religionis in his etiam Occidentis Partibus exiſtentium, particularibus Equitibus demandabat, ut reditibus eorundem Bonorum re-
102. collectis, integrè Summam Pecuniarum ad commune Religionis Ærarium traſmitterent: in Litteris autem commiſſorialibus, quæ dictis Equitibus ſcribebantur, appoſita erant verba: *Tibi commendamus*; hinc ortum habuit nomen *Commendæ*; cumque poſtea immutato rerum Statu Hieroſolymitana Religio inceperit Bona Religionis tradere Equitibus, cum onere ſolvendi annuatim Religioni certam pecuniarum quantitatem, hęc Bonorum traditio nuncupata fuit Commenda, prout etiam de præſenti non ſolum in eadem Hieroſolymitana Religione, ſed etiam in cęteris Militaribus, & Equeſtribus Ordinibus Commendæ nuncupantur, ut expoſuimus *in Diſcurſu de Commendis*.

Tandem ultima Obiectionis pars propoſitæ à Patre Honorato, quoad Inſignia honorifica prædictorum Cętuum, manifeſtè diluitur; quoniam aſſumptum dicta Inſignia eſſe æquivoca, ex quo poſſint eſſe Signa vel Nobilitatis, vel Bellici alicujus facinoris, quiſque videt, quod eſt aſſertio aerea, nulla probabili ratione ſuffulta, nihilque
103. concludens; nam etſi Inſignia illa neceſſario non excludant etiam ſymbolum Nobilitatis, vel Teſſeram ſtrenui alicujus facti; adhuc tamen per hoc non poteſt dici, quod in ſe ſint æquivoca, niſi in genere generaliſſimo ſumpta ęquivocatione; nam alias etiam preſenti tempore omnia Inſignia, unum Cætum Equitum ab alio diſcriminantia dici poſſent ſigna
104. æquivoca: eo quia videmus ſigna Torquis, Anuli, Crucis, deferri etiam a Perſonis Equeſtrem Gradum non habentibus; paſſim quippe & Viri Religioſi, ac ipſæ Mulieres, vel devotionis, vel ornamenti gratia publicè deferunt Torques, & Cruces; ſic etiam tot deferunt Anulos, licet de jure deferre non poſſent. At ceſſat quodcumque æquivocum, cum dicta Inſignia deferuntur Principis auctoritate, propriè, & non abuſivè.

Quapropter firma ſtat, & inconcuſſa noſtra Concluſio, quod Dignitas, & Equeſtris Gradus, ac Sociales Cætus, in ſui ſubſtantia ſuum metiuntur exordium ab ipſis Regnorum, & Principatuum inſtitu-
105. tionibus, & quod Principes, Regeſque, qui enumeratos Cętus

D Viro.

Virorum ab aliis diſtinctorum, cum prænominatis, vel ſimilibus Inſigniis conſtituerunt, reverà dici poſſunt, & debent Equeſtrium Socialium Militarium Ordinum Antepilani, ſicuti egregiè firmat *Sanſovin. dell' Origine de' Cavalieri* loco ſuperius *allegato*. *Abbas Bernardus Juſtinianus Hiſtoria Cronologica Originis Ordin. Equeſt. Tom.* 1. *cap.* 1. *Laurent. Beyrlinck in Theatro vitæ humanæ verbo Eques Tom.* 3. d. *Hermant. Hiſtoire des Religions ou Ordres Militaires impreſs. Rotomag.* 1698., & præ cæteris ratiocinatur *Card. de Luca*, *in Tract. Italico cap.* 4. *n.* 11, *quem* d. *Pater Honoratus* non nominat; & fortaſſe Eminent. hic Auctor notus ei non erat. Conſonant prædictis, ea quæ cumulat nuperrime Domin: *Joannes Fridericus* S. R. I. Comes in Koden Sapieha ſupra laudatus Eques Heroici in Regno Poloniæ Ordinis Aquilæ Albæ, in ſuo Diſcurſu Præliminari de Equitibus impreſſ. in principio ſui Eruditi Voluminis, cui Titulus: *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine*, *Antiquitate*, *& Excellentia Heroici*, *ac Celeberrimi in Regno Poloniæ Ordinis Equitum Aquilæ Albæ*, *impreſs. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730. Prænominatos quidem Principes, & Proceres recenſita factorum ſerie, in Equeſtrium Ordinum conſtructione Antepilanos vocari poſſe aſſeruimus, re etenim vera Inſtitutioni Ordinum Equeſtrium præbuere, ac quodammodo facem prætulere: unde ſucceſſivis temporibus, cum facile ſit inventis addere, retentis primordiis ut ſupra jactis, affabrè perfecta res eſt, & conſtructi tot Militares Ordines emerſere.

Ex quibus de plano ſequitur, ut be-
106. nè advertit idem *Card. de Luca* d. *cap.* 4. & allegatus *Comes in Koden Sapibea* d. *Diſcurſ. Præliminari*, quod Romani in conſtituendo eorum Equeſtri Ordine, & Gradu, non invexere quid novum in Orbe; ſed antiquorum Populorum, ac Nationum, quæ ante eos floruerunt, veteres Mores imitati fuere; ſolumque in talis Equeſtris Ordinis, ac Gradus conſtitutione, variis temporibus nonnulla ad ornatum ſu-
107. peraddidere, Anulum, Anguſto Clavum, Cenſum, novumque nomen potiſſime Equitum tribuere ab Equo deſumptum, eo quia ſingulis in Ordines Adſcriptis publico ſumptu Equus præſtabatur.

Hinc cum ex relatis exemplis evidenter conſtet Equites, ac Equeſtres Ordines in ſui quidditate antiquiſſimo tempore longè ante Romanum conſtitutum Imperium, ſub aliis nominibus, ac nuncupatione viguiſſe, patet reſponſio objectioni, quam cum *Caſella* promovet *Auguſtinus Paradiſi* in ſuo *Atheneo*: *dell' Uomo Nobile p.* 4. *cap.* 14. *n.* 5. impugnans & ſuſtinens, quod ex facto
108. Pharaonis erga Joſephum, non comprobetur Gradus Equeſter, eo quia idem Joſeph nunquam Eques nominetur: Nam ſupra oſtendimus Nomen Equitis fuiſſe ſucceſſivè a Romanis ſuperadditum.

Addimus antedictis, in puncto, quod factum Joſaphat Regis Juda, qui Sacrum Ordinem Militarem in Hieruſalem inſtituit, noſtrorum Ordinum, ac Religionum Militarium Equeſtrium pro Religione certantium ſymbolum fecerit, ut benè obſervant Sacræ
109. Scripturæ Expoſitores. Cum enim d. Rex Joſaphat in finibus Regni, novas Urbes ædificaſſet, haſque, & antiquas Turribus, & Monimentis vallaſſet, Militias auxiſſet, & plura

Mili-

Militum millia conſcripſiſſet, inter milites erat Vir nomine Amaſias, de quo Sacer Textus inquit, quod conſecratus erat Domino, & cum eo ducenta millia Virorum fortium. Quærunt hinc Sacri Expoſitores, cur tot inter Duces, ipſe Amaſias ſolum nominetur, & dicatur Deo conſecratus? reſpondentque ſic nominari, non quia Levita eſſet, aut Nazarenus; ſed quia ipſe peculiari, & nondum ab aliis emiſſo Voto obſtrictus erat militandi pro Religione, & Lege: non obſcure proinde infertur, quod Rex Joſaphat tali modo, & hac facti ſpecie, manifeſte præluſit noſtris Ordinibus Equeſtribus Militaribus, eorumque Symbolum, & Allegoriam ſtruxit, ac ideam, exemplumque tribuit noſtris Sacris Militaribus Religionibus, quarum Equites, Sacris Votorum vinculis pro Chriſtiana Catholica Religione militare obſtringuntur; prout tam ſtrenuè, & glorioſè Armis Chriſtianorum Nomen illuſtrant; ac ita doctè demonſtrat eruditus *Pater Ferdinandus Zucconi, è Societate Jeſu*, in ſuo Volumine, cui Titulus: *Lezioni Sacre ſopra la Divina Scrittura tom.* 2. Del Vecchio Teſtamento *impreſſo Venetiis Typis Baglioni anno* 1724. *Lect.* 191. *pag.* 490.

Et prius adnotaverat *Cornelius à Lapide in Lib.* 2. *Paralipomenon cap.* 17. Relato enim facto Amaſiæ, qui
110. conſecratus ſpontè, oblatuſque Domino, hoc eſt Militiæ Sacræ ſe devovit, ut pugnaret pro Deo, Deique cultu, contra Idola, & Idololatras, ac pro fideli, & Pio Rege ſuo Joſaphat, ſubiungit Cornelius: *Similes olim fuere Milites Templi, ſivè Templarii, qui Militiæ Sacrę ſe devoverunt pro tutela Terræ Sanctæ, & Templi Hieroſolymorum.*

Et conſonant quæ prędictus *Pater Zucconi* tradiderat in *dict. Tom.* 2. *Lect.* 129. *pag.* 742. *iuxta impreſſionem Venetam dicti Balleonii* 1736. *Videro, che una buona truppa di gente amica tutti videro, che al Pontefice Mattatia s' aggregava un buon corpo di Aſſidei, cioè di Soldati, che per il Santuario, e per la legge cingevano Spada, come a giorni noſtri profeßano di fare tutti quelli Nobiliſſimi Chriſtianiſſimi Ordini, che detti ſono Militari.*

Liceat autem Nobis arguere, quod ex prænominatis fortiſſimis Viris Armigeris, *Campioni*, *Palladini*, *Giganti*, *&c.* de quibus verba fecimus ſupra *n.* 85. fortaſſe longo ordine deſcendunt, vel cum illis affinitatem, aut analogiam habent Equites illi, quos Nos Itali appellamus *Cavalieri Er-*
111. *ranti*, & ut explicat Vocabolarium *Della Cruſca* in verbo *Errante* §. 2. *Aggiunto di quel Cavaliere, che vâ cercando avventure.* Diximus quod hujuſmodi Equites, a prænominatis antiquis, *Campioni*, *Palladini*, *Giganti*, *&c.* fortaſſe Deſcendentiam, Affinitatem, ac Analogiam deſumpſerunt: Hiſtorica ſiquidem, & tanta ſtrenuitate antedictorum Militum Geſta perpendentes antiqui Poetæ, majora excogitarunt, & prodere ſtatuerunt; unde fabuloſos ſibi finxerunt Heroes, iſtiſque Equitum Errantium nomen impoſuere. Hi porro facti, fictique Equites, retroactis Sęculis amplum Poetis, cęteriſque Scriptoribus, ad Fabulas exarandum ſuppeditaverunt argumentum: hinc tot Volumina circumferuntur, quæ vocamus *Romanzi*; ſunt enim *Storie Favoloſe propriamente in verſi, ma ve ne ſono anco in Proſa*,

D 2 ut

ut explicat d. *Vocabularium della Cruſca in* d. *Verbo Romanzi* . Quamobrem Equites hos errantes fas Nobis ſit nuncupare Equites in Parnaſſi Montis vertice inauguratos, ex fabuloſis Scriptorum carminibus, & ſoluta oratione inclytos. Cæterum ad noſtræ Catholicæ Religionis decus, & gloriam ſubdere non ommittimus, quod Nos Orthodoxi, atque Catholicæ, & Apoſtolicæ Fidei Cultores, verum Equeſtris Dignitatis Prototypum Supremum Dominum, & Magiſtrum tenemus, colimus, & veneramur JESUM Chriſtum ſcilicet Dei Filium pro omnium ſalute Crucifixum, cujus Fidem integram, inviolatamque corde, & ore profitemur; hujus quippe Morte Mors vincitur, hujus vulneribus natura noſtra ſanatur; ex hac Fide prudenter, fortiter, temperanter,
112. & juſtè, & per hoc his omnibus veris virtutibus rectè, ſapienterque vivitur, quia fideliter vivitur, juxta ea, quæ ſcripta reliquit *Divus Auguſtinus* Tom. 7. *contra Julianum Pelagianum* Lib. 4. pag. 222. Prænominatæ ſiquidem Virtutes, cum verè virtutes ſint, & in Chriſti Fide conſiſtentes, conſtitutiuum efformant Gradum Equitis, qui ſine illis ſtare non poteſt, ut oſtendimus in *Diſc.* 4. *à n.* 19. *cum ſeqq.* Quamobrem Nos, ut dicebamus, in JESU CHRISTO Salvatore noſtro
113. verum perfectumque Equeſtris Dignitatis Prototypum, Supremumque Magiſtrum colimus, & veneramur. Ex Sanctorum ſiquidem Patrum Deſcriptione conſtat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in Cruce ab æterno Divino Patre fuiſſe armatum Equitem, ea forma ſervata qua
114. Homo Eques creatur; ſicut enim illi Enſis præcingitur, illi Galea imponitur, Lancea traditur, Calcaria cum aliis neceſſariis aptantur; ita Dominus noſter armatus fuit in Cruce; habuit enim in Capite Galeam, non de auro, ſed de Spinis: habuit Loricam non de ære, ſed carnem immaculatam: habuit in manibus, non Lanceam, vel gladium, ſed magnos clavos manibus affixos: in Pedibus, quaſi Calcaria, Clavos infixos: Pro Equo autem habuit ipſam Crucem, quemadmodum, explicat *Divus Thomas Angelicus Magiſter ſuper Epiſtola Sancti Petri*, & ſequitur *Thomas Anglus*, *Cornelius à Lapide in* d. *Sancti Petri Epiſtolam*, & latè exornat Pater *Didacus Niſſeno Ordinis Sancti Baſilii in ſuo Quadrageſimali* Hiſpanica Lingua edito, & in noſtrum italicum Idioma translato à Patre *Don Blaſio Cialdino*, Impreſſ. Venetiis *Typis Giunti*, *Anno* 1637. in Concione habita Feria Quinta Hebdomadæ Majoris *pag.* 723.

IN

(A)

IN DEI NOMINE AMEN.

DIE 17. SETTEMBRIS 1749.

FIdem facio, & atteſtor Ego infraſcriptus Capellanus Parochiæ Eccleſiæ Cathedralis Civitatis Forolivii extraxiſſe de verbo ad verbum ex libro 17. Baptizatorum ejuſdem Eccleſiæ ſequentem memoriam, videlicet.

ANNO DOMINI 1745. DIE 29. MENSIS NOVEMBRIS.

POſt Veſperas in Cathedrali Eccleſia Sanctæ Crucis hujus Civitatis Forolivii in Capella Sanctiſſimæ Virginis Mariæ ab Igne ejuſdem Civitatis Patronæ ſolemni pompa, præſentibus Illuſtriſſimis Dominis ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, ac concurſu omnium Nobilium Virorum hujus Civitatis Forolivii, Eminentiſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus Dominus Camillus S. R. E. Cardinalis Paulutius Patricius Forolivienſis baptizavit Nobilem Infantem natum die d. 29. Novembris ex Illuſtriſſimo Domino Comite Antonio Torelli Nobili, & Patricio Forolivienſi, & Illuſtriſſima Domina Comitiſſa Maria Luciana Paulucci Nobili, & Patricia Forolivienſi ſimiliter, & prælaudati Eminentiſſimi Domini Cardinalis Neptæ, Conjugibus Parochiæ dictæ Cathedralis, cui Nobili Infanti impoſita fuerunt Nomina: Sylvius, Aloyſius, Sebaſtianus, Ignatius, Balthaſſar. Patrinus fuit Illuſtr., & Reverend: D: D: Thomas ex Comitibus Torelli Patricius Forolivienſis, & ejuſdem Eccleſiæ Forolivii Epiſcopus, & Solii Pontificii Aſſiſtens, ac prædicti Nobilis Infantis Patruus. Ita eſt &c.

Ego Peregrinus Maria Mazzolini Parochus Parochiæ.

In quorum fidem &c.

Ego Joannes Ridolfi Capellanus qui ſupra ſcripſi & ſubſcripſi manu propria.


Omnipotens parere Lupos huic munere iussit,
Qui sibi devotos Liberat ore Ferae
Torellos servare tuos, Torelle memento,
Ne stygis infligat vulnera dente Lupus
Tauro insignis ultro
BEATI TORELLI
Ordinis Vallis-Umbrosae Eremitae Icon sacra
iuxta prototypon ser-Mariani Catani Puppiensis Antiquarii
solertissimi

(B)

DE VITA
B. TORELLI PUPPIENSIS
ORD. VALLISUMBR. EREM. COMMENTARIUS.

EMINENTIS. PRINCIPI

CAROLO CARDINALI REZZONICO

PATAVINORUM PONTIFICI

JACOBUS BELLOGRADUS e Soc. Jeſu.

NEque alibi hujus libelli auſpex atque patronus mihi quærendus erat, quam in ea Urbe, quæ me a prima ætate inſtituit, atque optimis artibus erudivit, neque a te, P. E. alius, qui in eadem dignitatis, doctrinæ, atque virtutis tenes principatum. Nam Patavii inſtitui, ubi non modo græcæ, ac latinæ literæ in tanta rerum converſione veterem dignitatem adhuc retinent, verum etiam ſeveriores diſciplinæ excolendis ingeniis & civilibus uſibus opportunæ maxime florent, non mediocre fortunæ beneficium ac munus eſt: eum vero Patronum nanciſci, qui in Civitate eruditione, prudentia, antiquitate præſtantiſſima omnium oculos atque animos in ſui admirationem convertat, ſummæ cuidam felicitati arbitror tribuendum. Animi tui integritas mihi adhuc juveni in iſta urbe ſtudiorum cauſſa degenti abunde jam tum conſtabat, quum in Romana curia juri dicundo præfectus eſſes, & omnium opinione ac judicio ſummis muneribus aptus videreris. Præclaram tui indolem propius Venetiis novi in Fratris tui Filiis expreſſam, quibuſcum mihi agere frequenter contigit; quos ut tui ſimiliores efficeres, Romam arceſſere maluiſti, ubi tuis exemplis atque inſtitutis celerius proficerent, & diutius percepta retinerent. Interim crebris nuntiis atque rumoribus acceperam, tibi ſummas Dignitates ab optimo tuarum virtutum æſtimatore deſtinari, uno te vel inſcio, vel invito, qui nihil in virtute niſi ipſam pulcherrimam ſibi mercedem ſpectares. Regundarum optimarum Civitatum Pontificia provincia tibi ſæpius oblata fuit, quibus te præſtiteras jam dignum. Verum tum potiſſimum hujuſmodi viſus es, quum tuum judicium a cæteris diſſentiret: plerumque enim contin-

tingit, ut nemo dignior hiſce muneribus ſit, quam is, qui ſe minus dignum pronuntiat. Ipſa, quam regis, Eccleſia propemodum reluctanti commiſſa fuit, nec antea eam admiſiſti, quam tempus ad rem mature deliberandam depoſceres. Numquam antea Patavina Civitas principibus viris excipiendis jamdiu aſſueta lætiorem animum quam in tui adventu præſetulit. Nullus ordo extitit, qui te abſentem non concupierit, præſentem vero omni plauſus ac lætitiæ genere non exceperit. Non his immoror. Recentia enim ſunt, & ſtudia hominum in te effuſa, quibus te retinent, ſatis confirmant, quæ anteceſſerunt.

Spectant te quotidie Patavini de ſe dies noctesque ſollicitum, tui vero prope immemorem Pontificia munera diligentiſſime obeuntem; & quum omnibus feceris ſatis, tibi uni non places. Nactus Civitatem literis excultam, moribus compoſitam, ingeniorum copia uberem, ſuperiorum Pontificum gloria inſignem, omnia quotidie amplificas, nihil tibi præſtare viſus, niſi ſingula in ſummo faſtigio colloces. Plura perſequerer, niſi mihi te ex iis pauciſſimis eſſe conſtaret, qui digna laude præſtare malunt, quam laudatorem audire: neque hæc ipſa attigiſſem, ſi mihi animi impetum in tanti Auſpicis delectu omnino continere licuiſſet. Libellus mole exiguus, minus nitide ſcriptus D. Torelli magnitudine virtutum commendat ſe tibi, & humaniter excipi cupit. Præſefert ipſe Torelliam gentem, non modo præclara hominum fama, ſed etiam uſu & conſuetudine tibi ſatis notam, ſine cujus vel nutu, vel imperio nunquam tantum mihi ſumſiſſem, ut te hujuſce libelli Patronum adſciſcerem. Neque enim me fugit, te olim in eo qui Bononiæ eſt, nobilium adoleſcentium convictu, cujus regimen penes Societatis noſtrę Patres eſt, non modo cum Co: Antonio Torello diu vixiſſe, ſed eumdem tua amicitia ac familiaritate dignum duxiſſe. Is aviti nominis gloriæ, atque poſteritati conſulens Torellos, atque Paoluccios, Luciana Paoluccia Eminentiſſimi Cardinalis Paoluccii fratris filia fœmina primaria ſuperioribus annis ducta, affinitate ſibi conjunxit, iiſque virtutibus pręſtare nititur, quę hominem tua conſuetudine dignum decent. Quare nihil dubito, quin B. Torelli virtutes ab iis tibi per me oblatas, qui cum ipſo agnatione, tecum vero conſuetudine ac ſtudio conjuncti ſunt, humanus ac libens excipias.

Dat. Parmæ Menſe Majo, Anno 1745.

LE-

LEGENTIBUS
AUCTOR

Mirabitur fortaſſe aliquis, cur ergo Mathematicis artibus apprime addictus, repente, mutata velut perſona, ad hiſtoriam ſcribendam acceſſerim. Ea conditio hominum eſt, qui ſui juris ac ſpontis non ſunt, nihil ab inſtituto ſuſcepto alienum ducere quod alii ſibi præcipiant; præſertim ſi a viris principibus demandata provincia ſit, quibus parere perhonorificum eſt atque ſplendidum. Præterquamquod habeo hujus conſilii duces atque auctores God. Guilielmum Leibnitium, atque Guidonem Grandium, præſtantiſſimos viros, qui matheſeos artem cum hiſtoria optime conjunxerunt. Alter enim multa in unum corpus collegit, atque digeſſit, quæ ad gentem (a) *Brunſvicenſem illuſtrandam faciunt: alter vero* (b) *D. Petri Urceoli Venetiarum Principis vitam, acroaſes Camaldulenſes* (c), *& alia uterque edidit, quibus non minus quam mathematicis ſcriptis immortalitatem ſibi compararunt. Neque vero, ſi rem ad vivum reſeces, a Geometriæ ingenio atque indole multum hiſtoria abeſt. Pythagoras enim, teſte Jamblico* (d) *Geometriæ, atque Hiſtoriæ officium eſſe utrique commune duxit, niſi quod iſta aliquando aut fama, aut minus certis, germaniſque nititur monumentis, & raro ſcriptor omnis expers curæ eſt, quæ ejus animum etſi non flectere a vero, ſollicitum tamen efficere poſſit. Duplici munere Geometria fungi plerumque ſolet; altero hiſtoriæ communi, altero vero unice ferme ſuo. Vera enim proponere non minus Geometræ, quam rerum ſcriptoris eſt: eadem autem vera eſſe demonſtrare ad Geometram pertinet, ad quem quanto magis ſcriptor accedit, tanto magis ipſe in ſuo munere perfectus eſt. Geometra vero veritati aſſuetus facilius vera a falſis ſecernit, & curvum a recto ſeparat, quam qui hujuſmodi non ſunt; nihilque vulgari ſinit, de quo ſibi ſatis, ſi fieri poteſt, non conſtet. Duo fortaſſe rei criticæ vindices in hac lucubratiuncula reprehendent, hiſtoriam ſcilicet, atque ſcripturæ genus. Verum monendi antea ſunt, ſcribi a me res a noſtrorum temporum memoria ſemotas ejus viri, qui a cœ-*

E

(a) Scriptor. Rer. Brunſvic. Hannover. 1707.
(b) Vita di S. Petro Orſeolo.
(c) Diſſert. Camaldul.
(d) In vita Pythagoræ cap. 18.

a cœtu hominum omnino ſejunctus in agro, ac ſolitudine diutiſſime vixit. Ætas vero illa minus litteris exculta, atque adeo incondita ac rudis minus accuratos ac diligentes in rebus deſcribendis, notandiſque earumdem adjunctis ſcriptores tulit, qui quantum arte ſcribendi carent, tantum a ſtudio & cura fallendi abſunt. Collegi ea quæ ab Antuerpienſibus (a), *aliiſque afferuntur, puris deducta fontibus, unanimi ſcriptorum conſenſu fidem rebus conciliante. Si quis vero nondum edita in apricum proferat, quæ vel a cęteris diſſentiant, vel nova Torelli geſta contineant, libens excipiam. Veritatis enim unice diligens nihil ipſi conſentaneum rejicio. Nonnulla prudens omiſi, quæ vel minus gravia & hiſtoria digna viderentur, vel antecedentibus ſimilia nihil legentium animis objicerent, quod eos in legendo attentos detineret. Accedo ad Scripturæ genus. Sunt, qui in oratione latina ægerrime ferunt verborum uſum, quæ minus auream ætatem decent: ſiquid vero offendant, quod Eccleſiæ ritus, ac mores noſtros vernacula dictione exprimat, quodammodo ſtomachantur. Adeo nitoris & cultus ſupra modum ſtudioſi ſunt. Alii vero in alia omnino contraria abeunt. Siquidem dolent, ſi res ſacras a latinis moribus abhorrentes latino verborum ambitu comprehenſas audiant; ſacra vero religionis noſtrę myſteria violari quodammodo rentur, ſi ad latinæ orationis ſtylum ac normam referantur. Alterum in Hiſtoria Veneta Petri Bembi* (b) *notavit Lipſius, alterum in Sannazario quamplurimi reprehenderunt. Ego vero neutros religioſe quodammodo audiendos eſſe exiſtimo, ſed in utroque modum ſervandum, ſano judicio duce, ſine quo recte intelligentibus nihil ſapit. Sua latinę linguę indoles eſt, & ingenium: ſuam habet veluti formam ac notam, quam ii unice recte intelligunt, qui in ea addiſcenda conſenuerunt. Quicquid ab ea alienum eſt, teretes aures offendit, & ſtomachum movet. Ea non uno verborum delectu, ac nexu conſtat, verum etiam neſcio quo ſententiarum efferendarum ductu, ac ratione conficitur, qua qui optime valet, is latinam linguam callere maxime dicendus eſt. Quemadmodum ſingulæ gentes ſuis legibus vivunt, moribuſque ac ritibus ab aliis diſſentiunt; ita aliter animi ſui ſenſa formant ac gignunt, aliter efferunt ac promunt. Singula hæc in linguæ latinę uſu noſtra ætate ſervare arduum opus exiſtimo, & aliquando impoſſibile. Nam ſi oratio tua mores Romanorum præſeferat, contra hiſtoriam, quam ſcribis, peccas; ſi vero tuos exprimat, orationi tuæ nihil latini inerit, niſi ſpecies. Id unum tamen diligenter curandum eſt, ut ad veteris linguæ formam quadantenus accedas, & ad aureorum ſcriptorum effigiem ac normam orationem effingas. Quod ſi latinis nova verba miſcere neceſſe ſit, modus tenendus eſt, auriumque judi-*

(a) Acta SS. Martii.
(b) Juſt. Lipſ. Epiſt. 61. Cent. 2.

judicium conſulendum . Nam vel exquiſito verborum ambitu res a latinis alienas circumſcribere , vel nova vocabula cudere , neque ad ſententiarum perſpicuitatem , neque ad rerum notiones exprimendas , neque ad linguæ dignitatem conducit . Nihil verborum in re ſacra interſerere , quod Romanorum religioni commune fuerit , non ſatis probo ; perinde ac ſi in vetera templa , deorum ſimulacris , ac ſignis dirutis , noſtra myſteria inferre non liceat , & veteres aras ad D. O. M. cultum , religionemque convertere . Quoniam vero multa in uſum deducta ſunt a veterum moribus aliena , rebus ipſis accommodandus uſus verborum eſt , ut perſpicuitatem ac nitorem non negligas. Qua in re omnibus facere ſatis , difficillimum eſt : velle enim ſuum cuique eſt , & aliqui ita moroſi ſunt , ut nihil rectum , niſi quod ipſorum opinionibus conveniat , putent . Iſtis ego non ſcribo , ſed iis unice , qui cum ſano judicio humanitatem atque ſuavitatem conjungunt . Sicut humiliter ac jejune ſcripta D. Torelli vita videatur , magnitudo virtutum , quæ in ea continentur , ſplendidum gentis Torelliæ nomen , cujus auſpiciis ſuſcepta ac perfecta res eſt , tantum nitoris ac lucis lucubratiunculæ huic affundet , quantum cęteris ſcriptoribus ſperare licuit . Torellia gens longe lateque clara , univerſa ferme Italia diffuſa , agnatione D. Torello conjuncta , opibus , (a) armis , imperio potens , oppidis (b) conditis , exornatis Urbibus , tranquillatis civibus celebris , nullis dejecta caſibus , ultimæ antiquitatis memor , & poſt plurima ſæcula viris (c) pietate , literis , eruditione eximiis , equeſtribus inſignibus ac titulis (d) & pontificiis dignitatibus adhuc florens ſatis ab adverſariis me teget , & mei memoriam ab interitu vindicabit , quemadmodum ſatis hactenus vindicavit Roſignolium , ac Loranicum ejuſdem Soc. Jeſu , quibus ſimilis ſcribendi provincia demandata fuit . (e)

E 2 LÆ-

(*a*) Salinguerra Torellus, Ferrariæ Dominus. Theſaurus Antiq. Ital. Tom. 7. Hieronymi Rube Hiſt. Raven. Antichità Eſtenſi , di Ludovico Muratori , Parte 2. Hippolytus Angelerius de Antiquit. Urbis Atheſtinæ . Bonoli, Storia di Forlì .

(*b*) Guido 1406. condit oppidum Montiſclariculi . Angeli , Storia di Parma .

(*c*) Pomponii Torelli carmina . Tragedie di Pomponio Torelli . Trattato del debito del Cavaliere .

(*d*) Sebaſtianus , D. Stephani P. M. Eques , Titi filius recens fato functi , politioribns literis , & præſertim Latinis , atque Etruſcis carminibus ſatis clari , cujus germani Fratres Thomas , & Coſimns , quorum alter Forolivienſibus Pontifex præeſt , alter vero Camertibus præfuit, ambo pietate , eruditione , ac prudentia præſtantiſſimi Beato Torello agnatione conjuncti .

(*e*) Vite della Co. Ludovica, poſcia Suor Paola Torelli, dal P. Roſignoli, del Ven. F. Girolamo Capuc. dal P. Loranico, amendue della Compagnia di Gesù deſcritte.

LÆLIUS COMINI
SOCIETATIS JESU
In Provincia Veneta Præpoſitus Provincialis.

CUM librum, cui titulus, *B. Torelli Puppienſis Valliſumbr. Commentarius*, latino idiomate conſcriptum a P. Jacobo Belgrado noſtræ Societatis Sacerdote, aliqui ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, poteſtate nobis a Rever. P. Franciſco Retz Præpoſito Generali ad id tradita, facultatem concedimus, ut typis mandetur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. Cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus.

Bononiæ die 6. Maji 1745.

Lælius Comini.

DE

DE VITA
B. TORELLI PUPPIENSIS
ORD. VALLISUMBR. EREM.
COMMENTARIUS.

I. B. Torellus, cui gentile cognomen, ut in Torellia gente, & aliis non raro uſu venit, idem ac nomen fuit, anno ęrę vulgaris CIↃCCII. poſtridie idus martias, Puppii in oppido ſatis nobili ad Arnum ſito, & Cluſentinæ provinciæ facile Principe, parentibus antiquitate generis, & gloria majorum, & ſua virtute florentibus natus eſt. Eo Paullus Torellus pater civilibus, ut ferunt, diſſidiis, & factionibus actus conceſſerat, & a Jacobo germano Fratre, qui Forolivii domicilium iiſdem de cauſſis poſuerat, & ad hanc uſque ætatem poſteros, ac nepotes majoribus dignos dedit, ſejunctus gentis ſuæ avitum ſplendorem vitæ dignitate, atque opibus vel auxerat, vel retinuerat. Verum nihil magis in ipſo nituit, quam animus recti tenax, & in omni vitę genere apprime excultus, ut non modo ipſe ad virtutem niteretur, ſed etiam gnato domeſticis exemplis inſtructo præſto eſſet. Quamquam ne diſciplina quidem, atque inſtitutio puero defuit. Curabat enim imprimis Pater, ut vitam integram & puram iniret: quapropter ea pręcepta teneris auribus inſtillabat, quæ animum ad virtutem fingerent ac formarent. Viri curam æquabat conjux Lucretia, religionis ac pietatis maxime diligens: Dei cultum, elementa virtutum, ſanam & orthodoxam doctrinam frequentiſſime nato inculcabat, ſatis verita, ne quid ejus animo adhæreſceret, cujus in omnem ætatem pœniteret. Quare diligenter cavebat, ne iis æqualibus ſe ſe adjungeret, quorum mores a ſuis abhorrerent, monebatque adoleſcentulum, ut animum regere diſceret: ab hujus recto regimine reliquam hominis adminiſtrationem gubernationemque pendere. Is docilitatem ingenii, & præclaram indolem nactus non modo promte, ſed etiam ſuaviter parentum dicta ac juſſa arripiebat. Quod in prima ætate inſolens eſt, ſacros libros, quam crepundia ſemper maluit, & divorum templa, quam amicorum domos libentius frequentavit. Ibi ore ad pietatem religionemque com-

compoſito ſe ſe integrum devovere Superis aſſueverat, id unum optimum factu ratus, quod ad retinendam ſine offenſione Dei benevolentiam conduceret: neque grandior factus ab hoc inſtituto deſciverat, in dies adoleſcente virtute. His parentes permoti læta ac proſpera genti ac poſteritati ſuæ augurabantur, ſperabantque talem perpetuo futurum, qualem præſentem ſuſpexerant.

II. Interim annos XVII. natus patrem maturius amiſit, antequam, confirmata virtute, ſciret rectum vitæ curſum ſine flexu & errore in mediis fluctibus retinere. Haud ita multo poſt, ſeu in amicorum delectu imprudens peccaverit, ſeu ab iis ultro circumventus atque appetitus, qui eum vitio opportunum noverant, blandis artibus indulgens ceſſerit, ſenſim a ſuſcepta vitæ lege, ac recto tramite, cui a teneris annis religioſe inſtiterat, degeneravit atque deflexit. Molles enim adoleſcentium animi, & ætate fluxi facile malis artibus cedunt, & quo malueris, etiam recte inſtituti trahuntur. Infrequens ac rarus Dei cultor, cuſtos animi ſatis indiligens, oratione minus verecundus, & reliqua vitæ conſuetudine minus honeſtus Torellus videri cœpit. Domeſticæ ſolitudinis atque umbræ velut pertæſus frequentiam amabat, & citius amicorum cœtibus, quam ſacris rebus atque myſteriis intererat, quæ antea omittere ſummo piaculo duxerat. Mens divinis conſiliis volvendis, excipiendiſque modo aſſueta turpia cogitabat: nihilque eorum animus mox erubuit, quæ ingenuum adoleſcentem dedecerent. Demum in eo tanta morum commutatio facta eſt, ut brevi ſummam virtutem ſumma luxuria ſecuta ſit. Cupiditatibus, quas antea ſapienter rexerat, pudore velut excuſſo, in maxima licentia paruit: Septimiæ notæ mulierculæ amoribus miſere irretiri ſe ſivit, ejus venuſtate ac forma turpiter captus: nec ipſi mature reſipiſcendi, Deo auctore aut ſuaſore, conſilium defuit. Ferunt enim, in ſomnis a parente admonitum, & graviter reprehenſum: reputaret, a quo inſtituto deſciviſſet: maturaret Deum vindicem veritus excutere aliquando ſe ſe: ni faceret, pœnas quamprimum daturum: deſineret ejus patientia abuti, &, dum per tempus liceret, parentis votis ac precibus aures daret. Torellum expergefactum facti pœnituit, qui conſilia in melius mutare ſtatuit. Verum ad ingenium, æſtuante libidine, & Septimia ſollicitante, ſtatim rediit, parentis ac Dei immemor, qui eo acrius deinceps inſtitit; ne ſibi animum reconciliare differret, quod peropportune objeciſſe caſus ipſe divinitus viſus eſt. Quum enim aliquando Torellus coram Septimia cum ſuis æqualibus luderet, ſonus ejus auribus delatus eſt ei ſimillimus, qui olim D. Petrum recens lapſum, veluti a veterno ac torpore, Dei inſtinctu ac juſſu excitavit, & ad veteris charitatis vinculum ſuaviter revocavit. Idem enim ſpecie ales ab edito loco, a quo Septimia deorſum ludentibus plauderet, in brachium Torelli nec opinantis repente proſiliens ter cecinit, & in eamdem ſedem, unde deſcenderat, omnibus admirantibus, actutum regreſſus eſt. Alitis perinde ac Dei voce Torellus excitus impalluit, ac velut diſcuſſa nocte, tanta menti reddita repente lux eſt, ut ad oblatam ſontis animi ſpeciem, & ad triſte perditæ

ditæ vitæ ſpectaculum tantum non ſpiritu interciderit. Illico a turba palam prope lacrymabundus ſe ſe proripit, & multa animo movens ad proximum cœnobium advolat, & ad ejus moderatoris pedes provolutus ſe ſiſtit.

III. Jam a ſæculo æræ vulgaris XI. Joannes Gualbertus ſub divę Virginis auſpiciis cœnobium condiderat, cui vallis umbroſa circumſtans nomen dedit, a quo Patrum virtus atque religio velut a fonte in plures deducta rivulos alia cœnobia excitaverat. In his D. Fideli ſacrum, Puppio proximum Cœnobium erat, cujus Præfectus (qui vulgo Abbas dicitur) ut Torellum ſatis ſibi notum coram ſupplicem vidit, ſuaviſſime amplexus eſt: retexendæ vitæ conſilium laudavit; graviſſima ſcelera inſolabiliter flentem rite expiavit, & nullo pietatis atque humanitatis officio defuit collacrymanti. *Pergeret porro beatæ animi immortalitati, Superis bene juvantibus, conſulere: iis ſe ſubduceret, quorum malas artes expertus eſſet; eo firmior in acie ſtaret, quo graviora pericula ingruerent, ſine quibus animus nunquam virtutem parit. Omnia interim circumſpiceret, ſibique timeret, neminem caſui propiorem ratus, quam qui ſecurius in loco lubrico ſtaret.* Hæc omnia Torellus pollicitus majora volvebat. Nam eundem obteſtatus eſt, *ut copiam ſibi veſtis mutandæ daret: liceret ſibi inſignibus ſacris uti, non qualia ii circumferunt, qui in eodem convictu ſunt: tanto ſe indignum honore duci: unice vile pallium, ac tunicam ſibi cedi, ut iis velut armis tectus invictus in acie dimicaret.* Contra alter inſtare, *ne quid genti ſuę indecorum ſuſciperet: nihil ſibi videri durius, quam ſi eamdem domum, eamdem menſam, atque communem veſtem reſpueret: reliquis adſcribi, gravate non ferret: mallet cum ſuis vivere, quam extra ſeptum, nondum adulta virtute, ſine duce, ſine exemplis, ſine ſcientia, ſine conſilio vagari.* Verum ille nihil vile ac ſordidum a ſe alienum putans nihilo ſecius propoſitum urgere maluit: neque vero Abbas ejus precibus ac lacrymis ulterius reſtitit.

IV. Simul ac voti compos effectus eſt, patriæ & conſanguineis vale dicto, in ſilvam corylis conſitam, quam propterea *Avellanetum* vocant, & a communi cœtu ſemotam ſe ſe abdidit, ubi oleribus, ac pane ſecundo victitans in ſitu & ſquallore octo tranſegit dies. Inde, vel ut domeſticas res componeret, vel ut civibus documenta virtutis daret, quibus antea malorum dederat irritamenta, Puppium reverſus eſt, conſanguineis atque amicis omni ope certantibus, ut ſecum eum detinerent. Verum ipſe eorum preces taciturna obſtinatione compreſſit; & quum primum homini licuit, ſe ſolitudini ac ſylvæ reddidit, quam non velut hoſpes, ut antea, ſed quemadmodum indigena ingreſſus eſt. Cogitare proinde de extruendo ædificio cœpit, & vitæ ratione inſtituenda: in quo ſi eum ſolum ſeverum atque aſperum dixerim, minus verax narrator viſurus ſum. Nam cellulam rudem, humilem, atque ita anguſtam architecto præſcripſit, ut neque ſuo ſtatu altior, neque longior futura eſſet. Hortulum circa eamdem, ubi olera alendo corpori neceſſaria ſereret, emit, totumque ſe ſe ad ſeveritatem corporiſ-

poriſque caſtigationem convertit. Tunicam e ſuillo corio ſetis horrido nudo corpori applicuit: lectulum aſſeribus inconditis ſtratum, dumis aſperum, ſe breviorem perpetuo adhibuit: ſemel in die ſub veſperam panis paullulum eſurienti ventri indulſit: denique id veluti ratum ſanctumque habuit, ut nihil ſenſibus & naturæ præter neceſſitatem daret: mane ſomni parcus mature ſurgere, ut ſe ſe totum rerum divinarum cogitationi adjiceret: nihilque frequentius ſibi animo proponere, quam luctuoſam ſceleſtæ vitæ recordationem, quam numquam ſatis deflere ſibi viſus eſt.

V. Iis, qui aſperum vitæ genus inſtituunt, ſæpe uſuvenit, ut malis perturbationibus agitentur. Sive id accidat naturæ vitio, quæ ex ſuo veluti amplo fundo ac ditione in anguſtum compulſa pro antiquo jure ac poſſeſſione contendat; ſive malis ejus conſiliis atque invidia, qui cœlo dejectus eodem carere nos velit; lucta ſane, ac moleſta dimicatio novis virtutis aſſeclis numquam deeſt, quam ſumma ac perpetua animi tranquillitas tandem excipit, quemadmodum nocturnam procellam ac tempeſtatem conſequi ſolet ſerenus & purus dies. Simul ac Torellus bellum naturæ indixit, importuno motu ac tumultu omnia miſceri ſenſit, & ab infeſtis cupiditatibus veluti conſpirantibus animum atque rationem peti: repente veteres libidinum admotæ faces: repente turpes rerum imagines ac ſpecies menti objectæ. Verum ille in tanto rerum motu minime trepidus nihil tergiverſari, immo alacer totis viribus in aciem deſcendere virtute atque conſtantia munitus, & novum armorum genus adverſario objicere deprælianti. Norat enim curandis animi morbis, & præſertim libidinibus compeſcendis nullum præſentius parari remedium poſſe, quam ſi durius in corpus ageret, & reluctantem naturam tandiu ſervitio premeret ac fatigaret, donec rationi ſubeſſe diſceret, & in ordinem redigeretur. Itaque modo graviſſimis verberibus corpus plectere conſuevit: modo, incaleſcente libidine, frigidiſſimæ aquæ vim, in quam ſe nudus conjiciebat, ad languorem ſuſtinuit: modo triduum cibo abſtinuit: modo candente ferro prope enectos artus acerbiſſimo doloris genere excruciavit: nullum denique ſupplicium reſpuit, quod libidinum aculeos retunderet, & æſtuantem flammam temperaret. Hac vitæ ratione inita, capitis dolorem contraxit prope perpetuum, cui ut pararet remedia, ab alumno, quicum in ſilva vivere conſueverat, amice admonitus: *ſatis*, repoſuit, *egomet mihi, ac valetudini meæ conſulo: mihi ſtat alere hunc morbum, quem Deo immortali veluti maximum beneficium acceptum fero: plura cœlo debeo, quam ſolvendo futurus ſim: ſine corpus, ut libet, tabeſcere, dummodo animus in dies vigeat*. Ita alumnum fruſtra dehortantem brevi oratione compeſcuit. Haud ita multo poſt ad Abbatem, cujus conſilium Torellus libenter audiebat, delata res eſt, & ejus vitæ ſeveritas ferme ubique vulgata. Is ex officii ſui inſtituto monendum Torellum ratus, ipſum convenit, & ut aliquid remitteret, adhortatus eſt. *Obſecrare, ne id, ad quod natura cogeret, ipſe ſibi quoque maturaret: arbitrium ac jus in hominis vitam Deum penes eſſe:*

mo-

modum in rebus teneret: virtutem certis limitibus definiri, extra quos ſi vagari ſinas, deſinat virtus eſſe: ſeveritatem pluribus fuiße fatalem: nihil violentum diuturnum: ad extrema ſolere delabi, qui duriora conquirunt: neminem in ſummo faſtigio vel ſine caſu, vel ſine caſus periculo diutius ſtetiſſe: exempla ſatis in promptu eſſe, quæ nihil opus eſſet afferre: reſervaret ſe ſibi, & quoniam ſe regendum alterius arbitrio dediſset, uteretur ejus conſiliis, qui nihil, quod e re ipſius non eſſet, factum vellet. Torellus ad hæc: *nemini rectius conſtare virtutis modum, quam ſibi ſuperioris vitæ ſatis memori: eam qui recte æſtimet, levia facile ducturum, quæ gravia ac ſevera in præſenti videantur: temperare ſatis vix poſſe, quin gravius in ſe animadvertat, vitia ſingula revolventem, quæ nondum ſatis defleverit; de vita diuturna nihil laborare; utinam ſibi expiando ea ſatis eſſet, quam ſervatori Deo libens devoveret, antequam vindex depoſceret ab invito: nihil ſibi videri violentum, qui in his aſſueverit, & vitæ uſum velut in naturam traduxerit: ſe nihil magis vereri, quam eorum caſus, qui a virtute deſciverint, animi levitate, non imbecillitate naturę, quæ numquam, nobis invitis, vitioſa evadit. Quare regendum animum eſſe, & intra virtutis ſepta continendum, ne alio abeat; ſicuti iis accidit, qui vitam juſte initam malo exitu funeſtarunt. Ne quid hujuſmodi ſibi impoſterum accidat, omni ope nitendum, & quo plura naturæ ſubducantur, eo minus ab inſoleſcente pertimeſcendum. Quare deſineret fruſtra dehortari, & tandiu propoſitum urgere ſineret, quandiu ſibi aliter divinitus imperatum.* Abbas Torelli conſtantiam admiratus inſtare deſtitit, domumque omnia ipſi precatus proſpera reverſus eſt. Ille vero in dies magis aſpera ac naturæ moleſta miro quodam artificio & ingenio excogitare: ex quo primum macies corpori inducta, quæ mox, labefacta velut natura, in morbum graviſſimum deſiit; ex quo fortaſſe numquam convaluiſſet, niſi rei certior Abbas factus ſtatim ad ægri lectulum convolaſſet, & ad moderandam abſtinentiam, temperandoſque vitæ labores eſſet iterum cohortatus. Hic vero docilem Torellum expertus eſt: ejus enim conſilio velut divinitus dato ſtatim paruit; mitiuſque agere ſecum cœpit, in iis potiſſimum, quæ ad victum referrentur.

VI. Interim percrebeſcente undique ejus opinione famaque virtutis, plures eumdem adire, de rebus dubiis conſulere, ac præcepta vitæ rectæ inſtituendæ tamquam a legislatore ſcitari. In his duos jam Deo addictos ac devotos, qui Torellum convenerant, humaniter primum excepit: mox de rebus divinis ſuaviter agere inſtituit: in quibus quum ad mediam noctem ſermo ultro citroque productus eſſet: *hæc hactenus*, inquit; *nam nox jamdiu ad ſoporem feſſos invitat: reliqua, ſi libuerit, in diem craſtinum protraham*. Quare in proximum ſacrarium ſeceſſere (nullus enim locus reliquus alius erat) ubi aſſeribus ſtrati aliquantulum conquievere, donec a Torello mature expergefacti, Davidicis carminibus ſecundum quotidianam Eccleſiæ conſuetudinem concinendis linguam at-

que animum adjecerunt. His rite ac religioſe perfuncti Torellum ſupplices adiere, *ne perficere, quod jam cœperat, gravate ferret: pergeret porro eos oratione recreare, ac conſolari, quæ animum ab imis ad ſumma eveheret, evectum vero caſu quolibet impoſterum prohiberet. Quoniam vos me adhuc audire non piget, paucis accipite, quænam animi officia ſint. qui divinus evadere cito velit. Divitias, quibus laute vivimus, opes, quarum cauſſa ab aliis colimur, quærendi neque cura ſit, nec voluntas. Quin immo beatos, qui his carent, putetis: ſunt enim ad virtutem capeſſendam promtiores, ad retinendam opportuniores: divitiarum deſiderio divina & humana juxta miſcentur, & bonos etiam viros ſpes diteſcendi aliquando tranſverſos agit. Animus vitiis vel leviſſimis purgandus eſt, qui nunquam ſibi ſatis placeat, ſiquid a virtute alienum imbiberit. Cupiditatibus imprimis imperet, & mentem ad ea efferat, quæ nullis obnoxia vicibus ſenſus fugiunt, & immortalitatem beatam pariunt: vitia morbi animi ſunt, qui & ægre curantur, ſi inveteraverint, & virtuti aditum ita obſtruunt, ut nuſquam pateat, niſi, prius deterſa ſorde, omnino nituerit. Præ cæteris curandum, ne cupiditati vel leviter ratio pareat ac ſubſit. Simul enim homines eſſe deſinimus, ac ejus dominatui locus eſt. Nequid vero hujuſmodi accidat, in divinarum rerum cogitatione detinendus eſt animus, ac veluti defigendus, ſenſibuſque ac ventri quam minime indulgendum. Qui hæc facit, Superis pene par vitam omnium curarum expertem ducet. Quare ſi ea, quę hactenus vobis propoſui, uſu & actione perpetuo retinueritis, nihil reliquum erit, quod ad bene beateque vivendum deſideretis.* Ita inſtructos hoſpites ſuos beatos ac lætos ex ſolitudine ac ſilva domum Torellus dimiſit.

VII. Explendeſcente magis ac magis ejus virtute, plurimi ex proximis remotiſque provinciis ad eum frequentiſſimi confluebant, alii aliis ex cauſſis exciti. Quum enim rumor increbuiſſet, Deum ejus rogatu multa admirabilia pręſtare ſupra naturam poſita, & humanis uſibus opportuna; incredibile dictu eſt, quanta ex eo in omnium animis & virtutis opinio inſederit, & ſpes affulſerit conſequendi quod cuique collibuiſſet. Eſt in ea agri Aretini parte Puppio proxima quoddam ferox luporum genus, hominibus maxime infeſtum, qui ex ſaltu in ſubjectam planitiem decurrunt, & in obvios quoſque hoſtiliter ſæviunt atque graſſantur. His veluti adverſarium ac vindicem objecit Torellum Deus, eique imperium hujuſmodi detulit, ut penes ipſum arbitrium ac jus eſſet vel ſubducendi luporum faucibus, qui miſere hæſerant, vel efferum ingenium temperandi, ne quemquam aggredi auderent. Plurima ſane perhibentur hujuſce rei exempla ac teſtimonia, ex quibus duo ſeligam, ne ſi omnia omiſero, hiſtoriæ deſim, ſi ſingula recenſuero, legentium animos multiplici ac ſimili narratione defatigem. Olim ad Arnum lineas veſtes purgatum venerat quædam muliercula, & gnatum trimum ſecum attulerat. Hunc, dum officio ſuo fungitur, virenti ripę crediderat nihil eorum verita, quæ paullo poſt evenerunt. Verum lupus, qui

rem

rem procul deprehenderat, ex clivo ac ſaltu proſilit, in gnatum invadit, & matri nec opinanti furtim ſubducit. Simul ac illa puerum ſibi ſubreptum novit, ſuſpicata id quod erat, inſolabiliter flere ac lamentari; viciniam integram, ac Puppium ad arma accire: *repeterent ſuaviſſimam prolem, & miſeræ parenti redderent: ni faxint, dolore ac luctu confectam ſuperſtitem non diutius fore*. Illa interim lupum inſequi, armatos voce, & exemplo hortari, *ne feſſi ab incœpto deſiſterent: aditus omnes cingerent: ſilvam totam luſtrarent*. Verum incaſſum omnia. Illi, ſpe pueri recuperandi præciſa, Puppium redeunt: mater vero nihilo ſecius lupo inſtare, eo magis de gnato ſollicita, quo magis de rei exitu incerta. Seu ſors ita tulerit, ſeu divinitus acciderit, lupus prope Torelli hortulum gnatum ſemianimem trahens venit, & ejus imperio, demiſſa præda, repente ſtetit, perinde ac ſi feritatem & trucem indolem puncto temporis exuiſſet. Ex eo tempore nemini lupus nocuit, & ante Torelli fores domeſtici inſtar & cicuris canis perpetuo vixit. Torellus intra cellulam puerum intulit, ejuſque caſum collacrymatus Deo votis ac precibus tamdiu inſtitit, donec integrum ac ſoſpitem venienti matri reddidit. Mox alium novennem puerum ab ipſo matris latere alius lupus miſere abripuit, cujus rei fama ad Torellum perlata ejus animum incredibiliter movit ac flexit. Quare ſimul ad ipſum mœrens mater acceſſit, ejuſque opem ſupplex imploravit: votis annuit, & puerum a lupi faucibus ereptum petenti ſanum reſtituit. Ne vero poſthac oppidanis ſimilia contingerent, imprimis cavit. Nam non modo ſe vivo, ſed etiam in omnem ætatem Puppienſibus lupis nocendi ſublata vis eſt, & omnium ſecuritati conſultum. Verum de his ſatis.

VIII. Ad alia accedo Torello divinitus conceſſa, ex quibus quam Superis carus eſſet, abunde conſtitit. Neque enim indigenis, aut exteris hominibus vel ad morborum vim avertendam, vel ad Dæmonis technas atque machinationes eludendas opportunius aliunde remedium fuit unquam atque præſidium. Exemplum breviſſime afferam. Quum primaria femina Bononienſis religionis cauſſa ad Alverniæ montem veniſſet, fato neſcio quo accidit, ut duo liberi, quos ſecum adduxerat, in graviſſimum morbum ſimul inciderent, ex quo morti proximi parentem ipſo rei nuntio, & conſpectu contaminatam tantum non exanimaverant. Certior ab oppidanis facta de Torelli inſtituto ac divino in ſæviſſimos quoſque morbos imperio, ſtatim ad ejus cellulam advolat; pueros prope exanimes ſecum deferri jubet; & coram Torello ſiſtit, ut acerbiſſimum caſum commiſeratus utriuſque incolumitati conſulat. Ut ille matris vota excepit, *primum renuere, ſeque tantis operibus parem falſo perhiberi ac duci, ſe in ſilva latere ac degere, ut Deum ſibi iratum conciliet; præclare ſecum agi, ſi exoret*. Verum mater haud ſegnius Torellum urgere ad ejus genua advoluta; liberos oculis, manu, lacrymis oſtentare, *iis ſublatis, nihil ſibi reliqui in vita fore, niſi luctum & planctum; iis totam ſuæ gentis poſteritatem niti; ſe uni ipſi fidere; nollet largius cum ſuis agere*,

 quam

quam cum exteris eodem religionis & charitatis vinculo ſibi conjunctis. His Torellus permotus aquam ſibi mandat afferri, quam pueris delibandam exhibuit, votis in ipſa rei actione religioſe ſuſceptis: ecce autem illi e veſtigio convaleſcunt, viribuſque receptis, matrem plauſu exilientem riſu atque oculis ſalutant. Quare illa viro tam benefico non ingrata centum argenteos numos obtulit, quam largitionem tamquam rem execrandam reſpuit, atque devovit, ſubjiciens: *Deo acceptam referret liberorum valetudinem, non ſibi, cujus in morbum vis nulla eſſet: Torello, qui ruſtice viveret, nec pecuniam quæri, nec oblatam recipi, nec ſi reciperet, uſui fore.*

IX. Mox alia res accidit jucunda ſcitu, & ejus temperantiæ inſigne documentum. Aderat feriarum ultima, quas veteres Baccho lætitiæ datori ſacras agere conſueverant, noſtri vero homines, religione ſemota, genio tamen indulgent, & cœnas lautiſſimas parant. Quum Puppienſis Toparcha ſplendidum convivium inſtrueret, ſubiit animum Torelli recordatio, qui in ſumma omnium ſaturitate oluſculis & aqua viveret. Itaque iniquam hominis conditionem ægre ferens parari ferculum ex altilibus & aliis exquiſitioribus dapibus juſſit, & noctu ad ejus cellam afferri. Obſtupuit primo Torellus, mox omnia ſine tergiverſatione libens excepit. Quum vero Toparchæ ſervus ab ipſo ſciſcitaretur, ſibi ne uni tantum obſoniorum unica cœna deſtinaret? Conviva, reſpondit Torellus, cujus faucibus ac ventri nihil eſt ſatis, quamprimum aderit, quocum obſonia partiar. Mox ab ipſo ſervus digreſſus non procul a cellula inter dumos ac vepres abditus ſubſtitit, convivam & hoſpitem operiens, quem noſſe de facie cupiebat. Interim lupus a ſummis montibus decurrens ad Torelli fores eſuriens venit, qui ſtatim ad cœnam admiſſus ferme integrum ferculum dicto citius abſumſit, unciola excepta, cui propemodum invitus palatum Torellus admovit, ſecum animo reputans, quam larga ac ſplendida Dei bonitate homo peſſime meritus uteretur.

X. Octogeſimum annum Torellus attigerat, quum ſenio & ſqualore confectus ſibi ſupremum diem quamprimum inſtare divinitus intellexit: eoque nuntio mirifice recreatus, nihil poſthac niſi divinum ſpirare viſus eſt. Ex eo tempore diutius Deum alloqui, parcius veſci, rarius domo egredi, ſibique omnia durius, quam ante, adminiſtrare: demum mente ac cogitatione in cœleſtium rerum immortalitate defixus, nihil præter Cœlum amare, ad ejus recordationem efferri quodammodo ac geſtire, humanæ vitæ prorſus immemor ac pertæſus. Ne, eo inſcio, decederet, quem omnis conſilii ſui vel conſcium, vel auctorem eſſe voluerat, ad Abbatem profectus eſt, & quæ divinitus acceperat, aperuit atque nuntiavit. Mox nequa animo adhæreſceret culpæ labes, ex qua ſerius in Cœlum pateret aditus, vel, quod optimorum eſt, minus Deo carus ac dignus eſſet, ſe ſe totum ſecundum Eccleſiæ morem luſtrandum tradidit, & quo arctius ſe Deo conjungeret, Jeſu Chriſti corpore animum aluit. His ſancte ac pie peractis, Abbas Torellum amplexus eſt, atque obteſtatus, *ut reliquos ſecum ageret vitæ dies:*

mal.

mallet inter ſuos emori, a quibus præſidium ac lenimen in ſuprema luctatione ſit, quam in agro rerum humanarum, ac divinarum prorſus experte. Sineret ſe ſupremis omnium votis flecti, qui primis non annuiſſet: obſecraſſe ſe nequicquam, ut ſecum, & cum reliquis ſociis viveret: manus tandem daret: & iis gratificaretur, quibus conjunctiores non haberet. Verum ille, *nolo*, inquit, *alibi mori, quam in ea ſede, in qua tot annos feliciter vixi: ſatis lætus moriar, ſi Deus præſto morienti ſit. Tu impoſterum cellulam, atque hortulum cura, & futuros hoſpites large atque humaniter juva. Satis vero me bene ominatum dimittes, ſi ſupplici, & ad tua genua advoluto preceris proſpera, & rite benedicas*, quod illico Abbas præſtitit. Quum vero idem a Torello viciſſim ſummis precibus ipſe depoſceret, vix tandem multa obtendens, ac diu precatus impetravit.

XI. Ad ſilvam regreſſus viginti ipſos, qui ſupererant, vitæ dies ſumma abſtinentia tranſegit, cujus rei cauſſam alumno depoſcenti reſpondit: Quorſum humana ei, quem mox divina exceptura eſſent? Interim aderat dies ejus morti dicta, ſuumque alumnum compellans: *hactenus*, inquit, *tecum ſatis diu vixi. Veſpere diſtrahar, & quo vocor, ad Cœlum, ut ſpero, rapiar: Tu interim cura, ut quam inſtituiſti vitæ rationem, perpetuo uſu, & conſtantia retineas, nec unquam a ſumma vita integritate & continentia deduci te ſinas: præ cæteris, Deo arctiſſime conjunctus eſto, & eo beatiorem te puta, quo major in dies amicitiæ acceſſio fiet.* Alia plura in hanc ſententiam adjecit: tum flexis rite genibus, palmiſque ad Cœlum precantis inſtar converſis animam ſuaviſſime exhalavit anno æræ vulgaris 1281. poſtridie idus martias, anno octogeſimo vix exacto.

XII. Simul ac deceſſit, vulgata in toto agro Puppienſi prodigialiter res eſt. Ferunt enim editum a ſummis turribus divinitus ſignum, omnibus admirantibus, & ad Torelli domicilium confluentibus; parœciarum vero finitimarum præfectis inter ſe certantibus, penes quem Torellum efferendi jus eſſet. Singuli enim alii alia obtendere, ſuamque cauſſam tueri mordicus. At corpus loco movere nixis divina vis reſtitit, donec Abbas acceſſit, ac Divi manus pie ſancteque exoſculatus in ulnas excepit, ac feretro credidit, divinæ vi reliquis cedentibus, qui humano juri non ceſſerant. Itaque maxima pompa funeris, comitantibus omnibus oppidi principibus, ac ſumma vulgi frequentia elatus eſt, & in edito monumento marmoreis columnis nixo ſepultus. Interim non deerant, qui vel morbo tentati, vel ex luporum occurſu trepidi, vel morti proximi D. Torelli opem venerabundi implorabant, quos incolumes omnino præſtitit. Mulieres præſertim, quæ in ipſo partus periculo Torellum ſibi patronum & auſpicem adſciverant, beneficum expertæ ſunt, ut idem ſperare reliquis in eumdem Divum officioſis, quemadmodum exitus docuit, non temere licuerit. Hujus rei fama non modo indigenas, verum etiam finitimas civitates ad ejus cultum excivit, qui in dies magis percrebuit. Forolivienſes præſertim ſumma religione ejus aram in æde D. Mercuriali ſacra ſupplices adeunt, ubi in certa anni tempora a Torellia gente Forolivii flo-

ren-

rentiſſima tanti Divi memore ſacris myſteriis habendis larga deſtinata ſtips eſt atque dicta. Religioni tantæ incrementa dedit Benedictus XIV. Pont. Max. qui Civitatem Forolivienſem ſacris ac largis beneficiis ad eam excitavit, ut ex Pontificiis literis infra deſcriptis affatim conſtat. Divi corpus haud ita multo poſt in aliam ſedem translatum dicitur, ubi diutiſſime ſeu calamitate temporum, ſeu hominum incuria delituit, donec anno MDVII. VII. id. ſextiles Michaeli Antonio Cœnobii D. Fidelis Præfecto ſignificata divinitus, ut ferunt, ea ſedes eſt, & ſericis veſtibus involuta Divi oſſa comperta, capite excepto, alio jampridem traducto. Quod ubi rumor vulgavit, ſtatim oppidi proceres convenere, mox etiam Coſimus Pazzius Aretinorum Pontifex, qui non modo ut ea palam colenda proponerentur ſuaſit, ſed etiam exemplo ſuo ac religione reliquos ad æqualem cultum excivit. Neque iiſdem ornatus & nitor deſideratus eſt: accenſæ perpetuæ faces, ara ejus religioni unice deſtinata, dieſque ſolemnis ſingulis annis Divo venerando dictus, ſcilicet decimus ſextus menſis Martii: ex omnibus ordinibus homines Puppium conveniunt: Divi aram frequentant: publica indicitur ſupplicatio, & oratoria laudatione ejus virtutes ac mores exornantur. Ea vero ſupplicatio diutinis contentionibus inter Abbatem, & Puppienſis Eccleſiæ Præfectum anſam dedit. Neque enim dumtaxat cuncti ſupplicationi intereſſe affectabant, ſed de ordinis principatu acerbiſſime contendebant. Alter enim alteri antecedere, ac præeſſe omni ope ſtudebat, ſuamque cauſſam ſinguli tuebantur, donec ad Aretinum Antiſtitem cauſſæ cognitione delata, Abbati principatus perpetuo addictus atque adjudicatus eſt. Scio inter D. Franciſci & D. Joannis Gualberti alumnos diſſidium eſſe, ad utros D. Torellus pertineat. Utrique enim eum ſibi vindicant, quemadmodum nuperrime accidit D. Petro Urſeolo, pro quo DD. Benedicti, & Romualdi aſſeclæ pugnant ac certant. Litem hanc componere non eſt meum. Aliqua tamen ſubjiciam, ut potius rem hanc videar leviter delibaſſe, quam integram importune prætermiſiſſe. Legi plures antiquiſſimis temporibus ſcriptas D. Torelli vitas; in quibus nihil inveni, ex quo conjicias eum ad D. Franciſci aſſeclas acceſſiſſe. (a) Waddingus nihil in medium affert ex ſenſu depromtum ſuo: unice ea recitat, quæ ex Mariano deſcripſit. Is vero unice ex veteri ſcripto, quam vulgo *legendam* vocant, & ex picta tabula rem probat. Ratiocinatio ex tabula petita magis ſpecie veri aliquid præſefert, quam in receſſu contineat. Definiendum enim primum erat, utrum veſtes ruſticæ ac montanæ, quibus uti conſueverant viri D. Franciſco, & D. Gualberto addicti in agro ac ſaltu verſantes, maxime inter ſe differrent, præcipue ea tempeſtate, qua forſitan veſtiendi genus ad certam legem ac normam nondum uſus exegerat. Vero ſimile enim eſt, brevem utrique tunicam atque abjectam, admodum ſimplicem, communem fuiſſe, ſimili vitæ generi, & agro opportunam. Quod ſi diſcrimen aliquod interfuit, non illud

tamen

(a) Luc. Wadding. Annal. 1282.

tamen ejuſmodi fuit, ut oculis ſtatim occurreret, & pictorum manus de eo exprimendo ac notando efficeret ſollicitiores: præſertim quum tabulæ, quæ adhuc extant, annis fortaſſe ab ejus funere haud ita paucis pictæ ſunt. Ut fidem veteri ſcripto conciliaret, ad critices leges revocanda res erat. Scilicet ejus antiquitatem probare oportebat, genuinam auctoritatem illi conciliare, momenta ejus cum iis conferre, quæ ad oppoſitam ſententiam roborandam faciunt. Nunc vero Valliſumbroſæ Patres audiendi ſunt: afferam autem primum quæ adverſarii ipſi adducunt ex D. Torelli vita depromta; alia deinceps ſubjiciam, quæ ad faciendam rei fidem conducunt. Waddingus ipſe aſſerit; D. Torellum divina meditantem D. Fidelis Abbatem conveniſſe, a quo rite expiatus eſt: tum affirmat, eumdem ibidem elatum eſſe, ac ſepultum, rei eventum omnibus divinitus admirantibus. Hæc & alia hujuſmodi ex ipſo VVaddingo hauſi: eadem legi in duplici D. Torelli vita manu exarata, quam auctores (*a*) Biographi Antuerpienſes exſcripſerunt: alia hujuſmodi ab aliis ſcriptoribus afferuntur, in quibus Volaterranus Razzius, Ferrarius, Bzovius, vetus non editum ſcriptum in Florentina Bibliotheca apud Maliabecchium inventum a Valliſumbroſæ Patribus videntur ſtare; Pontificiæ demum litteræ recens datæ idem quodammodo ſanciunt, quas proinde ſubjicio, ne quid a me exaggeratius dictum videatur.

CONGREGATIONIS VALLISUMBROSÆ.

QUum Pater Procurator Generalis Congregationis Valliſumbroſæ Sanctiſſimo Domino Noſtro expoſuerit in terra Puppii diœceſis Aretinæ, ubi Beatus Torellus eremita obiit, & ejus ſacrum corpus in Eccleſia S. Fidelis Monachorum ejuſdem Congregationis requieſcit, ab immemorabili tempore; uti Patronus principalis, celebrari feſtum cum officio, & miſſa ſub ritu duplici minori de communi Confeſs. non Pontif. idemque officium ſub eodem ritu in Civitate Forolivienſi ex indulto a Sanctitate ſua de anno 1741. elargito recitari, quia adhuc extat Familia de Torellis. Quumque Beatus prædictus fuerit laicus Monachorum memoratæ Congregationis, ubi ſemper vixit ſub directione, ac obedientia Abbatis ſupradictæ Abbatiæ S. Fidelis; propterea eidem Sanctiſſimo Domino humillime ſupplicavit, quatenus extenſionem Officii, & Miſſæ præfati Beati ſub ritu duplici minori etiam ad totam Congregationem Vallumbroſanam extendere dignaretur; & Sanctitas ſui Oratoris inſtantiæ juxta petita benigne annuit. Hac die 26. Aprilis 1744.

L. † S.

C. Card. de Marinis Præf.
T. Patriarcha Hieroſol. Secr.

BE-

(*a*) Acta SS. Martii.

BENEDICTUS PP. XIV.

AD *Futuram Rei Memoriam*. Nuper ad Preces Venerabilis Fratris Thomæ Epiſcopi Forolivien. emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum Decretum tenoris ſequentis, videlicet Forolivien. Cum Sanctiſſimus Dominus noſter Benedictus PP. XIV. enixis humillimiſque precibus Epiſcopi, Capituli, & Magiſtratus Forolivienſis Civitatis benigne inclinatus, ex ſpecialibus circumſtantiis, gratiaque particulari, nec deinceps in exemplum adducenda, indulſerit, ut de Beato Torello Eremita, quem Terra Puppii Diœceſis Aretinæ, ubi ejus Venerabile Corpus in Abbatiali Eccleſia Sancti Fidelis Monachorum Ordinis Valliſumbroſæ requieſcit, ab immemorabili tempore Miſſa etiam & Officio venerari perhibetur, in dicta Civitate Forolivii, ubi ejuſdem Beati Nobilis Agnatio etiam nunc floret, multarumque obtentu gratiarum magna erga ipſum viget Populi devotio, quotannis anniverſaria mortis ejus die decima ſexta Martii, poſſit Feſtum cum Officio, & Miſſa de communi Confeſſoris non Pontificis, ſub ritu duplici minori, ab omnibus utriuſque ſexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, celebrari, non obſtantibus in contrarium quibuſcumque, prout in Decreto alias ſub die XXVI. Septembris MDCCXLI. deſuper expedito continetur. Noviſſime vero idem Epiſcopus humillime ſupplicaverit pro extenſione hujus Indulti ad Eccleſiam Sancti Valeriani Martyris, quæ in villa nobilis Familiæ Torellæ, ex qua eſt Epiſcopus, prope quidem, ſed extra dictam Civitatem ſita eſt, nec non pro facultate, ut quando Epiſcopum eundem in ea Villa contigerit morari, liceat ipſi pro ſua in Beatum Agnatum pietate, vel alteri Sacerdoti coram Epiſcopo ipſo Miſſam de prædicto Beato votivam celebrare, Sanctitas Sua, pro gratia, juxta petita benigne reſcribendum cenſuit, hac die XXVIII. Januarii MDCCXLII. F. I. A. C. Guadagni Pro-Præfectus, T. Patriarcha Hieroſolymitanus Secretarius. Loco ✠ Sigilli. Cum autem, ut dictus Thomas Epiſcopus Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri, plurimum deſideret, Nos ſpecialem ipſi Thomæ Epiſcopo gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & Pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium, decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari. Sicque

in

in præmiſſis per quoſcumque Judi, dices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his, a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII. Aprilis MDCCXLII. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

D. CARDINALIS PASSIONEUS.

FINIS.

(C)

FORMA JURAMENTI

PROFESSIONIS FIDEI

A Cathedralibus, & Superioribus Eccleſiis, vel beneficiis curam animarum habentibus, & locis Regularium, ac Militarium præficiendis, obſervanda.

EGO Thomas Aloyſius Silvius Torellus Dei, & Sanctę Sedis Apoſtolicæ Gratia Epiſcopus Forolivienſis, & Solii Pontificii Aſſiſtens firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, videlicet: Credo in unum DEUM Patrem omnipotentem factorem Cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium. Et in unum Dominum JESUM Chriſtum Filium DEI unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cęlis. Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex MARIA Virgine, & homo factus eſt; Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in Cœlum; ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ

obſer-

obſervationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram Scripturam juxta eum ſenſum, quem tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta novæ legis à JESU CHRISTO Domino noſtro inſtituta; atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ Ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto; omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri DEO verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, una cum anima, & divinitate Domini Noſtri JESU Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantū ſpecie totum, atque integrum CHRISTUM verumque Sacramentum ſumi conſtanter teneo. Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari, ſimiliter, & ſanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas firmiſſime aſſero. Imagines CHRISTI, ac Deiparæ ſemper VIRGINIS, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam; Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe; illarumque uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac JESU CHRISTI Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro; Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſime (Deo adiuvante) retinere, & confiteri, atque a meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

DIS-

ARGUMENTUM.

Licet Romani non fuerint primi Inventores Ordinis Equeſtris in ſui ſubſtantia, ipſi tamen in meliorem formam illum redigerunt. Unde in præſenti Diſcurſu refertur Origo Equeſtris Ordinis apud Romanos, ac demonſtratur adſcriptos in eo, primùm fuiſſe vocatos Celeres, deindè Fluximenes, & poſtea Equites ab Equo publico, qui eis præſtabatur, cum uſu Anuli aurei, (& agitur, in quo digito deferebatur) & cum delatione Anguſto-Clavi, oſtenditurque fuiſſe etiam alias ſpecies Equitum qui ſub diverſis nuncupati reperiuntur nominibus, *Petræ* nimirum, Fabiani, Auguſtani, Singulares, vel Singulatores.

Agitur de Etymologia nominis Militum, & Militiæ, & Italicè *Cavaliere*: Comprobatur quod Prætendens adſcribi Equitum Claſſi juſtificare debebat, ſe, ejuſque Patrem, & Avum ingenuum, & Cenſum quemdam definitum poſſidere; in qua vero ſumma conſiſteret hic Cenſus, diſceptatur late in Diſcurſu, ubi etiam agitur de Statutis Religionum Militarium exigentibus in Candidatis Patrimonium.

SUMMARIUM.

1 *Ordo Equeſter omni tempore tum ante, tum poſt Diluvium, licet ſub diverſis nominibus viguit in Orbe Terrarum.*

2. *Ordo Equeſter apud Romanos non incœpit ut quid novum ab iiſdem, ſed eum deſumpſerunt ab antiquioribus Nationibus.*

3. *Romani fuerunt primi, qui ab Equo, qui Militibus ex publico præſtabatur nomen Equitis invenerunt.*
Et Equitibus Anulum, Balteum, & Prærogativas tribuerunt.

4. *Romulus diviſit Urbem in duas Claſſes, Senatores nempe, & Plebem.*

5. *Senatores vocantur à ſenili ætate.*

6. *Centurias tres Equitum ex fortioribus de plebe ad ornatum, & tutamentum conſtituit Romulus, Ramnetes, Tatienſes, & Lucerum, vocatas.*

7. *Equites, ex Patriciis familiis eſſe eligendos, poſtmodum ſtatuit idem Romulus.*
Patricii vocantur Deſcendentes à Familiis Senatorum.

8. *Roma diviſa fuit à Romulo in tres Claſſes, Senatorum nempe, Equitum, & Plebis.*

9. *Romulus peditum Copias etiam inſtituit ex Bellatoribus fortioribus numero Mille, ſive electis ex Millibus: Milites dicti fuerunt, eo quia erant Mille, ſive quia electi fuerunt è millibus.*

10. *Militia dicta fuit ex Militum multitudine.*

11. *Milites pedites magis ſtrenuos Romulus creabat Equites.*

12. *Romanus Populus variis temporibus fuit diverſimode diviſus in Patricios, & Plebejos, deinde in Tribus, poſtea in Curias, iterum in Claſſes, & Centurias, inde in Senatores, Equites, & Populares.*

13 *Deinde in Optimates, & Populares. In Nobiles novos, & Ignobiles.*

14. *In Ingenuos, Libertos, & Libertinos.*

15. *Optimates qui dicebantur.*

16. *Equeſter Ordo quando fuit appellatus Militia ac Ordo Militaris, & Equites Milites.*

17. *Equites, & Equeſter Ordo, ac Militia, quæ à principio pro Bello fuit inſtitutus, & inſtituta, & ad Principis cuſtodiam, poſtea in Titulum etiam honoris tranſivit*, & n. 20.

18. *Equites dicti ſunt, qui Cenſum Equeſtrem habebant, licet non militarent.*

19. *Equitis vel Militis titulus, & Equeſtris, & Sacræ Militiæ etiam de preſenti tribuitur illis Cœtibus, & Ordinibus, qui conſtant Militibus inſimul, & non Militibus.*

20. *Equitis Titulus, nunc eſt titulus honoris, & titulus cujuſcumque Belli-*

 lige-

ligerantis, ideo nominantur Equeſtres Ordines illi, qui nullum Militare opus exercent, & qui non Equis terra bellum gerunt, ſed Navibus in Mari, retenta ſic prima nominis derivatione, ab Equo.

21. *Equitis nomen non fuit à principio tributum Equitibus.*

22. *Celeres ſub Romanis Regibus appellabantur Equites.*
Celeres Curiarum ſuffragiis, & deinde per ſingulas deligebantur.
Regem haſtati aſſociabant.

23. *Celeres dicti fuerunt a Celere Remi interfectore, quem Romulus illis præfecerat, & Tribunum Celerum appellaverat.*

24. *Celeres appellatos fuiſſe a celeritate ſcribunt alii.*

25. *Celeres nuncupatos a voce Græca ſignificante eum qui ab uno tantum regitur fræno, tenent alii.*

26. *Celeres fuerunt Trecenti a Romulo electi, a Tarquinio Priſco ad Sexcentum aucti.*

27. *Celeres trecenti per tres centurias erant diſtincti. Præfectum qualibet centuria habebat, & dicebatur Centurio: qui omnibus Centuris præerat, & Centurionibus, dicebatur Præfectus, ſeu Tribunus Celerum.*

28. *Flexumenes etiam appellati ſunt, vel a flectendis animis, quia erant Judices, vel a flectendis Equis.*

29. *Troſſuli etiam dicti ſunt, ex quo Oppidum in Tuſcia Troſſulum nuncupatum ſine peditum opera cęperant.*

30. *Troſſuli nomen ab ignorantibus accipi cœpit in malam partem, hoc eſt pro Hominibus in vitium nefandum proclivibus, & ideo Equites pudere cępit talis nominis.*

31. *Equites tandem fuerunt appellati.*

32. *Equites etiam Militares, & Equeſter Militaris Ordo.*

33. *Equeſter Ordo diverſis temporibus diverſas in ſpecies fuit diviſus, & diverſa nomina habuit.*

34. *Petræ illuſtriores dicebantur, plerique* Fabiani.

35. *Auguſtanorum Claſſem inſtituit Nero Cæſar.*

36. *Equites Singulares dicebantur, qui Imperatorem ad Bella aſſociabant.*

37. *Equites Singulatores, Evocati, Diſultores quoque dicebantur.*

38. *Auctores veteres mediæ ætatis nominando Milites a Romulo inſtitutos, cum Titulo Equitum ſcripſerunt cum Anacroniſmo, apponentes mores temporis, qui vigebant quando ipſi ſcripſere, pro moribus temporum, de quibus ipſi ſcribebant.*

39. *Equitis nomen non abs re tribuere Romani.*

40. *Equus ſolus in partem certaminum, & coronarum venit.*
Aptiſſimi ſunt ad Bellum.

41. *Equus ex publico, & publico ſumptu præſtabatur, & ſervabatur Militibus.*

42 *Equites, & Ordo Equeſter ab Equo nuncupatur.*

43. *Eques, & Equitatus ſignificat ipſum Equum,* & n. 44.

45. *In quantum importat honorem, & munus ſignificat Virum Equo utentem; ſed cum teſſera honorifica.*

46. *Non omnis, qui Equo militaret, apud Romanos dicebatur Eques, ſed ille ſolum, cui Cenſor ex publico Equum tradiderat cum Anulo aureo.*

47. *Italicum, Luſitanum, Hiſpanicum, & Gallicum Idioma profluit a lingua Latina.*
Dictæ Nationes ſumpſerunt nomen Equitis ab Equo.

48. *Equus, & Caballus, ſunt duæ dictiones Synonimæ apud Latinos.*

A di-

A dictione Caballus, nomen Equitis ſumpſerunt Itali, Luſitani, Hiſpani, & Galli, appellando reſpective Cavaliere, Cavallero, Chevaliers.

49. *Caballarias antiqui vocabant terræ petiam ſubiectam ſervitio Militari, quæque tenebatur aliquot Milites Equeſtres, tempore Belli ſubminiſtrare.*

50. *Caballeriæ, in Inſula Cretę dicebantur terrę illæ, quæ donabantur benemeritis Militibus.*
Militię etiam vocatæ fuerunt.

51. *Equitis nomen in poſterioribus Sæculis, deperdita lingua latina, non amplius vel ſaltem rariſſime legitur in Documentis, & apud Scriptores, ſed habetur nomen Militis.*

52. *Miles, hæc dictio juxta puritatem linguæ latinę intelligitur, de quocumque Militiam exercente.*
Et proprie de illo, qui pedes Militat.

53. *Equeſtres Centurię a Romulo conſtitutæ fuerunt commiſtę Militibus, & ſic fuerunt vocatæ Militares.*
Et tempore, quo Equites appellati ſunt, appellati fuerunt Equites Militares.

54. *Militis nomen juxta temporum viciſſitudinem adhibitum loco Equitis, ex quo ceſſaverit uſus præſtandi Equum ex publico.*

55. *Militis nomen, non gregarium Militem, ſed Equeſtrem Dignitatem importat* & n. 64.

56. *Militem nuncupare aliquem, idem eſt ac nominare Equitem, Ordinem Equeſtrem, Dignitatem Equeſtrem* n. 57. 58. 59. 62.

57. *Maxime retroactis Seculis, & n. ſeq.* n. 59. 60. & 64.

60. *Nobilis Familia Romana de Caballeriis, antiquitus alia ſynonima dictione vocabatur de Militibus.*

61. *Militis nomen in dicto ſenſu ſumitur in uſibus Feudorum.*

63. *Cavaliere, hæc dictio latine vertitur Miles, aut Eques.*

64. *Milites vocantur in Regno Neapolitano, & alibi Conſiliarii, ac Officiales, licet Togati, per quandam Dignitatem.*
Laudatur Marchio Scipio Maffęus.

65. *Equeſter Ordo apud Romanos, non eſt immediate conflatus ex illis, qui militabant Equo privato, nec immediate provenit a Centuriis illis tribus, a Romulo conſtitutis, & auctis a Tarquinio Priſco.*

66. *Prænominati fuerunt quidem ſemina Equeſtris Romani Ordinis, & quaſi Fundamentum, ac Antepilani.*

67. *Equeſter Ordo Romanorum vere erat ille, qui fuit conſtructus, & conſtitutus ex illis, quos Cenſor in Ordinem Equeſtrem ponebat, illiſque Cenſum Equeſtrem habentibus Equus publicus, & Anulus tradebatur*, & n. 71. & 86. & n. 88.

68. *Equites erant qui nec Senatores, nec Plebei erant, ſed medii inter eos.*
Equites Anulo aureo, a Plebe diſtinguebantur, & n. 71.

69. *Equites utebantur anguſto clavo, & ſic diſtinguebantur a Senatoribus.*

70. *Equites eſſe deſinebant, qui in Senatorum Ordinem legebantur, vel Magiſtratum gerebant.*
Ordo Equeſter erat Ordo Nobilitatis, & reijcitur Poggius contrarium tenens.

71. *Equites Romani primum geſſerunt Anulos ferreos, deinde aureos ſine gemma.*
Anulo Ferreo utebatur Plebs.

72. *Anulus multipliciter nominatur, & ſcribitur.*

73. *Annellus, vel Anelus, & Anulus dicitur.*

74. *Anu-*

74. *Anulos aureos deponebant Romani, & ferreos accipiebant in Funeribus, funeſtiſque caſibus Reipublicæ. An depoſuerint occaſione infamis Caudinæ Pacis, vide ibi.*
Anulos aureos depoſuerunt Romani Nobiles, quando Gn: Flaccus genitus Libertino Patre factus fuit Ædilis Curulis, a Turba forenſi.

75. *Anulum aureum quo digito, & qua manu deferrent, diſquirunt Auctores.*
Anulum in quocumque digito manus deferebant Antiqui Romani, excepto tertio digito qui infamis, verpus, & petulans dicebatur, & omni honore deſtitutus & n. 76.

77. *Anulum Antiqui gerebant in digito ſiniſtræ manus, qui eſt proximus minimo.*

78. *Anulus indici manus dexteræ inſertus apparet in Icone antiqui Equitis Romani relata per Patrem Bonanni.*

79. *In indice manus dexteræ atque anulari digito cernitur in Imagine Sancti Pii V.*

80. *Quot fuerint Anuli recollecti ab Anibale, victis ad Cannas Romanis* n. 81. 82. 83. 84.

85. *Equites noſtri temporis loco aurei Anuli habent Calcar aureum, vel Torquem.*

86. *Equus ex publico præſtabatur Equitibus Romanis* n. 41., & n. 88.

87. *Equites in Bello utebantur Equo.*

88. *Equites Romani deferebant etiam Tunicam, & cujus formæ eſſet, vide ibi.*

89. *Senatorum Tunica habebat clavos magis latos.*

90. *Poſt Auguſtum, Equitibus dabatur etiam Laticlavium diſtinctum tamen a Senatoribus.*

91. *Equites inſigniores, qui Illuſtres dicebantur, jus laticlavi, non ſecus, ac Senatores habebant.*

92. *Equitis gradum, ut quis poſſet conſequi, tenetur probare ſe ingenuum, ejuſque Patrem, & Avum.*

93. *Religionum Militarium, Ordinumque Equeſtrium Inſtitutores ad normam Romanorum iniungunt, ut Candidati Nobilitatem Generis comprobent.*

94. *Eques Romanus, ut quis plenarie eſſet, debebat probare Cenſum Seſtertiorum CCCC. habere.*
Senatorius autem Cenſus, erat duplo major & n. 95.

96. *Cenſus Senatorius, & Equeſtris ſtatutus fuit prudenter, ne uterque Gradus paupertate vileſceret* & n. 97. *Paupertas quandoque cogit ad turpia.*

98. *Cenſus Equeſtris, & Senatorius requirebantur, non ſolum Romæ ſed in Coloniis quoque & Municipiis, in minori tamen ſumma.*
Cenſum Senatorium, vel Equeſtrem non habens, juſſu Cenſoris ad Plebem tranſibat, & de Plebe fiebat, & n. 101.
Cenſendi legem, in Urbe ſtatuit Servius Tullus Rex.

99. *Qui Cenſum maximum habebant reponebantur in prima Claſſe, & deinde gradatim in reliquis.*

100. *Cenſendi Jus primum penes Reges, poſtmodum penes Conſules, ac Dictatores fuit. Demum fuit conſtitutus Magiſtratus Cenſorum nuncupatus.*

101. *Cenſores dicuntur a cenſendo. Quid ſit autem cenſere, vide ibi, & ſuperius* n. 97.

102. *Cenſum ſiquis diminuiſſet, a Cenſore in alium referebatur Ordinem.*

103. *Cenſorum auctoritas, quanta fuerit,* & n. 104.

105. *Seſtertiorum nota quæ fuerit.*

106. *Seſtertii valor, quantus eſſet,* & n. 107. & 108.

109. *Cen-*

109. Cenſus Senatorius vel Equeſtris, an fuerit in Capitali vel in annuo fructu, fuſe examinatur uſque ad n. 140.
Georgius Marcheſius, & Marcus Antonius Albicini laudantur.
110. Adrianus Tornebius ſuſtinet Cenſum fuiſſe in annuo reditu n. 111. 112. 113.
114. Budæus firmat fuiſſe in Capitali n. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121., & 122. 123. 124. 125. 126. & 140.
127. Senatores Romani comitatu, & divitiis tot Reges videbantur.
128. Equites Romani potentia, & amplitudine paulo minus Senatoribus ſpectabiles erant.
129. Romanorum Imperium late patebat.
130. Romanorum Divitiæ, Pompę, Expenſæ, n. 131. & n. 132.
133. Non omnes Romani pares erant Divitiis.
A particulari ad univerſale, non tenet argumentum n. 134.
134. Cenſus Equeſter, vel Senatorius, ſumebatur pro Patrimonio cujuſlibet Equitis, vel Senatoris, non pro integro Patrimonio Familiæ.
135. Illatio non fit a diverſis, & n. 136. & 137.
138. Medicus honoratur propter neceſſitatem.
Dat Galenus opes.
139. Medicis erectę fuerunt Statuæ.
Reges, & Imperatores Salaria magna præſtabant Medicis.
142. Ut quis ſit Prælatus Referendarius in Urbe debet habere reditus, quibus poſſit decenter vivere.
Senatores Conſiliarii Patricii debent poſſidere Patrimonium.
Forolivii ſtatutum eſt lege Communitatis.
143. In aliquibus Religionibus Militaribus adeſt prudens Statutum exigens in Candidatis Patrimonium, ut decoroſe poſſint vivere.
144. Nobilitas definitur Virtus, & Divitiæ antiquæ.
145. Divites præferri debent Pauperibus in publicorum Munerum adminiſtratione, & n. 146.
147. Nobilitas ſine Divitiis ſordeſcit, & eſt mutila.
148. Paupertas ridiculos homines facit.
149. Cenſum Seſtertiorum 400. ille qui non habebat ſedere non poterat in XIV. Subſelliis.
150. Cenſus Equeſter in Ordinibus Equeſtribus Angliæ debet eſſe in reditu ſaltem Librarum 120., quolibet Menſe.
Sed de qua ſpecie monetæ, & de quibus libris intelligatur, Scriptor non loquitur.
151. In Statuto Ordinis Sancti Stephani exigitur Patrimonium in Equite, & n. 153.
152. Sed taxa reſervatur judicio Magni Ducis, Magni Magiſtri n. 158.
154. In Religione Sanctorum Mauritii, & Lazari ſimili modo exigitur.
155. Sic etiam in Religione Conſtantiniana.
156. In hac materia prudenter non poteſt præfigi Taxa generalis, ſed eſt attendenda qualitas Regionis.
157. Taxa pro Epiſcopo Congrua, & Parocho intelligitur de Moneta currente in Regione.
158. Facti ſeries in Conſ. 124. Franciſci Anſaldi refertur.
159. Summa reditus ſcutorum 150., non eſt dubium quod ſufficit pro Patrimonio Equitis Sancti Stephani in Provincia Romandiolæ.
Tribunal Sacræ Religionis Sancti Stephani eſt in hac materia valde ſollicitum, ne doloſa denunciatio remaneat inulta.
160. Commendæ Iuriſpatronatus in Sacra Religione Sancti Stephani, tum ad

ad Communitates, tum ad Privatos ac ex Gratia, dividi poſſunt in unam vel duas, ſi pro qualibet Commenda remaneant Scuta centum in reditu.

161. *Limita in Commendis Magnæ Crucis.*

162. *Commendæ ſunt Patrimonium Equitum.*

163. *Patrimonium ſufficit, quod reddat annua Scuta Centum.*

DISCURSUS II.

JAM ſatis, ſuperque oſtenſum eſt, ac Hiſtoricis Narrationibus comprobatum, omni tempore, ſive ante, ſive poſt Diluvium, quo ad
1. Subſtantiam, & quidditatem Equites, Equeſtreſque Ordines ſemper in Orbe Terrarum adfuiſſe, ſub diverſis licet nuncupationibus; ideoque Equeſtrem Ordinem apud Romanos tantopere celebrem, non fuiſſe eorundem Romanorum inventum, & ab ipſis de novo excogitatum, vel inceptum; ſed eoſdem
2. illum deprompſiſſe, ab antiquarum Nationum moribus, addidiſſe quidem variis ſucceſſive temporibus, eidem Equeſtri Ordini ſplendida Ornamenta, Anulos ſcilicet aureos, pretioſa Baltea, prærogativas honoris, vereque poſt varia nomina novum adſcriptis huic Ordini nomen
3. Equitis tribuiſſe ab Equo, qui illis publico ſumptu præſtabatur. De hoc Equeſtri Romanorum Ordine, ejuſque Origine in præſenti agemus Diſcurſu, & quoniam de eo turbata temporum ratione, ac rerum ſerie inverſa, plura cumulant Scribentes; Nos ſuo quæque Ordine diſponere pro noſtra tenuitate conabimur, ac gradatim referre cura-
4. bimus. Dicimus idcirco, quod Urbe condita Romanorum Rex primus Romulus in duas illam Populi Claſſes diviſit, in Senatores nempe, & Plebem; unde Ovidius: *Plebs Pia, cumque pia, lætetur Plebe Senatus*. Et notat *Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 2. cap. 22. Roſin. Antiquit. Roman. lib. 1. cap. 15. Paullus Manutius Antiquitatum Romanarum, quem librum habemus inſertum in Miſcellanea Italica Erudita tom. 1. pag. 170. verſus finem. Paradis. Ateneo dell' uomo Nobile p. 4. cap. 14. n. 6.* Senatores autem appellavit propter ſenectutem. *Dempſterus ad Roſin. lib. 1. cap. 15. Eutrop. in Hiſtor.* Et cecinit Ovid.

A ſenibus nomen mite Senatus habet.

Et pro ejuſdem Civitatis ornatu, ac tutamento poſtea Centurias tres Equitum creavit, ex fortioribus Viris e Plebe conflatas, ut inquit *Abbas Juſtinianus in Hiſtoria Cronologica dell' Origine degl' Ordini Militari p. 1. cap. 10.* pag. 3. Ramnenſes, Tatienſes, & Lucerum appellatas: Ramnenſes ab Romulo; a Tito Tatio Tatienſes nomen ſumpſere. Lucerum Nominis, & Originis cauſa incerta eſt, inquit *Titus Livius Hiſtor. ab Urbe condita Decad. prima lib. 1. cap. 6.* a Lucumone ſumpta dicitur, ſive a Luco, quem Lucum Aſylum vocaverat Romulus cum Pedano, inquit *Calepinus* in Dictionario verbo Aſylum: *& meminit Ovidius Faſtor. lib. 3.*

Quin etiam Partes totidem Tatienſibus ille,
Quoſque vocant Ramnes, Luceribuſque dedit.

Roſin. Antiqnit. Roman. lib. 1. cap. 17. lib. 6. cap. 16. lib. 7. cap. 4. Anton. Auguſtin. Archiep. Tarraconen. in ſuo Opuſcul. de Legib., & Senat. Conſult. cap. 8. pag. Nobis 15. juxta impreſſ. Lugdunen. anno 1592., in quarto: Alexan. Sard. Ferrarienſis; de Moribus

ribus, & *Ritibus Gentium lib.* 2. *cap.* 2.; inſert. *in Miſcellan. Italica Erudit. tom.* 2. *Samuel Pitiſco in Lexico Antiquit. Romanarum Tom.* 2. *verbo Equites*, & *verbo Equites*, & *Equeſter Ordo pag.* 96., & 99. *juxta impreſſionem Venetam Balleonianam anni* 1719. *Franciſc. Sanſovin in Libello: della Origine de' Cavalieri lib.* 1. *pag.* 3., & 7., *juxta impreß. Venetam Hæredum di Marchiò Secta anno* 1570. *Octavianus Gentilius ex Dominis Rovelloni in Volumine undequaque Eruditione referto de Patriciorum Origine, varietate, Præſtantia, & Juribus, lib.* 1. *cap.* 1.

Gliſcente in urbe Populo, decrevit Romulus Patricios, hoc eſt viros ex Senatorum Familiis deſcendentes,
7. promovendos eſſe ad Ordinem in ſubſtantia Equeſtrem, licet tunc, ut oſtendemus, non nominaretur Equeſter, ſicut ſubdit d. *Abbas Juſtinianus d. p.* 1. *cap.* 1. *pag.* 3.

Proindeque ſcriptum reliquit *Dionyſius Halicarnaſſeus lib.* 2. *de Antiquit. Romanor.*, *quod Romulus videns, quod Juvenum quoque ſibi opus eſſet aliqua manu ad tutelam corporis, & quorum in rebus urgentibus uteretur miniſteriis, CCC. robuſtiſſimos ex Nobiliſſimis Familiis delectos, circa ſe habuit Curiarum Suffragiis, quemadmodum Senatores antea denos per ſingulas Curias*; *quem allegat*, & *ſequitur Dominus Octavianus Gentilius ex Dominis Rovellonii in laudato Opere de Patriciorum Origine, varietate, Præſtantia*, & *Juribus lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. *Jo: Roſinus Antiquit. Roman. lib.* 7. *cap.* 4. *Jacobus Facciolatus in ſuo Calepino verbo Equites*. Et tunc fortaſſe temporis Urbs Roma, quæ prius ſolum bipartita erat in Senatores, ut diximus, & Plebem, in tres Civium Claſſes diviſa fuit; unde medius Ordo inter Senatores, & Plebem
8. poſitus fuit; ſicque Primus Ordo erat Senatorum, ſecundus Nobilium, qui publico mererent Equo, quique ſubinde appellatus eſt Equeſter; Tertius plebis. De qua triplici Claſſe cecinit *Auſon. in* 4. *Idylio, verſu illo*:

Martia Roma triplex; Equitatu, Plebe, Senatu;
Hoc numero Tribus, & ſacro de Monte Tribuni;
Tres Equitum Turmæ, Tria nomina nobiliorum.

Videatur Beyerlinck. in Theat. Vit. Hum. tom. 6. *verbo Politia*; *Pater Ireneus a Cruce Carmelita Diſcalceatus* in Hiſtoria della Città di Trieſte *lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 228., & *Martial. lib.* 8. *Epigr.* 47. *ad Cæſarem.*

Veſcitur omnis Eques tecum, Populuſq; Patreſque.

Et lib. 12. *Epigr.* 3. *ad Librum ſuum.*

Ille dabit Populo, Patribuſque, Equitique legendum.

Roſin. Antiquit. Roman. lib. 1. *cap.* 17. *Manut. parit. Antiquit. Roman. pag. Nobis* 171. *Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib.* 2. *cap.* 29. *Pitiſcus in Lexico*; *verbo Eques*, & *Equeſter Ordo Civium. Sanſovin. dell' Origin. de' Caval. lib.* 1. *Auguſtin. Paradiſ Ateneo dell' Uomo Nobile part.* 1. *cap.* 5. *ſub n.* 25., ubi reprobat *Poggium de Nobilit. fol.* 16. *aſſerentem d. Claſſem Equitum reſervatam fuiſſe pro Popularibus*; *idemque Paradiſ. part.* 4. *cap.* 14. *a num.* 6. *cum ſeqq. d. Gentilius de Patriciorum Origine &c. libr.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. *pag.* 3. & *præallegatus* Comes in *Koden Sapieha in allegat. Diſcurſu præliminari*.

Præterea Rex Romulus, qui prædi-
ctas Equeſtres Centurias conſtituerat,
cupiens Urbem a ſe conditam magis
muniri, magiſque optimis inſtitutis
9. regi, & gubernari, peditum copias
ex ſtrenuis Bellatoribus collegit, ut
pedibus mererent; & quoniam nu-
mero mille erant, ſive uni electi de
Millibus, emerſit Etymologia voca-
buli Miles, Militeſque dicti fuere
10. & eorundem Militum multitudo nun-
cupata fuit Militia, ſicuti tradit
Ulpianus in lib. 45. *ad Edictum relat.*
in L. Militibus ff. de Teſtam. Mili-
tar., ibique cum *Eutropio lib.* 1.
Rer. Romanar. Gloſſ. Marginalis ff.
eodem. *Iſidor. lib.* 9. *ethymolog. cap.*
3. *Andreas de Iſernia ad Conſtit.*
Regni Sicil. lib. 3. *tit.* 43. *in Ru-*
br. §. *Alii Pagani*; *Jacobatius de Fran-*
chis, *de Feud. Guardiæ quæſt* 10.
n. 25. *inſert. poſt Deciſ. Vincent.*
de Franch., *Pater Honoratus a San-*
cta Maria in d. ſuis Diſſert. Hiſto-
ricis, *& Criticis de Equitibus* Gal-
lico Idiomate *lib.* 1. *Diſſert.* 1. *in*
Annotat. lit. B. pag. 2. & in pun-
cto obſervat *Franciſc. Sanſovin*,
dell' Origine de' Cavalieri lib. 1.
pag. 3. *Roſin.* & Parad. locis mox
citatis, *& ad Roſin. Thomas Demp-*
ſterus, *Joannes Soranzo l'Idea del*
Cavaliere pag. 91. *& ſeq. Polyan-*
thæa in verbo Miles; *Calepinus a*
Jacobo Facciolato concinnatus, *ver-*
bo Militia.
Ut autem ipſos Milites pedites, & qui
pedibus ſtipendia faciebant ad cer-
11. tandum pro Principe, & Patria al-
liceret, & ſibi ad Honores gradum
facerent; ex his Militibus magis ſtre-
nuos, & bellica virtute præſtantes
ſeligebat, & ſplendidis decorabat in-
ſignibus, ac in Nobilem Ordinem
medium inter Senatores, & Plebem
cooptabat; ut refert *Roſin. Antiquit.*
Roman. lib. 1. *cap.* 17. *Abbas Juſti-*
nianus ſuperius allegatus.
Remque hanc penitus explanantes, ſub-
dimus, quod Veterum Scriptorum
Teſtimonio conſtat diverſis tempori-
bus varie Populum Romanum fuiſ-
ſe diviſum; primo in Patricios, &
Plebeios diſtributum, poſtea in Tri-
bus, tum in Curias, iterum in
Claſſes, & Centurias; rurſus in Se-
natores, & Equites, ac Populum,
12. poſtea in Optimates, & Popula-
res; in Nobiles præterea novos, &
13. ignobiles; imo mentio fit etiam
diviſionis Ingenuorum, Libertorum,
& Libertinorum, quemadmodum vi-
dere eſt *apud Roſin. Antiquit. Rom.*
14. *lib.* 1. *cap.* 15. Optimates vero il-
li erant, qui optime de Republica
ſentientes, eiuſdem Reipublicæ com-
modo, & incremento unice ſtude-
15. bant, ſive Plebei, ſive Senato-
res, ſive Equites eſſent; nam Or-
do hic Optimatum promiſcue ex
Patriciis, ac Plebeis conſtabat, ut
cum *Sigonio oſtendit d. Octavia-*
nus Gentilius de Patriciis lib. 1.
cap. 2. *n.* 11. *pag.* 26. *& nota-*
vit quoq. Roſin. Antiquit. Roman.
lib. 1. *cap.* 18. Hinc poſita præ-
dicta ſelectione Militum, & ad-
lectione ad dictum Ordinem Me-
dium duo notanda ſunt; primo
quod ſucceſſivis temporibus de hac
re Scribentes promiſcue, ac in-
16. diſtincte Equitatum, Ordinem
Equeſtrem nuncupavere Militiam,
Ordinem Militarem, Sacram Re-
ligionem Militarem; parique mo-
do Equites appellavere Milites,
Equites Milites, Religioſos Mi-
lites, ut latius infra dicemus: &
ſub his verborum formulis, paſſim
inſcribuntur Statuta Ordinum Eque-
ſtrium, & Militarium, Religio-
num Militarium; & Equeſtrium,
qui-

quibus glorioſe abundat Chriſtiana
Reſpublica .
Notandum ſecundo licet in prima in-
ſtitutione Equites , & Equeſter Or-
do , ac Militia Peditum , & Equi-
tum copiis Bello , & ad Principis
cuſtodiam condita fuerit , in Hono-
17. ris tamen Gradum , etiam tranſi-
vit , unde poſtea Equites dicti ſunt,
qui cenſum equeſtrem habebant , et-
18. ſi non militarent ; quemadmo-
dum etiam Nomen , & Titulus
Equitum , vel Militum , & Eque-
ſtrium Sacrarumque Militiarum tri-
19. butum fuit , & de præſenti tribui-
tur etiam illis Cætibus Equitum ,
qui Militibus inſimul , & non Mili-
tibus conſtant , ut appoſite proſe-
quitur *d' Abb. Juſtinianus ; Cardina-
lis de Luca* in Volumine : Il Cava-
liere *Cap.* 7.
Quemadmodum ex dicta ratione , quod
Equitis Titulus tranſivit in gradum,
& nuncupationem Honoris , & No-
bilitatis , ſicut in nomen ac Titu-
lum cujuſcumque Belligerantis Ter-
20. ra , Marique , idcirco inolevit ubi-
que mos nominandi Equeſtres Or-
dines illos , quorum inſtitutum nul-
lum militare Opus involuit , ſed
unice ad illos admiſſi honorificis
gaudent prærogativis ac præeminen-
tiis : Unde ad hos Ordines Eque-
ſtres , & Titulum Equitis admit-
tuntur etiam Viri Eccleſiaſtici , Vi-
rique Togæ addicti , ut expoſuimus
infra *Diſcurſu VIII.* Imo in hac no-
ſtra Forolivienſi Patria , ex antiquiſ-
ſima , & immemorabili conſuetudi-
ne Equitis Titulus tribuitur Judici
nonnullarum cauſarum civilium uſ-
que ad ſummam Librar. 50. bon.
inter Cives Forolivienſes & Foren-
ſes ex altera , & inter Forenſes ,
ac Forenſes , ſicut inter Hoſpites , &
Bettolerios , Vendenteſque Vinum
ad minutum ex una , & Forenſes
ex altera , ſignanter ubicumque con-
tentio ſit ratione , & cauſa Hoſpi-
tationis , & commeſſationis , & inter
Mulieres Meretrices , ſeu etiam Le-
nones ; Et pariter in Cauſis damno-
rum datorum in Civitate , & Fo-
veis , circa , & extra Muros Civi-
tatis , licet Cives ſint .
Hujus Equitis , & Socii Cuſtodiæ ele-
ctio fit a Dominis de Magiſtratu ,
& Officium durat ad ſex Menſes ,
& electio habetur per extractionem
e burſa : debent autem tam Eques
quam Socius eſſe Nobilis Patricius,
cum debeat eſſe ex numero Conſi-
liariorum , qui primariam Nobilita-
tem conſtituunt , & d. Eques debet
eſſe Vir graduatus & Conſiliarius ,
Socius autem Conſiliarius , ut vide-
re eſt in Statuto Forolivii libr. 1.
De Equite , & Socio Cuſtodiæ , ac
eorum Officio Rubr. 7. ubi per ex-
tenſum diſponuntur neceſſaria pro
modo procedendi in Cauſis hujuſ-
modi , nam ibidem *Capite* 1. *De Ju-
riſdictione Equitis* , *& Officialis Cu-
ſtodiæ* ; & cap. 4. *De modo procedendi
in dictis Cauſis coram prædictis Equi-
te* , *& Officiali Cuſtodiæ* , & *Cap.*
5. *De Mercede Equitis* , *& Officialis
Cuſtodiæ* , *Notarii* , *& Executoris
plene agitur* .
Similiter mos vocandi Ordines Eque-
ſtres , illos , qui non terreſtre Bel-
lum Equis , ſed maritimum iniun-
21. gunt Bellum , & navalibus certa-
minibus in Mari pugnant , apud
omnes ſibi locum vindicavit retenta
prima nominis derivatione ab Equo,
& illius uſu juxta Poetæ carmen ;
Tunc erat omnis Eques , *non niſi Seſ-
ſor Equi* : & Equeſtres appellantur
Religiones , & Ordines , & illis
adſcripti nuncupantur Equites .
Cæterum antedicta dictio *Cavaliere* ,

varias ulterius admittit ſignificationes: quapropter Cavaliere in Etruria diceſi anche *il Notaio*, o l' Attuario del Podeſtà, Vicario, o Commiſſario.

Cavaliere *per Ufficiale o Bargello dell' Eſecutore.*

Cavaliere in ſignificato di *Giuſtiziere*, *o Carnefice*.

Cavaliere *colui*, *che cavalca*, *Cavalcatore*, Latin. *Eques*.

Cavaliere *per Soldato a Cavallo* Latin. *Eques*.

Cavalieri ad elmo *ſorta di Soldati a Cavallo anticamente così chiamati*.

Cavalieri di Cavallate *altra ſpezie di Soldati*, *così detti dal nome della ſpezie della Milizia nella quale militavano*.

Cavaliere, ſi diſſe *anticamente anche per Soldato in generale*.

Cavaliere *da queſto titolo di dignità*, *ſi chiama* Perſonaggio, *che viva cavallereſcamente alla grande*, *con luſtro e da Gentiluomo*, *e talora s' eſtende in fino ai Rè*. Latin. *Vir Nobilis*, *Patricius*.

Cavalier *d' Amore*, *e Cavaliere d' alcuna Donna*, *vale Amante*.

Cavaliere di Corte, *vale Uomo di Corte*; *Miniſter* aulicus.

Cavaliere diciamo anche *una eminenza di terreno*, *fatta per iſcoprire da lontano*, *e per offendere*. Lat. *locus eminens*.

Cavaliere *dicono i Cacciatori*, *quando vedono la Lepre a covo*, *volendo dire che chi ha cane in guinzaglio s' accomodi a vantaggio ne luoghi più alti*, *perche diciamo eſſere a cavaliere l' eſſere a vantaggio*, *& al di ſopra*.

Cavaliere *Uno de Pezzi del giwoco degli ſcacchi*, *che anche ſi dice Cavallo*.

Cavalierotto *Gentiluomo grande*, *o d' alto affare*.

Ut videre eſt in Vocabulario Etruſco nuncupato Cruſca in verbo Cavaliere, ubi ponit exempla.

At non ipſo Inſtitutionis Equitum tempore a Rege Romulo peractæ, ſed poſtmodum Equitibus Latino idiomate Equitis nomen tribuere Romani, nam primum ſub Regibus Romanis omnes Equites Celeres appellati fuerunt, ut videre eſt apud

22\. *Titum Livium Hiſtoria*, *ab Urbe condita Decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6., & notat *Lucius Feneſtella de Sacerdotibus*, *Magiſtratibuſque Romanor. lib.* 1. *cap.* 2., *ibique Mathias Bredebachius Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib.* 6. *cap.* 22. *Pompon. Lætus de Magiſtrat. Roman. cap.* 2. *de Majeſtate Regiſ. Joannes Soranzo l' Idea del Cavaliero pag. Nobis* 41. d. *Gentilius de Patric. Origine lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 2., *&* 3. *Roſin d. lib.* 7. *cap.* 4. *dictus Comes Jo: Fridericus in Koden Sapieha in alleg. diſc. prælim. cum Feſto*, *& Plinio lib.* 33. *cap.* 2. *notat Jacobus Facciolatus in Calepino ſeptem linguarum verbo Celeres*, *& in verbo Celes*, *qui Celeres commendati fuerant Curiarum ſuffragiis*, *& deni per ſingulas Curias delecti*, *Regemque haſtati aſſectarentur Jo: Roſinus Antiquit. Rom. lib.* 7. *cap.* 4. Celeres autem nominatos fuiſſe ab

23\. Interfectore Remi Celere vocato, quem Romulus iis præfecerat, & Tribunum Celerum appellaverat, ſcriptum reliquerunt ſupra allegati *Auctores*, *quibus additur Comes Alphonſ. Loſchi Comentarj di Roma pag. Nobis* 146. *d. Facciolatus in d. verbo Celeres*. Scribunt alii fuiſ-

24\. ſe nuncupatos celeres a celeritate. *Jo: Roſin. Antiq. Roman. lib.* 7. *cap.* 4. *d. Facciolatus in verbo Celeres*. Alii teſtantur Celeris nomen derivare a Græco, apud enim Græcos,

cos, celes dicitur, qui ab uno tan-
25. tum regitur fræno, non jugo. Item Eques, qui in certaminibus publicis hujuſmodi Equo utitur; ſicque Celeres dicti ſunt trecenti Equites, quos Romulus inſtituit; Unde ex d. Græco vocabulo, latina voce deducta, Celeres appellati ſunt, ut cum *Valer. Prob.* declarat *d. Jacobus Facciolatus in d. Calepino verbo Celeres*, & verbo *Celes*: Celeres prænominati fuerunt
26. trecenti numero a Romulo lecti, & a Tarquinio Priſco ad numerum aucti ſexcentorum, ut inquit *Roſin. Antiq. Roman. lib.* 1. *cap.* 17.

Trecenti hi Juvenes Celeres dicti, per tres Centurias erant diſtincti; quælibet autem Centuria ſuum Præfe-
27. ctum habebat, dicebaturq. Centurio: At qui omnibus Centuriis, ipſiſque Centurionibus præerat, nuncupabatur Præfectus, ſive Tribunus Celerum, ut cum *Plutarc. in Numa ſubdit d. Joan. Roſin. d. lib.* 7. *cap.* 4. Deinde Flexumines appellati ſunt, a flectendis ut quidam putant animis, eo quia Judices erant;
28. aut a flectendis Equis. *Sext. Pompejus Feſtus de verbor. ſignificat*: inter Auctores Latinæ Linguæ *cum notis Dionyſii Gothofredi Lat. F: Colum.* 469. *linea* 14. *Plin. Hiſtor. lib.* 33. *cap.* 2. Aliique quos ſuperius adduximus, ac d. *Facciolatus* in verbo *Flexumines*. Tertio Troſſuli dicti ſunt, eo quia Equites Oppidum Tuſcorum Troſſulum ſine
29. opera peditum ceperint, ut explicant præallegati Scribentes, & d. *Facciolatus* in verbo *Equites*, in verbo *Flexumines*, & in verbo *Troſſuli*, ubi notat, quod cum Troſſuli nomen in malam partem accipi cęperit ex græca voce, hoc eſt pro Hominibus delicatis, mollibuſque, comatis; nitide veſtitis, ac unguentatis, ut explicat *Samuel Pitiſcus*, *in Lexico Antiquitatum Romanarum Tom.* 3. *in verbo Troſ-*
30. *ſuli*; inde factum, ut Equites nominis hujus puderet, eos preſertim, qui veram cauſam ignorarent ſubdit *Samuel Pitiſcus loco allegato*. Quarto tandem Equites nuncupati fuere, ac Ordo Equeſter; *Eques Hieronymus Cagnolus in lib.* 2. *ff.*
31. *de Orig. Iuris n.* 257. *d. Facciolatus* in verbo *Equites*; vel Equites
32. Militares, ac Equeſter Militaris Ordo; Idem *Facciolatus* in verbo *Equites*.

Variis ſub Principibus, temporum
33. curſu in plures etiam ſpecies Ordo Equeſter diviſus, diverſimode quoque Cognominum additamenta ſortitus eſt; unde ampliori prærogativa Illuſtres, dicebantur *Petræ*, ple-
34. rique *Fabiani*, aliiſque nominibus cenſebantur, ut reſpective videre eſt apud *Cornel. Tacit. Annal. lib.* 11., & in *Fragment. ejuſdem per Ioan. Riccium recognitis in Hiſtor. Auguſt. lib.* 11. *Action. Diurnal. pag. Nobis* 1. *poſt medium*; & tradunt *Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib.* 4. *cap.* 29. *pag. Nobis* 106. a tergo, cum notis *Andreæ Tiraquel. Abbas Juſtinian. Hiſtor. Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari, e Cavallereſchi cap.* 1. §. *Soggiacque*, *pag.* 3. *Pater Honoratus a Sancta Maria Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſert.* 2. *art.* 3. *pag. Nobis* 31.

Et Nero Cęſar Auguſtanorum Equitum Claſſem inſtituit, ut proſequuntur *Alex. ab Alex. Juſtinianus*, & *Pater Honoratus* in locis ſupra allegatis. *d. Comes in Koden Sapieha allegato Diſcurſu præliminari de Equitibus*. Aderant etiam Equi-

tes,

tes, vocati *Equites ſingulares*, qui-
36. que Imperatorem ad Bella aſſociabant, de quibus meminit d. *Pater Honoratus a Sancta Maria Diſſertations Hiſtoriques*, *&* *Critiques ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſert.* 3. *art.* 2. *pag.* 38. Aderant alii nuncupati *Singulatores*, Evecati, *Deſultores*, ut proſequitur d. *Pater Honoratus* d. *Diſſert.* 3. *art.* 2. *pag.* 39. *& ſeqq.*
37. Ex quibus liquet quod veteres Scriptores, nec non mediæ ætatis, ac Neoterici, qui agentes de antedictis Centuriis Militum Equo publico me-
38. rentium, a Romulo, cæteriſque Romanorum Regibus inſtitutorum, eoſdem Milites nuncupant Equites, illorumque Cœtus Equeſtres Ordines appellant; ſic ſcripſiſſe cum anacroniſmo, hoc eſt apponendo mores temporis, eo vigentes tempore, quo ipſi ſcribebant, pro moribus temporum, de quibus mentionem ſcriptis faciebant.

Porro prædictum nomen Equitis non abs re his militibus tribuere Romani; cum enim ut ait *Plutarchus in Sympoſia*-
39. *co*, ſive *Convival. Diſput. Sympoſiac.* 2. *quæſt.* 5. ſolus omnium Animalium Equus in partem certaminum, & coronarum venerit, quia
40. ſolus natura, & exercitatione factus, & ut in prælio homini adſit, & aptiſſimi ſint ad Bellum Equi, ut inquit Magnus Poeta Æneid.

Bello armantur Equi, Bellum hæc armenta minantur.

Et alter Poeta *Ovidius*.

Et Bellatoris terga premuntur Equi.

Militibus antedictis, & cuilibet ipſorum Equum ex publico præſtari,
41. & publico ſumptu ſervari juſſum eſt; unde ab Equo Equites, ac Ordo Equeſter nuncupati fuerunt, ad tradita per *Abbat. Juſtinian. in d. Hiſtor. Cronolog. dell' Origine degl' Ordini Militari cap.* 1. *Auguſtin. Paradiſ. in Volum. cui Titulus Ateneo dell' Uomo Nobile tom.* 1. *p.* 4. *cap.* 14. *a n.* 6. *cum ſeqq.*
42. *Jo: Soranzo l'Idea del Cavaliere pag.* 42. & infra dicemus *n.* 86., *&* 88. unde allegatus *Comes Jo: Fridericus De Koden Sapieha in ſupra memorato Diſcurſu præliminari de* Equitibus refert Poetæ Carmen ſuperius allatum: *Tunc erat omnis Eques, non niſi Seſſor Equi*. Unde licet verbum Eques, & Equitatus ſignificet ipſum Equum, juxta illud *Vir-*
43. *gilii* 3. *Georgicon*.

Impoſiti dorſo, atque Equitem docuere ſub Armis,
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Vel virum, qui equo utatur: attamen
44. in quantum importat honorem, & munus ſplendidum, ſignificat virum
45. Equo utentem, ſed Teſſera diſtinctum honorifica: proindeque apud Romanos non omnis, qui equo militaret, Eques dicebatur; ſed illi ſolum dicebantur Equites, quibus Cenſores ex
46. publico equum tradiderant in ſignum militare, una cum aureo Anulo, ut allegato *Cicerone lib.* 3. *de Legibus*, ſubdit *d. Joan. Soranzo*: *l'Idea del Cavaliere pag. Nobis* 35. *& ſeqq.*, *& pag.* 41., & latius infra exponemus.

Hinc cæteræ Nationes, quarum idioma a Latina lingua profluit, ut eſt
47. Italicum, Luſitanum, Hiſpanum, & Gallicum, ab equo Equitum Nomen ſimiliter ſumpſerunt. Sed cum apud Latinos vox ſynonyma adeſſet equum ſignificans, hoc eſt dictio Equus, & dictio Caballus, ab hac
48. dictione *Caballus* Itali, Luſitani, Hiſpani, & Galli deſumpſerunt nuncupationem: *Cavaliere* vocant Itali, *Cavallero* Hiſpani, *Chevalier*

lier Galli, ad tradita per *Card. de Luca in allegato Italico Tractatu, il Cavaliere cap.* 2. *per tot. Jo: Petrum Fontanel. de pact. Nupt: clauſ.* 3. *Gloſ.* 3. *n.* 3. 4., *&* 5., *& præciſe Jo. Soranzo in lib. l' Idea del Cavaliero à pag.* 40. *cum ſeqq.*

Quamobrem Caballarias vocabant Antiqui Terræ petiam Militari ſervi-
49. tio ſubiectam, & quæ tenebatur Belli tempore numerum determinatum Militum Equeſtrium ſubminiſtrare, ut cum *Du. Cange notat Sebaſtianus Pauli in volumine, cui Titulus; Codice Diplomatico del Sacro Militare Ordine Geroſolimitano ſovra i Diplomi, Diplom.* 23. §. *Caballarias pag.* 481.

Itemque *Caballariæ* in Inſula Cretæ vocabantur Terræ illæ, quæ vetera-
50. nis, & benemeritis Militibus donabantur. *Sabellic. Hiſtor. Veneta lib.* 9. *Decad.* 1. *pag.* 248. *d. Sebaſtian. Pauli ad d. Diplom.* 23. §. *Caballarias*, ubi quod latinitatis ſæculo demiſſo vocabant Militias. Verum quidem eſt, quod tractu temporis naturali lingua Latina deperdita, effectaque artificiali, ſubſequentibus ſeculis, quibus vetus creandi Equites mos introductus, ſeu renovatus fuit, rariſſime Vocabulum Equitis, vel Ordinis Equeſtris, in Documentis, vel Lapidibus legitur; ſed habetur alia dictio, Miles, quæ licet ſecundum Latinæ linguæ purita-
51. tem, de quocumque Militiam exercente prædicetur, ut colligitur, *ex Valla lib.* 6. *cap.* 32. imo proprie
52. de illo, qui pedes militat, ſicut explicat *Calepinus in verbo Miles*: Attamen ex ſupradictis conſtat, quod in ipſo Equeſtrium Centuriarum conſtitutionis exordio, Romulus Equeſtribus Centuriis milites aggregavit,
53. & proinde Militares etiam fuerunt nuncupatæ, & tempore, quo Equitum nomen ſumpſere vocati fuerunt Equites Militares, ut præmiſimus; nil inde mirum, ſi juxta temporum viciſſitudinem, & fortaſſe etiam, ex quo uſus præſtandi Equum ex
54. publico ceſſaverit, poſthabito Equitis nomine ſolo Militis titulo nominantur, ita ut vocabulum Miles, non
55. gregarium Militem, ſed Equeſtrem dignitatem importaret, idemque prorſus eſſet nuncupare aliquem Militem, ac Equitem, Ordinem Eque-
56. ſtrem, Dignitatem Equeſtrem, ut *ex Federic. Scott. advertit Fontanell. de Pactis Nuptial. clauſ.* 3. *Gloſ.* 3. *n.* 4. *de Nobilit. cap.* 37. *ſub n.* 81. *Solon ex Comitibus de Campello ad Conſtit. Ducatus Urbini tom.* 1. *annotat. ad Decret.* 30. *n.* 270. ubi plures cumulat; & quod nomen hoc Miles, retroactis ſeculis evaſerat nomen Dignitatis, &
57. honoris, ita ut de ſolis Nobilibus, & Equitibus prædicaretur juxta exempla, quæ cumulat *Pater Honoratus a Sancta Maria Libr.* 1. *Diſſert.* 6. *art.* 4. §. 3. *pag.* 106., *&* 107. Sic retroactis ſeculis Milites dicebantur, qui poſtmodum Equites S. R. I. in Germania nuncupantur. Et in Regno Poloniæ qui vocabantur de Ordine Militum, poſtea dicti ſunt de Ordine Equeſtri, de quibus fuſe agemus infra in noſtro *Diſcurſu V. n.* 5. *&* 56. idem-
58. que importat, ſicut hodie Eques Italice *Cavaliere*, & ita non gregarium Militem, ſed in rebus bellicis excellentem, vel ex Genere Nobilem, etiam temporibus, quibus prodiit Decretalis Alexand. III. ad
59. Pontificatum evecti anno 1159. quæ Decretalis relata eſt in cap. *Cum eſſent Extr. de Simonia*. Imo etiam in eodem ſenſu, & ſignificatione acci-

accipiebatur magis antique, anno ſci-
60. licet 887. Hic titulus Militis ſubſequentibus etiam ſeculis in uſu fuit, ut videre eſt in Documentis penes antiquos Scriptores, & uſque ad Gregorii XIII. tempora perduravit in d. Equitis ſignificatione; Gregorius enim in quadam Bulla familiam Nobiliſſimam Romanam, quæ nunc de Cavaleriis dicitur, etiam de Militibus appellavit, ibi: *Ad Domitium de Militibus, ſeu de Cabaleriis, & ejus Socios &c.*, & *ad Thomam etiam de Cabaleriis*, *ut refert Macer in Hierolexico, ſive ſacro Dictionario, verbo Miles*; & in hoc ſenſu ſumitur nomen Militis in uſibus Feu-
61. dorum, *in tit. de Vaſſal. Milit. qui Arma Bellica depoſuit*; & *in tit. ſeq. ut cum d. Tiraquel. d. cap. 8. ſubdit d. Campell. d. n. 270. verſ. Et in hoc ſenſu*; Idcirco vocabulum Militis, plene aptatur Equitibus, & Ordini Equeſtri, ut præ-
62. ter ſuperius adductos proſequitur *Card. de Luca in d. Volum. del Cavaliero cap. 2. n. 12. verſ. Onde vediamo*; ubi quod etiam de præſenti, quoties volumus vocabulum
63. *Cavaliere* latine vertere dicimus Eques, aut Miles, ac ſimiliter de præſenti in Regno Neapolis, aliiſque locis Conſiliarii, & Officia-
64. les, licet Togati per quandam Dignitatem Milites nuncupantur.

Hactenus recenſitis conferunt ea, quæ refert Nobilis, & Patricius Vir ille, qui tot exquiſita eruditione refertis Elucubrationibus publicæ luci donatis de Literaria Republica optime meritus undequaque coruſcat, ſcilicet *Marchio Scipio Maffei in volumine: Verona Illuſtrata p. 1. lib. 7. col. 165.* ubi loquens de Sanctis Firmo, & Ruſtico Martyrio coronatis ſub Diocletiano, & Maximiano, & traditis C. Ancario Militi, hæc ſubdit: *Il noſtro Ancario ſi dice Milite, quaſi in modo di dignità: cominciò queſto nome molto d'antico a ſuonar non sò che di Nobile, e di diſtinto, poiche ſi oſſerva in più Storici non venire coſi chiamati i ſoldati delle Nazioni, ma ſolamente i Romani, o almeno che ſervivano ſotto i veſſilli Romani. Milite di Tiberio chiamò ſe ſteſſo l'Iſtorico Patercolo lib. 2. fatto Prefetto della Cavalleria.*

Quæ omnia manifeſtiſſima redduntur ex declaratione illa quam Anno 1231. Neapolis edidit Fridericus Imperator, in qua inquit: *Ad Militarem Honorem nullus accedat, qui non ſit de Genere Militum*: Genus quippe Militum importat deſcendentiam a Militibus aut ex antiqua, ut dicitur *Cavalleria*; Honor autem Militaris importat ipſum Gradum Equitis explicatum iiſdem ſub terminis Militum, & Militaris honoris, ut tradit d. *Pater Honoratus a Sancta Maria d. Libr. 1. Diſſert. 1. Art. 1. pag. 2. in Annotat. ſub lit. B*, & *pag. 3.*, ubi ponit alia exempla Principum antiquorum loquentium ſub eadem formula ibi: *Nullus poſſit accipere Militare Cingulum, niſi ex parte Patris ſaltem ſit Miles*; & dictum eſt *Diſcurſu 4. ſub n. 37.*

In d. propoſito nuncupationis Militis pro Equite d. *Pater Honoratus a Sancta Maria* d. *pag.* 214. *Annotat. ſub litt. B*, & *lib. 1. Diſſert. 6. Art. 4. §. 3. pag. 106.*, & *ſeq.* ait aliquos cum diſtinctione procedere, ita ut velint dictionem *Militis* ſignificare Equitem jure Sanguinis, dictionem vero *Equitis* ſignificare Equitem alicujus Ordinis.

Ne

Nè autem ex multiplici Equitum nuncupatione in ſuperius allatis Hiſtoriis irrepat æquivocum quo ad propriam Ordinis Equeſtris Originem, recenſita recompilantes, aſſerimus, quod ex hactenus dictis perſpicuum redditur Ro-
65. manorum Ordinem Equeſtrem, non intelligi conflatum immediate ex illis, qui oppoſiti Peditatui, in Exercitu Equeſtres militabant, & Equo privato merebant; ſicut nec ex illis, qui a Romulo ex omni multitudine trecenti numero lecti fuere, quos Celeres dixit, quosque Tarquinius Priſcus, ad numerum ſexcentorum auxit, ut ſupra notavimus. Fuerunt quidem illi Equeſtris Romani Ordinis ſemi-
66. na, quaſi fundamentum, ac Antepilani; ſed Ordo Equeſter revera ille erat, qui conſtructus fuit, & conſtitutus ex illis, qui a Cenſoribus in Equeſtrem Ordinem lecti erant, & qui-
67. bus publicus Equus, & anulus dabatur; legebantur autem illi, qui cenſum Equeſtrem poſſidebant, de quo cenſu paulò infrà agemus lato calamo; atque ita Equeſtris Ordinis Equites erant, qui oppoſiti Senatoribus, neque Senatores, neque de Plebe e-
68. rant; & aureo Anulo a Plebe diſtinguebantur; utebantur etiam anguſto clavo, quo à Senatoribus diſcerne-
69. bantur, quemadmodum hæc omnia explanantur *à Roſin. Antiq. Roman. lib.* 1. *cap.* 17. d. *Comes Jo. Fridericus in Koden Sapieha in ſæpe allegato Diſcurſ. Præliminari de Equitibus*.

Illi qui ex Equeſtri Ordine erant, ſi
70. in Senatorium Ordinem lecti eſſent, vel Magiſtratus geſſiſſent, Equites eſſe deſinebant, *Roſin.* d. *lib.*1. *cap.*17.

Hinc patet de iſto Equeſtri Ordine erronee ſenſiſſe *Carolum Poggium de Nobilitate libr. Diſceptatorio pagin. Nobis* 16. juxta impreſſ. *Abellini Typis hæredum Camilli Cavalli* 1657. qui ſic ſcriptum reliquit. *Nonnulli tamen jactantes Avorum Proavorumque Equeſtrem numerum, ſuam Nobilitatem ejuſmodi commemoratione extollunt, inſcii, quam parvi ea ſit Nobilitas æſtimanda, nunquam enim is Ordo apud Priſcos locum Nobilitatis aut nomen tenuit, ut admodum mirer, nos tantum ab eorum opinione differre; Equeſter nam Ordo apud Romanos non cenſebatur inter Nobiles, quippe qui majori ex parte a publicanis emendis, exigendiſque vectigalibus, vili Officio exercebantur: nobiles dicebantur Patriciorum Familię, & quæ ex Triumphalibus Conſularibus Senatoriiſque Viris longa ſtirpe Originem trahebant, Equeſter Ordo habebatur Populariũ loco.*

Siquidem nemo, vel leviter etiam in Hiſtoriis verſatus, ignorat Veteres Romanos Equitis gradum, & titulum non niſi illis tribuiſſe, qui meritorum ſuffragio digni judicabantur, vel ex Equitibus orti erant, & quod probare tenebantur ſe, ejuſque Patrem, & Avum fuiſſe ingenuos. Nemo itidem ignorat Ordinem Equitum proximum fuiſſe Ordini Senatorio, & appellatum fuiſſe Seminarium Senatorum, illique Patricios Viros fuiſſe adſcriptos, tot nobilibus prærogativis fuiſſe decoratos, de quibus agimus in *pręſenti*, & *ſubſequenti Diſcurſu*. Quamobrem eundem Equeſtrem Ordinem verę Nobilitatis Inſignibus præfulſiſſe manifeſtè conſtat. Et merito d. Caroli Poggi aſſertum reiicitur, pro ut illum reiicit *Paradis. Ateneo dell'Uomo Nobile tom.* 1. *p.* 4. *cap.* 14. *n.* 4.

Quo vero ad Inſignia Equitum Roma-
71. norum. Primum Equites Romani Anulos ferreos deferebant, ſubinde Equitum Teſſera fuit Anulus avreus ſine gem̃a, quo ornamento a cęteris diſtinguebantur; ita ut Anulum au-

 reum

reum cum gemma ſolum Senatores deferrent, Plebs verò Anulo ferreo uteretur, ſicut tradit *P. Friguerius*, unde in Corpore Juris integri tituli habentur *ff. & Cod. de Iure aureor. Anulorum*, & verſus habentur *Poetæ Statii Sylvar. lib.* 3.

Atque idem in cuneos Populum cum duxit Equeſtres,
Mutavitque Genus, lævaque ignobile ferrum
Exuit, & celsè Natorum, æquavit honori.

Quos verſus refert, & explicat *Fortunius Licetus in ſuo Libro de Anulis Antiquis cap.* 2. *p.* 22. *juxta Impreſſionem Utinenſem Nicolai Schiratti* 1645., *& rurſus cap.* 26. *pag.* 136. *P. Friguerius Borbenſis Luſitanus e Societate Jeſu in ſuis Commentariis ſuper Geneſi cap.* 41. *tom.* 3. *Iſidor. lib.* 19. *cap.* 32. *Pitiſcus in verbo Anulus pag.* 101. *Petr. Meſſia in Selva di varia lezione part.* 5. *cap.* 5. *pag. Nobis* 466., *&* 467. *Venetæ Impreſſionis* 1682. d. *P. Honorat.* d. *lib.* 1. *Diſſert.* 3. *art.* 3. *pag.* 43. *Card. de Luca in Tract. Italico il Cavaliere cap.* 10. *n.* 7. *Pat. Philippus Bonan. in Catalogo Ord. Equeſt. ſub n.* 99. de Equite Romano antiquo. *Facciolatus in Calepino ſeptem linguarum in verbo Anulus. Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib.* 2. *cap* 19. *p.* 87., *Fortunius Licetus de Anulis antiq. cap.* 26., *& cap.* 58. *Petr. Gregor. Toloſan. in Syntagm. Iur. Univerſ. lib.* 14. *cap.* 9. *n.* 4. *Jo: a Chokier de Surlet. in Face Hiſtoriarum centuria* 2. *cap.* 12. *verſ. Erat & Anulus honorarius aureus, & cap.* 97. *verſ.* XI. *Anulos inſuper diſtinxerunt Romani*. Dictio autem *Anulus*, cujus ſynonimę, uſque ad duodenarium numerum, recollectæ habentur apud *Fortun. Licet.* d. *cap.* 1. *pag.* 2. ſcribitur, vel cum unico, vel cum duplici *n.*; & eſt digitorum Ornamentum in circuli morem, ut omnibus notorium eſt, & explicat d. *Facciolatus* in verbo Anu-
72. lus, italice *Anello*, Luſitanice *Anel*, Hiſpanice *Anillo*, Gallice *Anneau*. Sic dictio Annellus, vel Anelus dicitur diminutivum Anuli, italice *Anel-*
73. *letto*, unde *Oratius ſerm.* 2. *Satyr.* 7. *n.* 9. inquit, cum tribus *Annellis*, ſi credendum eſt *Facciolato in verbo Annellus*, a quo diſcordant *tradita per Fortunium Licetum* d. *cap.* 1. *pag.* 2., *ubi adducit Plautum dicentem in Epidico Lunulam, atque Annellum aureolum in digitum; Horatium* 2. *ſerm. Satyr.* 2.-- *ſæpe notatus, cum tribus Annellis, modo læva Priſcus inani ſi ſit inæqualis, clavum ut mutaret in horas -- & Ciceronem in* 5. *de finibus -- cujus imaginem noſtri Familiares, non ſolum in tabulis ſed etiam in poculis, & in Annellis habent... Facciolatus in verbo Annellus*. Cæterum mos erat Romanorum, in luctu, & funeribus, funeſtiſq; caſibus Reipublicæ aureos Anulos deponere, & ferreos ſumere. *Alex. ab Alex. lib.* 2. *cap.* 19. *pag.* 87.
74. *Pitiſcus in verbo Anulus, ubi ex Tito Livio, & Plinio* perpendit, an occaſione infamis Caudinæ Pacis fuerint etiam a toto Senatu depoſiti Anuli, vel ſolum ab aliquibus Nobilibus, qui etiam Anulos aureos depoſuerunt, eo quia Gn. Flavius genitus Libertino Patre a turba forenſi Ædilis Curulis eſſet factus.

At quo digito, quave manu aureum Anulum deferrent Romani Equites, apud Auctores exploratum non eſt, diverſis diverſa opinantibus, quos in unum colligit *Fort. Licet. de Anul. antiquit cap.* 59. Digito quippe ter-
75. tio excepto, qui infamis, verpus, & petulans dicebatur, quemque nudum, & honore deſtitutum

re-

reliquere Priſci Romani, reliquos digitos auro, gemmiſque, aut ferro, pro ut cuique pro conditione datum erat ſine diſcrimine inſignibant, teſte *Alex. ab Alex. d. lib.* 2. *cap.* 19. *pag.* 87., *& lib.* 4. *cap.* 26. *pag.* 246. *Alex. Sard. de Mor. ac Rit. Gentium lib.* 1. *cap.* 19. *in fine; Petro Meſſia latè. d. cap.* 5. *pag.* 467. *verſ. Marc. Tullio Ciceron.*, *& pag.* 470. *in princ. Campell. ad Conſtit. Ducat. Urbin.*, *Decret.* 110. *n.* 430. *& facit illud Martial. lib.* 11. *Epig.* 60.

76. *Senos Charinus omnibus digitis gerit,*
Nec nocte ponit Anulos.

Quod Antiqui Anulum gererent in
77. digito ſiniſtræ manus, qui eſt minimo proximus ex *Gellio lib.* 10. *cap.* 10. notat *Facciolatus in Calepino verbo Anulus*, *& Capell.* ad d. Decis. 550., & n. 431., & ſeq. qui hunc uſum refert ad tempus, quo excreſcente luxu ſignacula Anulorum cæperunt inſculpi gemmis pretioſis.

Pater Bonanni in Catalogo Ordin. E.
78. *queſt. n. 99.* exponit Iconem Antiqui Equitis Romani, in qua apparet Anulus indici manus dexteræ inſertus; & devotionis gratia erga Sanctiſſimum Pontificem, ſi non abs re, liceat indicare Imaginem Sancti Pii V. in manus dexteræ indice, at-
79. que anulari digito anulos gerentis, quam reponit percelebris *Onuphrius Panvinius in ſuo Libello inſcript. XXVII. Pontificum Maximorum Elogia*, *& Imagines &c. Romæ anno* 1568.

Quamobrem victis ad Cannas Romanis (hoc eſt in Vico Apuliæ Canuſio, cujus loco ſucceſſit Urbs Barletta, a modernis Latinis dicta *Barulum*, pro ut ex Fratre *Leandro Alberti*
80. *in Deſcript. Italiæ in Apulia Peucetia apud Litus Maris*, *& in Apulia Peucetia Mediterranea in Deſcript. Regni Neapolitani recollect. a Cæſare Caracciolo*, *Octavio Beltrano*, *aliiſque in Deſcriptione Apuliæ Peucetiæ*, *nunc Provinciæ Terræ Barii de Barletta*, *ſeu Civitate Canuſii pag. Nobis* 227. *impreſſ. Neapolis* 1671., *& ex Collenuc. lib.* 1. *Hiſtor. Regni Neapolis*) cum Mago Amilcaris Filius ad Cartaginenſem Senatum Victoriæ ab Annibale Fratre contra Romanos habitæ nuncium
81. detuliſſet, ad fidem deinde tam lætarum rerum, quodque fuiſſet, ut verbis utamur Iuvenalis Satyr. 2. *Cannis conſumpta Juventus*, *tot Bellatorum Animæ*, effundi in veſtibulo Curiæ juſſit Anulos aureos, quorum tantus aceruus fuit; ut metientibus, dimidium ſupra tres modios, expleſſe ſuſtineant quidam Auctores; & inter hos ſupra citatus *Meſſia* d. *cap.* 5. *verſ. E' ben vero*; *quibus favet Plin. Hiſtor. natural. lib.* 33. cap. 1. in illis verbis: *Neque n. aliter potuiſſent trimodia illa Anulorum Carthaginem ab Annibale mitti.* Fama tenuit, quæ propior vero eſt, aut plus fuiſ-
82. ſe Modio, ut ſcribit *Titus Livius Hiſtor. Roman. tom.* 2. *Decad.* 3 *lib.* 3. *cap.* 7., & mentionem faciunt paſſim Scriptores, tum de Equeſtri materia, tum de Hiſtoriis agentes. *Card. de Luca in tract. del Cavaliere cap.* 10. *n.* 7. *P. Honoratus a Sancta Maria lib.* 1. *Diſſert.* 2. *art.* 3. *Comes Alphonſus Loſchi in lib.*, *cui Titulus*. *I Commentarj di Roma ſub Titulo; Paſſaggio di Annibale in Italia*.

Adiecit deinde verbis idem Mago, quo majoris cladis indicium eſſet, neminem, *niſi Equitum*, *atque eorum ipſo-*

ipſorum Primores id gerere inſigne:
83. ſicuti proſequitur d. *Titus Livius & Card. de Luca, ubi ſupra. Pitiſcus in Lexicon Antiquitatum in verbo Anulus pag.* 101. Quod dictum adſcribi poteſt punicæ jactantię: Anulos quippe aureos geſtare promiſcui uſus erat ſecundo bello Punico; neque enim aliter potuiſſent trimodia illa Anulorum Car-
84. thaginem ab Annibale mitti, inquit *Plinius, loc. cit.*, & ex eo tradunt *Alex. ab Alex. lib.* 2. *cap.* 29. *pag.* 106. *a tergo*; *Petrus Meſſia* d. *par.* 5. *cap.* 5. §. *è ben vero, verſic. pare ſimilmente, che la Legge &c. Fortun. Licet.* d. *cap.* 58. *pag.* 234. *poſt medium.*

Veterum ergo Romanorum Equitum inſigne erat Anulus Aureus, cujus loco, & ad inſtar Equites noſtri Calcar aureum, vel Torquem habent,
85. ut inquit *Petrus Gregor. Toloſan. in Syntagm.* Juris Univerſ. *lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 12. *in fine*. Romanis Equitibus ex publico Equus præ-
86. ſtabatur, ut videre eſt penes *Titum Livium Hiſtor. ab Urbe condita Decad.* 1. *cap.* 2. *Paul. Manutium in Additam. ad Callepin. verbo Eques, & in verbo Senatus, & Antiq. Rom. pag,* 171. *, &* 174. *Pitiſcum in* d. *Lexicon. verbo Equites, & Equeſter. Philippum a Turre in Monument. veter. Antii, cap.* 3. *pag.* 49., *Patrem Honorat. a Sancta Maria Diſſertations lib.* 1. *Diſſert.* 3. *art.* 3. *præter* ſuperius allegatos *n.* 67., *&* 71. Et conſonat Poeta *Ovidius Faſtor. lib.* 3.

Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat Equo.

Dicto Equo utebantur in Bello; inquit
87. enim *Titus Livius* d. *Decad.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3., *Tum primum Equis merere Equites cęperant. Cornel. Tacit. lib.* 3. *Annalium.*

Præter anuli aurei, atque Equi ex publico traditionem, & reſpective de-
88. lationem, Romanis Equitibus tunicam quoque geſtare datum erat, ad cujus pectus aſſuti erant clavi purpurei, hoc eſt ſegmenta, ſeu fruſta purpuræ, formam referentia capitum clavorum, & quæ utpote minora illis, quæ apponebantur tunicis Senatorum, nomen dederunt anguſti clavi huic veſti Equeſtri; prout tradunt, & explicant *Roſin. Antiquit. Rom. lib.* 5. *cap.* 33. *de Tunica; Octavius Ferrarius de Re veſtiaria lib.* 3. *cap.* 12., *&* 14. meminit etiam *Paradiſ. Ateneo dell' Uomo Nobile tom.* 1. *p.*4. *cap.* 14. *n.* 1., qui veſtem hanc vocat togam parvam; magnam autem illam Senatorum. Unde hoc traxerit ipſe ſcit. *P. Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 99. Veſtem hanc ab Equitibus cingi ſolitam, ut infra genua, & ad medios poplites flueret: a Senatoribus ſuam non cingi, ut paulo ſubmiſſior eſſet, probat *d. Ferrarius lib.* 1. *cap.* 13., *& d.* 12.; nec non *Lazarus Bayſius in ſuo lib. de Re veſt. pag. Nobis* 213., *ex pulchro M. Fab. Quintiliani loco Inſtit. Orat. lib.* 15. *pag. Nobis* 258. *col.* 2. *erga finem, qui talis eſt: Cui lati clavi jus non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paulum, poſterioribus ad medios poplites uſque perveniant. Nam infra mulierum eſt, ſupra Centurionum. Ut purpuræ recte deſcendant, levis cura eſt. Notatur interim negligentia. Latum habentium clavum modus eſt, ut ſit paulum cinctis ſummiſſior:* Tunica autem Senatorum ob clavos magis latos dicebatur

La-

Latus clavus *Roſin. Antiquit. Roman. lib.* 1. *cap.* 17., & *lib.* 5. *cap.* 33. *Dempſter. ad eundem lib.* 10. *cap.* 29.
89. *pag.* 1047. *col.* 2. *Abbas Juſtinian. Hiſtoria di tutti gl' Ordini Militari* tom. 1. cap. 1., *Ferrar. loc. cit.*, & *Bayſius parit. loc. cit.* Licet poſt Auguſtum ſequuti Cæſares huic Or-
90. dini Equeſtri, etiam Laticlavium, diſtinctum tamen a Senatorio, velut Honoris ornamentum tradiderint, juxta Aſſertum *Alex. ab Alex. lib.* 2. *cap.* 29. *pag.* 107. Subdit d. *Ferrar.* d. *lib.* 3. *cap.* 14. Equites Inſi-
91. gniores, qui & Illuſtres dicti, jus Lati clavi, non ſecus ac Senatores habuiſſe, ex *Dione* notavit *Lipſius ad Tacitum &c.* Id tamen non diu obtinuiſſe &c. Verum ut quis ad hunc Equeſtrem Gradum promoveri poſſet nonnullæ præſcriptæ fuerunt leges ab eo ſervandæ. A quarum tenore ea promanarunt ſtatuta, quæ hodie in admiſſione ad Militares Ordines ſervantur, ut appoſite notat *Juſtinianus* d. *pag.* 4. a fundamentalibus enim Equeſtris Romanorum Ordinis ſtatutis deſumptæ ſunt Leges ceterorum Ordinum ſucceſſive erectorum. Hoc eſt neceſſe erat primo, Probationis tempus præmittere in Tirocinii ſpeciem, quo durante nefas fuiſſe Civem Novitium inter Equites adnumerari, ut inquit *Alexander ab Alexandro in diebus Genialibus*. Quod ſane moderni temporis Novitiatus Annum præſefert; *Juſtinianus ut ſupra*. Secundo probare tenebatur ſe ingenuum, ejuſque Patrem, & Avum, ut proſequitur d. *Alexander ab Alexandro* ibi: *Cautumque, ne huic Ordini aſciſceretur, neve jus anulorum aureorum daretur, niſi ipſe ingenuus Pater, & Avus ingenui forent*; & congruunt
92. *tradita ſuperius ſub n.* 64. *Plin. Hiſtor. Natural.* d. *lib.* 33. *cap.* 2., *Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib.* 2. *cap.* 29., *Pitiſcus in verbo Cenſus Equeſtris*, Eruditiſſimus Cæſenas, *Jacobus Mazonus in ſuo volumine*, *cui Titulus: della Difeſa del Dante lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 41. *Pater Honoratus a S. Maria* d. *lib.* 1. *Diſſert.* 3. *art.* 3. d. *Abb. Juſtinianus* d. *cap.* 1. *pag.* 4. Ab hac Antiquorum Romanorum Sanctione normam ſumpſere Fundatores
93. Inſtitutoreſque Religionum, Ordinumque Equeſtrium Militarium, injungendo, ut Candidati Nobilitatem Generis comprobare teneantur d. *Abb. Juſtinianus* d. *cap.* 1. *pag.* 4. ſicuti in ſubſequentibus Diſcurſibus oſtendemus. Tertio vetitum erat ne Aſcendentes mercaturam exercuerint, vel mechanicis artibus ſe imiſcuerint, & ſanguinis puritatem maculaverint, juxta verba ejuſdem *Alexandri ab Alexand.* *ſcilicet: perpetuo Senatus Conſulto ne cui Pater, Avus, aut Maritus Eques Romanus fuiſſet, quæſtum ſui corporis faceret, aut indignis artibus ſe pollueret.* Et hoc pariter in Ordinibus Militaribus hodie ſervatur, prohibentibus Statutis artes viles, & quoad Mercaturam, excipiendo certa loca. Quarto tandem, ut quis vere plenarie, & ut dicitur ex juſtitia, Eques Roma-
94. nus eſſe poſſet, probare tenebatur Seſtertiorum CCCC. Cenſum habere. Senatorius autem Cenſus erat duplo major, ut proſequitur allegatus *Plin.* d. *lib.* 33. *cap.* 2. *Mazonus* d. cap. 41., *Pitiſcus in Lexicon. Antiquit. Romanar.* verbo Cenſus Equeſtris, & Cenſus Senatorius, ubi comprobat a primis etiam Reipublicæ Temporibus Cenſum Equeſtrem adfuiſſe: *Jacobus Facciolatus in nova recompilatione Calepini verbo Cenſus*, & liquet ex Q. *Oratio Flacco*, qui ſub Octaviano floruit; inquit enim *in epiſt. lib.* 1. *Epiſt.*

Epiſt. 1. *Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint, plebs eris: Clar. me: Card. Henricus Noris in Volumine Cenotaphia Piſana Diſſert.* 1. *cap.* 3. *pag.* 46. *Ex Marco Valerio Martiale*, qui Epigrammata ſcripſit, im-
95. perante Domitiano, & ſubinde *Nerva*, & Trajano *lib.* 1. *Epigram.* 103., *ſeu* 104.

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum,
Dicebat nondum Scævola factus Eques.
ſive ut alii legunt *juſtus Eques*, *& lib.*5. *Epigram.* 24., *ſeu* 26.

Quadraginta tibi non ſunt, Chæreſtrate. *ſurge.*

Et clarius apud eundem illudentem illi, qui cum haberet fratrem, non habebat cenſum Equeſtrem pro utroque, legitur eod. *lib.* 5. *Epigr.* 37. *in Calliodorum* ibi.

Calliodorus habet Cenſum, quis neget, Equeſtrem
Sexte, ſed & fratrem, Calliodorus habet.
Quadraginta ſecat, qui dicet......
Verba græca ibi appoſita ſignificant, teſte Calderino, æqua portione divide.
Uno credis equo, poſſe ſedere duos?
Quid cum fratre tibi, quid cum Polluce moleſto?
Non eſſet Pollux, ſi tibi Caſtor erat.
Unus, cum ſitis duo, Calliodore ſedetis;
Surge, ſolecîſmum, Calliodore facis.
Aut imitare genus Ledę, aut cum fratre ſedere
Non potes: alternis Calliodore ſede.

Quod Martialis Epigramma in verſus italicos tranſtulit prænominatus in primo Diſcurſu Germanus Frater Noſter Titus Silvius, qui egregio volumine, favente Deo, publicæ luci donando M. Valerii Martialis Epigrammata in italica vertit Carmina ſic.

Ha il Cenſo Eqneſtre Calliodoro, o Seſto,
Ciò da neſſun s' ignora,
Ma proveduto è d' un Fratello ancora.
Si dividono i fichi in guiſa tale;
Chi favella recide il capitale.
Credi tu, che ſedere
Poſſino due ſopra d' un ſol Deſtriere?
Che fai con quel fratel Polluce infeſto?
S' egli non foſſe certo,
D' eſſer Caſtore, in tutto avreſti il merto.
Cavalier ſol uno ſiete,
E pur voi due ſedete:
Levati ſu Calliodoro omai,
Che un ſolecîſmo fai.
O che di Leda i Figli
D' imitar ti conſigli:
O giachè di ſeder, nel tempo iſteſſo
Aſſieme col fratel non t' è permeſſo,
Moſtrando ingegno ſcaltro,
A vicenda ſedete, or l' uno, or l' altro.

Et de d. Equeſtri Cenſu, ultra præcitatos mentionem faciunt, *Paul. Manut. ſupra cit. Antiquit. Rom. pag.* 171., *&* 274., *&* 276., *Hieronym. Cagnol. in l.* 2. *ff. de Orig. Jur. n.* 585. *P. Ireneus a Cruce in* d. *Hiſt. Tergeſtina lib.* 3. *pag.* 228. *verſic. Arrivando il Cenſo di queſti. Roſin. Antiq. Roman. lib.* 1. *cap.* 17., *ibique Dempſter. in Parolipom., Anton. Auguſtinus Tarraconenſis Epiſcopus* ſumma Doctrina excultus, & percelebris Vir in ſuo *de Legib.*, *& Senatus Conſultis lib. de Roſcia Lege: Petrus Servius Medicus Romanus in ſuis Juvenalib. Feriis inſert. in Miſcelan. Italic. Erud. tom.* 2. *cap.* 2. *pag. Nobis* 17. *Impreſſion. Parmæ* 1691., *Eruditiſſimus Petrus Tholoſan. in Syntag. Iuris univerſ. lib.* 18. *cap.* 13. *n.* 8., *& lib.* 47. *cap.* 10. *n.* 16. *Philipp. a Turre ex Forojulio in Monument. veteris Antii de Inſcript. M. Aquilii cap.* 3. *pag. Nobis* 49. *impreſſ. Romæ anno* 1700., *Comes Loſchi in ſupracitat.*

Com-

Commentarj delli Magiſtrati di Roma, *Tit. Senatori*, *verſ. Due ordini furono*: & doctiſſimus ævi noſtri J. C. *Marc. Antonius Paulutius tom.* 1. *Diſſert.* 16. *n.* 1., *Pater Honoratus a Sancta Maria lib.* 1. *Diſſert.* 3., *art.* 3. *verſ. Il etoit ordonne*.

Eximia ſiquidem Romanorum pruden-
96. tia cautum fuerat, ut Senatores, & Equites Romani Cenſum poſſiderent, ne utriuſque Ordinis ſplendor ex paupertate vileſceret; cum turpe ſit, & indecorum Senatores, & Equites egenos videre, ac inopia quandoque cogat ad tur-
97. pia; & ita Cenſus dabatur, non ut Eques, aut Senator quis eſſet, ſed ut eſſe poſſet; & non propter opes honor tribuebatur, ſed ob inopiam negabatur, ut fere totidem verbis, inquit *Manutius ſupracit. pag. Nobis* 171. Cenſuſque iſte requirebatur in Senatore, & Equite, nedum Romæ, ſed in Coloniis quo-
98. que, & Municipiis, licet in minori ſumma. Docet hoc *Plinius Cæcil.*, *Epiſt. lib.* 1. his verbis: *Eſſe autem ſibi centum millium Cenſum*, *ſatis indicat*, *quod apud Nos Decurio eſt*: Subditque *Sigonius de Antiq. Jur. Ital. lib.* 2. *cap.* 4. *Denique ut in Senatore Romano*, *ſic in Decurione colonio legendo*, *Cenſum eſſe obſervatum*, *qui fuerit centum Millium*: & ambobus relatis, *P. Iren. a Cruce in Hiſt. Tergeſtina lib.* 2. *cap.* 9. & additur antiqua Inſcriptio Tergeſtina, quam refert, prout jacet d. *P. Ireneus lib.* 2. *cap.* 8. *pag.* 145., *& ſeqq.* & in italicum vertit idioma *Maffeius* ſupra laudatus in *Verona illuſtrata par.* 1. *lib.* 6. *pag.* 126., in ea quippe legitur per Fabium Severum clariſſimum Virum Tergeſtanum, obtentum fuiſſe ab Antonino Auguſto Pio .. ut Carni, Catalique attributi a D. Auguſto Pio Reipub. noſtræ, pro ut qui meruiſſent talia, *abſque Cenſu* per Ædilitatis gradum in Curiam noſtram admitterentur, ac per hoc Civitatem Romanam adipiſcerentur .. In Coloniis, & Municipiis Equitum Cenſus erat CCCC. Millium nummum, teſte eodem Card. *Henrico Noris in* d. *Diſſert.* 1. *cap.* 3. *pag.* 46. Cum autem Equitum Romanorum Ordo in Coloniis dignior eſſet, quam Ordo Decurionum, ut comprobat d. Card. *Henricus Noris in Volumine Cenotaphia Piſana Diſſert.* 1. *cap.* 3. *pag.* 46. Ideo illorum Cenſus ſuperior erat, & pinguior Cenſu Decurionum. De dictis autem Equitibus, ac Senatoribus in Municipiis, & Coloniis Vide *noſtrum diſcurſum* 3. *a num.* 47. *cum ſeqq.*

Bene igitur ac Sapienter, Cenſus cuilibet Ordini ſtatutus fuerat a Romanis: Hinc ſi Patricius Cenſum Senatorium haberet, in Senatu ſederet; ſi Equeſtrem Cenſum poſſideret, inter Equites numeraretur, ſi autem, nec Senatorium, nec Equeſtrem Cenſum haberet, juſſu Cenſoris ad Plebem tranſibat, & fiebat de Plebe. Porro cenſendi legem, omnium primus in Urbe ſtatuit Servius Tullus Rex, Populumque obſtrinxit ad exhibendum jurejurando fortunarum ſuarum æſtimationem, una cum nominibus Uxorum, Liberorum, Libertorum, ac Servorum, ætate, & loco habitationis; eundem Populum in ſex Claſſes repartiendo, ac centum nonaginta tres Centurias; unde, qui maxi-
99. mum Cenſum habebant, in prima reponebantur Claſſe, ac Centuria, & deinde juxta qualitatem Cenſus,

ſus, gradatim in reliquis, ſicuti inquit *Titus Livius Hiſt. ab Urbe condita tom. 1. Decad. 1. lib. 1. cap. 17.*, & *apud Sigon. de Antiq. Jur. Civil. Rom. lib. 1. cap. 14. Paunn. de Civit. Roman.*, *Gentil. de Patric. Orig. lib. 1. cap. 2.*

Hujuſmodi jus cenſendi, primum penes Reges, poſtmodum penes Conſules, ac Dictatores fuit, & demum
100. ab Urbe condita anno 310. peculiaris ad hoc conſtitutus fuit Magiſtratus Cenſorum nuncupatus, cujus officium quinquennio durabat, de quo *Tit. Livius* d. *tom. 1. Decad. 1. lib. 3. cap. 4.*, ſic ſcriptum reliquit: *Idem hic annus 311. cenſuræ initium fuit rei a parva origine ortæ, quę deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum diſciplinæque Romanæ penes eam Regimen, Senatus, Equitumq: Centuriæ, decoris, dedecoriſque diſcrimen, ſub ditione ejus Magiſtratus, publicorum jus, privatorumque locorum, & vectigalia Populi Romani, ſub nutu, atque arbitrio eſſent: & Cicero lib. 3. de legib.*, *Gentilis de Patriciorum Origine lib. 1. cap. 2. n. 2. cum ſeqq.*, *Anton. Auguſt. de leg.*, *& Senat. Conſult. in Æmilia de Cenſor. pag. Nobis 36.*, *Petr. Greg. Tholoſ. in Syntag Jur. Univ. lib. 47. cap. 16. n. 5.* Cenſores autem nuncupati a cenſendo; quandoquidem cenſere eſt conſtituere, & præcipe-
101. re: unde etiam dicere ſolemus, cenſeo hoc facias, & ſemet aliquid cenſuiſſe. Inde Cenſoris nomen: ſunt Javoleni verba ex Caſſio *in l. cenſere ff. de verb. ſignificat. relata per* d. *Auguſtin. in Senatus Conſultis, loquendo de Trebelliano pag. Nobis 218.*, *& conſimilia affert Tholoſ.* d. *cap. 16. n. 6.* Hinc ille, qui non poſſidebat Cenſum Senatorium, nec Equeſtrem erat de Plebe. *Servius in Juvenalibus Feriis cap. 2. relat. per d. Gentilium d. lib. 1. cap. 2. ſub. n. 3.*

Quod ſi aliquis diminutum habuiſſet ſuum Cenſum, & hoc ad Cenſoris notitiam deveniſſet, Cenſor talem ſic cenſu diminutum in alium refere-
102. bat Ordinem, ut proſequitur *d. Gentilius d. lib. 1. cap. 2. ſub n. 3. Philipp. a Turre d. cap. 3. pag. 49. & ſeqq.*

Cenſores ergo in Tribu largienda faciebant Plebejum; aſſignando publicum Equum, Equitem Romanum
103. conſtituebant; communicando Senatui, Senatorem creabant; ita è converſo faciebant; movendo Tribu, Plebejum efficiebant; adimendo Equum, Equitem deſtruebant; eiiciendo e Senatu, Senatorem exauthorabant, ut cum *Sigonio de Antiq. Jure Civil. Roman. lib. 2. cap. 6. tradit Gentilius lib. 1. cap. 2. a n. 3.* ubi ſubdit, quod dd Cenſores Senatum ipſi legentes ſingulorum edebant nomina, & quorum nomina præteribant, e Senatu moti cenſebantur, unde amplius in Senatorum
104. Albo non ponebantur, ac ſimiliter Equum Equitibus adimebant, & jubebant vendi, & demum Plebeis in *Cæritum Tabulas referebant*. Cæritæ autem Tabulæ vocabantur illæ, in quas Cenſores referri jubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant, ut videre eſt in Calepino in verbo *Cæræ*.

Et proſequendo Diſcurſum prænominati Cenſus Equeſtris, ut diſcutiatur in qua ſumma conſiſteret, dicimus Seſtertiorum notam eſſe hanc HS, vel conſimilem LIS prout ſatis ſuperque conſtat ex marmoribus inſcrip-
105. tis Antiquorum, ex omnigenæ literaturæ libris, & teſtimonio Scriptorum.

torum. Marmora exhibet *Aloy.Martorell. in ſuo Vol.*, *Memorie Iſtoriche dell' Antichiſſima*, *e Nobile Città di Oſimo lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 25., *&* 27. *Pompeus Compagnoni in ejus Opere inſcrip. Reggia Picena lib* 3.*pag.*136. *Inſcript.*, *ſeu Lapide* 2. *A Turre in Monum. Vet. Ant. de Colonia Foroiul. Inſcrip.* 2. *p.* 340. *& p.* 355. *Inſcrip.* 1. *ac p.* 365. In Libr. tam magno numero ſufficiat recenſere *MariumNizolium in Theſauro Ciceroniano Dictıon. Seſtertium; ubi innumeros indicat Ciceronis locos. Paulum Manut. Comment. in Ciceronis Epiſt. Famil. lib.* 2: *Epiſt.* 18. *pag. Nobis* 292. *impreſs. Francofurti* 1580., Et inter Scriptores graphicè, aperteque docent *Valer. Prob. antiquus Grammaticus de Literis antiquis in addit. Lit. H.* in fine, cujus Libellum Nos habemus alligatum, poſt *Lucium Feneſtrellam de Sacerdot., Magiſtratibuſq. Roman. impreſs. Antuerpiæ* 1557., *Martorel. ſupracit. pag.* 27. *Nizol. in d. Dictıon. Seſtertium*. *Ambros. Calepin. in Dictionario*, *dict. Seſtertius*. *Voluſius Metianus I. C. antiquus in Libello*, *cui Titulus*: *Diſtributio*; *item Vocabula*, *ac Notæ Partium in rebus pecuniariis pondere*, *numero*, *& menſura impreſs. in Codice Theodoſiano Rovill.* 1586., *juxta aſſert. Odorici Rinaldi in Annal. Eccl. anno Xpi Dñi* 302., *& apud Nos collig. cum Andrea Alciato de pond.*, *& menſur.*, *& cum Leonico Tomato de varia Iſtoria*.

Valor autem Seſtertii in duplici verſatur differentia, juxta duplicem Seſtertiorum ſpeciem, quam paſſim agnoſcunt, & explicant Scriptores: altera ſiquidem eſt Seſtertii minoris, qui in genere maſculino dicebatur
106. Seſtertius, aliove etiam nomine Nummus, vel utroque coniuncto nummus Seſtertius: hic valebat quartam partem Julii Papalis, obulos nempè duos cum dimidio, ſeu utendo vocabulo noſtrate; un *quindicino*. Altera eſt Seſtertii majoris, ac neutri generis, quod conſtabat mille Seſtertiis minoribus, & hujus valor juxta monetam noſtris temporibus, ac in noſtris Regionibus currentem, eſt Scutorum vigintiquinque de Juliis decem pro ſingulo Scuto, ſicuti ommiſſo *Calepino d. Dictıon. Seſtertius*, *Thoma Farnabio in notis ad Martialem*, aliiſque ſe explicantibus per valorem monetarum Galliæ, aut Hiſpaniæ, tradunt per vocabula Nobis familiaria *Pater Magiſter Cherubinus Ghirardacci Ordinis Eremit. S. Auguſtini in Hiſtor. Bononien. lib.* 1. *part.* 1. *pag. Nobis* 10. *P. Jacobus Menochius in Storeis p.* 4. *cap.* 58. *Martorell. d. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 27. *verſ. Quì conſervaſi la nota del Seſtertio ec. Franciſc. Angelonus Hiſtor. Auguſta in Nerone pag.* 51. *Loſcus in d. Comment. Tit. Riſcontro delle Monete antiche con le Moderne*: *Jo. Facciolatus in nova erudita Recompilatione Calepini verbo Cenſus*; ubi quod Senatorium Patrimonium erat octigenta millia HS,
107. hoc eſt viginti millia ſcutorum, ſeu Philippicorum, quod Auguſtus ampliavit ad duodecies HS, hoc eſt ad triginta millia ſcutorum; quodque Cenſus Equeſtris erat duplo minor, hoc eſt quadrigentorum HS. Et pariformiter Luſitani explicant utriuſque Seſtertii valorem, quod minor Seſtertius importet *Dez Reis*. Majus verò Seſtertium *Dez Mil. Reis*; *ou Dobram de Dez Mil. Reis*; ut videre eſt etiam apud *P. Benedic. Pereira in Proſodia in Vocabularium Bilingue Latinum*, *& Luſitanum*, *verbo Seſtertius*, *& Seſtertium*. Hinc quidquid, nodum in ſcirpo quærens, dicat *P. Iren. a Cruce in ſuperius cit.*

K

cit. lib. 2.*cap.* 9. *pag.* 151. *verſ. ſe varie, e diverſe furono le Opinioni*; cuilibet calculanti facile patebit, Cenſum Senatorium apud Romanos, prius taxatum in octingentis Seſtertiis neutri generis, ac majorib., & poſtmodum ſub Octaviano ampliatum ad mille ducenta Seſtertia, extitiſſe juxta computum noſtræ Monetæ currentis
108. prædict. de Scutis viginti mille, & poſtea de Scutis triginta mille: Cenſum vero Equeſtrem primo determinatum numero quingentorum Seſtertiorum de Majoribus, hoc eſt quinquies centum mille Seſtertiorum de minoribus, fuiſſe in moneta noſtra de Scutis duodecim mille; & quingentis, & ſubinde determinatum, & reſtrictum ad quadringenta Seſtertia, hoc eſt ad quatercentum mille Seſtertios, fuiſſe in Moneta noſtra de Scutis decem mille, pro ut Calculatoris officio, etiam præoccupato, tradit ſupra laudatus *Jacobus Mazzonus lib.* 1. *cap.* 41.

Super quo Equeſtri Cenſu, & Senatorio fas nobis ſit Literariæ Diſſertationis recenſere Thema, quod jam pridem aciebus, quaſi utrinque inſtructis, diſcuſſere duo hujus Civitatis Viri Natalibus Nobiles, & doctrina, quos hic nominare gaudemus honoris gratia, ſupra laudatus nempe Georgius Marcheſius Eques S. Stephani, ob tot præclara Patriæ, & Provinciæ Hiſtorica Mo-
109. numenta publicæ luci data ſatis notus, et modo præclarus Romanæ Aulæ Prælatus, ut diximus Diſc. Primo; ac Marcus Antonius Albicini Juris Conſultiſſimus, atque in primis Eruditus, & in Epiſcopali hac Curia noſtra, in Civilibus decidendis cauſis Officialis Generalis emeritus, ambo revera perſonam referentes, & imaginem in hac Civitate repræſentantes duorum Nobilium virorum Petri Hieronymi Gentilis, & Franciſci Luzzaghi, quos ſuper hac Equeſtri re non diſſimiliter, magna eruditione confabulantes inducit, ac in Dialogi morem deſcribit *Jo: Soranzo in ſuo Libello l' Idea del Cavaliero*. Prænominati ergo duo Patricii Viri more antiquo Nobilitatis Romanæ Procerum, Doctorumque aliorum, qui Saturnalibus congregabantur, & tempus ſolemniter feriatum deputabant colloquio liberali, ſi credimus *Macrobio teſtanti in Saturnalibus lib.* 1. *cap.* 1. diſquiſitionem inter eos excitarunt, an præfati Senatorii, & Equeſtris Cenſus ſtatuta quantitas fuerit ne in annuo fructu, vel potius in integro capitali conſiſteret. Veterum proinde Scriptorum productis hinc inde Documentis, plures pariter hinc, atque hinc, ſubtiliter excogitarunt rationes. Re tandem ad Nos delata, laudavimus ſane utriuſque partis Doctrinam, atque Eruditionem, & infra notanda deſumpſimus. Primo, quod ſuſtinentium in annuo fructu fuiſſe, non in capitali d. Cenſum Equeſtrem, & Senatorium, anteſignanus eſt *Adrianus Turnebus*, *cui adhæret prælaud.*
110. *Mazzonus in Volumine della Difeſa della Comedia di Dante*, *parte prima lib.* 1. *cap.* 41. qui licet teſtetur, hanc *Turnebi* opinionem pauciores aſſeclas habere, illam tamen ipſe ſequitur, teſtaturque magis eſſe vero conformem, & pro ea demonſtrativa pene argumenta militare. Porro argumenta deſumit a nonnullis veterum Scriptorum dictis,
111. referens illud *Svetonii in vita Veſpaſiani cap.* 27. qui de Veſpaſiano loquens ait: *Ingenia*, *& Artes*, *vel maximè fovit*, *primus e*

Fiſco

Fiſco Latinis , Græciſque Rethoribus annua centena conſtituit . Itidem epiſtolam Conſtantii regiſtratam in Codice Theodoriano ad Eumenium Rethorem , in qua dicitur: *Neque etiam ſalarium te in ſexcentis millibus nummum, ex Reipublicæ viribus conſequi volumus , ut intelligas meritis tuis , etiam noſtram favere clementiam* . Nec non verba *Plinii lib.* 29. ſcribentis-- *Multos prœterea Medicos , celeberrimoſque ex iis Caſſios &c. CCL. Seſtertia annua mercede iis fuere , apud Principes ; Quintus vero Sertinius imputavit Principibus , quod ſeſtertiis quingentis annuis contentus eſset , ſexcenta enim ſibi quæſtu urbis , numeratis domibus oſtendebat* . Ex quibus Scriptorum dictis arguit *Mazzonus* , quod ſi antedicti
112. Equeſtris , & Senatorius Cenſus in Capitali fuiſsent, Salarium Rethorum , & Medicorum illos longe ſuperaſset , quod abſonum ſibi videtur.

Rurſus opinionem hanc probari ſubdit ex prædicti Svetonii verbis *in Nerone cap.* 20. ubi inquit : *Senatorum Nobiliſſimo cuique , ſed a re familiari deſtituto , annua ſalaria, & quibuſdam quingenta conſtituit*: & ex *Cornelio lib.* 14. explicante, quod ille , cui Nero d. præſtationem aſſignavit , fuit Valerius Meſſala , ut *innoxiam inopiam ſuſtentaret* : & tandem ex illis, quæ de
113. Veſpaſiano dicuntur *cap.* 17. *Explevit Cenſum Senatorum , Conſulares inopes quingentis Seſtertiis annuis ſuſtentavit*. Et expreſſe, quod Cenſus Senatorius in annuo reditu Scutorum 30. Mil., vel 20. Mil. noſtræ Ætatis conſiſteret tempore Auguſti , ſcribit *Paradis. Ateneo dell' Uomo Nobile tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 7. *n.* 2. *P. Honoratus a S. Maria lib.* 1. *Diſſert.* 3. *art.* 3. *pag.* 41. *P. Joſeph Juventius è Societ. Jeſu* , *in Notis ad Juvenal. Satyra prima* , *verbo Quadringenta parant*. *Idem in Notis ad Horat. lib. pr. epiſt. prima*; *Pater Cæſar Calini è Societ. Jeſu* : *Diſcorſi Scritturali, e Morali alle Monache p.* 3. *vol.* 2. *pag.* 178. *Alexander Taſſoni, Penſieri diverſi lib.* 8. *queſito* 19., & *Turnebi* , ac *Mazzonii* opinionem ſequitur Eques *Octavius Ferrari Electorum lib.* 2. *cap.* 20. *citatus per P. Ireneum a Cruce in Hiſtoria di Trieſte lib.* 2. *cap.* 9. *pag.* 156. *verſic. varj pareri ritrovo* : quamvis fateatur & ipſe, quod omnes ferè conſenſu ſtatuant, Cenſum fuiſſe æſtimationem rerum, ac bonorum &c.

At contrariæ opinionis, quod Cenſus Equeſtris, ac Senatorius in prællegata ſumma intelligendus ſit in ipſo capitali, & univerſali bonorum æſtimatione, non autem in annuo fructu, Dux eſt eruditus *Budæus* , qui robuſtas rationes adducit, unde iſti
114. us placitum eſſe magis commune fatetur, licet ut diximus , illud impugnans ipſe *Mazzonus* , & *Ferrarius*, ubi ſupra ; *Pitiſcus in Lexico Antiquit. Romanar. tom.* 1. *in verbo Senatorius* , ubi teſtatur Budæi eſſe communem opinionem, & quod contrariam *Turnebj* opinionem ſolus tenet *Mazzonus* antedictus; *Facciolatus in allegato Calepin. in verbo Cenſus*; & huic ſententiæ videtur ſubſcribere ſupra citatus *P. Ireneus a Cruce*.

Pro hac Budæi ſententia, præter rationes, quæ legi poſſunt apud eundem
115. doctum, eruditumque Auctorem, urget proprietas vocabuli *Cenſus* , quod licet juxta Calepin. verbo *Cenſus* poſſit importare reditum , & fru-

fructus in ſuis caſibus, attamen juxta latini ſermonis puritatem uſurpatur pro re, bonis, ſubſtantia, facultatibus, ſive dicere velimus pro patrimonio, ut per *Text. in l. de Creationibus C. de Epiſcop. C. Audient.*, *inquit Anton. Nebriſſens. in vocabul. utriuſque Juris verbo Cenſus*; *Briſſonius de verb. ſignific. lib.* 3. *verb. Cenſus*; *d. P. Ireneus pag.* 157. Epiſcopus Segobienſis *Didac. Couarruvias var. Reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 1. *verſ. hinc Cenſus etiam. Alberic. de Roſat. in Diction. utriuſq. Juris verbo Cenſus*; *Dempſter. in Paralipomen.*, *Ad Roſin. Antiquit. Roman. lib.* 1. *cap.* 17. *pag. Nobis* 95. *Pitiſcus in verbo Cenſus*; *Rot. in Melevitana Commendæ de Aſtros* 10. *Februarii* 1738. §. *clara litera vers. At res cor. R. P. D. Buſſio*, quæ regiſtrabitur in peculiari Diſcurſu ſuper Cabræis. Et pro peculio, etiam ut dicit *Alex. ab Alex. Genial. Dierum lib.* 2. *cap.* 29., *ibi — Cuique Seſtertia quadrigenta*, *quod peculium Equeſtre habitum eſt*, *Cenſus fuiſſet*.

Verum etiam uſurpatur pro actu ipſo cenſendi, ſeu æſtimandi Patrimonium, ut ex hoc in Provinciis tributum ſol-
116. veretur, Romæ autem diſtingueretur Civium ſtatus; *Covar.* ubi ſupra vers: *Eſt item Cenſus æſtimatio*; *Foller. in prax. Cenſual.* §. *hujuſmodi Cenſus*; *Bonac. Oper. Moral. tom.* 2. *de Contrac. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *de Cenſib. n.* 2. *Rot. d. Deciſ. Melevit. Commendæ de Aſtros* 10. *Februarij* 1738. *d.* §. *clara litera ſub. verſ. at res cor. Buſſio*. Uſurpatur quoque
117. pro Tributo, *Foller.*, & *Covarr. locis præcitatis*; *Paul. Manut.* in Addit. *ad Calepinum verbo Cenſus*;
118. aut pro perſona cenſita, *Calepin. in verbo Cenſus*: uſurpatur inſuper
119. pro quidquid Fortunarum quis habet. *Foller. d. n.* 1.

Dum itaque juxta latini Idiomatis indolem Cenſus dictio ſignificat æſtimationem rerum, & bonorum, ac facultates, ac ſubſtantiam; jam de
120. ſe patet propriè non ſignificare fructus annuos, ſed capitale; & conſonat *Juvenalis Satyr.* 16., 52. *ibi — Nam quæ ſunt parta labore Militiæ, placuit non eſſe in corpore Cenſus*.

Accedit ulterius Hiſtorica, & pene arithmetica ponderatio, quod cum Senatores Romani, Regis Romuli Conſtitutione eſſent numero centum;
121. atque ideo centum Patres vocarentur, teſte *Tito Livio Hiſtor. Rom Dec.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4., *Roſin. Antiquit. Rom. lib.* 7. *cap.* 5., & ſubinde etiam eorum numerus fuerit auctus, idem *Roſin. eod. cap.* 5., ſi pro quolibet Senatore, Cenſus Senatorius fuiſſet in præmiſſo annuo reditu, ingentem ſanè Senatorii Cenſus ſummam conflaviſſent. Quæ Summa longe lateque ſuperaſſet totius Reipubl., & Imperii Rom. reditus: tempore ſiquidem Conſulatus Pompei, reditus non exceſſiſſe Sum-
122. mam ſex, ut vocant, millionum, & ſubinde ad milliones ſex cum dimidio, ſucceſſive ad octo, & tempore Auguſti tandem ad tredecim circiter teſtatur *Mazzonus*, *ubi ſup. cap.* 19. *Co. Alphonſus Loſchi in Italico Volumine Commentarj di Roma ſub tit. Circonferenza dello Stato della Romana Repubblica pag.* 112., ubi notat, quod ex toto Mundo tunc tot reditus non extrahebantur, quot nunc de præſenti ex minima parte
123. exiguntur: nemo autem non videt, quod inveriſimile omnino eſt, majores fuiſſe annuos reditus Senatorum, quam totius Reipublicæ. Eoque magis argumenti vis creſcit, ſi de

ſi de Equeſtri Cenſu loquamur : nam
Equites Romani nullum præfixum
numerum habebant , plurimoſque
fuiſſe conſtat , uſque ad formandum
exercitum , ut loquendo de cæde
Romanorum in Certamine ad Can-
124. nas , ſuperius oſtendimus .
Quatenus ergo Equeſtris Cenſus annuus
in relata quantitate conſtitiſſet , jam
iterum de ſe patet , quod plura , &
plurima centena millia , plurimoſ-
que , ut dicitur milliones conflaviſ-
ſet ; atque ità rurſus Equeſter Cen-
ſus Reipublicæ reditus undequaque
ſuperaſſet .
De cætero ſi Equites Romani anuum
reditum in primo dicta ſumma 12000.
retinuiſſent , nunquam rationabiliter
conqueri potuiſſent de paupertate ;
& nihilominus legimus , Equites
Romanos fuiſſe pauperes , & ſe
pauperes faſſos fuiſſe , ut apud *Mar-*
125. *tial. Epigram. lib.* 1. *Epig.* 102.
ad Poſthumum .
Pauper eras , & Eques , ſed mihi Con-
ſul eras . -- *& lib.* 5. *Epig:* 12. *ad*
Caliſtratum --
Sum , fateor , ſemperque fui Caliſtra-
te , pauper ,
Sed non obſcurus , nec male notus E-
ques .
Imo eundem Martialem in Equeſtrem
Ordinem adſcitum , adeo pauperem
admodum fuiſſe , ut neceſſe fuerit ,
126. quod Plinius Nepos ei in Hiſpa-
niam revertenti , adiumentum , &
viaticum ſuppeditaret , teſtis eſt ip-
ſemet *Plinius Epiſtol.* 22. *lib.* 3.
Raphael. Volaterranus Comment. Ur-
ban. lib. 17.
Quæ huc uſque recenſuimus minime
tolluntur per ea , quæ ad alios effe-
ctus a Scriptoribus traduntur , quod
ſcilicet Romani Senatores , totidem
Reges , comitatu , & divitiis viſi
127. ſunt unicuiq., nedum Legato Pyr-
rhi Epirotæ , ex Dempſter. *ad Roſin.*
Antiquit. Roman. lib. 7. *cap.* 5. *pag.*
Nobis 689. *col.* 1. , *& cap. ult. pag.*
754. *col.* 1. ; Equites autem facul-
128. tatibus , potentia , & amplitudine
Senatoribus paulo minus ſpectabiles,
pro ut ex ordine , *Loſchi in Com-*
mentar. Tit. Senatori , *verſ.* -- *due*
Ordini furono . Quod ſicuti Roma-
norum Dominatio late patebat per
omnes Orbis tunc cogniti Provin-
129. cias , & Regna ſummatim recen-
ſita *à Petro Meſſia p.* 4. *cap.* 27. ,
Loſchi in dd. Commentar. Tit. Pro-
vincie , e Regni poſſeduti da Roma-
ni ; ità divitiæ eorum erant ſupra
modum Suppellectilia, Ædificia, Vil-
las, Theatra , Balnea privatorum ære
ædificata , vel comparata , hoc pro-
bare : Sumptus immenſos , in Piſci-
nis , in Cænis , Ludis , & Spectacu-
lis ; Civem locupletem neutiquam
cenſeri , niſi qui exercitum per an-
num alere poſſet ſuo ſumptu ; Pi-
ſces in Piſcina alitos a Locullo poſt
ejus mortem , veniiſſe triginta mille
Seſtertiis ; alioſque Cives di vitiis
130. Locullo pares extitiſſe ſupra nume-
rum viginti mille ; Apicium Roma-
num Civem de quo *Martial. lib.* 5.
Ep. 61. duobus , ut dicunt millio-
nibus in Culina conſumptis , ad cal-
culos re familiari redacta , reliquum
inveniſſe in bis centum quinquaginta
131. mille ſcutis noſtri temporis ; Lepi-
dum Aelium Augurem ſex millibus
Ædes conduxiſſe ; Clodium inhabi-
taſſe domum emptam centies quadra-
geſies ſepties HS. , hoc eſt ſexcentis
millibus ſcutorum noſtri temporis ;
comprobant iſthuc ipſum , & alia
hujuſmodi apud *d. Loſchi Tit. Atti* ,
e Memorie ſingolari per teſtimoniare
la grandezza , e munificenza de' Ro-
mani . Alex. Taſſoni in ſuo Opere in-
ſcripto : Penſieri diverſi lib. 10. *cap.*
17.

17., *Frater Petrus Martyr Felini Ordin. Servor. in Tractat. delle coſe maravglioſe di Roma*, *delle Antichità di Roma cap.* 83. Quodque proinde nullatenus inficiari valet Senatores, Equiteſq. Romanos prẹſtare divitiis Principibus, Equitibuſq. Romanis noſtræ Ætatis, ut aſſerit *d. Taſſoni eod. cap.* 17. *verſ. Niuno mi negarà;* & ex his Principes in reditibus, non in ſola ſubſtanſtia, habere ſcuta 60., 70., & ad centum mille, Equites vero decem,
132. quindecim mille, & ultra; & ſicuti dicendum non eſt, Principes, & Equites Romanos, nunc in peculio, & non in fructu cenſum habere centum, vel decem mille ſcutorum, ex illa ratione, quod cum multi numero ſint, reditus eorum longe ſuperarent reditus Supremi Principis; pari modo non eſt ex prẹdicta ratione dicendum, Cenſum Senatorum, Equitumq. priſci temporis fuiſſe in Patrimonio, ſeu Peculio; quis enim ignorat quid minimum tribui ex fructibus in Tributum Principis?

Ad omnia ſiquidem ſuperius deducta facilis occurrit reſponſio, quod de Romanorum divitiis allegati Scriptores, inter quos multi Neoterici adſunt, non loquuntur de omnibus, & ſingulis Senatoribus, Equitibusq. ſeu de eorundem Collegiis; ſed ſolum verba faciunt de aliquibus, re-
133. verà adeò divitiis præſtantibus, ut ſingulare Poſteris in hoc monumentum, nunquam interiturum reliquerint: ſed ex his non rectè infertur, quoslibet Senatores, vel Equites, atque ità omnes fuiſſe ſimilibus cumulatos divitiis; quia a particulari ad univerſale non tenet argumentum; cum etiam poſterioribus, nobiſq. proximis ſeculis Scriptorum teſtimonio
134. conſtet, Regiam Mediceorum Familiam, etiam ante Principatum, innumeris divitiarum Theſauris, & magno Principe dignis fuiſſe ditatam, & locupletem, & tamen manifeſtum eſt non fuiſſe tali menſura, imò longè lateq; minori, divites cœteros Florentinæ Reipublicæ Patriciòs.

Præterea addimus primodictis rationibus, Cenſum Senatorium, & Equeſtrem in ſolo capitali comprobantibus, quod Cenſus Senatorius, & Equeſtris Romanorum, de quo ſupra, non ſumebatur pro integro Patrimonio unius Familiæ, ſed pro Patrimonio cujuslibet, & ſinguli Senatoris, vel Equitis; ita ut ſi plures fuiſſent in tali Familia fratres, pro quolibet fratre Cenſus enunciatus requirebatur: ude *Martialis* Calliodorum illudit prætendentem eſſe Equitem, ſed habentem fratrem, cum quo dividi debebat Patrimonium; quod proinde diviſum, Cenſum Equeſtrem pro utroque efformare nequibat; ut in allegato *Epigrammate ſupra ſub n.* 95.

Quemadmodum etiam reſponſio patet ad ea, quæ pro *Adriani Turnebii* ſententia ſuperius adducta allegat *Mazzonus*. Nam exempla ſalarii ab Imperatoribus præſtiti Grammaticis, & Rethoribus nihil intentum concludunt, ut oſtendit *Pitiſcus*, *ubi ſupra verbo Cenſus Equeſtris*: tum quia a
135. diverſis, & diſparatis non tenet illatio, juxta axioma uulgatum in jure, de quo *Marc' Anton. var. Reſol. lib.* 1. *Reſol.* 106. *n.* 42., *& lib.* 2. *Reſol.* 1. *n.* 9. *Cancer. var. itidem reſol. p.* 2. *aliique cumulati per Barbos. Axiom. Iur. Axiom.* 114.

Tum quia in locis ad hoc allegatis, non comprobatur, quod Salaria in dicta ſumma eſſent conſtituta, & aſ-
136. ſignata ſingulis Rethoribus, & Gram-

Grammaticis ; cum fortaſſe potuerint eſſe aſſignata Univerſitati , & Collegio Rethorum , & Grammaticorum .

Ulterius reſpectu Salarii Eumenio aſſi-
137. gnati, non exprimitur Salarium fuiſſe annuum ; unde poteſt intelligi fuiſſe datum pro unica vice . Quo verò ad Medicos eædem aptantur reſ-
138. ponſiones ; imò tritum etiam eſt Medicos propter neceſſitatem eſſe honorandos , & per ora omnium volitare dicterium : *Dat Galenus opes*.

Hinc legimus , Medicos honorificis Inſignibus fuiſſe decoratos ; Hipocrati enim , & Galeno Statuas erexit An-
139. tiquitas . Rex Perſarum Artaxerſes ingenti pecuniarum ſumma ad ſuum Regnum vocavit Coſtroas : alter Perſarum Rex Tribuno , quidquid vellet , obtulit ; cumque nonnullos Romanos captivos expoſtulaſſet , tres mille donavit . Imperatores cuilibet ex ſuis Medicis Salarium contribuebant annuum in Seſtertiis bis centum quinquaginta ; & Quinto Eſterſino in Seſtertiis 500. ; ac etiam Julius Cæſar civilitatem Romanam omnibus Medicis Romæ commorantibus indulſit ; Auguſtus autem eiſdem Medicis jus anulorum aureorum Equitum more conceſſit ; quemadmodum prædicta omnia videri poſſunt apud *Anton. de Souſa de Macedo in Volumine Luſitano Idiomate , cui Titulus Eva , & Ave P. 1. cap. 47. n. 10. ubi de more plurimas eruditiones cumulat ; & appoſitè ratiocinatur Pitiſcus in dicto verbo Cenſus Senatorius*.

Poſtremo circa Salarium præſtitum quibuſdam Senatoribus a re familiari deſtitutis , dicimus hoc non probare
140. datum fuiſſe ſolitum , fixumque cenſum annuum Senatorium ; cum potius in dictis caſibus ſpecialis elu-ceat Principis liberalitas ; & potuerunt Senatores eſſe ex magis dilectis , prout revera erat Meſſala , ut videre eſt apud *Tacitum :* nil inde mirum ſi in illum munificus extitit Imperator . Cæteris rationibus a *Mazzono* ex recenſitis exemplis depromptis , plenè reſpondit *Pitiſcus in d. verbo Cenſus Senatorius*.

Providam hanc Antiquorum Romanorum de Senatorio , & Equeſtri cenſu Sanctionem , plures imitati fuere in condendis Urbium , & Principatuum legibus ; Hinc per S. Mem. Sixtum V. in Conſtit. ſua incipient. *Quemadmodum providus agri cultor* , quę eſt in *Bullar. Cherub. Tom. 2. la 41. in ordine , fuit mandatum in* §. 2. , quod nullus numero , & conſortio Referendariorum Juſtitiæ de cœtero adſcribatur , qui ultra alia inibi requiſita , non habeat in bonis tempo-
141. ralibus , vel beneficiis Eccleſiaſticis , unde in ipſa Curia dignitatis ſuæ gradum valeat decenter ſuſtinere : & confirmavit Alex. VII. in ſua Conſtit. de qua in genere loquitur *Card. de Luca in Relat. Romanæ Curiæ diſc. 31. n. 21. verſ. Aliqui vero* , & habetur in nova Impreſſione Bullarii . Pariformiter in nonnullis Civitatum Statutis , iniunctum legimus quod Senatores , Conſiliarii , Patri-
142. cii certam Patrimonii ſumam poſſidere teneantur ; & ut cœtera omittamus , in Patria hac noſtra Forolivii habemus legem inter illas , quas Leges Communitatis appellant , la ſeconda : *Chi poſſa eſſere Conſegliere* .

Scimus quoque nonnullos Viros Principes , qui Religiones Militares , Equeſtreſq. Ordines fundavere onus præſcripſiſſe Equeſtris Cenſus in prætendentibus admitti ad Habitum Equeſtrem talium Religionum , Ordi-
143. numq. Militarium , ad inſtar Cen-

ſus

ſus Equitum Romanorum, ut ità Equeſtrem gradum honorificè manutenere valeant. Quod ſumma prudentia sancitum fuit ob rationes ſuperius adductas in §. *Eximia ſiquidem:* quippe Nobilitas ab Ariſtote-
144. le, 4. Politicorum deſcribitur: *Virtus, & divitiæ antiquę; de quo Rot. Decis. 68. n. 7. p. 8. rec.*

Unde Licurgus Senatum monuit mune-
145. ribus publicis facilius præfici deberi Viros, qui Clari ſint divitiis, quam pauperes; de quo *P. Joſeph Maria Meraviglia in Proteo Ethico. Politico in Centuria ſecunda Leg. 17. p.* 18., & minus utile, ac nequaquam honeſtum eſſe tenuibus, & ex-
146. hauſtis publicos honores committi, & Magiſtratus mandari, admonet *Petrus Gregor. Tholos. in Syntag. Jur. Univers. lib.* 18. *cap.* 13. *n.* 7. *&* 8.

Atque ita Nobilitas ſine divitiis ſordeſcit, manca, & mutila eſt, ut
147. notavit Paulutius Noſter *Diſſer. 16. n.* 1. *Tom.* 1. Siquidem

Haud facile emergunt, quorum Virtutibus obſtat
Res anguſta Domi ...

148. Et inter cœtera: *Nil habet infelix Paupertas durius in ſe*
Quam, quod ridiculos homines facit; ut ſubdit *Iuvenal.* Satyr. 3.

Cautumque erat apud Romanos, quod
149. ille, cui Cenſus 400. Seſtertiorum non erat, jus ſedendi in XIV. Subſelliis non habebat: quemadmodum ſcribens ſuper Fidei commiſſo noſtri Thomæ Senioris erudite tradit prælaudatus *Paulutius d. Diſſert.* 16. *n.* 2. *tom.* 1.

Inter Equeſtres Ordines, quibus ſtatutum viget exigens in Candidatis Cenſum Equeſtrem, præter ea, quæ refert *Paradiſ. Ateneo dell' Uomo Nobile tom.*
150. 1. *p.* 2. *cap.* 7. *ſub n.* 13., quod in Anglia, nemo aſpirare poteſt ad Ordines Equeſtres ibi vigentes, qui non poſſideat reditum ſaltem librarum 120. quolibet Menſe: at dictus Auctor non exprimit de qua monetæ ſpecie loquatur, & de quibus libris intelligatur. Adeſt Inclytus Ordo Sancti Stephani Papæ, & Martyris; nam licet in Statutis antiquis ejuſdem Ordinis impreſſis anno 1562., nulla facta fue-
151. rit expreſſa mentio Divitiarum neceſſariarum in prætendente habitum; bene ac ſapienter, in ſucceſſivis declarationibus Statutorum ejuſdem Militaris Ordinis ad imaginem, ac ſimilitudinem antedicti apud Antiquos Romanos Equeſtris Cenſus, nulla tamen pręfixa ſumma, ſtatuitur, atque iniungitur, quod Candidatus ſit Fortunæ bonis ſuffultus, ibi -- *Abbia facoltà di mantenere il grado di Cavaliere, delle quali facoltà ſi commetta ſempre nelle Commiſſioni delle provanze, che ſe ne faccia informazione --, ut legitur in Statuto lib.* 2. *cap.* 3. *impreſſo Florentiæ typis Franciſci Onofrj anno* 1665. *pag.*
152. 82., Et rurſus amplioribus verbis *in additionibus, & declarationibus primis ad d. Tit.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. *pag.* 270., *ubi d. n.* 4. expreſſe cavetur, quod ſpecificentur bona a pretendente poſſeſſa, illorumq. reditus annui, reſervato Regali Celſitudini Magni Ducis, & Magni Magiſtri arbitrio declarandi, an tales reditus ſint ſufficientes, ibi -- *Nemmeno gli baſta, che nel provare le facoltà del Pretendente per ſecrete teſtimonianze ſi dica in generale, che egli abbia il modo a mantenere il*
153. *Grado, ma vuole, che ſi dichiari quanto, e quale, e dove, e di che rendita, e con che carichi; reſtando poi all' arbitrio di Sua Altezza il deli-*

deliberare, ſe quelle facoltà sijno baſtanti, o nò. de quo Statuto Sancti Stephani meminit *Campel. ad Conſtit. Ducat. Urbini tom.* 1. *in Adnot. ad Decret.* 30. *n.* 209.

Similiter conſtat, quod in Inſtructionibus, quæ dantur Equitibus Commiſſariis Sacri Militaris Ordinis Sanctorum Mauritii, & Lazari pro confectione probationum petentium ad-
154. mitti ad talem habitum, *ſub n.* 10. iniungitur, quod ſe informent ibi -- *Se il Pretendente abbi, o poſſi avere un reddito competente, per viver decentemente da Cavaliere.*

Adeſt etiam Statutum Militaris Ordi-
155. nis Conſtantiniani, injungens, quod ille, qui cupit cooptari inter Equites, debet eſſe ſufficienter Fortunæ bonis ſuffultus, nec ære alieno gravatus, vel ſaltem non gravatus in tali ſumma, ad quam tollendam impotens reddatur, ut dicemus *in Diſcurſu* ſuper hac Conſtantiniana Religione.

Prudentiſſime verò in relatis Equeſtrium Ordinum Statutis, taxa fixa, & generalis non præfigitur; quia revera in hac materia ſtatui non poteſt aptabilis omnibus regula; nam cum Equites aſſumi poſſint ex omnibus
156. Chriſtiani Orbis Regionibus aſſignari non poteſt generaliter portio congrua omnibus locis; ſed commenſuranda eſt locorum moribus; ſicuti in ſimili habemus in Patrimoniis pro promotione ad Sacros Ordines; quantitas enim regulanda eſt juxta morem Regionis; nam in aliquibus locis pro congrua ſubſtentatione ſufficit una ſumma, quæ in aliis locis non erit ſufficiens: unde cujuſcumque loci, vel conſuetudo, vel ſynodalis Taxa ſervatur.

Quin imò ipſa etiam Epiſcoporum, &
157. Parochorum Congrua, quæ a *Sac. Trid. Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 13 *de Refor.* ſtatuitur in ſcutis mille, ac reſpective centum, intelligitur de ſcutis in illa Regione currentibus, ut firmavit *Rota cor. Ludovis. Deciſ.* 507., *n.* 6. *& in recent. par.* 18. *Tom.* 1. *Dec.* 379. *n.* 18., *& in Romana Penſionis cor. Priolo impreſ. penes Monacel. Formular. Legal. Tom.* 2. *Dec.* 30. *n.* 1. *ad finem.*

Sibi igitur juremerito Regalis Celſitudo Magni Ducis Etruriæ, & d. Religionis Militaris S. Stephani Magni Magiſtri cognitionem reſervavit, in
158. contingentia Caſuum, determinandi in tali Hypotheſi, an Patrimonium tale ſufficiens ſit.

Cæterum ad dilucidationem materię hujus Statuti Ordinis S. Stephani, perpendi poſſunt ea, quæ tradit *Franciſ. Anſaldius Conſ.* 124., cujus facti ſeries talis eſt. Quidam Eques S. Stephani licet ſciret, quendam Candidatum poſſidere annuos reditus Ducatorum biſcentum quinquaginta circiter; nihilominus denunciaverat Tribunali Ordinis in Civitate Piſarum, d. Candidatum ſuf-
159. ficientes reditus non poſſidere pro conſequendo Equeſtri habitu: comprobat autem *Anſaldus* in d. caſu, eundem Denunciantem, ſi non ordinaria pęna falſi, ob circumſtantias ab eo animadverſas, extraordinaria ſaltem pęna eſſe plectendum, juxta rationes ibi cumulatas. Tria quippe hinc ad præfati Statuti intelligentiam notari poſſunt. Primo, quod in dicta facti ſerie conſtat, ibi agi de Equite oriundo, ex quadam Civitate hujus Provinciæ Romandiolæ. Secundo quod in Hypotheſi caſus relati, poſita enunciata ſumma reditus, nulla cadere poterat dubitatio, quod eadem ſumma ſufficiens eſſet pro Cenſu Equeſtri. Tertio, quod in

re hac, Tribunalis Sacræ Religionis Sancti Stephani elucet ſolicitudo, ne doloſa Equitis denunciatio inulta remaneat.

Præterea declaratio ejuſdem Statuti ſumi poſſe videtur ab altera diſpoſitio-
160. ne ejuſdem *Statuti S. Stephani tit.* 13. *delle Commende, ed Amminiſtrazione cap.* 10., ubi decernitur, quod Commendæ Juris Patronatus, non ſolum Communitatum, & Collegiorum, ſed etiam Privatorum, ac ex gratia, & Juris Patronatus Regiæ Celſitudinis Magni Ducis dividi poſſint in unam, vel duas ad Patronorum placitum, dummodo quęlibet Commenda habeat centum ſcuta annua in reditu, & quælibet ſic diviſa omnibus privilegiis fruatur,
161. ac ſi in fundatione ſic erecta fuiſſet: excipiendo ſolum ab hac diſmembratione Commendas patronales cum Titulo Magnæ Crucis:
162. Cum autem tales Commendæ ſint Patrimonium Equitum, ex hoc ſequitur, quod ſi Commenda poteſt eſſe in reditu ſcutorum centum, hæc ſumma inſervire poteſt pro Equitis Patrimonio; & ità etiam conſimilis ſumma annui reditus poteſt dici
163. ſufficiens pro Cenſu Equeſtri, qui dicitur Patrimonium Equitis Commenda carentis.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM

Examen materiæ Iuris Anulorum aureorum continvatur, illudque oſtenditur importare Equeſtrem Dignitatem, aut Beneficium eidem Dignitati compar. Recenſentur Præeminentiæ Equitum in ſedendo in publicis ſpectaculis, quæ Seſſiones ſummopere à Romanis æſtimabantur, & pro illis ſervandis conſtituerant Romani Deſignatores locorum, vocatos Lectium, & Oceanum. Equitum Ordo Seminarium Senatorum vocabatur: Equitum Ordo cauſas judicabat, ſubortoque diſſidio inter eundem, & Senatorium Ordinem, contentiones illæ compoſitæ fuerunt. Qui eſſent Principes Juventutis oſtenditur. Quæ Gubernia Equitibus committebantur. Enumerantur Cauſę, ob quas Equeſtris Dignitas eis tollebatur.

SUMMARIUM.

1. *QUÆ requirerentur ut quis eſſet Eques Romanus.*
2. *Multi adeo in comparandis Titulis inſaniunt, iiſque inanibus, & vacuis, præcipue in Italia, & Hiſpania,* & n. 3.
4. *Ad Equeſtres Ordines aliquando admittuntur etiam viliſſimi Homines, & indigniſſimi.*
5. *Sic etiam admiſſi fuerunt tempore antiquorum Romanorum,* & n. 6., & 7.
8. *Anulum aureum geſtabant Senatores Equites, & Militiæ Primores.*
9. *Anulum aureum jus deferendi importabat Dignitatem Equeſtrem, vel Beneficium æquale Dignitati Equeſtri* & n. 10., & n. 15.
11. *Liberti in ſignum ſemiplenæ ingenuitatis obtinebant jus Anulorum aureorum,* & n. 12.
13. *Libertus vita ſua durante cenſebatur ingenuus, & poterat Matrimonium contrahere cum Filia Senatoris.*
14. *Et poterat gaudere honoribus.*
16. *Anulorum aureorum jus habens ab Imperatore poteſt dici Eques ex Diſpenſatione, & ex gratia,* & n. 17., & 18.
18. *Eques ex juſtitia eſt ille, qui probationes Nobilitatis à Statuto requiſitas confecit.*
19. *Equites ex Lege Theatrali à Lucio Roſcio Othone lata, & Julio Cæſare reſtituta, jus habebant ſedendi in quatuordecim gradibus.*
Dicta Loca dicebantur Equeſtria.
20. *Theatrum ex dicta lege Julia, quomodo erat diſpoſitum,* & n. 21. & 38.

22.

22. *In Gratiam Ciceronis Tribus peper-cerunt d. Lucio Roſcio.*
23. *Dicta lex Theatralis improbatur à Juvenale.*
Equites habebant ex dicta lege Theatrali Pulvinaria.
24. *Locus ſedendi in publicis Spectaculis magnum ferebat apud Romanos Argumentum Honoris.*
Romani diligenter curabant, ut quiſque in ſuo gradu ſederet, & ne ullus locum ſibi incongruum occuparet, & n. 25., & 26.
27. *Romani conſtituerant deſignatorem locorum, quem Deſignatorem vocabant, vel Lectium, vel Oceanum* & n. 28.
29. *Adducuntur Epigrammata, & Diſticha* Martialis *de dicto* Lectio, & Oceano *loquentis, ſicut & Carmina* Sectani; *& n.* 30. 31. 32. 33. 34. 35., *&* 36.
37. *Actio Injuriarum competit illi, qui injuſtè fuit à ſuo loco amotus.*
39. *Principes Juventutis qui eſſent, &* n. 46., & n. 50., & ſeqq.
40. *Princeps Juventutis idem eſt ac Princeps Equitum.*
41. *In Circenſibus Ludis Romani Juvenes filii Patriciorum exercebantur.*
42. *Iidem Ludi vocabantur* Troja *Pyrrhicha, & hos inſtituit Æneas, &* n. 43.
44. *Princeps Equeſtris Ordinis dicebatur, qui Ludis antedictis præerat.*
45. *Sic etiam Princeps Senatus dicebatur antiquitus Imperator.*
47. *Equites vocabantur titulo ſplendidi, & Illuſtris.*
48. *Equites habebant ſecundum Gradum poſt Clariſſimatum.*
49. *Equitum Ordo vocabatur Seminarium Senatorum, Conſulum, & Imperatorum*, & n. 50., & 51.
52. *Equites nonnullas cauſas judicabant.*
53. *Quæ Cauſæ judicabantur.*
54. *Contentiones inter Senatum, & Equites etiam ſuper jus judicandi Cauſas compoſitę fuerunt a Drudo.*
55. *Deinde ab alio, & tempore Conſulatus Ciceronis*; & n. 56., & 57., & 58.
59. *Ex Ordine Equitum mittebantur Præfecti Egypti.*
60. *Cornelius Gallus fuit Præfectus Egypti.*
61. *Cornelius Gallus inſignis Poeta fuit Patria Forolivienſis*, & n. 62.
63. *Cappadociæ, & aliæ Provinciæ Auguſtales Præfecturæ dabantur regendæ Equitibus.*
64. *Forolivii Civitas ſemper habuit Viros præclaros Sago, & Toga, & Equeſtri Gradu.*
65. *Ovantes aſſociabantur ab Ordine Equeſtri, Triumphantes à Senatu.*
66. *Ovatio quid eſſet, & quando locum haberet*, & n. 67., & 68.
69. *Triumphus, quando locum haberet, & quid eſſet.*
70. *Patricii aderant etiam in Municipiis, & Coloniis.*
71. *Et ſubinde Patriciatus Ordo in Nos, noſtraſque Civitates tranſivit.*
72. *Ordo Equeſter ſimiliter introductus fuit in Municipiis, & Coloniis.*
73. *Dicti Equites dicebantur Equites Romani.*
74. *Diſtinguit in hoc Lipſius de Magnitud. Rom. Imperii.*
75. *Equites in Coloniis, & Municipiis debent habere Cenſum Equeſtrem, ſed in ſumma tenviore.*
76. *Romani variis pœnis plectebant Equites improbè ſe gerentes, ut pœna amiſſionis Anuli aurei, & Equi, ac Suffragii ferendi*, & n. 77.
78. *Pęna etiam exercendi munera publica, & reducebatur ad ſimplicem Civem.*
79. *Enumerantur Cauſæ quibus à Cen-*

L 2 ſoribus

ſoribus Equites notabantur, ut ſi con. ceptis verbis pejeraſſet, Socios diripuiſſet, ſi pecuniam accepiſſet ob rem judicatam.

80. *Si magno Ære prædia mancipaſſet.*

81. *Si in ſumptu paulo eſſet inſolentior*, & n. 84.

82. *Si ſtrigoſiores Equos haberent, his adimebatur publicus Equus.*

83. *Si turpi Judicio vocarentur, ut furti, peculatus, captarum pecuniarum.*

84. *Martialis adducitur Diſtichon contra Macrum.*

85. *Monentur Equites noſtri temporis ad ſe bene gerendum juxta eorum gradum.*

86. *Prædictam ignominiæ notam, plerumque Cenſores qui ſuccedebant, tollebant, & mutabant; Vel Judices, vel Populus ipſe*, & n. 87.

88. *Magiſter Equitum, ſeu Tribunus Celerum Equitum aderat in Urbe inſerviens Dictatori, & præerat Equitibus.*

89. *A dicto Magiſtro Equitum, apud Romanos deſumptum fuit nomen Magiſtri, ab Inſtitutoribus Religionum Militarium, & ſucceſſivè additus fuit Titulus Magni, ſicque hodie vocantur Magni Magiſtri.*

DISCURSUS III.

EX dictis antecedenti Diſcurſu patet, quod ad conſtituendum vere plenarie, ac ut ita dicamus, ex juſtitia Equitem Romanum neceſſe erat, quod ille talis, ſe ejuſque Patrem, & Avum ingenuum pro-
1. baret, & quod Cenſum Equeſtrem haberet; tuncque jure Eques creabatur per traditionem Equi Publici, aurei Anuli, & anguſti Clavi, ut ſupra probavimus; indeque pluribus fruebatur prærogativis, ac preæminentiis. Sed antequam has in præſenti recenſeamus Diſcurſu, exclamemus oportet inſanum Cenodoxiæ Spiritum, omni tempore corda hominum inflaviſſe; unde ſcriptum re-
2. liquit *Chriſtophorus Forſtneri ad C: Cornelium Tacit. in not. politic. ad lib. 4. Annalium, ſuper verbis - Validus alioqui ſpernendis honoribus - pag. 357., & ſeq. ibi - Hodie quorundam tanta dementia eſt, tantaque vanitas, ut titulos Patrimoniis emant, titulos ſplendidos illos quidem, & famoſos, ſed omni re vacuos: quique non ad aliud utiles ſunt, quam ut quod ex Patrimonio reliquum eſt,*
3. *devorent. Ventum eſt in Italia maxime, & Hiſpania eo ineptiarum, ut cum ejuſmodi par, negotiorum aut officii cauſa congreſſum parant, prius nunciis hinc inde commeantibus, de mutuis titulis, & cæremoniis, quibus utantur, invicem conveniant. O curas hominum, o quantum eſt in rebus inane* - Et ſuper verbis - *Vaneſcet Auguſti honor* - Subdit pag. 358. - *Præcipuum uulgatorum hono-*
4. *rum exemplum ſunt Equeſtrium Ordinum nomina, quæ olim virtutis præmium, nunc promiſcue etiam indigniſſimo cuique conferuntur.*
Ac æque Antiquiores hujuſmodi Titulorum illecebris, & in petendis honoribus, nimis ambitioſos fuiſſe Populos, ipſoſque Romanos, patens eſt; unde per importunitatem,
5. ab Imperatoribus homines infimæ
6. ſortis, Illuſtri Equitum Ordini cooptari obtinebant: quapropter eidem Ordini Publicanos, Servos, Liber-
7. tos, Libertinos, Municipes, & Scribas non ſine dedecore adſcriptos fuiſſe legimus apud *Marc. Tullium Cicer. 5. Verr., Alex. ab Alex. Dierum Genial. lib. 2. cap. 29., P. Honorat. a Sancta Maria lib. 1. Diſſert. 3., art.*

art. 1. , *Auguſtin. Paradis. Ateneo dell' Uomo Nobile p.* 2. *cap.* 12. *n.* 4.

Jus deferendi Anulum aureum , tan-
8. quam Bellicæ virtutis inſigne, non modo Senatoribus, & Equitibus tribuebatur , ſed & Militiæ primoribus, & Militibus de hoſte Victoribus datum fuit. *Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib.* 2. *cap.* 22. *Kornman. de Anul.*, & hunc cum aliis allegando *d. Auguſt. Paradis. Ateneo dell' Uomo Nobile p.* 2. *cap.* 12. *ſub n.* 4.

Cum hinc jus deferendi Anulum aureum importaret Equeſtrem Digni-
9. tatem, vel beneficium Equeſtri dignitati compar, ut notavit *utraque Gloſſ. ordinaria*, *&* *marginalis in l. Inter cęteros*, *ff. de Jur. Annulor. aureor.*, *&* *videre eſt in toto Titulo*, *ff. de Jur. aur. Annulor.*, *&* *in C. eodem Titulo*, *Plin. Hiſtor. Natur. lib.* 33. *cap.* 2., *Anton. Nebriſſen. in vocab. utriuſq. Juris*, *verbo Jus aureor. Anulor.*, *ſecundum quoſdam*, & ſubſequenter cum Bud. ſubdit, quod donare jus aureorum Anulorum apud Antiquos erat id fermè, quod hodie Equitem facere
10. dicimus, *d. Paradiſ. d. p.* 2. *cap.* 12. *n.* 4.

Hinc Liberti in ſignum ſemiplenæ ingenuitatis , impetrare curabant ab
11. Imperatoribus jus deferendi Anulos aureos; ſic enim vivebant ut ingenui , ſed moriebantur ut liberti , quemadmodum cum *Azone C. de Jur. Anul. aur. in Rubr.* advertit *d. Nebrißen. in d. verbo Jus aureor. Anulor. ſecundum quoſdam*.

Vigore itaque Juris anulorum aureorum , fas erat deferre Anulum E-
12. queſtrem; & præterea habens ſimpliciter jus deferendi Anulos aureos, licet ſemiplenam ſolum ingenuitatem conſequeretur, & quoad viveret, imaginem, non ſtatum ingenuitatis juxta reſcriptum Imperatorum Diocletiani, & Maximiani, regiſtratum in *l. Aureorum uſus Anulorum C. de Jure aur. Anulorum*; tamen in vita ſua cenſebatur ingenuus, tum quo ad hoc , ut Matri-
13. monium, cum Filia Senatoris poſſet contrahere , cum alias ſpeciali lege prohibita fuerint connubia Patrum cum Plebeis , ut habetur apud *Titum Livium Hiſtor. Roman. tom.* 1. *Decad.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1., *&*
14. *ſeqq.* tum quo ad honores , quibus gaudere poterat, quemadmodum explicat *Gloß. in d. l. Aureorum uſus Anulorum C. de Jur. aureor. Anulor.* altera *Gloß. in l. Si libertas*, *C. ſi ſervus*, *aut Libertus ad Decurionatum aſpiraverit lib.* 12.

Si ergò, ut præmiſſum eſt, jus Anulorum aureorum importabat Equeſtrem
15. dignitatem , aut beneficium compar Equeſtri Dignitati , ita ut jus hoc habens æquipararetur Equitibus; non incongrue dicere poſſumus, quod talis eſſet Eques , non ex juſtitia, ſed ex diſpenſatione, &
16. gratia Principis; quemadmodum Nos quoque hodiè vocamus *Cavaliere di grazia*, illum , qui adſcriptus fuit alicui Equeſtri Militari Ordini, ac Religioni, in qua per Sta-
17. tutum exigatur probatio Generoſæ Nobilitatis , in quatuor lateribus, ut vulgo dicitur *Quarti*, ſeu Nobilitatis per tot gradus probatio requiratur, & ille talis hanc Nobilitatis probationem conficere non valuit, unde ſuper ea gratiosè diſpenſationem obtinuit ; ille autem , qui juxta formam Statuti exactas Nobili-
18. tatis probationes confecit, dicitur in tali Religione Eques ex Iuſtitia , qui merito magis æſtimatur, quam Eques ex gratia , ut notavit etiam *Auguſtinus Paradiſi*, *in ſuo Volumine*,

ne,

ne, cui Titulus Ateneo dell' Uomo Nobile Tom. 1. p. 3. cap. 5. n. 31.
Vigore Legis Theatralis, quam Lucius Roſcius Otho, primus tulit, reſtituit Julius Cæſar, unde a *Plinio lib. 33. cap.* 2., aliiſq. nuncupatur nomine Juliæ Theatralis, in publicis Spectaculis, Feſtiſque, Equites ad ſe-
19. dendum in quatuordecim gradibus jus habebant, & dicebantur Equeſtria, ut inquit *Seneca lib. 7. de Benefic.*, *Anton. Auguſt. Tarraconenſ. Archiep. de Leg.*, *& Senat. Conſult. in Iulia Theatrali*, *& in Roſcia. Hier. Cagnol. in l. 2. ff. de Orig. Iur. n.* 586., qui ait -- *Apud Victruvium de Architectura reperies* (*quod tamen Nobis reperire non contigit*) *Theatrum Romæ ſic diſpoſitum fuiſ-*
20. *ſe, ut primo eſſet cavea, in quo loco plebs conſideret, deinde quatuordecim gradus, ubi Equites; deinde Orcheſtres ſedes, in quibus Se-*
21. *natores; poſtmodum Podium, in quo Magiſtratus, non ſolum ſedere, ſed etiam deambulare poterant* .. *Dempſter. ad Roſin. lib. 5. ad cap.* 10., *pag. Nobis* 487. *Col.* 1., *& Roſin. lib. 8. cap. 1. verſ. Reliquæ duæ Theatrales*; & prius *lib. 5. cap. 3. verſ. Orcheſtra apud Romanos*; *Pomponius Lætus de Legibus Romanorum in Othonia*; *Rivallius in Hiſtor. Juris Civil. lib. 2. in eadem lege Othonia pag. Nobis* 240. *impreſſ. Moguntiæ* 1530., *& prius in lege Roſcia pag.* 219. *P. Honoratus a Sancta Maria Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſert.* 13., *pag. Nobis* 46., *Sanſovin. dell' Origine de' Cavalieri lib.* 1. *Diſtinct. del Cavaliere pag. 2. a tergo*; *Calepin. in vocabul. verbo Equeſtria cum aliis apud Pitiſco in Lexicon verbo Equites*, & noviſſime *Marchio Scipio Maffejus in ſua Verona Illuſtrata p.* 4., *& ultima, degli Anfiteatri lib. 2. cap.* 13. *columna* 166., *ſubdens in propoſito legis hujus latæ per d. Lucium Roſcium Othonem, Tribunum Plebis* --
22. *Scrive Plinio lib. 7. cap.* 30. *Che a perſuaſion di Cicerone perdonarono a coſtui le Tribù ſi fatta legge Teatrale, ſoffrendo in grazia ſua di buon cuore il venir con tal differenza fatta ſpiccare la loro inferiorità; ma ſdegno ne moſtrò Giuvenale, benchè dopo ſi gran tempo, ove diſſe.*

Sì piacque al vano Otton, che ci diſtinſe.

Et in illis pulvinaria adhibebant, ne ſuper nudam humum, vel lapi-
23. dem ſederent; cecinitque *Iuvenalis Satyr. lib. 1. Satyr. 3. Exeat*, inquit,

Si pudor eſt, & de pulvino ſurgat Equeſtri.

Et ſuper eodem *P. Iuvencius* explicat ibi *de pulvino &c. ſedili, ſeu loco Equitibus deſignato. Paradiſ. Ateneo dell' Uomo Nobile par. 3. cap.* 13. *n.* 8. ſed latius, & funditus rem hanc tractat ſupracit. *Scipio Maffejus d. lib. 2. cap. 13. col.* 171. *in fine, & col.* 172.

Hujuſmodi ſiquidem in publicis ſpectaculis Seſſio magnum ſecum ferebat honoris, & dignitatis argumen-
24. tum apud Romanos, qui proinde in Seſſionis Ordine ſervando, curam impendebant diligentem, ut quilibet ſuo gradu ſederet, neve ullus locum ſibi non congruentem occuparet. Quod ſanè ſuper omnia comprobat antiquus Lapis, labente ſeculo 16. repertus in agro Romano, quarto ab Urbe Lapide per *Philippum a Turre in Monument. Veteris Antii de Inſcriptione M. Aquilii cap. 7. pag.* 202., *& correctius in Fragmentis in*

Inſcription.

Inſcription. poſit. in Calce Operis pag. 386., *& a ſupra laudato Maſſejo d. cap.* 13. *col* 170., *&* 171. valde magnifactus, & prędicatus, in quo lapide conſpiciuntur exactiſſimè adſignata loca in Amphiteatro Fratribus Arualibus, qui e nobiliſſimis
25. Familiis ſumebantur; Aruales autem Fratres erant Sacerdotes illi, quos Romulus inſtituerat; ſeque inter illos duodecim fratres appellavit. Horum munus erat, pro frugum, & vini ubertate Cereri, & Bacco hoſtias mactare, ambaruales dictas, eo quia ter circum arva ducebantur, antequam mactarentur, ut exprimit Magnus Poeta *in Georgic.*

Terque novas circum felix eat hoſtia fruges.

26. & videre eſt in *Calepino verbo Aruales Fratres, & in Vocabulario bilingui Latino, & Luſitano P. Benedicti Pereyra in eodem verbo Aruales Fratres, & d. Maff. in d. col.* 170.

Hinc provide Virum Deſignatorem con-
27. ſtituere, a *Martiali* locis jamjam citandis, modo nuncupatum Oceanum, & modo Lectium, a nomine quidem, ſive vero, ſive ficto Viri, non autem ut aliqui putarunt, ab officio, ſicuti habetur *ex Farnabii Notis*, aliorumque: & tradunt quoque *Cagnol. in d. l. 2. ff. de Orig. Jur., num.* 586. *verſic. Servando ordini, ac gradibus, & diſertè Maffejus d. cap.* 13. *Col.* 168. per hæc verba. *Aſſiſtean ſempre Locarii, cioè Aſſegnatori de i Luoghi, quali facean levare chi ſi foſſe poſto, dove non gli conveniſſe. Alcuni di coſtoro*
28. *per nome Oceano, e Lezio ſon rimaſti famoſi in Marziale.* Vir iſte præerat diſponendis Spectatoribus in Theatro; ſoliciteque invigilabat, & auctoritative, quos extra ſuum gradum ſedentes aſpiciebat, imperio revocabat, ac coercebat; de quo *Oceano*, vel *Lectio* meminit *Poeta*
29. *Martialis lib. 3. Epigram. 31. in Nævolum.*

Eſt, & in hoc aliquid; vidit me Roma Tribunum;
Et ſedeo, qua te ſuſcitat Oceanus.

Et lib. 5. Epig. 7. de Phaſide (quem locum notandum dixit *Dempſter ad Roſin. Antiq. Rom. lib. 5. ad cap. 10. in fine*, pro eo quod Hiſtorici, non meminerint Domitianum renovaſſe
30. legem Roſciam)

Edictum Domini, Deique noſtri,
Quo Subſellia certiora fiunt,
Et puros Eques Ordines recepit,
Dum laudat modo Phaſis, in Theatro;
Phaſis purpureis, ruber lacernis;
Et jactat tumido ſuperbus ore,
Tandem commodius licet ſedere;
Nunc eſt reddita Dignitas Equeſtris,
Turba non premimur, nec inquinamur;
Hæc, & talia dum refert ſupinus,
Illas purpureas, & arrogantes,
Juſſit ſurgere Lectius lacernas.

Eodem lib. 5. Epig. 13., ſeù 14. de Nannenio.

Sedere primo ſolitus in gradu ſemper,
31. *Tunc cum liceret occupare, Nannenius;*
Bis excitatus, terque, tranſtulit caſtra;
Et inter ipſas pœnè tertius ſellas,
Poſt Cajumque, Luciumque conſedit &c.
Et hinc miſer dejectus in viam tranſit;
Subſellioque ſemifultus extremo,
Et male receptus altero genu, jactat
Equiti ſedere, Lectioque ſe ſtare.

Dictoque *lib. 5. Epig. 22. ad Baſſum.*
32. *Quæ poſtquam placidi Cenſoris cura renaſci*
Juſſit, & Oceanum certior, audit Eques.

Ibidemque ejuſd. *lib. 5. Epig. 24. de Chæreſtrato.*

Quæ-

Quadraginta tibi non ſunt Chareſtrate, ſurge,
33. *Lectius ecce venit, ſta, fuge, curre late.*
Ac *Epig. 26. in fictum Equitem.*
Ingenium, ſtudiumque tibi, moreſque, genuſque
Sunt Equitis, fateor, cætera Plebis habes.
Bis ſeptena tibi non ſunt ſubſellia tanti,
34. *Ut ſedeas viſo pallidus Oceano.*
Et tandem *lib. 6. Epig. 6. ad Lævinum.*
In Pompejano, dormis Lævine Theatro.
35. *Et quereris, ſi te ſuſcitat Oceanus.*
Et poſt Martialem de his Lectio, & Oceano Deſignatoribus meminit Celeberrimus noſtra ętate *Satyricus Sectanus in Philodemum Satyra* 7. his verſiculis.
36. *O ſi Romuleis iterum dare jura Theatris*
Lectius, Oceanuſue queat, quam credo migrares
Hinc longè! ſurgat Calaber; quid ſtulte moraris?
Eja, ſurge inquam. Min tu iſtud ais? tibi cur non?
Surge, & in extremo ſedeas Philodeme tigillo &c.
At ſi quis e gradu ſuo, contra fas amoveretur; eo quia de ſtatu, & ho-
37. nore res eſt, ei competebat injuriarum actio, prout annotavit *Maff. in d. cap. 13. col. 168.*, inquiens -- *Fa menzione Quintiliano del potere per la Teatral legge intentar l' azione, come ingiuriato colui, che ſi foſſe fatto levare a torto, perchè trattavaſi in ciò del ſuo ſtato, e dell' eſſer ſuo.*
Porrò cupientes inſpicere figuram interiorem Amphiteatri, & diſpoſitionem ſignanter graduum, & cuneorum, remittimus ad pluries citatum
38. *Maffeum*, qui in fine *d. cap. 13.* exhibet ortographiam, ſive erectam imaginem, & anacephaleoſin, ſive recapitulationem conficit partium ſpectantium ad dictam interiorem partem.
Et quoniam, ut Scriptores teſtantur, ipſi Equites, apud Romanos Principes Juventutis appellabantur, pro majori hujus vocabuli explicatione, ſubiungimus, quod cum viri Nobiles, Quæſturam obtinere non poſſent ob defectum ætatis; requirebatur enim ad eam ætas annorum duodetriginta, iidem Viri Nobiles Equeſtrem Cenſum poſſidentes, priuſquam, Quæſtura obtenta in Senatum allegerentur, dicebantur Ordinis Equeſtris, & ſic cum ob dictam deficientiam ætatis, a capeſſendis Magiſtratibus multitudo Civium excluderetur, inter Equites illi cenſebantur, quouſque vigeſimum octauum ætatis annum attingerent quæſturæ Candidati, ad Comitia deſcendentes, primum Magiſtratum obtinebant. Atque idcirco Ordo Equeſter deſignabatur nomine Juventutis (licet in eodem Equeſtri Ordine
39. conſeneſcerent, inter quos fuit celebris ille Mecęnas atavis editus Regibus, ut apud *Dio. lib. 55.*), & in eo Equeſtri Ordine Juvenes primas veluti partes ferebant, proinde idem erat dicere Principem Juventu-
40. tis, ac Principem Equitum, quemadmodum exemplis rem explicat *d. Card. Henricus Noris in Cenotaphiis Piſanis d. Diſſert. 2. cap. 3. pag. 105.*, *& ſeqq.*, *Octavianus Gentilius de Patriciorum Origine lib. 1., cap. 9. n. 8., & 9.* Unde ad Decus Urbis, & ad excolendam Patriciam Juventutem, ut illa bello gerendo aptaretur, quidam Ludi antiqui-

tiquitus inter Circenſes jnventi ſunt. Excercebant hos Equeſtres ludos
41. Nobiles Romani Juvenes Patriciorum Filii, qui dignitate æquales erant, quibuſdam diſcurſionibus in Circo cum Curribus certantes: & hujuſmodi Ludi *Troja* vocabantur, & uulgo etiam Pyrricha appellabantur.
42. Hujus Juvenilis ludi, & Sciomachiæ Equeſtris, Auctorem fuiſſe Æneam tradunt Scribentes; ajunt enim, quod inſtituit in Sicilia ad Tumulum Anchiſæ Patris, & ſucceſſivè Aſcanium eoſdem ludos poſt Albam conditam inſtauraſſe, & tandem veluti per manus ad Romanos fuiſſe transmiſſos: ideoq. *Magnus Poeta Æneid.* 5. cecinit.

Hunc morem; hos curſus, atque hæc certamina primus
Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam
Retulit; & priſcos docuit celebrare Latinos.
43. *Quo Puer ipſe modo, ſecum quo Troja pubes.*
Albani docuere ſuos, hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium ſervavit honorem;
Trojaque nunc pueri Trojanum dicitur Agmen.

De quibus *Dio. lib.* 28. 43. 49. 51., *Sueton. in Cæſare cap.* 39., *Ambroſ. Callepin. in ſuo Dictionario in verbo Troja, d. Octavianus Gentilius de Patric. d. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 8., & 9. *ubi cum Vignolio de Columna Antonini Pii cap.* 9. *ſubdit*, quod ille, qui præerat dictis Ludis, Equeſtris
44. Ordinis Princeps appellabatur.

Imò in propoſito Tituli Principis addimus, quod ita etiam Princeps Senatus a Cenſoribus antiquitus a principio nominabatur Imperator,
45. de Tiberio, & de Cajo Cæſare ſicuti proſequendo tradit, cœteris allegatis, præfatus *Card. Noris d. Diſſert.* 2. *cap.* 3. *n.* 107., & cecinit *Ovidius lib.* 1. *de arte amandi.*

Tolle rudimentum, tanto ſub nomine debes
Nunc Juvenum Princeps, deinde funere ſenum.

Et lib. 2. *de Ponto Eleg.* 5.

46. *Tu Juvenum Princeps, cui dat Germania nomen*
Participem ſtudiis Cæſar habere ſolet.

Quæ carmina referuntur quoque in prædicta Diſſertatione *Card. Noris*, & reſpective ab *Octaviano Gentilio in ſuprad. Tractatu de Patriciis*, locis, de quibus ſupra.

Honorificis Equeſter Ordo diſtingue-
47. batur Titulis; vocabantur ſiquidem Equites ſplendidi, ac Illuſtres. *Sanſovin. dell' Origine de' Cavalieri lib.* 1. *pag.* 2.

Equites Romani ſecundum gradum
48. poſt Clariſſimatus Dignitatem obtinebant, juxta Reſcriptum Imperatorum Valentiniani, & Valentis regiſtr. *in l. un. C. de Equeſtr. Dignit. lib.* 12.

Dictus Ordo Equitum Seminarium Senatorum, Conſulum, Imperatorum appellabatur; ſic victis Romanis, ad Milites ſuos Concionem ha-
49. bens Rex Perſeus: *Præjudicatum*, inquit, *eventum Belli habetis, meliorem partem hoſtium Equitatum Romanorum, quo invictos ſe ſe gloriabantur, fudiſtis, Equites enim il-*
50. *li Principes Juventutis, Equites Seminarium Senatus, unde lectos in Patrum numerum Conſules, inde Imperatores creant*: ut legitur apud *Tit. Livium Hiſtor. Romanor. tom.* 3. *Dec.* 5. *lib.* 3. *cap.* 43. Idemque dicebat Alexander Severus, ut refert etiam *Sanſovin. ubi ſupra lib.* 1.
51. *pag.* 2. *a tergo. Jo. Soranzo l'Idea*

M del

del Cavaliero pag. 43., *Petrus Gregor. Tholoſan. in Syntag. Juris univ. lib.* 47. *cap.* 23. *n.* 2., *&* *cap.* 24. *in fine*.

Equites, nonnullas cauſas judicandi jus habebant ex lege a C. Graccho
52. lata, quæ quadraginta annis duravit; & Equites ſine infamia judicaverunt uſque ad tempus Syllæ, qui legem tulit, ut Ordo Senatorius judicaret, prout per decem annos turpiter judicavit; ut ex *Pediano* tradit *Paulus Manutius Antiquit. Roman. in lib. de Legibus*, *qui eſt etiam inſertus in Miſcellan. Italica Erudita tom.* 3. *impreſſ. Parmæ* 1691. *pag.* 219., cum ſeqq. *Anton. Auguſt. de leg.*, *& Sen. Conſ.*, *in Aurelia Judiciaria*, *pag. Nobis* 41.

Satiſque anceps redditur, in quo verſaretur cognitio cauſarum, & quo
53. modo, juxta tradita per *Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib.* 2. *cap.* 29. *P. Honoratus a S. Maria lib.* 1. *Diſſert.* 3. *art.* 3.

Marcus autem Livius Druſus Tribunus contentiones inter Senatum, & Equeſtrem Ordinem, ob dictum Jus judicandi cauſas, ſuſtulit, & ad concordiam reduxit lege ad Populum lata, ut ad utrumque Ordinem cauſarum cognitio pertineret, & Equi-
54. tes tercentum ſeligerentur, ne in Judiciis numero inferiores eſſent Senatoribus, qui redacti erant ad tercentum, ſicuti proſequitur *d. Paul. Manutius*, *ubi ſupra in libro Antiquitat. Romanar. de Legibus*; *& in Addition. ad Calepin. in verbo Judicia*: *& latius Roſin. Antiquit Roman. lib.* 8. *cap.* 21., *& faciunt tradita ab Alex. Taſſoni*: *de' Penſieri diverſi lib.* 7. *q.* 12.

Demum Tiberii Principatus anno nono in unitatem venit Equeſter Ordo,
55. anno ab Urbe condita DCCLXXI, & Anulorum auctoritati forma conſtituta eſt, teſte *Plinio d. lib.* 33. *cap.* 2., & mox ſupra cit. *Pitiſcus in Lexico Antiquit. Romanar. verbo Cenſus Equeſtris*.

Marcus Tul. Cicero in Lu. Catilin. Orat. quarta, quæ etiam impreſſa eſt penes Cajum *Saluſtium Criſpum poſt Librum de Bello Jugurthino pag.* 201. ſe jactat, conſimilem Senatorii Ordi-
56. nis cum Equeſtri concordiam confirmatam eſſe tempore ſui Conſulatus, ibi -- *Quid ego hic Equites Romanos commemorem*, *qui vobis ita ſummum Ordinis*, *Conſilii que concedunt*, *ut vobiſcum de amore Reipublicæ certent*, *quos ex multorum annorum diſſenſione hujus Ordinis*, *ad ſocietatem*, *concordiamque revocatos*, *hodiernus dies vobis*, *atque hæc cauſa conjungit*; *quam conjunctionem*, *ſi in Conſulatu confirmatam meo*, *perpetuam in Republica tenuerimus*, *confirmo vobis*, *nullum poſt hac malum civile*, *ac domeſticum*, *ad ullam Reipublicæ partem eſſe venturum* -. Et de hac concordia facta a Cicerone meminit. *d. Plinius Hi-*
57. *ſtor. Natural. lib.* 33. *cap.* 2. *hiſce verbis*. *M. Cicero demum ſtabilivit Equeſtre Nomen in Conſulatu ſuo*, *ei Senatum concilians*: *eo ſe ordine provectum eſſe celebrans*, *&* *ejus vires peculiari popularitate quærens*. *Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in Republica factum eſt*. *Capitque adiici Senatui*, *Populoque Romano Equeſter Ordo*. *Qua de cauſa*, *&* *nunc poſt Populum ſcribitur*: *quia noviſſime cæptus eſt adiici*. -- *Et P. Ireneus a Cruce d. lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 228. *ad finem per hæc*
58. *verba* -- *Di queſt' Ordine Equeſtre*, *col favore*, *e patrocinio di M. Tullio*, *al ſentir di Lorenzo Beyerlink* (*Theat. Vit. Hum. Tom.* 6. *verb. Politia*

litia) ſi formò un terzo Corpo nella Repubblica, il quale era il mezzo tra il Senato, e la Plebe: onde di Roma cantò Auſonio de tern. nom: Idyll. 4. Martia Roma triplex &c.

Nonniſi ex Ordine Equeſtri mittebantur Prefecti Ægypto. Hac quippe per
59. Octav. Auguſtum in poteſtatem Pop. Rom., & in Provinciæ formam redacta, Sextili menſe, quem Auguſtus ſuo nomine Auguſtum nuncupavit, *Roſin. Antiquit. Roman. lib. 4. cap. 12. veritus, ne, ſi Provincia hæc violentiores Præſides nacta eſſet, ei novandarum rerum occaſionem præberet, eandem Equitibus commiſit, ne Senatoribus, ut moris erat, cum Provinciis extra Italiam Rectores demandarentur.*

Primus igitur, qui Ægypto ſub Præfecti, ſive Auguſtalis nomine præfuit, & cui hujus Provinciæ Imperium ad inſtar Proconſulum, ſive Pro-Prætorum, lege facta ſub Auguſto datum eſt, & a quo deinceps omnes, qui Ægypto præfuerunt, Præfecti nomine ſunt appellati; & de quibus loquitur *Ulpian: ff. de Prefect. Augu-*
60. *ſtal.* fuit Cornelius Gallus, pro ut hæc omnia cumulans tradit *d. Roſin. lib. 7. cap. 46., cui addi poteſt Franciſcus Robortel. de Provincia Romana in Miſcellan. Italica Erudit. tom. 1. pag. Nobis 606. Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 2. cap 29. pag. 106. a tergo, Paradiſ. Ateneo dell' Uomo Nobile par. 4. cap. 14. n. 8., P. Honorat. a S. Maria lib. 1. Diſſert. 3. art. 4. pag. 47.*

Prælaudatus Cornelius Gallus, idem ipſe eſt purus, dulciſque Poeta, cui
61. a Publio Virgilio Marone, ſui amantiſſimo pauca erant mittenda Carmina, quæ legeret ipſa Lycoris; de quo, tanquam de Stirpe inſignis Homeri, plures Urbes certant cum noſtra Forolivii; quique virtute quidem duce tam altè provectus eſt, ſed comite fortuna, Livienſis Fori, in quo natus, & alitus eſt, & quod Livia Auguſti Uxor, & Domina, tanquam præcipuum Livii Salinatoris, ac Liviæ Familie ornamentum, & Decus amabat fovebatque: eadem propterea virtute, ac fortuna, noviſſime factum extitit, ut nemo invidiæ expers, & contentionis dubitare valeat, quin Cornelius iſte
62. Gallus Livienſis ſit, & noſter; adeo ſolidis rationibus, & documentis evidentiſſimis totum hoc comprobavit amantiſſimus Patriæ, pro ut decet Virum Nobilem, & Patricium, Eques, & Bajuliuus *Georgius Vivianus Marcheſius, in ſuo Volumine, cui Titulus - Vitæ Virorum Illuſtrium Forolivienſium lib. 2. de Poetis cap. 5. a pag. 219. uſque ad 229.*

Sic pariter Cappadocia, cum aliis Pro-
63. vinciis in prefecturas Auguſtales erectæ, demandabantur Equitibus regende, ut videre eſt apud *Alex. ab Alex. loc. paulo ante cit., & Abb. Bernardum Juſtinianum - Iſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari cap. 1. §. ſoggiacque pag. 3.*, ubi ſubdit, quod uſque de tempore Titi Imperatoris Præfectura Prætorialis non niſi Equitibus demandabatur.

Hæc ſcriptis referre curavimus pro noſtri de re Equeſtri Diſcurſus augmento, & in decus Patriæ noſtre,
64. quæ Viris Sago, & Toga, ac anguſto Clavo Equeſtri præclaris, ſemper omni tempore floruit, ut in primo noſtro Diſcurſu notavimus.

Quando quis ovabat, ovans aſſociabatur ab Ordine Equeſtri ad dif-
65. ferentiam Triumphantium, qui a Senatu aſſociabantur. Comes

 Alphon.

Alphonſus Loſchi Commentarj di
Roma, e Serie degli Imperatori
in Titulo, *Dell' Ovatione pag.* 174.
*Alex. ab. Alex. dier. Genial. lib. 6.
cap.* 17. *pag.* 357. *verſic. Neque Se-
natu*. Erat autem Ovatio minor Tri-
umphus, ut inter cœteros eam deſcri-
66. bit *Naſcimbenius in explanat. ad
5. Æneid. verbo Ovantem pag. Nobis*
964. *Com. Loſchi jam jam cit.*, &
ut inquit *Titus Livius Hiſtor. Ro-
man. Tom.* 3. *decad.* 4. *lib.* 9. *cap.*
17. *medius honos*. Ovandi autem, ac
non triumphandi cauſa eſt, cum aut
67. bella non ritè indicta, neque cum
juſto hoſte geſta ſunt: aut hoſtium
nomen humile, & non idoneum
eſt, ut Servorum, Piratarumque:
aut deditione repentè facta, impul-
vere (ut dici ſolet) incruentaque
victoria obvenit inquit *Avlus Gell.
noctium Atticarum. lib.* 5. *cap.* 6., *quem
adducit Roſin. Antiquit. Rom. lib.* 10.
cap. 28. *pag.* 1002. *verſic. De cauſis
hujus decernendi honoris*: cauſaſque
alias, quibus ovare, nec triumpha-
68. re legitimo Triumpho permiſſum
fuerat, recenſet ſuprad. *Alex. ab
Alex. pag.* 357.; vetitum enim erat,
ne quis, qui exercitum non depor-
taſſet, triumpharet, niſi perdomi-
tam, pacatamque Provinciam tra-
69. didiſſet Succeſſori, ut proſequitur
d. Titus Livius d. cap. 17., *Valer.
Maxim. Dictorum*, *Factorumque Mi-
rabilium lib.* 2. *cap.* 8. *de Jure Tri-
umphandi*; *Polidorus Virgil. de In-
ventoribus Rerum lib.* 2. *cap.* 16.
*Noſter percelebris Blondus Flavius
in Roma Triumphante*; *Aymar. Ri
vall. lib.* 2. *in Legibus Triumphandi
pag.* 238., *& ſeq. P. Felini delle
Antichità di Roma cap.* 80. *Co. Lo-
ſchi in Tit. delli Magiſtrati di Ro-
ma*, *di quali Vittorie*, *e per quali
Impreſe ſolevano li Conſoli*, *ed altri
Capitani trionfare pag.* 142., *& in
d. Tit. dell' Ovatione pag.* 174.,
P. Honoratus a S. Maria lib. 1. *Diſ-
ſert.* 1. *art.* 5. *in Notis*.

Nobilis Vir, & ſatis Eruditus nuper
a Nobis quæſivit, an Romanorum
Regum Reipublicę, vel Imperato-
rum temporibus, Equeſter ſupra
70. recenſitus Ordo ſolum in Urbe
floruerit; an verò etiam in Munici-
piis, & Romanorum Coloniis vi-
guerit: Noſque rationi, & Aucto-
rum Scriptis innixi reſponſum dedi-
mus, etiam extra Urbem Equites
vigviſſe; quippe cum certum ſit Ro-
manos, ad Colonias, & Municipia
conſueviſſe mittere Viros Nobiles
ex Patriciis Familiis; dubitari uti-
que nequit, quod iidem, ne eorum
Patriæ Jura, & Inſtituta ammitte-
rent, imò propriæ Gentis Decus
ſervarent, Honoris gradus, quos
Romæ obtinebant, ſervare, ac pro-
pagare in Municipiis, & Coloniis
ſatagerent; ibique proinde Romanæ
Urbis Imaginem in hac parte inve-
xerunt, & ſic Patriciatus vocabulum
adhibitum fuiſſe in dictis locis, quod
71. ſubinde tranſivit ad Nos, eoque
noſtris in Civitatibus utimur, ut te-
ſtatur *Joannes Jacobus Draco lib.* 3.
cap. 1. *n.* 26., *& ſeq.*, *& cap.* 2.
n. 1. *Lips. de Magnit. Roman. lib.*
1. *cap.* 67., *& cœteros cumulat*,
*Octavianus Gentilius ex Dominis
Rovelloni in eleganti*, *eruditoque
Tractatu de Patriciorum Origine lib.*
4. *cap.* 1. *per tot.*

Parique paſſu res procedit quoad Or-
72. dinem Equeſtrem in Coloniis, &
Municipiis invectum: unde *Ovidius*
ſe Equeſtri Familia Sulmone natum
cecinit *lib.* 4. *Triſt. Eleg.* 10.

Si quid id eſt, *uſque a Proavis vetus
Ordinis Hæres*,
Non modo Fortunæ munere factus Eques.

Et

Et Juvenalis Satyr. 8. *vers.* 283., loquens de Cicerone, Arpini Municipii Nato, aſſerit illum eſſe Equeſtri gente natum, ibi.

Hinc novus Arpinas Ignobilis, & modo Romæ
Municipalis Eques.

Ut dictis Carminibus relatis, ac pluribus allegatis *Cæſar. in Commentariis lib.* 3. *Bell. Civil. cap.* 71. *Marco Tullio in Planciana n.* 18., & 26. *Plinio Epiſt.* 19. *lib.* 1. *comprobat, Clar. Mem. Cardin. Henricus Noris in Volum., cui Tit. Cenotaphia Piſana Differt.* 1. *cap.* 3. *pag.* 46., *& in noſtro Diſcurſu* 2. *n.* 97. *d. Gentilius lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 8. *pag.* 258., *& ſeqq.*

Qui Equites in Coloniis, & Munici-
73. piis nuncupatos fuiſſe Equites Romanos, patet ex Teſtimonio *Cæſaris in ſuis Commentariis lib.* 3. *de Bello Civili cap.* 71., & ex Cicerone in Planciana 18. ibi -- *Nunc à Municipiis adſunt Equites Romani publicæ cum Legationis Teſtimonio*; & videre eſt apud *d. Gentilium d. Lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 8., *&* 9. *d. pag.* 258., *& ſeqq.*, *Philipp. a Turre de Colonia Forojulienſi pag.* 368., ubi addit- Hos Equites propterea Municipales vocari *a Juvenal. Satyr.* 8. *verſ.* 237., & omnigena Eruditione, ſcriptiſque publicæ datis utilitati ſatis clarus *Scipio Maffejus* ſuperius *in noſtro Diſcurſu* 2. *ſub n.* 64., *&* 97. *allegatus, in ejus Verona Illuſtrata p.* 1., *lib.* 5. *colum.* 90. cujus verba ſunt: *Erano ancora nelle Città Cavalieri, come a Roma, cioè Perſone che aveano il Cavallo dal Publico, e che per facoltà eran mezzane tra Curiali, o ſia Senatori, e Popolari. Di tal' Ordine era tra noi Lucilio Giuſtino ec.*

Sed rem bene diſtinguit *Lipſius de Magnitud. Roman. lib.* 1. *cap.* 67., *ſubdens -- Et prudentiſſime eos cenſeo novum Ordinem Coloniis impleſſe;*
74. *quarum alia, atque alia genera tamen erant, & quædam Romani, aliæ Latini, quædam & Italici Juris reperio, & Patricias, & Equeſtres denominatas, de quo etiam d. Gentilius d. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 9.

Cæterum Equites in Coloniis, & Mu-
75. nicipiis Equeſtrem Cenſum neceſſe erat ut poſſiderent, quamvis in ſumma tenuiore, quam in Urbe, ut comprobavimus in præcedenti *Diſc.* 2. *ſub n.* 98.

Porrò Romani ſicut Equitum Claſſem honorificis extollere prærogativis ſatagebant; ità æqua lance, ipſos Equites improbè ſe gerentes condignis plectebant pœnis. Si igitur Eques
76. flagitio notaretur, quod in Equite Romano dedeceret, ex Officio Cenſor in illum animadvertebat, plectebatque pœnis, inter quas illa erat, quod equum, & anulum aureum amitteret, illiſque privaretur, aliquando etiam in Cæritum tabulas
77. referebatur, & Ærarius fiebat, hoc eſt ferendi ſuffragii, & capiendi muneris publici poteſtate omni privabatur, ut tantum ad Æra pro
78. ſuo capite, tributi nomine pendenda, Civis eſſet; ut totidem refert *Paul. Manut. Antiq. Roman.*, *in Miſcell. Ital. Erudita tom.* 1. *pag.* 231. *Roſin. Antiq. Rom. lib.* 1. *cap.* 17.

Cauſæ verò, quibus Equites a Cenſoribus notabantur, erant: ſi quis conceptis verbis pejeraſſet: ſi Socios diripuiſſet, dum eſſet in Provincia:
79. Si pecuniam accepiſſe ob rem judicatam putaretur: ſi propter æris
80. magnitudinem Prædia mancipaſſet:

ſi in

ſi in ſumptu paulo eſſet inſolentior.
81. *Paul. Manut. in Additam. ad Calepinum verbo Cenſor, & in d. lib. Antiquit. Roman. pag. Nobis* 232. *ubi ad literam* refert verba *Gellii lib.* 4. *Cenſor Fabritius ſenatu movit ob luxuriæ notam, quod decem pondo argenti facti haberet, vel Patrimonio conſumpto, cenſum Equeſtrem non haberet. Roſin Rom. Antiq. lib.* 1. *cap.* 17.
Notabantur etiam, qui ſtrigoſiores E-
82. quos haberent, quibus Equus publicus adimebatur. Omnium denique rerum nomine male audientes, ut furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro ſocio quorum crimi.
83. num turpia judicia vocabantur, a Cenſoribus notabantur: idem *Paul. Manut. in verbo Senatus, & in d. lib. Antiquit. Rom. pag.* 233. Idcirco de Macro Equite Romano, qui aureos Anulos Amicis, vel ut alii legunt, Puellis donabat; ac libera-
84. litatis limites excedens, Patrimonium ſuum profudit, & ob id juxta ea, quæ prænotavimus a Cenſore Equeſtribus Inſigniis, Anuloque Equeſtri privatus fuit: ſic loquitur *Poeta Martialis Epigram. lib.* 8. *Epigram.* 5. *ad Macrum*

Dum donas, Macer, Anulos Amicis,
Deſiſti, Macer, Anulos habere.

Quod diſtichum italicum reddidit idem noſter Germanus Frater ſupra laudatus.

Mentre doni gli Anelli a quelli, e a queſti,
Senza Anello verun, Macro, tu reſti.

Libenti autem animo prædicta notavimus, ut ex iis Viri Nobiles, Nata-
85. lium jure Equites, vel Torque, aut Equeſtri Cruce decorati, ſciant quam horrenda ſint enunciata crimina in Equitibus, quos ob eadem flagitia, ipſi Ethnici exauctorabant, & Equeſtribus Ornamentis privabant. O utinam cuncti hæc mente tenerent, ſiquidem, ut monet ipſe *Juvenal. Satyr.* 8.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major, qui peccat habetur,

Hanc tamen notam, atque ignominiam ii, qui ſuccedebant Cenſores, plerumque ſolvebant: atque etiam, quod Cenſor unus ſtatuerat, id al-
86. ter ſæpè mutabat. Preterea notatos a Cenſoribus, priſtinum in locum reſtituere, vel Judices, re cognita, & judicata, ſuis ſententiis;
87. vel Populus ipſe ſuffragiis & poterat, & ſolebat &c. ſunt verba *Manut. in d. lib. Antiquit. pag.* 232.
Cœterum in Urbe aderat Tribunus Celerum Equitum, ſeù Magiſter Equitum, qui cum Equitibus Dictatori inſerviebat, eoque abſente, il-
88. lius erat Locumtenens Generalis, ſicque dici poteſt, quod ſtaret ad cuſtodiam corporis generalis, idemque præerat Equitibus, ut explicat *Comes Alphonſus Loſchi in Volumine Commentarj di Roma ſub titulo Maeſtro de' Cavalieri, Tribuno Celerum Equitum pag.* 120. & de dicto Tribuno, vel Præfecto Celerum, & Magiſtro Equitum diximus in *Diſc.* 2. *n.* 23., *&* 27.
A dicto autem Magiſtri nomine in antiquo Romanorum Equitum Ordine,
89. poſtmodum Inſtitutores Militarium Ordinum, & Religionum nomen Magiſtri deſumpſerunt, cui deinde additus fuit Titulus Magni, & dicuntur Magni Magiſtri, ut in *Noſtro Diſc. de Magno Magiſtro.*

DIS,

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM

Continvatur narratio Equeſtris Ordinis, & oſtenditur in quinque Claſſes dividi, ſcilicet in Equites Jure Natalium, in Armatos, Torquatos, Literarios ac Togatos, & Cruce ſignatos: hìc autem ſolum plura perpenduntur quoad Equites Jure Natalium, & perpenditur titulus di *Gentiluomo* largè, & ſtrictè ſumptus, & quam Nobilitatem importet: Ac reſpectu Ordinis Equeſtris in Regno Poloniæ, & in Sacro Romano Imperio plures notitiæ adducuntur.

SUMMARIUM.

1. *REgna plura, pluresque Principatus conſtituta ſunt, imminuto Romano Imperio.*
2. *Unaquæque Provincia abundat in ſuo ſenſu; Et quælibet Provincia, & Regnum ſibi leges ſtatuerunt.*
3. *Jus commune Romanorum apud Hiſpanos non habetur ut lex, ſed tanquam reſponſa prudentum fundata in bona ratione.*
4. *Luſitani proprias ſibi Conſtitutiones condiderunt.*
Sic Galli, & Veneti, & n. 5., & 6.
7. *Italia miſere ſciſſa eſt in varios Principatus.*
8. *In Italia, non ſolùm quilibet Principatus, ſed quælibet Civitas ſuas habet peculiares Leges.*
9. *Leges ſtatutæ à Civitate, quæ non ſit ſubdita, habent vim Juris communis.*
Unde ab eis licet arguere, ut ſit in Jure communi.
10. *Leges particulares Locorum verſantur quoad omnes materias, & ſic etiam in materia Equeſtri, in qua fixa regula tradi non poteſt.*
11. *Equeſter Ordo importat Gradum Honoris, à Principe alicui collatum.*
12. *Tituli Senatoris, Vice-comitis, Baronis, Comitis, & Marchionis adinventi fuerunt à Principe, ad decorandum Viros benemeritos. Fæudorum ſimiliter, & Inveſtiturarum Jurisdictionalium conceſſiones. In quarum conceſſione armantur in Milites, & illis præcingitur Enſis.*
13. *Cingulum conſtituebat Militem.*
14. *Tituli prædicti, & Gradus honorificentiæ recenſiti, ſucceſſerunt in locum Gradus Equeſtris.*
15. *Leges Populorum, & mores de re Equeſtri deprompta ſunt è Romanorum Legibus de Ordine Equeſtri. Unde in dubio dictarum legum, & morum particularium, pro interpretatione recurrendum eſt ad Leges Romanorum ſuper Ordine Equeſtri.*
16. *Equeſtre Genus eſt quid naturale, Ordo autem Equeſter eſt res acquiſibilis.*
Ordo Equeſter dividitur in Romanum, Militarem, Honorarium, Socialem, Eccleſiaſticum, Regularem, & Muliebrem.
17. *Equites reducuntur ad quinque ſpecies. Alii ſunt Equites nati: alii Equites armati, Balteo vel Enſe: alii Torquati: alii Literarii, & Togati: alii Cruce ſignati. Quomodo apud diverſas Nationes nuncupentur.*
18. *Nomenclatura Ordinum formatur Alphabetice, & cur omnes, qui dicuntur Equeſtres Ordines, vere tales ſunt; ſed diſtingui debet à quo fuerint inſtituti.*
Eques eſt dignior, a digniori Principe creatus.
19. *Adducitur deſcriptio Gradus Equitis, & oſtenditur conſiſtere in Honore, Fortitudine, Juſtitia, ac aliis Virtutibus.*
20. *Sine Virtutibus eſſe non poteſt Eques.*

21. *In-*

21. *Infideles, Pagani, & alii an, & quando poſſint vere Equites eſſe: & adducitur Doctrina Comitis Pomponii Torelli*, & n. 22.

23. *Judæi non poſſunt eſſe Equites.*

24. *Hæretici non poßunt eſſe Equites*, & n. 25.

26. *Adducuntur quatuor Doctorum Virorum Scripta comprobantia Doctrinam Co. Pomponii Torelli.*

27. *Prima Epiſtola eſt Patris Magiſtri Thomæ Philippini Ordinis Sancti Auguſtini.*

28. *Hebræi non poßunt eße Equites, neque Hæretici.*
Gentiles autem eße poßunt, & rationes adducuntur per totam Epiſtolam.

29. *Reſpondet obiectionibus in contrarium.*

30. *Laudatur Comes Pomponius Torellus, ejuſque Liber:* del Debito del Cavaliere.

31. *Adducitur Epiſtola Patris Magiſtri Caroli Thomę de Urſis, Ordinis Sancti Dominici*, & n. 32. 33. 34. 35. 36. *comprobans incapacitatem Hæreticorum, & Hebręorum ad conſequendum gradum Equeſtrem.*

37. *Adducitur Epiſtola Patris Stephani de Floravantibus Sacerdotis Oratorii Sancti Philippi Cæſenatenſis, in qua comprobatur per totam Epiſtolam incapacitas Hebræorum, & Hæreticorum ad Gradum Equeſtrem* n. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.

51. *Adducitur Epiſtola Patris Magiſtri Dominici Antonii Tornielli Forolivienſis Ordinis Sancti Dominici, ubi comprobat d. incapacitatem Hebræorum, & Hæreticorum pro conſecutione Gradus Equitis a d.* n. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58., *& ſic per totam Epiſtolam.*

59. *Nationes prędictæ Hebræorum, & Hæreticorum non poſſunt habere Equitum nomen, neque Gradum; nec ipſæ inſtituere Ordines Equeſtres.*

60. *Ordines, qui reperiuntur apud præfatos, non ſunt vere Ordines, ſed ſimplici ſolum nuncupatione Ordo eſt.*

61. *Religio, aut Ordo, ſi in Schiſma vel Hæreſim labatur, deſinit eße Religio, vel Ordo.*

62. *Equeſter Ordo Originem ſumpſit etiam ab Ethnicis habentibus morales Virtutes, qui Titulum Nobilitatis tali modo, & Teſſera inſtituere, concurrentibus in ſubſtantia Virtutibus.*

63. *Equitis Gradus, & qualitas, ac Equeſtres Ordines proprie exiſtunt apud Nos Catholicos.*

64. *Catholicus, an poſſit ab Infideli, vel Hæretico capere Inſignia, & Teßeram Equitis*, & n. 65. 66., & 67.

68. *Adducitur Proteſtatio, quam emiſit Henricus Quartus Rex Galliarum in acceptatione Teßeræ Ordinis Priſcelidis, ei delatę ab Eliſabeth Regina Angliæ Hæretica*, & n. 69., & 70.

71. *Equites Jure Sangvinis, & Natalium, diſputant Scribentes, an* adſint; & n. 72. 73. & 74.

72. *Quod detur Eques jure ſanguinis*, & n. 73. 74., & 75., & 77.

76. *Hi Equites vocantur Illuſtres, Specioſi, Inſignes, Splendidi.*

78. *De Equitibus jure Natalium Auctores ſcripſere.*

79. *Equitis Titulus, paſſim in Civitatibus tribuitur Viris Nobilibus*, & n. 80.

81. *Declara tamen, quod debet concurrere in illo tali aliqua circumſtantia, puta, quod ſit ex familia nobili, quæ Virum habuerit illuſtrem Militem Ducem, quod habuerit vel habeat Fęuda, vel fuerit Armiger*

ſtre-

ſtrenuus, & n. 82. 83.
84. *Religioſus Vir Togatus*, *aut Prælatus rigoroſe non nominatur Eques*, *ſed ſolum Eques jure ſanguinis*, n. 85.
86. *Dictio* Gentiluomo *accipitur large*, *&* *ſtricte*, & n. 93.
87. Gentiles *ſunt*, *qui ſunt ex eadem Familia*, *vel Agnati*, & n. 88.
89. Gentiles *dicuntur quaſi ingenui*.
90. *Ingenui qui ſint*, & n. 91.
92. *Capitis diminutio*, *quid*, *&* *quotuplex ſit*,
93. Gentiluomo *dictio*, *&* *alia conſimilis* Nobilis *generice ſumpta importat illos*, *qui ob aliquam circumſtantiam*, *licet in loco quocumque nati ſint*, *a Grege Plebejorum humili*, *et ad differentiam turbæ Plebejorum vixerunt*, *dicuntur generice Nobiles*, *&* *privatæ Nobilitatis*, & n. 98.
94. *Nullus fere datur locus*, *in quo non adſint Perſonæ Nobiles Nobilitatis localis*, *&* *ut dicitur* Gentiluomo, aut Gentildonna.
95. Gentiluomo, o Gentildonna *nomina tribui poßunt habentibus Nobilitatem legalem*.
96. *Perſonæ Divites Nobiliter viventes*, *et a Mercimonio minutatim exercendo abſtinentes*, *dicuntur Nobiles Legalis Nobilitatis*.
97. Gentiluomo *latine dicitur Vir Patricius*, *Vir Nobilis*.
99. *Legatum vel Subſtitutio facta*, *v. g. fæminæ*, *ſi nupſerit cum Gentili Homine*, *ei debetur ſi nubat cum Viro Nobilitatem legalem habente*, *&* *commorante*, *vel nato in loco humili*, *ingenuo tamen*.
100. *Ad conſtituendum aliquem* Gentiluomo *non requiritur rigoroſa Nobilitas*, *ſed ſufficit legalis*.
101. *Qui de ſimplici*, *&* *legali Nobilitate agant*.
102. *Ad conſtituendam veram Nobilitatem*, *&* *propriam qualitatem ſtricte ſumptam Gentilis Hominis* *&* *Viri Nobilis*, *requiruntur quatuor Generationes*, *comprehenſo primo acquirente*, & n. 103., *&* 104.
105. *Eques jure Natalium*, *eſt nobilior Equite creato*.
106. *Eques jure Natalium*, *&* *poſtmodum creatus Eques*, *eſt nobilior illo*, *qui ſolum eſt jure natalium*, & n. 127.
107. *Qualitas*, *&* *nominato Gentilis hominis in ſua proprietate ſumpti*, *non importat majorem Nobilitatem*, *quam importet nuncupatio Equitis* & n. 108. 109. 110. 111. 112. 113., & 114.
115. *Axioma apud Gallos eſt* Gentilhomme come le Roy, *&* *apud Hiſpanos* Nobre come el Rey, dinero no tanto.
116. *Nobilitatis Ordines*, *quatuor ſunt* & n. 117.
117. *Equitis nomen in aliquibus Civitatibus*, *eſt ſynonimum cum vocabulo Nobiles*, *&* *Patricii*, *vel* Gentiluomo, *&* n. 118.
119. *Equitis*, *Nobilis*, *Patricii*, *vel Gentilis Hominis vocabula*, *in Civitate Forolivii*, *ſunt Synonima*. *Intellige*, *quando agitur de re Equeſtri*, *tunc adhibetur vocabulum Equitis*. *Quando agitur de Contractibus civilibus*, *Teſtamento &c. adhibetur nomen Gentilis hominis*, *ſive Nobilis*, *&* *Patricii*, & n. 119.
120. *In re hac attenditur uſus*, *&* *conſuetudo loci*. *Titulus Equitis in his caſibus*, *non adhibetur pro titulo Perſonę*, *niſi quando eſt Eques creatus*.
121. *Quando contrahitur obligatio ſub fide Equeſtri*, *tunc exprimitur qualitas Equitis*.
122. *Obligatio ſub fide Equitis*, *an habeat vim juramenti*, *&* *ſuppleat inſinuationem*, & n. 123.

124. *Juramentum in donatione ſupplet inſinuationem .*
125. *Limita , quando Statutum tunc præſumit Juramentum dolo , & vi extortum .*
126. *Nobilis Vir natalibus eſt æqualis cuicumque Equiti privatam conditionem non excedenti* , & n. 127.
128. *In Civitate Forolivii præferuntur Conſiliarii Graduati non graduatis .*
Conſiliarii omnes tamen eadem pollent Nobilitate .
Graduati dicuntur primi inter pares, & n. 129.
130. *Equitis gradum amittit qui fit Schiſmaticus , vel Hæreticus .*
131. *Riſu dignus eſt Nobilis exiguæ Nobilitatis ſemper in ore habere , promittere , & jurare ut Equites , & Gentiles Homines .*
132. *Laus in ore proprio ſordeſcit etiam in Viro vere Nobili .*
133. *Et Vir nobilis debet abſtinere jurare da* Gentiluomo , da Cavaliere .
134. *Dux Urbini jurabat* da Gentiluomo .
Sic faciebat etiam Franciſcus Primus *Galliarum Rex .*

DISCURSUS IV.

DE Equitum Origine , Nobilitate, ac Titulis apud veteres Populos, & præcipue Romanos in præcedentibus actum eſt Diſcurſibus : ejuſdem Equeſtris Ordinis Hiſtoriæ ſeriem nunc continvemus oportet. Nemo inficiatur , quod immenſa pene Romani Imperii collapſa mole , plura in Orbe Terrarum Regna , pluresque emerſerunt Principatus ;
1. & Regnum quodlibet , ac Principatus pro ſui Gubernio Leges non ſcriptas, ſcriptumque jus ſibi ſtatuit peculiare , quo ſubinde vixit , & vivit : non omnibus etenim Rebuſpublicis , aut Civitatibus eædem leges conveniunt , vel ſunt utiles , quemadmodum *ex Ariſtotele lib. 5. Ethic. cap. 7. probat Didacus Covarvuias in Tit. de Sentent. excommunic. p. 2.*
2. *n. 3. Tom. 1.* Sed unaquæque Provincia abundat in ſenſu ſuo : hinc Hiſpani recedentes a Legibus Pandectarum , & Imperatorum , quas modo tanquam dicta Prudentum ,
3. & in vim rationis , ac Magiſtralis Doctrinę , tantummodo allegant, teſte *Salgad. in Labyrint. Creditor. p. 2. cap. 29. n. 34.* , *Sanchez de Matrim. Lib. 7. Diſput. 87. n. 29. poſt medium , verſ. , Sed in Hiſpania ..* Leges Tauri , & Partitarum condiderunt , de quibus loquitur *Sanchez de Matrim. Lib. 6. Diſput. 1. n. 4. & 5. Card. de Luca de Fidei-com. Diſc. 13. n. 2.* , & Commentaria ſuper eis ediderunt *Jo. Lupus Monſalvus* , *Antonius Gomeſius* , *Gomez*, *Arias* , *Manzienzo*, *Aſebedo* , aliique.
Luſitani Ordinationes Regni amplo
4. volumine , ſuper quo ſcripſit *Emmanuel Barboſa* , & plura *Pegas* , & *Didacus Guerreyro .*
Galli jus Gallicum , quod examinat
5. *Papon.* , & *Petrus Rebuff.*
Venetorum quoque Reſpublica vivit cum ſuis propriis legibus , teſte *Pe-*
6. *regr. de jur. Fiſci Lib. 8. Tit. p. n. 6.*
Sed potiſſimum Italia miſere plures in Principatus ſciſſa , ut Noſter con-
7. queritur Hiſtoricus *Flavius Blondus Decad. 2. Lib. 3. Hiſtor.* ; Statutorum Legumque Municipalium varietatem experitur ; quoniam nedum quilibet Principatus , ſed & pene quælibet Civitas ſuas habet Leges , & Statuta Populorum moribus magis accomoda , quemadmodum Geographicis , & Legalibus cumulatis Doctoribus , oſtendit *Rota in Romana*

8. *Romana*, *ſeu Savonen. Succeſſionis* 13. *Martii* 1705. in principio, coram præclaro Rotalibus in ſtudiis Magiſtro noſtro recol. mem: *Reverendiſſimo Anſaldo Sacræ Rotę Decano*, quę Deciſio impreſſa eſt apud alium Doctiſſimum in Patria Præceptorem noſtrum bo. me. *Marcum Antonium Paulutium*, *Diſſert. Legal. Tom.* 1. *poſt Diſſert.* 40. *Deciſ. unica*.

Quę ſane Municipales leges quoties non a Civitate ſubdita conditæ ſunt, verum ab ea, quę libertate potiatur, juraque habeat ſupremi impe-
9. rii, jus commune dicuntur in iſtius Ditione ac Principatu, magiſque favorabiles cenſentur quam ipſum Jus Civile; ita ut circa illas arguere liceat a contrario, a ſimili, aliiſve modis, prout licet circa jus commune; veluti loquendo de Statutis Januæ tradit *Card. de Luca de Donat. Diſcur.* 62. *n.* 6.

Municipales porrò leges ac conſuetudines, tum in delictis ulciſcendis, tum in civili miniſtranda juſtitia, & Politico Regimine, ac Nobilitatis pondere, numero, & menſura, &
10. ſic Equeſtri regendo ſtatu verſantur; quapropter variationem quoque, ac mutationem in Orbe ſenſit Equeſter Ordo, nedum nuncupatione, & titulis, ſed & in ſui ſubſtantia, cum quilibet Populus particulares in hoc ſibi dixerit Sanctiones: hinc ſequitur, fixam, & generalem in hac materia dari legem non poſſe omnibus aptam Nationibus, cum res a particularibus, cujuſcumque Urbis, Populique moribus pendeat.

Hoc tamen generaliter notandum, quod cum in ſumma Equeſter Ordo nil aliud importet, quam hono-
11. ris gradum a Principe ſuffragantibus meritis alicui collatum, ut in *antecedentib. Diſcurſib.* diximus, ſucceſſive Imperatores, Reges, Duces, Supremique Principes novas excogitarunt Honoris ſignificationes, bene de Republica meritis diſtribuendas, inter quas potiſſimum illa fuit, ſed
12. hac tempeſtate nimium fortaſſe frequens Titulorum condecoratio, Senatorum nempe, Vicecomitum, Baronum, Comitum, & Marchionum, Fęudorum Creatio, eorundem Inveſtiturarum Juriſdictionalium conceſſio, cujus etiam traditionis occaſione nonnullæ Ceremoniæ adhibentur, & ſpecificè præcingendi Enſem illi, cui Inveſtitura conceditur, & ſic illum in Militem armandi; Cingulum enim olim conſtituebat
13. Militem, & in eſſe Militis, ut habetur apud *Ugonem Grot: De Jure Belli lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 9., *Diana P.* 10. *Reſol. Moral. Tract.* 10. *de Cingulo Militari*. Unde Gradus recenſitos Honorificentiæ in locum Eque-
14. ſtris Gradus, & Dignitatis ſubrogatos fuiſſe erudite ratiocinatur *Card. de Luca*, *in d. Volumine. Il Cavaliere*, *e la Dama cap.* 3. *n.* 1. *cap.* 6. *n.* 2., *& cap.* 8. *n.* 23., *& ante ipſum ſcriptum reliquit Joannes Soranzo: L'Idea del Cavaliere p.* 1. *pag.* 62.

Veruntamen, ut noſtrum hunc de Equitibus Diſcurſum proſequamur, præmiſſo quod varii Populorum
15. mores, diverſorumque locorum leges in re hac, a Romanorum de Equeſtri Ordine Sanctionibus, quo ad ſubſtantiam deprompta ſunt, ut ex earum recognitione fit patens; atque ita quoties etiam in hac Nobilitatis Materia ſuboritur Statutorum obſcuritas dilucidatione egens, & circa morum intelligentiam dubitatio proponitur, pro interpretatione, atque explanatione recurrendum eſt ad Leges Romanorum, quia

quia optima ratione nituntur, ſummaque prudentia latæ ſunt; *Octavianus Gentilius ex Dominis Rovelloni, Patricii Septempedani, de Patriciorum Origine &c. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 7. *verſ. Fuiſſe autem, pag.* 457.

Ea hìc colligemus, & referemus, quę apud Scribentes legimus, oculis vidimus, auribus audivimus. Sane licet de Equitibus tractantes, illos in tres dividat Claſſes, hoc eſt Torquatorum, Cruce-ſignatorum, ac Calcarium, quemadmodum videre eſt apud *Franciſcum Sanſovinum: Della Origine de' Cavalieri lib.* 2.-- Et *d. P. Honoratus a S. Maria Carmelita Excalceatus in ſuis Diſſertationibus Hiſtoricis-criticis de Equitibus Antiquis, & Modernis Gallico Idiomate exaratis pag.* 3., multifarie rem hanc Equeſtrem diſtinguat. Primo in genus Equeſtre, ab Ordine Equeſtri; quia illud naturale dicit, & imbibitum a nativitate; hoc acquiſitum, & pendens a voluntate alte-
16. rius: Secundò ſubdividat ſpeciem Ordinis Equeſtris acquiſiti in Romanam, Militarem, Honorariam, Socialem, Eccleſiaſticam, Regularem, & Muliebrem; nihilominus in ſubſtantia, & breviter reduci poſſe videtur ad quinque ſpecies; quod ſcilicet alii ſunt, qui Jure Natalium
17. & conditione Familiæ dicuntur Equites nati, & ita conſideratur Genus Equeſtre: alii antiquo more Equites armantur militari Balteo, & Enſis præcinctu; ſic comprehenditur Ordo Equitum Romanorum, ex quo prodiit Archetypum omnium Ordinum Equeſtrium, & Militarium, qui ſucceſſivis temporibus conſtituti fuerunt: alii Torque exornantur: alii Toga, & Literis, hoc eſt Equites illi, qui creantur a Principe ob Nobilitatis qualitatem, & ob merita ratione ſervitiorum Eccleſiæ, vel Principi præſtitorum Literis, & Toga, & ſic honorarius redditur Equeſter hic Gradus.

In aliis autem ſpecibus Equitum, ut dicit *d. Pater Honoratus a Sancta Maria* Socialium, veniunt Equites creati junctim, quia inſigne aliquod opus peregerint, vel peragere debebant, quemadmodum illi, qui per aggregationem Militari Equeſtri alicui Religioni Cruce decorantur, tum Laici, tum Eccleſiaſtici Prælati honorem hunc conſequuntur, & Equeſtrem Gradum, ad tradita per *d. Patrem Honoratum Diſſertations Hiſtoriques &c. ſur la Chevalerie Lib.* 1. *Diſſert.* 9. *art.* 3. *pag.* 216. juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart 1718. Quem Honorem conſequuntur etiam Fœminę, ut in ſubſequentibus Diſcurſibus dicemus, & alii Militari alicui Religioni, atque Ordini, vel Cætui, aut Collegio aggregatione Equeſtri Cruce decorantur, vel honorario Equitis Titulo exornantur, quemadmodum proportionabiliter etiam Fœminę, ut advertit quoque *Franciſcus Sanſovinus: dell' Origine de' Cavalieri lib.* 1. *pag.* 10. *Joannes Soranzo: L' Idea del Cavaliero a pag.* 62., *cum ſeqq. Card. de Luca in Volumine italico idiomate. Il Cavaliero, e la Dama cap.* 5. *per tot.*, & *cap.* 6. *n.* 5., & *cap.* 11. *n.* 9.: *Auguſtinus Paradiſi in Libro pariter Italico: L' Ateneo dell' Uomo Nobile Tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 1. *n.* 5. *cap.* 7. *n.* 11. *part.* 4. *cap.* 14. *a n.* 5. *cum ſeqq.*

Armatorum autem, Torquatorum, & Cruce-ſignatorum antedicti Gradus Equitum diverſis apud Nationes exprimuntur terminis. Poloni ſiquidem nunc proprio eorum Idiomate *Karualerye, vel Orderii* vocant, quod

quod nomen minus uſitatum fuerat retroactis temporibus, quibus ibi cuncta Honoris Inſignia, ſive de Crucibus, ſive Torquibus, vel Tæniis, aut Numiſmatibus, & ſimilibus ſermo eſſet, *Baltei Militares* nuncupabantur; ut *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Saphiea Caſtellanus Trocenſis & Heroici Ordinis in Regno Poloniȩ Aquilȩ Albæ Eques, in Volumine ſuperius* per Nos in primo Noſtro Diſcur. *ſub n.* 105. *allegatus*, eodem Volumine *cap. 6. pag.* 79., erudite tradit; *ubi pag.* 80., reſpectu aliarum Nationum verba refert *Joannis Lymnæi*, qui inquit, *Sunt Equitum aliæ ſocietates Eccleſiaſticæ, ſive Religioſæ* (di Croce), *quas Galli* Religiones, *Hiſpani fere* Habitus *nuncupant*: *alterius generis Equitum ſunt Societates iſtæ Gallis* Ordines, *Italis a Balteo Equeſtri è collo geſtari ſolito* (di Collana) *dicuntur* Nobis *Equites Torquati*. Sic *Klockius de Contributionibus cap.* 14. *n.* 72. inquit, *Equeſtres, & Militares* Ordines *ſunt Religioſæ, Militum, aliorumque Virorum Nobilium* Societates, *quas Galli* Religiones, *Hiſpani* Habitus *nuncupant*.

Hujuſmodi terminis materiam hanc Equeſtrem tractantes promiſcue utuntur Scriptores; ſed magis frequenter, & præſertim in Sacro Rotæ Tribunali Nomen *Habitus* adhibetur, ut videre eſt in Voluminibus Deciſionum Rotalium; et in Deciſionibus, quas in hoc Noſtro Primo Volumine nominamus; & in Secundo Volumine regiſtramus: unde Nos etiam promiſcue in Noſtris Diſcurſibus utemur.

De his Equitibus ſingulariter agemus, & tandem Catalogum omnium, & ſingulorum Militarium, & Equeſtrium Ordinum, & Societatum, ac Cœtuum nullum Ordinem conſtituentium, ſed ſolum aliquam analogiam Equeſtrem involventium: quin imo etiam eorum Ordinum, qui ſolum propoſiti fuerunt, nullumque effectum habuerunt Nomenclaturam, hancque Alphabetica methodo texemus, nedum quia ad Ordinem inveniendum, quem quis
18. legere deſiderat, faciliorem aperit viam, ſed & etiam, quia ſic de medio tollitur motiuum altercationum ſuper præcedentia, ratione majoris Antiquitatis; ut notavimus in primo Diſcurſu. Sic Catalogum Ordinum Equeſtrium, cum regula Alphabetica exaravit in ſuo volumine *Pater Philippus Bonanni e Societate Jeſu*. Sic ob dictas rationes ad evitandam cenſuram *prælaudatus Dominus Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Caſtellanus Trocenſis &c., & Eques Ordinis Aquilæ Albæ, in ſuo elaborato Corollario, celebratiores in Chriſtianitate Ordines enumerans, impreſſ. poſt dictum ſuum Volumen in primo Noſtro Diſcurſu allegatum, cui Titulus: Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Equitum Aquilæ Albæ impreß: Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730. *pag.* 345. Sic *Laurentius Vigilius de Nicollis in Praxi Canonica ſub Litt. S. tom.* 2. *de Sum. Trinitat., & Fide Catholica in* §. *Notitia, & Series Ordinum Equeſtr. Militarium a pag.* 734. *uſq. ad* 757. *juxta impreſſ. Saliſburgen. Typis Io. Ioſephi Maii* 1729.

Hic autem repetimus quod ſcriptum reliquit *Franciſcus Sanſovinus in ſuo Libello: Della Origine de' Cavalieri libr.* 1. *pag.* 11. *impreſſionis Venetæ apud Heredes di Marchio Seſſa anno* 1570., quod inter Equites a

Prin-

Principibus creatos, ille dignior præfulget, qui a majori Principe fuit creatus; ibi -- *Ma ſi nota bene, che quanto il Principe è più degno, tanto più il Cavaliero creato da lui è maggiore, che non è quello fatto da un Principe di minor portata.*

Verum, ne ex hoc Alphabetico omnium Ordinum Catalogo irrepat æquivocum, perinde ac videatur indiſtinctim omnes eſſe veros Militares, & Equeſtres Ordines, nullo perpenſo diſcrimine, à qua gente, quaque Natione fuerint conditi, an a Catholicis, an ab Hæreticis, ſive Paganis inſtituti, opere pretium eſt, ut reaſſumptis iis, quæ in Noſtro *primo Diſcurſu n.* 55. diximus, rem hanc dilucidemus, præmittendo Deſcriptionem quidditatis, & ſubſtantiæ gradus Viri Equitis, & generaliter ſumpti, præciſive a quocumque Ordine, & in quo conſiſtat, & fundetur, ut Nos dicimus, *la Caval-*

19. *leria*. Sane conſtitutiuum, & qualitas Equitis, & Equeſtris Gradus in eo ſtat, quod Vir Nobilis, & Equeſtri loco natus, ex ſimplici motivo Honoris, mediante fortitudine animi ſcilicet potiſſime, non corporis, ut inquit *Poſſevinus in Dialogo Honoris lib.* 3. *pag.* 148. *Marchio Joſeph Maria Grimaldi in ſuo Volumine: Nuova Aſta d' Achille cap.* 43. *lib.* 1. *pag.* 29. *juxta impreſſ. Bononiæ, anno* 1692. *typis Julii Borzaghi*, cœteris ſociata virtutibus, ſuas operationes ad finem Juſtitiæ in Reipublicæ commodum peragat; unde deficientibus virtutibus, Equitis ſubſtantia, & quidditas ſubſiſtere non poteſt, ut antedictus ratiocinatur Agnatus Noſter d. Volum: *Il Debito del Cavaliero par.* 1. *Card. de Luca in conſimili Tract; Il Cavaliere cap.* 1. *cap.* 9. *cap.* 10.

Nam carens virtutibus, impoſſibile eſt, quod adimplere valeat muneris ſui partes ipſis virtutibus innixas, quaſ-

20. que d. peculiari *Tractatu: del Debito del Cavaliere explicat Agnatus Noſter Pomponius Torellus Montis Clariculi Comes; par. pr.*, *&* *ſecunda*.

Hinc verò Pomponii Noſtri Doctrina,

21. quam in d. ſuo Tractatu affert, ad tria reducitur. Tres itaque concluſiones firmat d. Comes Pomponius, quarum prima eſt. Poſſe infideles Equitis Honorem habere;

22. quemadmodum antiqui Romani Ethnici habuere, apud quos Morales ad d. gradum ſufficientes viguere Virtutes, ob quas D. O. M. Virtutum omnium Remuneraror illis in hoc ſæculo in præmium tot tribuit Ditiones, & Dominia; ut notavit Divus *Auguſtinus lib.* 5. *de Civitate Dei cap.* 12., *&* 15. Secunda Concluſio eſt, Nationem Gentemque Judæam non eſſe capacem gradus Equitis; hæc quippe Natio effecta infamis eſt ob horrendum Divinæ, & Hu-

23. manæ Læſæ Majeſtatis crimen, necem nempe Chriſti Domini Redemptoris Noſtri, ob quod delictum meritò Regnum amiſere, quamcumque Nobilitatem, ac Honorem, & ſic capacitatem ad Gradum Equitis in Honore fundatum. De illis quippe ſcriptum eſt *Pſal.* 77. *Opprobrium ſempiternum dedit illis* -- & egregie infelicem Judaici Populi ſtatum deſcribit San. Mem. Magnus Clemens XI. in *Homil.* 23. inter ſuas in Volumine impreſſo Romæ anno 1722. apud Jo. Mariam Salvioni Typographum Vaticanum juſſu Emi Principis Annibalis Tituli Sancti Clementis Presbyteri Cardinalis Albani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarii, ejuſdem Summi Pontificis undequaque digniſſimi Nepotis, & per ipſum dicato

Joanni

Joanni Quinto Luſitanorum Regi Pio, Magnanimo, Felici; inquit enim d. Magnus Clemens *d. Homil.* 23. *pag.* 108. & 109. *Obtexit caligine in furore ſuo Dominus Filiam Sion: effudit quaſi ignem indignationem ſuam: Congregavit ſuper eam mala, & ſagittas ſuas complevit in ea. Facta eſt quaſi Vidua Domina Gentium: lugentes viæ ejus: Sacerdotes ejus gementes: Virgines ejus ſqualidæ: jacuerunt in terra foris Puer, & Senex; foris vaſtavit eos gladius, & intus pavor. Occiſus eſt in Sanctuario Domini Sacerdos, & Propheta: Liberorum carne nutritis Matribus, datus eſt cibus ipſa fame crudelior. Exilio, Ferro, Cæde, Ruina mulctatus eſt ingratus Populus, ſine Rege, ſine Regno, ſine Templo, ſine Deo, per ſordes, & lacrymas, in Opprobrium Gentium, in execrationem Seculorum fœda vivacitate duraturus. Has dedit Iſrael pœnas, eo quia non cognoverit Tempus Viſitationis ſuæ; hanc criminis ſui accepere mercedem.*

Tertia Concluſio eſt, Hæreticos non poſſe eſſe Equites; cum enim per Hæreſim a Congregatione Fidelium receſſerint, & typo Superbiæ a vero Eccleſiæ Dei Capite ſe ſeparaverint, & hujuſmodi error omnium maximus, raro etiam ab aliis enor-
24. mibus vitiis diſſocietur, Hæreticorum proinde Congregationes confuſiones potius, quam Civiles Societates dici poſſunt: quælibet enim Civilis Societas, & Leges, & Mores complectitur; at Hæreticorum Cœtus Sanctis Patrum conſtitutionibus, cunctis Ritibus devotis, honeſtiſque repugnant moribus, & adaptari poteſt, quod in alio propoſito cecinit *Italus Poeta Torquatus Taſſus: Geruſalemme Liberata Can.* 4.

Che non è Fede in Uom, che a Dio la neghi.

Unde ſublata ab Hæreticis Fide, corruit in eis ſolidum Equeſtris Gra-
25. dus, & Dignitatis fundamentum; ut robuſte ratiocinatur ſæpe allegatus Noſter Agnatus *Co. Pomponius Torellus in d. ſuo Volumine: Il Debito del Cavaliero p.* 2. *pag.* 18. 19., & 21., ac ejuſdem Pomponii reaſſumpta Doctrina, illum nominatim laudat *Petrus Bayle in Dictionario Critico, in addit. poſit. in fine ultimi Tomi in verbo Torelli*. Præclara demum eſt D. *Auguſtini* Doctrina *lib.* 1. *de Ser. Domini in Monte cap.* 5. ubi inquit -- *Nam multi Hæretici nomine Chriſtiano Animas decipientes &c. ideo excluduntur ab illa mercede &c.; ſed additum* eſt *propter Juſtitiam, ubi autem ſana fides non eſt, non poteſt eſſe Juſtitia, quia Juſtus ex fide vivit. Neque Schiſmatici, aliquid ſibi ex iſta mercede promittant, quia ſimiliter ubi Charitas non eſt, non poteſt eſſe Juſtitia; dilectio enim Proximi malum non operatur, quam ſi haberent, non dilaniarent Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia.*

Super hujuſmodi Co. Pomponii Theoricis nuper Sermonem habui cum quatuor Doctiſſimis Viris; Patre Magiſtro Thoma Philippino Religioſo Ordinis Sancti Auguſtini, & ad præſens Conventus Sancti Nicolai Ravennæ emerito Priore; ac Patre Ma-
26. giſtro Carolo Thoma de Urſis, Religioſo Ordinis Sancti Dominici Ex-provinciali, & nunc Conventus Sancti Jacobi in Civitate hac Forolivii Priore; ac Patre Stephano de Floravantibus Sacerdote Oratorii S. Philippi Civit. Cæſenatenſis; ac demum Patre Magiſtro Dominico Antonio Tornielli Forolivienſi, Ordinis Prædicatorum, & de præſenti Priore di-

cti Conventus Sancti Jacobi in hac Civitate Forolivii ejus Patria ; qui quatuor Eruditiſſimi Viri ſuum etiam in ſcriptis ſenſum pandidere in confirmationem Doctrinæ ejuſdem Comitis Pomponii . Primus, ſcilicet Pater Magiſter Thomas Philippini, mediante eleganti Epiſtola Moralis Philoſophiæ Regulis innixa . Pater vero Magiſter Urſius, mediante Folio, quo Theologicis principiis obiecta ſolide diluit : & d. Pater Floravanti in Folio pluribus rationibus exornato ; & d. P. Magiſter Torniellus egregio ratiocinio rem explanat . Nos autem dictorum quatuor Patrum Magiſtrorum ſuffragia in Noſtri Diſcurſus incrementum , hic per extenſum regiſtramus tenoris ſequentis .

Epiſtola Admodum Reverendi Patris

MAGISTRI THOMÆ PHILIPPINI

Ordinis Sancti Auguſtini.

Illmo , e Revmo Sig. Sig. Prôn Colmo

IL Dubbio propoſtomi da V. S. Illma
,, e Revma, perchè l'erudito , ed
,, inſieme pietoſo Sig. Conte Pompo-
,, nio , della nobiliſſima , ed anti-
,, chiſſima ſua Famiglia Torelli, nie-
,, ghi non meno agli Ebrei , che a-
,, gli Eretici il bel fregio di Cava-
27. ,, liero , dirò col medeſimo Sig. Co.
,, che queſto egli è un dubbio , e di
,, conſiderazione , *e di non poco ri-*
,, *lievo* . E per ciò , che riguarda gli
,, Ebrei , la ragione della negativa
,, è manifeſta, poichè queſto miſero
,, avanzo di Canaglia è diſcendente
,, da Ribelli , e Traditori del ſuo
,, Re, anzi da rei della morte ſua ;
,, e perciò meritamente trovanſi ſen-
28. ,, za Regno , ſenza Civiltà , e ſenza
,, Libertà , indiſpenſabilmente richie-
,, ſta dagli antichi Gentili Romani ,
,, per godere il bell' onore dell' Ordi-
,, ne Equeſtre . Non così può favel-
,, larſi degli Eretici , avendo queſti ,
,, e Regni , e Regj , e Repubbliche,
,, e libertà . In oltre anno la pratica
,, di molti Ordini di Cavalieri , e
,, diſpenſano , come il Gran Maſtro,
,, quelle Commende di Malta , che
,, appreſſo di loro reſtarono nella ri-
,, volta generale della Chieſa Catto-
,, lica Romana nelle parti Settentrio-
,, nali . Merita ancora , ſe non m' ab-
,, baglio , rifleſſo, l' aver Eglino Elet-
,, tori della Sacra Perſona dell' Im-
,, peratore, prima Dignità Tempo-
,, rale della Criſtiana Religione . Fi-
,, nalmente pe'l mio curto intendi-
,, mento, accreſce la difficoltà l'i-
,, ſteſſo Sig. Conte Pomponio , men-
,, tre nel ſuo belliſſimo Trattato del
,, *Debito del Cavaliero* colla ſteſſa
,, e pari facilità , che nega agli Ebrei
,, la Cavalleria , la concede poi ab-
,, bondevolmente a Mori, Perſiani,
,, Turchi , Indiani , ed Idolatri , moſ-
,, ſo , ſe non traveggo , a così deci-
,, dere , dal vederſi in proſpetto l'
,, *Onorato* , ſono ſue parole , *Ordi-*
,, *ne Equeſtre preſſo de' Romani* . Per
,, le quali coſe ognuno vede, che fa
,, di meſtieri rinvenire una differen-
,, za non più communale , ma ca-
,, ratteriſtica , per mezzo della quale
,, comprendaſi il motivo , che induſ-
,, ſe il non mai abbaſtanza laudato
,, Sig. Conte Torelli , a concedere
,, la Cavalleria a' Gentili , ed a ne-
,, garla agli Eretici ; e queſta non
,, vuol eſſere ricercata tra gli Arca-
,, ni Teologici , che ſembri venire
,, dalla Scuola , ne dal Gius Cano-
,, nico da loro non ammeſſo , che
,, li dichiara infami , ma vuol eſſere
,, ſomminiſtrata dalla Filoſofia Mo-

rale ,

„ rale entro de' cui cancelli ſtà la
„ Quiſtione propoſta.
„ E primieramente conviene preſuppor-
„ re, che il fine, o principio, che
„ muove il Cavaliere ad operare è l'
„ Onore. L' Onore è premio del-
„ le virtù morali, e queſte s' inclu-
„ dono nella Giuſtizia, come virtù
„ generale. La giuſtizia ſendo di ſua
„ natura riſpettiva, ſi eſercita ò ver-
„ ſo li Superiori alla noſtra Natura,
„ o gli eguali, od inferiori. Li Su-
„ periori alla noſtra Natura ſono
„ Dio, gli Angioli, li Santi. Ora
„ addimanda il Conte Pomponio,
„ che atti di Giuſtizia, ed Onore
„ può Dio Fonte d' ogni Giuſtizia, ed
„ Onore ricevere da un Eretico, che è
„ pertinacemente ribelle a molte ve-
„ rità da Lui rivelate? Gli Angioli
„ da Lui o non ſi credono, o non
„ ſi venerano; ed alli Santi ſi nega
„ per fino il culto alle diloro Im-
„ magini dovuto. Gli altri due ſo-
„ pradetti riſpetti della Giuſtizia mi-
„ rano, e riguardano la ſocietà ci-
„ vile: ma che ſocietà civile può
„ mai eſſere preſſo degli Eretici? Si
„ ſa, che ogni Società, o Compa-
„ gnia civile, e Leggi, e Coſtumi
„ abbraccia, e le Congregazioni de-
„ gli Eretici ripugnano alle ſante
„ Coſtituzioni de' Padri, e a tutte le
„ Cerimonie divote, ed agli oneſti
„ Coſtumi; ond' è che le di loro
„ adunanze, più toſto confuſioni,
„ che Congregazioni, e Compagnie
„ civili nominare ſi poſſono: ſicchè
„ non vi eſſendo negli Eretici Giu-
„ ſtizia, che come dicemmo, muo-
„ ve il Cavaliere ad oprare, per con
„ ſeguire quell' Onore, che dalla
„ Giuſtizia riſulta, ſiccome per ra-
„ gione di oppoſti, il diſonore della
„ Ingiuſtizia; rimane apertamente
„ dimoſtrato, che preſſo di loro non
„ vi poſſa eſſere quella Cavalleria,
„ che pure dal Sig. Conte Pompo-
„ nio agl' Idolatri largamente conce-
„ deſi, ed a ragione, ſe mal non m'
„ appongo. Concioſiacchè li Gentili
„ conobbero Dio, come Autore
„ della Natura, ne da queſta cogni-
„ zione giammai ſi ribellarono; on-
„ d' è, che furono baſtevolmente il-
„ luminati per coſtituire Repubbli-
„ che, e Società Civili, quali anche
„ ſenza la baſe della perfetta Reli-
„ gione poſſono ſuſſiſtere, ed in eſſe
„ aver luogo l' eſercizio delle Virtù
„ Morali, o buoni Coſtumi. Di quà
„ naſce, che la Religione dagl' Infe-
„ deli profeſſata, benchè falſa, non
„ dava nota alla Cavalleria, come
„ fa la Religione riformata, o diſor-
„ mata degli Eretici, quali ſendoſi
„ per contumacia da Dio ribellati,
„ come rivelante, e per ſuperbia
„ dal Pontefice, come Capo viſibile
„ della ſua Chieſa (qual errore do-
„ po il Deicidio degli Ebrei non può
„ eſſere maggiore) non ſia meravi-
„ glia, poichè il Sig. Co. Pomponio,
„ come agli Ebrei, così agli Eretici,
„ nieghi il bel fregio di Cavalleria.
„ Quindi è, che la convenienza de' me-
„ deſimi nella ribellione da Dio moſ-
„ ſe l' animo giuſto del ſuddetto Sig.
„ Conte Pomponio a fare un faſcio
„ di Ebrei, e di Eretici, ed a negare
„ ad entrambi per queſta parte il ca-
„ rattere ragguardevole di Cavaliere.
„ Dall' altra parte gli è paruto
„ ragionevole coſa di concederlo
„ agl' Infedeli, perchè queſti non
„ ſi ribellarono da Dio, conoſciuto
„ da Eſſi, come prima Cagione, ed
„ ultimo Fine. Da queſt' ordine di
„ tutte le coſe mondane non ſi ſo-
„ no mai gl' Infedeli ſeparati. A
„ queſto principio ſolo, da cui han-
„ no l' eſſere, e la dipendenza nell'

,, eſſere tutte le operazioni, cercarono
,, gli Antichi Filoſofi, benchè Infe-
,, deli di aſſomigliarſi, coſtituendo
,, Leggi non ripugnanti all' Ordine,
,, ed alle Leggi della Natura.

,, Che ſe per ſorte ſi foſſe dato chi
,, aveſſe dimoſtrato, che alcuna, o
,, molte delle Sette de' Gentili aveſ-
,, ſero Leggi ripugnanti a' buoni co-
,, ſtumi, ed alle Leggi medeſime del-
,, la natura, non ho punto di dif-
,, ficoltà in credere, che il Sig. Con-
,, te Torelli aveſſe giudicato di eſſe,
,, come degli Ebrei, e degli Eretici,
,, vedendole a mancare di quell' ap-
,, poggio, sù di cui la Cavalleria ſo-
,, ſtentaſi.

,, Non parrà adunque più ſtrano, per-
,, chè il nominato Sig. Conte Torel-
,, li neghi agli Eretici, e conceda
,, agl' Idolatri il pregio di Cava-
,, liere, e tanto più, ſe riflettaſi,
,, che anche trà Noi negaſi un tal
,, pregio a chi diſcende da Gente
,, vile, e baſſa, e vi è biſogno di
,, un Principe, che con teſtimonio
,, pubblico dichiari, che quella Per-
,, ſona vilmente nata degna ſia di
,, merito, e crearlo Cavaliere: mà
,, biſogna in tal caſo, che la Virtù
,, ſia tale, che avanzi l' ingiuria, e
,, la nota, che gli dà la natura,
,, col farlo naſcer vile. Ma qual vir-
,, tù ſarà mai quella di un Eretico,
,, che a lui tolga la nota o mar-
,, ca, che gli dà l' Ereſia, e la Re-
,, ligione a capriccio architettata,
,, e profeſſata.

,, Alli obbietti addotti, e che ponno ad-
,, durſi ſi ſoddiſfà abbondevolmente
,, col dire, che il Conte Pomponio
,, non parla del fatto, ma che cer-
29. ,, ca unicamente il gius, che vie-
,, ne dalla ragione, o dal merito
,, intrinſeco della virtù, che debbe
,, preſupporſi nel Soggetto, che di
,, sì onorato Grado viene fatto de-
,, gno; e perciò egli non tiene conto
,, della voce, diremo così attiva,
,, ma della paſſiva, la differenza delle
,, quali voci tra Giuriſti è aſſai no-
,, ta e manifeſta.

,, In quanto all' avere gli Eretici Ordi-
,, ni, ed i loro Principi far Cavalieri,
,, ſi può applicare la riſpoſta, che dà
,, il Conte Pomponio a' Cavalieri
,, fatti da' noſtri Principi, ma ſenza
,, merito, cioè, che riſerba l' Ono-
,, re, che ſi debbe alle Perſone, che
,, li creano, ma che non abbraccia
,, già in tal caſo, la diloro autori-
,, tà. Di più, che le Religioni, (an-
,, che trà Noi,) che fanno Ordini
,, di Cavalieri, ſono queſte rico-
,, noſcitrici, (mi ſia permeſſo), e
,, non creatrici del merito. Alla
,, diſpenſa delle Commende, ſi può
,, agevolmente riſpondere dicendo,
,, che le diſpenſano con la ſteſſa
,, parità di Titolo, con cui le han-
,, no acquiſtate.

,, Per iſchiarimento del dubbio pro-
,, poſtomi, queſto è quanto mi ha
,, ſaputo ſuggerire il mio debole ſen-
,, timento, appoggiato ſempre al-
,, le ragioni, anzi parole del Sig.
,, Conte Pomponio Inclito Agnato
,, di V. S. Illuſtriſs., e Reverendiſs.
,, Due deſiderj mi reſtano, l' uno
,, dell' aggradimento di queſto pic-
,, colo Atteſtato di oſſequio, al mol-
,, to, che a V. S. Illuſtriſ., e Reveren-
,, diſ. debbo; l' altro, che ogni Pa-
,, dre, che hà Figli, che abbino l' ani-
,, mo applicato a qualche Ordine di
,, Cavalleria, foſſe proveduto di queſto
,, ſtimatiſſimo Libro del Sig. Conte
,, Pomponio Torelli compoſto per i-
,, ſtruzione di Pompilio ſuo Figlio
,, Cavaliere di Malta; ed in darlo
,, al Figlio ripeteſſe le parole, con
,, cui egli ſpiegò l' animo, ed il fine

per

,, per cui l' avea compoſto dicendo,
,, *prendi, e leggi, perchè tu rieſca*
,, *Cavaliere degno e del Sangue,*
,, *onde diſcendi, e dell' abito, che hai*
,, *veſtito*; ed a V. S. Illuſtriſſima, e
,, Reverendiſſima bacio riverentemen-
,, te le Mani.

Folium Admodum Reverendi Patris

MAG. CAROLI THOMÆ DE URSIS

PRIMA OBBIEZIONE.

PARE, che gli Eretici poſſino go-
,, dere l' onore di Cavaliere, come
,, i Gentili. Egli è certo, che i
,, Filoſofi gentili con la ſottigliezza
,, del loro intelletto dalla cognizione
,, delle coſe create o venivano gui-
32. ,, dati, o almeno potevano eſſere
,, guidati alla cognizione di Dio,
,, come chiaramente inſegna con
,, S. Paolo S. Tommaſo nella Piſtola
,, ai Romani: anzi è Dottrina di
,, S. Tommaſo, che gli ſteſſi idioti
,, Gentili col lume naturale poteva-
,, no arrivare alla cognizione della
,, prima Verità, ſe aveſſero fatto buon
,, uſo di quel lume, che il Signore
,, loro avea dato. Se dunque que-
,, ſti, ſebbene ſianſi di propria volon-
,, tà ritirati dalla cognizione della
,, prima Verità, ſono degni dell' o-
,, nore di Cavaliere, perchè non
,, douranno eſſerlo gli Eretici, quan-
,, tunque ſi ſiano ritirati dalla Ve-
,, rità.

,, Si riſponde: i Filoſofi Gentili,
,, che ſono arrivati alla cognizione
,, della prima Cauſa naturale di tutte
,, le coſe create, queſti mai ſi ſono
,, ritirati da tale cognizione; ed in-
,, tanto ſono rimproverati dall' Ap-
,, poſtolo, e dichiarati come Uomi-
,, ni ingiuſti, e ſoggetti al furore
,, della Giuſtizia Divina, perchè a
,, miſura della loro cognizione non
,, davano gloria, e lode a Dio, ed
,, ancora perchè non comunicavano
,, agl' idioti Gentili la loro cognizio-
,, ne: *quia*, come nota coll' Appo-
,, ſtolo, S. Tommaſo, *detinebant ve-*
,, *ritatem in injuſtitia.*

,, Se poi parliamo dei Gentili idioti,
,, queſti ſecondo S. Tommaſo ſo-
33. ,, no ſoggetti all' ira del Signore,
,, non già perchè ſi ſiano ritirati dalla
,, cognizione della prima Verità, ma
,, perchè non ſi ſono prevalſi di quel
,, lume naturale, che il Signore loro
,, aveva comunicato, per conoſcere
,, la prima Cauſa naturale. Non eſ-
,, ſendoſi mai dunque i Foloſofi, ed
,, idoti Gentili ritirati dalla cogni-
,, zione della prima Verità, ne mai
,, ribellati, come gli Eretici, dalla
,, vera Chieſa, che promeſſo aveva-
,, no di ſeguire; perciò queſti, co-
,, me mancatori ſolenni di parola,
,, e come nemici dichiarati della
,, Verità da loro già profeſſata, de-
,, gni non ſono di eſſere Cavalieri.

,, Si aggiugne, che ai Gentili la ve-
,, rità non ſolo ſopranaturale, ma
,, naturale ancora non era così ma-
,, nifeſta, come ſi è reſa con la ve-
34. ,, nuta di Criſto, e con la Predi-
,, cazione degli Appoſtoli, e Dottrina
,, de' Padri, e perciò eſſendoſi riti-
,, rati gli Eretici da una verità a lo-
,, ro tanto manifeſta, e che già a-
,, vevano abbracciata, e promeſſo
,, di ſeguirla, come mancatori aper-
,, ti di parola, non ſono degni di
,, eſſere Cavalieri. Può dirſi pertan-
,, to colla rifleſſione di S. Tommaſo,
,, che i Gentili hanno abbandonata
,, la prima verità per ignoranza, e gli
,, Eretici l' hanno abbandonata igno-
,, rantemente, mentre come dice
,, S. Tommaſo allora tal uno comette

un'

,, un' errore per ignoranza, per *igno-*
,, *rantiam*, quando lo commette in
,, modo, che ſe conoſceſſe, che
,, foſſe errore, non lo commette-
,, rebbe. Allora poi tal uno com-
,, mette un' errore ignorantemente,
,, quando lo commette in modo, che
,, ſebbene conoſca l' errore, tanto
,, lo vuol commettere. In queſta
,, guiſa, vale a dire per malizia a-
,, perta, ſi ſono ritirati gli Eretici da
,, una verità tanto manifeſta, e non
,, così li Gentili, per non eſſere a
,, queſti tanto manifeſta la prima Ve-
,, rità, e perciò gli Eretici non ſono
,, degni di eſſere Cavalieri, come i
,, Gentili.

SECONDA OBBIEZIONE

PARE in ſecondo luogo, che
,, l' accennata opinione ſi acco-
,, ſti a quella o di Michele Bajo
,, dannata da S. Pio V., e da Gre-
,, gorio XIII., cioè *tutto quel che*
,, *fà il Peccatore è Peccato*, o pure
,, a quella dannata di Gianſenio,
,, cioè, che tutte le opere degl' *In-*
,, fedeli, e degli Eretici ſiano pec-
,, cato. Pare ancora, che ſia op-
,, poſta alla ragione Teologica, a-
,, vegnacchè la bontà morale, che
,, trovaſi nelle noſtre operazioni, in
,, queſto viene diſtinta dalla bontà
,, ſouranaturale, e meritoria di eter-
,, na vita, che per avere la prima
,, bontà, baſta che la noſtra opera-
,, zione ſi accordi con la retta ragio-
,, ne, e prudenza; e per avere la
,, ſeconda, ſi rende neceſſario l' in-
,, fluſſo della grazia, che indirizzi i
,, noſtri atti col fine ſouranaturale.
,, Siccome dunque può l' Eretico u-
,, gualmente che l' Infedele, ſenza
,, grazia, e ſenza fede eſercitare atti
,, conformi alla retta ragione, e pru-
,, denza, che ſiano per conſeguenza
,, moralmente buoni, come ſarebbe
,, onorare i Parenti, ubbidire a Su-
,, periori, e ſoccorrere i Poveri; e
,, perchè non poſſono gli Eretici per
,, ragione di queſte Opre meritarſi
,, l' onore di Cavaliere?
,, Si riſponde in primo luogo, che ſia-
,, mo molto lontani dal dire con
,, Michele Bajo, e Gianſenio, che
,, tutte le opere degl' Infedeli, e degli
,, Eretici per mancanza di grazia, e
36. ,, Fede ſiano peccati; anzi che
,, confeſſiamo con la Chieſa, che
,, queſti ponno eſercitare atti moral-
,, mente buoni, e degni di tempo-
,, rale rimunerazione, come in ſen-
,, tenza di S. Agoſtino vennero rimu-
,, nerati i Romani, con l' eſtenſione
,, di tanti Regni: e da Noi ſi ſoſtie-
,, ne, che nella ſteſſa maniera Iddio
,, concede agli Eretici quella tempo-
,, rale rimunerazione addattata a
,, quella virtù morale, che veniva
,, da loro eſercitata: Ma dall' altra
,, parte ſiamo coſtanti nell' aſſerire,
,, che ſiccome il carattere di Cava-
,, liero è di mantenere la promeſſa,
,, e la parola, ſendoſi gli Eretici ſo-
,, lennemente ritirati dalla promeſſa
,, fatta al Signore, e dalla parola,
,, che danno nel Batteſimo di ſeguir
,, Criſto, non ponno perciò eſſere
,, degni del carattere di Cavaliere:
,, tanto più che mancano a Dio ſom-
,, mo loro Benefattore, e perciò
,, rendeſi più vile, e infinitamente
,, biaſimevole la loro mancanza di
,, promeſſa, e di parola. Aggiunga-
,, ſi per riſpoſta all' obbiezione Teo-
,, logica, che le noſtre Operazioni
,, ſono degne dell' Onore di Cavalie-
,, re, quando non ſono viziate da
,, qualche cattiva circoſtanza. Eſſen-
,, do pertanto le operazioni eſercita-
,, te dagli Eretici viziate dalla prava
circo-

„ circoſtanza di mancanza e di
„ promeſſa, e di parola; quindi è
„ che potrebbeſi ſoſtenere non eſ-
„ ſere in tutto rigore gli Eretici de-
„ gni del titolo, ed onore di Cava-
„ liere.

Folium Admodum Reverendi Patris

STEPHANI DE FLORAVANTIBUS

Sacerdotis Oratorii Sancti Philippi Cæſenatenſis

ERUDITISSIMI VIRI.

„ QUantunque la quiſtione pro-
„ moſſa dal Sig. Conte Pompo-
„ nio Torelli, ornamento ſingolare
„ della antichiſſima, e nobiliſſima
„ Famiglia di V. S. Illma, e Revma
„ al Libro primo della ſeconda par-
„ te del ſuo erudito Trattato del de-
„ bito del Cavaliero; cioè quali ſia-
„ no le Perſone, a cui giuſtamente
„ poſſa competere il vero carattere
„ di Cavaliere, e quali nò: ſia ſta-
„ ta da lui dottamente diſcuſſa, e
„ con le debite riſerve deffinita; on-
„ de niente rimanga da aggiungere:
„ Nondimeno a ſolo fine di rimo-
„ ſtrare ſempreppiù a V. S. Illma, e
„ Revma il mio coſtante oſſequio,
„ con cui mi fo pregio di ubbidire
„ ſenza replica ai veneratiſſimi ſuoi
„ comandamenti, eſporrò ſu queſto
„ punto il mio debole ſentimento.
„ Riſolve il dottiſſimo Autore, che agl'
„ Infedeli come Pagani, Turchi,
„ Perſiani, Indiani, e ſimili poſſa
„ con verità concederſi la preroga-
„ tiva di veri Cavalieri; ed all' op-
„ poſito debbano poi da queſta eſ-
„ cluderſi, così gli Ebrei, che gli
„ Eretici. Ed il motivo con cui ſta-
„ biliſce tanto l' una, che l' altra
„ riſoluzione ſembra veramente con-
„ vincente. Imperciocchè in ordine
„ agl' Infedeli chi può loro contra-
„ ſtare il ſuddetto pregio, quando
„ in eſſi può ritrovarſi tutto quello
„ in che conſiſte la vera Cavalleria;
„ vale a dire la virtù della giuſtizia,
„ e di più tutte quelle altre doti, e
„ virtù, che la debbono accompa-
„ gnare, come fortezza, ſincerità,
„ prudenza, e ſomiglievoli, enume-
„ rate dal lodato Autore, e prova-
„ te nel fine della ſeconda parte del
„ ſuddetto Trattato.
„ E in ordine a queſte ultime, che ſo-
„ no compagne della vera Cavalleria
„ non pochi argomenti ſomminiſtra
„ la Storia, che le dimoſtrano pra-
„ ticate in fatti dagl' Infedeli, Filo-
„ ſofi, Capitani, ed altri delle na-
„ zioni Gentili: anzi queſte virtù me-
„ deſime riconoſciute in eſſi, e com-
„ mendate dai Padri più venerabili
„ della Chieſa. *S. Agoſtino al Cap.*
„ *26. del lib. de Spiritu, & litera;*
„ parlando di queſte Opere virtuoſe
„ de' Pagani, ſcriſſe: *Quædam fa-*
„ *cta legimus, vel novimus, vel*
„ *audimus, quæ ſecundum juſtitiæ*
„ *regulas non ſolum vituperare non*
„ *poſſumus, verum etiam merito re-*
„ *cteque laudare. Al cap. 16. del lib.*
„ *5. de Civitate Dei*, l' ampiezza
„ dell' Imperio goduta da Romani
„ la riconoſce frutto, e ricompen-
„ ſa delle molte loro naturali vir-
„ tù. S. Girolamo in una lettera
„ a Demetriade: *Quid enim*, con-
„ chiude di tali Filoſofi parlando,
„ *multos Philoſophorum, & audivi-*
„ *mus, & legimus, & ipſos vidi-*
„ *mus caſtos, patientes, liberales,*
„ *benignos, amatores juſtitiæ non*
„ *minus ac Sapientiæ. Unde queſo*
„ *hominibus alienis à Deo iſta, quæ*
„ *Deo placent? Unde hæc illis bona,*
niſi

„ *niſi de naturæ lumine ?*
„ E la Sacra Scrittura altresì fa lodevole menzione di queſte tali virtù poſſibili ad eſercitarſi, ed eſercitate in fatti dagl' infedeli; come nell' Eſodo al primo, della carità delle Levatrici Egizie verſo i Bambini Ebrei rimunerata dal Cielo -- *Bene, ergo fecit Deus obſtetricibus, & quia timuerunt obſtetrices Deum ædificavit eis Domos*. Degli atti di Carità conſigliati a Nabucco per uno ſcampo degl' iminenti divini gaſtighi, come in Daniele al quarto -- *Peccata tua Eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum; forſitan ignoſcet Deus delictis tuis*. Siccome anco al cap. 8. del lib. 1. de Maccabei, dove ſi ricordano in particolare le virtù de' Romani, che Giuda Macchabeo avea udite da pertutto publicate dalla fama, cioè la loro prudenza ſingolare nel governo, e Magiſtrati, la loro fortezza, e valore, la magnanimità, patienza, e ſimili diffuſamente eſpoſte in quel luogo.
„ Ed è ciò tanto vero, che il Concilio di Trento alla ſeſs. *6.* can. 7. anatematizò Lutero, e Calvino, che da tutte le Opere de' Gentili eſcludevano non ſolo qualunque carattere di virtù, ma le aſſerivano ancora peccaminoſe. Lo che pure tornò a condannare S. Pio V., e Gregorio XIII. Sommi Pontefici in Bajo, che diſſe -- *Omnia Opera Infidelium ſunt peccata, & virtutes Philoſophorum ſunt vitia*, e recentemente in altri, che volevano ſoſtenere lo ſteſſo, Aleſſandro VII., e Innocenzo *XI*.
„ Ma non ſolo poſſono ritrovarſi negl' Infedeli le virtù, che ſecondo il Conte Pomponio ſono di puro ornamento alla Cavalleria, e che l' accompagnano; ma quella altresì, che ſoſtanzialmente coſtituiſce il vero Cavaliere, vale a dire la virtù della Giuſtizia; giacchè per eſercitare, ſoſtenere, e difendere la medeſima è ſtato inſtituito queſto grado, ed ordine, come ſi rileva dalla diffinizione della Cavalleria, che il lodato Scrittore fa precedere nella prima parte del ſopracitato libro pag. 17. E perchè la giuſtizia, come abito inclinante l' Uomo a dare a ciaſcheduno il ſuo, lo inclina, e lo porta principalmente a darlo a Dio ſupremo Principio, rendendogli con l' intelletto, e volontà il debito culto, ed obbedienza, e ciò a miſura del lume all' Uomo medeſimo conceduto: quindi è che nell' eſercizio di queſta giuſtizia in verſo Dio renduta eſſenzialmente, dee conſiſtere, e conſiſte ogni ſincera Cavalleria, come in fatti ſuppone l' Autore medeſimo.
„ Or poſto queſto per vero; quale difficoltà riconoſcerſi ne' Pagani poſſibile queſto culto di mente, e di cuore, e per conſeguenza queſti atti di giuſtizia verſo Dio, dal quale ogn' atto di umana giuſtizia prende la ſua regola? Manca forſe loro lume a ciò fare ſecondo le forze loro; ſe giuſta la fraſe del Profeta, ſegnato è sù di ciaſcheduno il lume del divin volto, e l' opera della legge è ſcritta sù di tutti li cuori? Perciò a queſto propoſito l' Appoſtolo al Cap. 2. della ſua Epiſtola ai Romani ſcriſſe -- *Gentes, quę legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt*. Cioè come commenta Cornelio à Lapide ſopra il citato teſto, che i Gentili a tenore del lume impreſſo loro dalla natura riconoſcono il

ſupremo

,, ſupremo autore della medeſima,
,, preſtandoli obbedienza, e confor-
,, mandoſi alli di lui precetti nella leg-
,, ge di natura ſtabiliti, almeno per
,, qualche tempo, e nelle coſe più
,, piane, e non in ragione di merito
,, al conſeguimento della grazia, e
,, gloria divina, giuſta le riſerve, e
,, limitazioni de' Sacri Teologi sù tal
,, punto riferite dal Bellarmino lib. 5.
,, *De Gratia*, *& Libero Arbitrio*
,, *cap. 9.* dentro i termini delle qua-
,, li intendiamo ſempre di contenerci
,, in queſta materia, per non aver
,, quì ad eſaminare più a minuto le
,, molte quiſtioni ſolite ad agitarſi
,, intorno alla grazia, come inop-
,, portune al noſtro intento.

,, Per la qual coſa in confermazione
,, di una tal verità il Cardinal Gae-
,, tano nel ſuo Commento ſopra la
,, ſuddetta Epiſtola ai Romani nel
,, cap. 2. di queſta vers. 14., così
,, commenta ſu le parole -- *Gentes*,
,, *quæ legem non habent naturaliter*
,, *ea, quæ legis ſunt faciunt*. I Gen-
,, tili col ſolo lume naturale, ſenza
,, quello di altra Legge -- *Naturali-*
,, *ter*, *hoc eſt ſine legis adminiculo*,
,, *naturali lumine rationis*, fanno le
,, coſe dettate loro dalla medeſima
,, legge di natura -- *Ea quæ legis*
,, *ſunt faciunt*. Tra le quali coſe
,, oſſerva l' Eminentiſſimo Interprete
,, doverſi appunto intendere partico-
,, larmente queſta giuſtizia di ricono-
,, ſcenza, e riſpetto al ſupremo Au-
,, tore del tutto dovuta, della quale
,, noi quì parliamo -- *Ea quæ legis*
,, *ſunt faciunt*, *intellige*, *non ſolum*
,, *honorare parentes*, *non furari*, *non*
,, *adulterari*, *& hujuſmodi*; *ſed etiam*
,, *colere unum Deum*, *& revereri*
,, *nomen ejus*. *Hæc enim ſunt mora-*
,, *lia*, *quæ legis ſunt*, *hæc ſunt quæ*
,, *naturali lumine gentes faciunt*.

,, Proſeguendo poi indi a rilevare
,, dalle ſteſſe parole Appoſtoliche, che
,, tutto queſto intender ſi debbe con
,, le riſerve, e limitazioni mentova-
,, te di ſopra.

,, E di queſto tenore parla pure il Car-
,, dinal Bellarmino *lib. 5. de gratia*,
,, *& libero arbitrio cap. 9.*, il quale
,, dopo avere affermato poſſibile ne-
,, gli Etnici queſto riconoſcimento,
,, ed obbedienza al Sommo Fattore
,, dell' univerſo -- *Poſſunt Ethnici*
,, *etiam ſine Fide Deum cognoſcere*,
,, *Deum eſſe*, *& curam noſtri gerere*,
,, *ut probatum eſt*; *proinde poterunt*
,, *operari bona moralia*, *ut Deo au-*
,, *ctori naturæ obediant*. Aggiunge
,, ancora un' altra prova di fatto ca-
,, vata dal ſogno di Scipione, dove
,, Marco Tullio introduce chi conſi-
,, glia a Romani la rettitudine nel go-
,, verno della Republica a motivo di
,, ſecondare il divino volere, cui era
,, gratiſſimo il giuſto, ed incorrotto
,, regolamento delle pubbliche, e pri-
,, vate coſe -- *Quomodo Marcus Tul-*
,, *lius in ſomno Scipionis monet ad-*
,, *miniſtrandam eſſe Rempublicam di-*
,, *ligenter*, *quia Summo Deo nihil*
,, *eſt gratius*, *quam ut concilia cœ-*
,, *tuſque hominum bene gubernentur*.

,, Ne vale, che poſto ancora tutto
,, queſto per vero, gl' Infedeli eſſen-
,, do ſempre Infedeli, tanto ſia lun-
,, gi, che in queſto ſtato poſſano ren-
,, dere giuſtizia a Dio, che anzi gli
,, rendono una ſomma ingiuſtizia
,, continvamente per queſta loro in-
,, fedeltà medeſima in cui ſi trova-
,, no. Concioſſiacchè, quando la in-
,, fedeltà non è a bella poſta voluta,
,, che dalle Scuole chiamaſi infedeltà
,, poſitiva, come quella degli Atei-
,, ſti formali, o quella degli altri
,, Gentili, a' quali foſſero ſtate le ve-
,, rità della Fede predicate, ma in-
fruт-

„ fruttuoſamente, de' quali dal Conte „ Torelli quì non ſi parla; ma è pu„ ramente infedeltà negativa prove„ niente da mancanza di chi ſcopra la „ verità, queſta non ha ragione alcu„ na d' ingiuſtizia verſo Dio, ne ha „ reato alcuno di colpa, come inſe„ gna l' Angelico Dottore *Secunda Se„ cundæ Queſt.* 10. *Art.* 1. Onde i Som„ mi Pontefici fra le Propoſizioni di „ Bajo condannarono la Propoſizione „ 68: , che dicea -- *Infidelitas pure „ negativa in his quibus Chriſtus non „ eſt predicatus peccatum eſt*. Or po„ tendoſi adunque dagl' Infedeli a mi„ ſura del lume loro naturale rendere „ a Dio gli atti di quella virtù, in cui „ eſſenzialmente conſiſte la vera Ca„ valleria, con tutta verità ſoſtiene il „ detto Autore, che a queſti poſſa „ competere il pregio di Cavalleria, „ e con ogni ragione inferiſce, che l' „ ordine Equeſtre tanto illuſtre fra i „ Romani, quello de' Cavalieri di „ Bombarza inſtituito, e goduto dagl' „ Etnici annoverare ſi poſſa fra gli „ Ordini de' veri, ed onorati Cavalieri.

„ Veduti i fondamenti, con cui l' erudi„ to Autore accorda agl' Infedeli la „ prerogativa dell' Ordine Cavallereſco, „ conviene ora paſſare alla diſamina „ di quelli, per cui da queſta eſclude „ gli Ebrei, e gli Eretici, che per ve„ rità appariſcono non meno convin„ centi de' primi, ſu de' quali ſi è aſ„ ſicurato dell' altra ſua riſoluzione. „ E quanto alli primi, per tacere d' o„ gn' altra coſa, abbaſtanza gli accuſa, „ e li dichiara da ſe medeſima del „ tutto incapace, e indegni di qua„ lunque carattere, che ſplendore por„ ti, ed onorevolezza, quella abomi„ nazione, infamia, e diſprezzo in „ cui ſono, dopo l' orrendo Deicidio, „ preſſo le nazioni tutte del Mondo: „ Imperciocchè eſuli quà, e là ſopra „ la terra reſtano affatto eſcluſi dalle „ Cariche, Magiſtrati, Graduazioni, „ da ogni ceto di Perſone onorate, „ privi di nobiltà, in guiſa che „ preſſo le Nazioni civili ſono in tal „ grado, che la maggior ingiuria, „ che poſſa affermarſi di un Uomo „ oneſto è il dire, che ha una ſtilla „ di ſangue Ebreo nelle vene della „ ſua diſcendenza. Coſe tutte da „ cui troppo è lontana la vera, ed „ onorata Cavalleria. Sicchè tutta „ la difficoltà debbe reſtringerſi ai „ ſoli Eretici, intorno ai quali ſem„ bra a prima viſta poſſa cadervi „ qualche dubbiezza.

„ Primieramente, perchè non ſembra„ no incapaci di quelle virtù, che „ adornano un vero Cavaliere, come „ ſono l' oſſervanza della buona ami„ cizia, la ſincerità, la fedeltà, ed „ altre ſimili da noi ricordate di ſo„ pra, e rinvenute ne' Pagani. Se„ condariamente, perchè ſi ritrova„ no infatti ancor di preſente fra di „ loro Ordini di Cavalieri, e Prin„ cipi, che li creano, e compartiſco„ no loro, come ſi uſa fra i noſtri, „ titoli, e premj. Niente di manco „ non potendo rinvenirſi giammai in „ eſſi quella giuſtizia, che debbe ren„ derſi a Dio, ma tutto all' oppoſi„ to una manifeſta ingiuſtizia; con„ vien quindi ancor eſſi, come gli „ Ebrei eſcluderli con il Conte Pom„ ponio dal ruolo de' veri Cavalieri.

E che coſa è l' Eretico preſo nel legiti„ mo ſuo ſenſo? Se non colui, che „ volontariamente erra, l' error ſuo „ pertinacemente ſoſtenendo intorno „ alle verità della Cattolica Fede, „ che profeſsò nel Batteſimo. Così „ l' Ereſia deffiniſce sù l' autorità con„ corde de' Santi Padri, e Teologi „ Monſignor Dandini nel ſuo aureo „ Trattato -- *De Suſpectis de Hereſi*

prælim-

,, *præliminar.* 12. *n.* 7. -- *Hæreſim eſ-*
,, *ſe errorem intellectus voluntarium*
,, *contra aliquam propoſitionem Ca-*
,, *tholicam cum pertinacia aſſertum*
,, *ab eo, qui Baptiſmum ſuſcepit.* E
,, così pure quaſi con le ſteſſe fraſi
,, in più luoghi del Gius Canonico
,, è circonſcritto l' Eretico, princi-
,, palmente per l' errore, e pertinacia,
,, che ſono le due qualità più eſſen-
,, tiali dell' Ereſia. Al cap. 21. queſ.
,, 3. la diſcrepanza dell' Ereſia dallo
,, Sciſma aſſegnandoſi, in primo luo-
,, go ricordaſi queſto errore, di cui l'
,, Eretico è colpevole. -- *Inter Hære-*
,, *ſim, & Schiſma hoc intereſſe arbi-*
,, *tror, quod Hæreſis perverſum dog-*
,, *ma habeat, Schiſma vero propter*
,, *Epiſcopalem diſſenſionem.* Dove la
,, gloſſa ſpiega -- *Strictè ſumitur*
,, *Hæreticus quia errat in fide.* E in-
,, torno alla pertinacia, con cui l' er-
,, ror preſo dall' Eretico ſi tiene, e
,, difende, così parlaſi al cap. 31.
,, della ſteſſa quiſtione -- *Qui in*
,, *Eccleſia Chriſti morbidum aliquid*
,, *pravumque quid ſapiunt, ſi correcti*
,, *reſiſtunt, & mortifera dogmata e-*
,, *mendare nolunt, ſed defenſare per-*
,, *ſiſtunt, Hæretici ſunt.*

,, Ben ſi vede pertanto da tutto ciò,
,, quale giuſtizia può render giammai
,, l' Eretico a Dio, portato anzi tut-
,, to all' oppoſito a comettere contro
,, di eſſo la più enorme ingiuſtizia,
,, non volendo aſſoggettare il proprio
,, intelletto in tutte le coſe, che ſi è
,, degnato all' Uomo di rivelare, giu-
,, dicandolo capace d' ingannare, o
,, ingannarſi in ciò che rivela, ri-
,, bellandoſi empiamente da lui, e
,, dalla ſua Chieſa, e negandogli la
,, debita obbedienza, e riſpetto sì
,, riguardo a quelli, che coſtituiti
,, egli avea ſupremi Reggitori di eſſa,
,, quali ſono i ſommi Pontefici, sì
,, alle ordinazioni, e leggi, che in
,, eſſa ſi oſſervano, e cuſtodiſcono.

,, Nulla giovando a toglierli da queſta
,, ingiuſtizia il ſolito preteſto dell'
,, ignoranza: quaſi che, ſe certi foſ-
,, ſero della divina rivelazione di ciò,
,, che non credono, giammai nega-
,, rebbero a Dio tale oſſequio di fe-
,, de. Imperciochè dato ancora, che
,, così foſſe, può queſta eſſere ſcuſa
,, di quei ſoli Eretici, che ſi chiamano
,, di buona fede, o col linguaggio
,, delle ſcuole materiali, de' quali quì
,, non ſi parla, e ne pure li ricorda
,, il ſopra lodato Autore; ma non
,, giammai degli altri, che ſono tali
,, nel vero ſenſo, e comunemente
,, preſi ſotto il nome di Eretici, che
,, formali ſi appellano, compreſi, e
,, deſcritti nelle accennate definizio-
,, ni. E ciò per l' abbondanza de
,, mezzi, che hanno, e poſſono ave-
,, re con tutta facilità per aſſicurarſi
,, di queſta certezza della divina ri-
,, velazione intorno alle verità Catto-
,, liche: donde deriva, che ſe non
,, credono, è perchè non vogliono,
,, e non per altro motivo; e così l'
,, ingiuſtizia loro, di cui ſono rei ver-
,, ſo Dio, appariſce del tutto mani-
,, feſta, ed ineſcuſabile.

,, In pena, e deteſtazione della quale
,, però con tutta ragione i Concilii,
,, e i Sommi Pontefici qualunque E-
,, retico riconoſcendo per infame, lo
,, dichiararono incapace, e indegno
,, di tutte le grazie, ed onoranze
,, Eccleſiaſtiche; e gl' Imperatori pu-
,, re Teodoſio, e Valentiniano nella
,, Legge *Quicunque* §. *Univerſi Cod.*
,, *de Hereticis, & Manicheis* pri-
,, vano gli Eretici del Cingolo mili-
,, tare, del conſorzio degli Uomini
,, oneſti, e del Palazzo Imperiale.
,, E Federico Imperadore nella legge
,, *Credentes Cod. eodem* li dichiara

„ *ipſo facto* infami, li priva delle pubbliche cariche, ed officj, e gl' inabilità fino a poter rendere pubblica teſtimonianza per altrui. Ma più finalmente per l' intento noſtro per queſto iſteſſo motivo fra le principali ordinazioni ſtabilite nelle fondazioni de' più illuſtri Ordini cavallereſchi, vi ſi legge queſta particolarmente di eſcludere tutte le perſone ſoſpette ſolamente, non che macchiate di formale Ereſia; come lo riferiſce Franceſco Sanſovino ordinato particolarmente in quello della Garatiera in queſti termini - Niuno ſia eletto compagno dell' Ordine, ſe non è ſenza menda, cioè ſe alcun Cavaliero, che Iddio non voglia, è ſtato convinto, e ſoſpetto di Ereſia, o di errore contro la Fede. Tanto che reſti ſempre vero, che agli Eretici non poſſa giuſtamente competere queſto carattere della vera Cavalleria; ſiccome con ogni fondamento ſuppone il Sig Co. Torelli.

„ Per tanto alla prima delle difficoltà fatte precedere a queſta riſoluzione, ognuno ben vede quanto facile, e chiara ſia quindi la riſpoſta; cioè ch' è veriſſimo poter trovarſi, e trovarſi in fatti negli Eretici, e fortezza, e ſincerità, e retta miniſtrazione di Governi, e conſimili virtù, che la Cavalleria accompagnano, e adornano: anzi è ciò tanto vero, che per queſte iſteſſe virtù loro ſi può con ogni ragione credere, che Dio in terra, come i Romani li ricompenſi, e co' poſſedimenti di Regni, e Provincie, proſperità di Commerci, e ſimili temporali felicità; ma che eſſendo poi tutte queſte puro fregio, e corteggio della vera Cavalleria, non già la ſoſtanza, e l' eſſenza di eſſa, tale eſſendo, e non altra, la ſola giuſtizia, che rendeſi a Dio primo eſemplare, e regola di ogni altra, e queſta altresì ad eſſi onninamente mancando, come abbiam provato ſin quì; ne deriva quindi, che per queſta mancanza non ſi poſſa ad eſſi concedere quella vera Cavalleria, che non fu negata a' Romani, e agli altri Infedeli.

„ Alla ſeconda obbiezione fondata ſul fatto, cioè, che ſuſſiſtono ancor di preſente fra gli Eretici Ordini, e titoli di Cavalieri; con pari ragione, e facilità riſpondeſi, che *multa facta tenent, quæ fieri prohibentur*. Tutta la ſuſſiſtenza loro ſi fonda ſul fatto, non ſul Gius, e la retta ragione. Siccome in que' Paeſi, e Nazioni tante altre coſe reggono Miniſteri, Podeſtà, Gradi ſol tanto proprii di perſone ſacre, e di particolari qualità fornite, nè per queſto alcuno le giudica coſe vere, e realmente tali quali appariſcono, reſtringendoſi ogni loro formalità al ſolo nome, ſenza la vera ſoſtanza: eſſendoche queſte coſe medeſime ſuppongono in chi le riceve il merito, non lo conferiſcono: onde ogni qual volta queſto manchi, manca ancor in eſſe la verità dell' eſſer loro. E di tale natura ſono appunto, e gli ordini, e le diſpenſe de' Titoli Cavallereſchi, di qualunque genere ſi ritrovino fra gli Eretici. Tanto è vero, che il Conte Torelli nell' erudito ſuo libro del debito del Cavaliero ebbe tutto il fondamento di affermare, poterſi accordare agl' Infedeli, e negarſi agli Ebrei, e agli Eretici il pregio di Cavalieri.

Queſto

,, Queſto ſi è il modo, o vogliam
,, dir la natura degli Ordini, e del
,, le diſpenſe de' Titoli Cavallereſchi
,, di qualunque genere, e condizione
,, ſi ritrovino fra gli Eretici; coſe
,, tutte, che appoggio alcuno non
,, hanno ſopra gius e ragione, man-
,, cando loro l' unico, e vero fon-
,, damento, che la virtù è della giu-
,, ſtizia riſguardo a Dio, e riſpetto
,, a ciò, che ſi compiacque alla vera
,, Chieſa di rivelare, ſiccome ſino ad
,, ora provammo; Sopra il qual
,, principio tutta ſi fonda la ſuſſiſten-
,, za della Cavalleria; e così queſti
,, titoli, e diſpenſe hanno tutto l'eſ-
,, ſer loro ſul fatto, e non ſopra al-
,, cun'altro ſtabile, e giuſto fonda-
,, mento. Tanto è vero, che il Si-
,, gnor Conte Pomponio Torelli nell'
,, erudito ſuo Libro del Debito del
,, Cavaliere ebbe tutto il motivo di
,, affermare, poterſi con ſicurezza ac-
,, cordare agl' Infedeli il pregio di
,, Cavalieri, ed altresì poterſi negare
,, agli Ebrei, ed agli Eretici.

,, Eccovi, o dottiſſimo Prelato il mio
,, debole ſentimento, che quì alla
,, meglio induſtriato mi ſono di eſ-
,, porre a tenore di quello, che V. S.
,, Illm̃a, e Revm̃a, e in voce, e in
,, iſcritto ſi degnò d'impormi; or-
,, dinandomi preciſamente, che ſvi-
,, luppaſſi più largamente, e più dif-
,, fuſamente m'ingegnaſſi dilucidare
,, quanto in compendio, e con ſom-
,, ma penetrazione avea ſcritto il
,, Conte Torelli nel ſopraccennato
,, Libro. Se però queſto non cor-
,, riſponde, come certamente ſarà
,, alla dilei aſpettazione, la ſupplico
,, a volerlo attribuire alla inſufficien-
,, za mia, che ben conoſco moltiſſi-
,, ma, e non già a diffetto di buon
,, volere, e di diligenza, perchè mi
,, proteſto con tutta ingenuità,
,, che ho avuto, ed avrò ſempre
,, a ſomma gloria, e contento il
,, poterla in ogni occaſione a miſu-
,, ra delle deboli mie forze ubbidi-
,, re; degnandoſi intanto ſupplire
,, coll'alto ſuo intendimento a tutto
,, quello in cui manca, togliendo
,, ciò, che non ſia alla verità ap-
,, poggiato, o pure malamente eſ-
,, preſſo, ed aggiungendo quello,
,, che facea di meſtieri addurre, per
,, maggiormente illuſtrare una tale
,, dottrina, onde V. S. Illuſtriſſima,
,, e Reverendiſſima rimaneſſe come
,, meritava interamente appagata,
,, ſiccome ho deſiderato, e tenta-
,, to di farlo. E rinovandole l'at-
,, teſtato del mio più profondo riſ-
,, petto e delle infinite mie obbli-
,, gazioni, nel bacio del Sacro lem-
,, bo paſſo a ſoſcrivermi quale ho la
,, gloria di eſſere.

Epiſtola Admodum Reverendi Patris

MAGISTRI DOMINICI ANTONII TORNIELLI.

Illm̃o, & Revm̃o Sig. Sig. Prõn Colm̃o

,, CON quanto piacere ricevei i
,, comandi ſempre veneratiſſimi di
,, V. S. Illuſtriſſima, e Reverendiſs.
,, con altrettanto diſpiacimento mi
,, rieſce ora il doverli adempiere, e
,, per rapporto a ciò, in cui debbo
51. ,, ubbidirla, e per riſguardo a
,, quello che in ſimile argomento ne
,, diede già alla luce l' Illm̃o Signor
,, Conte Pomponio Torelli di ſem-
,, pre glorioſa, e ſempre onorata
rimem-

,, rimembranza; e in fine per ciò, che
,, ſu tale ſoggetto ne ſcriſſero altri
,, Uomini di ſperimentato ſapere,
,, e di profonda Dottrina. Pure
,, non potendomi in verun modo e-
,, ſimere dalla onorata, e malage-
,, vole incombenza, dirò ciò che
,, mi ſuggeriſce il debole mio talento.
,, Verte la Quiſtione, ſe il Carattere
,, onorato, e riſpettabile del Cava-
,, liero, che il ſopra nominato Si-
52. ,, gnor Conte Pomponio nella
,, *parte ſeconda del Libro primo al-*
,, *le carte* 21. *del ſuo Aureo Trat-*
,, *tato Del Debito del Cavaliero*
,, accorda alli Mori, Perſiani, Tur-
,, chi, Indiani, e Idolatri, debba
,, poi negarſi agli Ebrei, ed agli E-
,, retici.
,, E primieramente debbeſi preſuppore,
,, procedere la Quiſtione, non di fat-
,, to, o di ciò, che o per il paſſato,
,, o preſentemente accada intorno
,, alla Iſtituzione di alcun Cavaliero,
,, come pure dalla ſola ſemplice de-
,, nominazione derivante eziandio
,, da Perſona; che autorità abbia,
,, e gius di crear Cavalieri: ma
,, procede ſol tanto intorno a ciò,
,, che l' eſſere di Cavaliero eſigge,
,, e intorno ai meriti intrinſeci, che
,, alcuno ha, di eſſere dichiarato ta-
,, le: di ſorte che mancando, o l'
,, uno, o l' altro, vi rimarrebbe
,, il ſolo Nome, e il ſolo eſteriore
,, Vocabolo. Su di una tale ſuppo-
,, ſizione, e niente manco diſcorre
,, il prelaudato Autore, come chia-
,, rameute deduceſi dalla ſua ra-
,, gione.
,, Debbeſi in ſecondo luogo preſuppor-
,, re, che non qualunque azione
,, virtuoſa, o magnanima rende l'
,, Uomo degno del Carattere di Ca-
53. ,, valiero. Imperciocchè ſiccome
,, ogni abito virtuoſo riconoſce
,, per ſuo conſtitutivo l' eſercizio
,, di una virtù, ſenza della quale
,, non ſarebbe abito virtuoſo in
,, quella ſpecie; ed altri atti di vir-
,, tù, ciò nulla oſtante abbraccia,
,, come compagne, ed ornamento:
,, così l' eſſere di Cavaliere riſguar-
,, da una principale, e conſtitutiva
,, virtù, ſenza della quale non ſareb-
,, be Cavalleria; non eſcludendone
,, molt' altre come abbigliamento, e
,, come maggior perfezione. Ciò
,, preſuppoſto, chiaro appariſce, per-
,, chè Cavalieri eſſere poſſino i Gen-
,, tili, e gli altri come di ſopra,
,, e non altrimenti gli Ebrei, ed E-
,, retici.
,, Se la Giuſtizia è quella, che un ve-
,, ro, e Nobile Cavaliere conſtitui-
54. ,, ſce, e differenzia da chi non
,, è tale; di ſorte che ogni altra
,, virtù, o dote d' animo, che un
,, Uomo poſſegga non baſta per
,, dichiararlo Nobile, o Cavalie-
,, ro, eſſendo le altre virtù di
,, ſolo ſemplice ornamento all'
,, Eroe: potendoſi queſta otti-
,, mamente riverire in un Paga-
,, gano, ne naſce per legittima
,, illazione, che queſti poſſa eſſere
,, aſcritto all' onorevole Ruolo di
,, Cavaliero.
,, Ecco la baſe fondamentale, ſu cui il
,, ſopra nominato Conte Pomponio
,, appoggia il ſuo raziocinio, e da
,, cui prende la ragione di diſcrepan-
,, za fra Gentili, e gli Ebrei, ed
,, Eretici.
,, Nè vi è certamente chi poſſa mette-
,, re in dubbio poterſi ritrovare co-
,, teſta giuſtizia nel Gentile. Imper-
,, ciocchè la Giuſtizia null' altro eſ-
55. ,, ſendo, che un' atto con cui l'
,, Uomo rende ad ognuno ciò che
è ſuo

,, è ſuo, e dovendoſi queſta ſpecial-
,, mente eſercitare verſo Dio, da
,, cui ogni atto di Umana Giuſtizia
,, prende la ſua regola; il Gentile,
,, che Iddio come Autore di natura
,, riconoſce e adora, ad eſſo appun-
,, to, come autore della natura ren-
,, der può ogn'atto poſſibile di Giu-
,, ſtizia. Così fecero gli Antichi Ro-
,, mani, e perciò preſſo di loro ve-
,, ro e reale vi fu il titolo di Cavalle-
,, ria, il quale anco preſentemente
,, concede eſſere il Conte Pomponio
,, in chiunque Gentile, in cui que-
,, ſto atto neceſſario di Giuſtizia in-
,, verſo Iddio ritroviſi. Per lo con-
,, trario quale Giuſtizia rinvenir mai
,, potraſſi in un Eretico; anzi di
,, quale ingiuſtizia non ſarà brut-
,, tamente macchiato? egli che più
,, del gentile fu da Dio dotato di
,, cognizione, e di lume, è anco in
,, dovere di corriſpondere maggior-
,, mente; onde da Dio per l' Ere-
,, ſia ribellandoſi, non ſolo non ren-
,, de ciò che dovrebbegli, ma per-
,, tinacemente gli nega, e ciò che
,, gli conviene, e ciò che con giu-
,, ramento ſolenne promiſe. Quindi
,, tanto è vero che a Dio giuſtizia
,, ei renda, che piuttoſto poſitiva-
,, mente ingiuſto chiamar lo dobbia-
,, mo: e ſe tale; come degno poi
,, del bel fregio di Cavaliero? L'
,, Uomo ogni qualunque volta per
,, la grazia batteſimale elevato ſij ad
,, un' Ordine ſovranaturale, è in
,, debito di riconoſcere, e credere
,, in Dio, non ſolamente come
,, Autore della natura, ma eziandio
,, come Autore ſovranaturale, e con-
,, ſeguentemente a Dio come rive-
,, lante; di ſorte che oſtinatamente
,, negando di preſtar Fede o a mol-
,, te, o ad una ſola coſa, che da
,, Dio ſii rivelata, queſt' Uomo non
,, rende a Dio Giuſtizia, anzi è in-
,, giuſto. Ora addomando: uno che
,, ſij Eretico, non è egli elevato,
,, mediante la Santa Grazia, che nel
,, Batteſimo ricevette all' Ordine ſou-
,, ranaturale? Certo che sì: e ſe e-
,, gli è Eretico, come ſupponiamo,
,, non nega oſtinatamente ciò che
,, da Dio fu rivelato? altrimenti
,, Eretico non ſarebbe; conſiſten-
,, do la natura dell' Eretico nell'
,, aver errore nell' intelletto, e per-
,, tinacia nella volontà. Dunque ciò
,, pertinacemente negando, non è
,, ribelle a Dio? non è ingiuſto? non
,, è mancator di Fede? non porta
,, ſeco la nota d' Infamia? come
,, dunque potrà eſſere vero Cava-
,, liere? Qui sì che ognuno ad una
,, voce mi riſponderà non negare
,, alcuna coſa, la quale ſij dal Sig.
,, Iddio rivelata, o almeno che ſcien-
,, temente ſappia eſſere tale. Ed io
,, riſpondo, che di queſti tali non
,, parlo, ſiccome di queſti neppure
56. ,, parla il Sig. Conte Pomponio:
,, Mà ſol tanto quì ſi fa menzione
,, di un Eretico formale: dunque
,, di uno il quale pertinacemente, ed
,, oſtinatamente ſi opponga, o a Det-
,, ti Divini, o alla Divina Rivela-
,, zione. Nè vi è alcuno di ſana
,, mente, e di qualunque ſetta egli
,, ſij, il quale non aſſeriſca, che
,, l' Eretico formale ſi oppone perti-
,, nacemente o ad alcuna o a mol-
,, te delle verità rivelate, così ſo-
,, nando il vocabolo di Eretico: dun-
,, que nemmeno ſaravvi alcuno, il
,, quale negar poſſa, che l' Ereti-
,, co non ſij ingiuſto con Dio, e
,, mancatore di ſua giurata parola:
,, dunque indegno del riſpettabile
,, Carattere di Cavaliero. Io poi
,, non mi oppongo, che un Ere-
,, tico non poſſi eſſere fornito di

molte

„ molte virtù Morali, di Fortezza
„ cioè, di Prudenza, di Magnanimi-
„ tà, e di Giuſtizia eziandio col Prin-
„ cipe ſuo, e col Proſſimo. Mà che
„ rilevano in lui queſte virtù, ſe la
„ principale gli manca, e la conſti-
„ tuente? egli poſſiede ciò, che ſer-
„ virebbe a maggiore ornamento,
„ ſe adorno foſſe della Giuſtizia in
„ verſo Dio, che ſola è baſe e fon-
„ damento di tutta la Cavalleria. E
„ quantunque indegno ſii del Tito-
„ lo di Cavaliere, non per queſto
„ indegne ſono di premio le altre
„ virtù che lo adornano. Degno e-
„ gli è di lode, e di rimunerazione
„ eziandio; ma non già di quella,
„ della quale noi quì parliamo, eſ-
„ ſendone per la ſua ingiuſtizia po-
„ ſitivamente indegno.

„ Lo sò ancor' io, che la pratica raſ-
„ ſembra che dimoſtri tutto il con-
57. „ trario; mentre oggi giorno da
„ Principi ſi diſpenſano Titoli di Ca-
„ valiero eziandio agli Eretici; lo
„ sò, e non lo niego: ma sò anco-
„ ra, che il mentovato Sig. Conte
„ Torelli non fa parola ſul fatto, o
„ ſu l' eſperienza de' tempi andati, e
„ futuri; ma ſolo diſcorre di ciò
„ che l' eſſere di Cavaliero intrin-
„ ſecamente eſigge; ſiccome ognu-
„ no sà, che il Principe dichiara,
„ nomina, dà il Titolo di Cava-
„ liero, ma nè dà, nè può dare il
„ merito di eſſerlo; e ſoltanto lo
„ ſuppone in quel Soggetto, ch'Ei Ca-
„ valiero denomina. Che ſe foſſe al-
„ trimenti, vero Cavaliero, e dell' o-
„ norato Ordine Equeſtre dir dou-
„ rebbeſi eziandio un Mercenario
„ cantante, mutilo, e manco ne
„ membri ſuoi, e pure talvolta inſi-
„ gnito di un ſimil carattere.

„ Rimarrebbe ora a dimoſtrare, perchè
„ il prelaudato Autore eſcluda gli E-
„ brei dall' Ordine Cavallereſco; ma
„ poichè non credo poſſa eſſervi
58. „ alcuno, che a gente profuga,
„ ed eſule ſoura la Terra da tutti
„ deriſa, e vilipeſa a cagione dell'
„ infame Deicidio commeſſo, poſſa
„ accordare ſimile onore; perciò ſti-
„ mo ſuperfluo a dimoſtrarlo con ul-
„ teriori ragioni, queſta ſola per
„ tutte baſtando a ſufficientemente
„ convincerlo.

„ Ecco quanto Illuſtriſſimo, e Reve-
„ rendiſſimo Monſignore ho ſaputo
„ ridire ſulla propoſta Quiſtione.
„ Per altro a me ſembra, che il ſem-
„ pre lodato Sig. Conte Pomponio
„ Torelli in poche parole, ma ſo-
„ ſtanzioſe, abbia detto intorno a
„ ciò, quanto mai proliſſamente
„ poſſa ſcriverſi da altri; mentre
„ colla ſola virtù della Giuſtizia,
„ come baſe, e fondamento di ogni
„ vera nobiltà, ha Egli ſaputo diſtin-
„ guere ogni vero Cavaliero da chi
„ non è tale. A me ſolo dunque
„ rimane, che V. S. Illuſtriſſima,
„ e Reverendiſſima accetti di buon
„ grado queſte mie poche, e tenui
„ rifleſſioni fatte all' inconcuſſo dot-
„ trinale del dottiſſimo Sig. Conte
„ Pomponio, ſiccome umilmente ne
„ la ſupplico; ſempre però rimetten-
„ domi a quanti di me più ſaggia-
„ mente hanno ſcritto, o ſono per
„ ſcrivere in ſimil materia.

Quæ ſuperius comprobavimus de præ-
dictarum Nationum incapacitate E-
queſtris Gradus, etiam in genere
ſumpti, & ſolum jure Natalium E-
quitis, eo magis ſibi locum vindi-
cant quoad efformandam veram
Religionem, vel Ordinem Eque-
59. ſtrem; vel pro admiſſione ad illam
Religionem, vel Ordinem Equeſtrem,
ob talem in dictis Nationibus, vel
Ho-

Hominum genere deficentiam requiſitorum ſubſtantialium Ordinis, vel Religionis, de quibus egimus in Diſcurſu.

Hinc paſſim in Ordinibus, & Religionibus Equeſtribus, & Militaribus, peculiaribus Statutis cautum eſt, ne admittantur Deſcendentes ab Hebræis, aliiſque infectis turpi nota Nationibus. Sic eſt in Statuto Religionis Hieroſolymitanæ: *Del Ricevimento de' Fratelli tit.* 2. *n.* 7. ubi legitur -. *Non ſi dia l' Abito dell' Ordine noſtro ad alcuno, il quale diſcenda da' Giudei, Marrani, Saraceni, o da altri Maomettani.*

In Statuto autem Ordinis Sancti Stephani Papæ, & Martyris *tit.* 2. *cap.* 3. habetur quoad qualitates Candidati -. *Tragga origine da' Criſtiani veri, e non da Eretici, o Infedeli.* Super qua, & conſimili materia agimus in noſtro Diſcurſu *De Puritate Sanguinis, Tomo Secundo.*

Hactenus conſtabilitis theoricis, patens eſt Equites, Equeſtreſque Ordines ab
60. incapacibus conditos, cum verè, & propriè ſubſtantia Equeſtris Gradus, & Ordinum Equeſtrium deficiat, non pollere intrinſecis dotibus Equeſtris Dignitatis: & quamvis de facto apud prænominatorum Hominum genus, in uſu ſint Equites, ac reſpectivè plures Equeſtres Ordines; voce tamen tenus tales ſunt, ſimplici nuncupatione, & titulo Equeſtres Cœtus, Equiteſque vocantur; ita ut ſolum Nobilitatis ſignum ſecum ferant. Quamobrem Nos in ſupradicta Noſtra Nomenclatura, ut integra ſit, ob eam rationem ſimpliciter quoſcumque Ordines referimus.

Hinc etiam eſt, quod ſi Militaris Religio in Schiſma, non obediendo Summo Pontifici, veluti a ſuo Capite turpiter deficiat, aut in Hæreſim nefariè labatur, amplectendo Doctri-
61. nas oppoſitas Doctrinis, & Veritati, quam tenet, & docet Sancta Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, omnium Mater, & Magiſtra, amplius dici non poteſt vera, & propria Religio. Sicque etiam ſimplex Ordo Religioſus, ob prædicta definit eſſe talis, evaditque inordinatio, & confuſio, ut monet *Joannes Soranzo in Volumine: L' Idea del Cavaliere, parte prima, fol.* 141., loquens *de Ordine della Gartiera*, olim in Anglia florente, & ob Schiſma, & Hæreſim everſo.

Repetendo itaque diſtinctionem ſuperius relatam, jam patet, quod ab illius Tehorica minime diſcordant ea, quæ tradit ſæpe laudatus Abbas *Bernardus Juſtinianus* in ſuo Volumine: *Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari, e di tutte le Religioni Cavallereſche p.* 1. *cap.* 1. *a pag.* 3. *cum ſeqq.*, *& par. ſecunda cap.* 95. §. *Anco in queſto pag.* 860. quæque Nos ſcripſimus in Noſtro *Diſcurſu Primo*, ubi oſtendimus Equitis Gradum, & Eque-
62. ſtres Ordines, originem, normamque ſumpſiſſe etiam ab Ethnicis in conſtitutiva ſubſtantia, cum Virtutibus Moralibus, juxta deſcriptionem allatam in primo *Noſtro Diſcurſu a n.* 55., quique introduxere Equitis Nomen, & Ordinis, pro honorifico Gradu, & pro Teſſera Gloriæ, & Honoris, ac Nobilitatis titulo, ipſaque nuncupatione, ac quatenus in ipſis vetuſtis Equitibus, & hujuſmodi Cœtibus prudentes Regulæ nonnullis munitæ virtutibus moralibus Civilem Societatem, bonumque Reipublicæ Regimen tangentibus, emicuere.

Quarto tamen loco juxta ſeriem concluſionum ſuperius expoſitarum in planam

planam emicat conſequentiam, quod gradus Equitis, & Equeſtres Ordines integre, & perfecte ſubſiſtant apud nos Chriſtifideles, & in Catholica Eccleſia viventes, qui veras ex
63. inſtituto noſtro virtutes ſectamur, quibus ſubſtantialiter innititur ipſe gradus Equeſtris, atque Equeſter Ordo, ut late oſtendimus in *Noſtro Diſcurſu primo n. 109., & 110.*, quemadmodum eleganter hanc materiam explanando, proſequitur ſæpe laudatus Noſter Agnatus *Comes Pomponius Torellus in dicto ſuo Tractatu del Debito del Cavaliero.*

Quæri hic poteſt, an Viro Catholico fas ſit Equitis inſignia recipere ab Infidelibus, vel Hæreticis. Rem hanc fraternizantibus terminis, examinant Moraliſtæ, ſub puncto liciti, vel il-
64. liciti quoad Catholicos, uſus veſtium, quibus in eorum terris induuntur Eterodoxi; in qua Quæſtione cum diſtinctione procedunt. Si hujuſmodi Veſtes important falſæ Sectæ proteſtationis ſignum, ut ſi in ipſis Idola v. g. acu picta exponantur, vel tantummodo ſtatutæ ſint ad falſam Sectam ſignificandam, & tunc certum eſt non licere illis uti: aut veſtes illæ præfatum ſignum non exhibent, nec ad illud ſtatutæ ſunt, neque ullum in eis adeſt Idolum, ſed ſolummodo ordinatæ ſunt ad ſigni-
65. ficandam Nobilitatem, ſive alium uſum, & in his terminis gravi cauſa concurrente, non damnatur talium veſtium uſus, juxta Doctrinam quam tradit b. m. *Anſelmus Dandinus Patricius Ceſenas, & doctus olim in Romana Curia Prælatus, in ſuo Volumine. De Suſpectis de Hæreſi cap. 5. ſect. 2. n. 57.*

In puncto autem acceptationis Teſſeræ, ac Torquis Equeſtris e manibus Infidelium, aut Hæreticorum, conſimilis adhibetur diſtinctio: ſi enim ſermo ſit de Teſſera, vel Torque Ordinis Equeſtris, vel Religionis, ſecum ferentis profeſſionem regulæ, vel inſtituti, cum ſuis peculiaribus
66. Legibus, aut Juramentum Obedientiæ, vel quid ſimile; tunc Chriſtianus, Virque Catholicus nequaquam acceptare poteſt, debetque ab eo recuſari, & ſi acceptaretur, adhuc verum Equitis Gradum minime conſequeretur: Aut ſolum loquimur de ſimplici Teſſera Nobilitatis argumentum importante. Poſſe acceptari ſuſtinent; ut in propoſito Equeſtris Torquis, quam Selimus ſecundus Turcarum Tyrannus dono dedit Gentili Bellino Pictori Veneto, quemque idem Selimus ſecundus a Veneta Republica exquiſiverat, ut ad Conſtantinopolitanam Urbem ſe conferret ad pingendum, pro ut ſe contulit, & in dicti Selimi Palatio pinxit, ut tradit: *d. Ab. Juſtinian. d. par. 2. cap. 92. §. Stabilito l'imperio, & §. Anco pag. 857., & pag. 860. P. Philippus Bonanni n. 139. Hiſtoria Gallico Idiomate Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. ſub Tit. Ordres Militaires Etran-*
67. *gers n. 1. L'Ordre du Croiſſant Chez Les Turcs pag. 397.*; de quo Gentile Bellino meminit *Sanſovin. Dell' Origine de' Cavalieri lib. uno, §. Chi faccia Cavalieri, pag. 11., juxta impreſſ. Venetam apud Hæredes di Marchio Seſſa* 1570., ubi indeciſum relinquit premiſſum punctum, ſicuti etiam eodem *Sanſovino* relato nullam Deciſionem.

Hinc legimus Henricum Quartum Galliarum Regem acceptaſſe quidem anno 1596. delatam ab Eliſabeth An-
68. gliæ Regina Hæretica Teſſeram Ordinis Periſcelidis Anglico Idiomate *Jartier*; ſed cum anno 1600.

Dominum

Dominum de Caſtres Equitem Hie-
roſolymitanum in Angliam miſiſſet,
ut poſſeſſionem dicti Equeſtris Gra-
dus acciperet, hunc Regis nomine,
obligationem de ſervandis ſtatutis, e-
miſiſſe, ſed cum proteſtatione, quod
il a procederet in iis, quę contraria
Catholicæ Religioni non eſſent, ſub
hac verborum formula. *Nous, par la*
Grace de Dieu, Roi de France, e
69. *de Navarre, Jurons, vovons, &*
promettons ſolemnellement ſur nôtre
Honneur, en parole de Roi, que nous
obſerverons, & maintiendrons les
Statuts, & Ordonnances, du tres No-
ble Ordre de Monſieur S. George,
nommè la Jarrettiere, en ce que ils
70. *ſe trouveront contraires a noôtre*
Religion Catholique, Grandeur, &
Majeſte Royale, ni aux Statuts, &
Ordonnances de nos deux Ordres du
Benoit S. Eſpirt, & Monſieur S. Mi-
chel. En temoin de quoi nous avons
ſignè la preſente de nôtre main, & icel-
le fait ſceller de notre Scel Secret. A
Roven le 2. Octobre 1596., ut vi-
dere eſt in Volumine Gallico Idio-
mate: *Hiſtoire Des Ordres Militaires,*
Ou Des Chevaliers, Tome Troiſieme
A Amſterdam. Chez Pierre Brunel
MDCCXXI., *ſub numero 61. Les*
Chevaliers De la Jarretiere pag.
369.
Nunc quoad Equites primo loco no-
minatos, jure Sanguinis ſcilicet,
& Natalium, ſciſſi ſunt inter ſe de
hac Equeſtri materia Scribentes; plu-
res namque Gradum hunc Equeſtrem
ajunt, nulla lege vel Principum,
aut Populorum Pragmatica ſanctione
probari, nulla præterea ratione ful-
ciri; ſi enim primævam Equeſtris
71. Ordinis Originem inſpicimus, ex-
ploratum habemus, ſubdunt hi Au-
ctores, illum inſtituiſſe Romanos pro
Militia, unde Equites anulo deco-
raſſe aureo, ex publico Equum præ-
ſtitiſſe, prævia etiam probatione, ta-
lem poſſidere quendam Cenſum, E-
queſtrem nuncupatum. Hinc cum in
his Equitibus jure Sanguinis nihil
ex prædictis concurrat, aut aliqua
conſimilis demonſtratio, ut puta E-
quitis inauguratio, & in albo Equi-
tum deſcriptio, chimerica detegitur
hæc Equitum Claſſis, imaginarius
titulus, & idealis Eques, ut ratio-
cinatur *d. Card. de Luca d. cap.* 8.
Plures e converſo ſunt, qui ſuſtinent
vere etiam dari Equites jure Nata-
lium, ſicuti antiquitus apud Roma-
nos jure ſanguinis aderant Equites.
Enim vero Ordo Equeſter, ſecundus
inter Ordines Populi Romani, Sena-
torium nempe, Equeſtrem, & Popu-
larem, ſivè Plebejum, ſuam primæ-
vam Originem a Romulo traxit;
72. ſed ſucceſſivis temporibus Reges,
Reſpublica, & Imperatores tot Ho-
noribus auxerunt, ita ut pro dicto
Ordine eligerentur ii, quibus Cen-
ſus Equeſter eſſet, anulo aureo di-
ſtinguerentur, iis Equus Publicus a
Cenſore aſſignaretur, & anguſto
Clavo uterentur, ad diſcrimen Se-
natorum, qui purpura utebantur;
juxta ea quæ lato calamo expoſui-
mus in primo, ſecundo, et tertio Di-
ſcurſu, addimuſque *Jo. Roſinum An-*
tiquit. Roman. Libr. 1. cap. 17.
Hinc qui Patre natus eſt Equite, is
Equeſtri loco natus eſſe dicitur; qui
Patre natus eſt Senatore, is non E-
queſtri loco, ſed Eques dicitur, ut
73. proſequitur *Roſin. loco citato*
verſ. Senatorum autem Filii: & ex-
plicat Paulus Manut. in Additam.
ad Ambroſ. Calepin. verbo Eques, &
fuſius Antiquit. Romanar. in Libro
de Civitate Romana inſert. in Mi-
ſcellan. Italica erudita collect. per
Gaudentium Robertum tom. 1. pag.

Nobis 174. *Paradis. Ateneo dell' Uomo Nobile part.* 4. *cap.* 14. *n.* 3. & quod Antiqui Romani haberent
74. Equites jure Nataliūm, & Sanguinis, non obſcure tradit *Ovidius de ſua Familia ſoquens, de Ponto Lib.* 4. *Elegia* 8.

Si genus excutias, Equites ab Origine prima
Uſque per innumeros inveniemur Avos.

Et de Triſt. Lib. 4. *Eleg.* 10.

Uſque a Proavis vetus Ordinis Hæres
Non modo fortunę munere factus Eques.

& Amor. 3. 8., *&* 9.

Ecce recens Dives parto per vulnera Cenſu
Præfertur Nobis, ſanguine factus Eques.

de quibus etiam videre eſt *d. Pitiſcum d. Lexicon. verb. Equites*, *et Equeſter Ordo pag.* 101.

Et quod detur Eques jure Sanguinis, liquet ex verbis Conſtitutionis Fride-
75. rici Imperatoris Anno 1232. ibi. *Ad Militarem Ordinem nullus accedat, qui non ſit de Genere Militum*: videlicet ut loquuntur Galli -- *Race de Chevalerie l' honneur de la Chevalerie*, & diximus *Diſcur.* 2. *ſub n.* 64.

Imo tales Equites nuncupabantur Illu-
76. ſtres, Specioſi, Inſignes, Splendidi: omnes enim illi, qui ex Antiqua Familia Equeſtri orti erant, Equites ſplendidi vocabantur: *d. Pitiſcus, ubi ſupra pag.* 101.

Liquet proinde quod Natalibus ſpectatis, & ſanguinis jure dumtaxat, erat quis, & nuncupabatur Eques.
77. Unde non immerito apud Populos introductum videtur, ut Natalium ſplendore ſpectato, paſſim Nobilibus Equitis Titulus tribuatur, quo attento, tot omni ęvo modernis, antiquiſque temporibus prodiere Scriptores in ſpecie de his jure Natalium Equitibus tractantes, inter quos non ultimum locum tenet *Noſter d. Agnatus Pomponius Torellus* in ſuo Volumine, cui Titulus: *Del Debito del Cavaliere, antecedentibus Diſcurſibus allegatus; Soranzo l' Idea del Cavaliero par.* 1. *pag.* 61. 62. *&* 66.

Tot etiam circumferuntur Volumina, quibus de Equeſtri ſcientia Equitum Jure Natalium tractatur, ut cæteris
78. conſulto ommiſſis indicaſſe ſufficiat *Darium Attendulum: Il Duello. Camillum Baldi delle Mentite, ed Offeſe di Parole; & ejuſdem: Congreſſi Civili. Biragum Opere Cavallereſche. Carolum Antonium Manzini: Il Duello ſchernito, Mutium: Il Gentiluomo. Utream: Dialogo del vero Onor Militare. Berlingerium Geſſi: La Spada di Onore: Pareri Cavallereſchi: lo Scettro Pacifico. Joſeph Mariam Grimaldi: Nuova Aſta d' Achille. Joſeph Anſidei: Trattato Cavallereſco, contro l' abuſo del mantenimento delle private Inimicizie. Comitem, & Canonicum Caſtiglioni.*

Jam igitur ſatis conſtat ratione, & conſuetudine inſimul conſpirantibus factum eſſe, ut in tot Civitatibus, totque Regnis, intra extrave Italiam, nuncupatio hæc Equitis merito tribueretur Nobilibus Viris. His quo-
79. circa attentis concludimus, quod præmiſſa opinio negans dari Equitem Natalibus, intelligenda eſt, & procedit, ſi accipiatur Equitis Gradus in ſua propria, & intrinſeca quidditate, & attenta ſua prima, valde remota, & intermediata origine, pro Bello; altera autem opinio affirmans procedit, & intelligenda eſt, aut ſpectato Romanorum ſupra laudato more, aut per quandam analogiam, ad indicandam Nobi-

Nobilitatem Familiæ, a qua talis deſcendit, & ſic generaliter, & honorifice tantum, & in mera nuncupatione, aut quando in illa Regione viget mos ſic nuncupandi Viros Nobiles, ut generaliter de huiuſmodi nuncupatione teſtatur prænominatus *Noſter Torellus in allegato Volumine: Il Debito del Cavaliere, lib. 1. par. 1. pag. 8. d. Franciſcus Sanſovin. dell Origine de' Cavalieri pag.*
80. *10. lib. 1., Io. Soranzo in allegato Libro: Idea del Cavaliere pag. 62. par. 1., & in Vocabulario Etruſcæ linguæ, cui Titulus: Vocabulario degli Accademici della Cruſca, Volume primo in verbo Cavaliere* §. 7., ibi -- *Cavaliere di queſto Titolo di Dignità ſi chiama Perſonaggio, che viva Cavallereſcamente alla grande con luſtro, e dà Gentiluomo, e tal'ora ſi eſtende inſino ai Re; & in Vocabulario De Las Dos Lenguas Toſcana, y Caſtellana de Chriſtoval de las Caſas par. 2. verb. Cavallero*, ibi -- *Gentiluomo, Cavaliero, Patrizio*.

Cum ergo in tribuendo hanc Equitis nuncupationem, ne res totaliter i-
81. dealis reddatur, ſervanda ſit aliqua analogia, & proportio cum antiquo Ordine Equeſtri, & more Romanorum, quia nimis exorbitans eſſet aptare omni, & cuicumque, qui ſit Nobilis; ergo neceſſe eſt, quod in illo ſic nominando verificetur aliqua qualitas peculiaris, quæ præſeferat Imaginem antiqui Ordi-
82. nis Equitum, ex. grat., quod ſit deſcendens ab aliquo antiquo Milite fama celebri, Exercitus Ductore, Illuſtri Copiarum Duce, in propoſito Militis habetur in uſibus Fœudorum, *in Tit. de Vaſſal. Milit.*, *qui arma Bellica depoſuit*: & *in Titul. ſeqq.*, *cum aliis apud Solon., ex Comitibus de Campello, ad Conſtit. Ducat. Urbini Annotat. ad Decret. 30. a numero 268. cum ſeqq.*, aut
83. quod ejus Familia Populis imperitaverit, vel Fæudis, Titulisque fuerit, aut ſit decorata, vel deſcendat ab Equite creato, juxta tradita per *Jo. Soranzo in dicto Volumine l'Idea del Cavaliero p. 1. p. 62.*

Hinc licet in ſua propria ſubſtantia & quidditate, ut diximus, Equites ſint pars Militaris, & ideo Cuſtodes Civitatis nuncupentur *ad Tex. in lege Unica ibique Glos. de Equeſt. Dignit. lib. 12.* Virque Nobilis, quouſque Armorum Tractatione, generoſis Operationibus ſanguinis ſui Claritatem manutenet, Eques non immerito vo-
84. cetur; ſi tamen Armorum tractatione relicta, vel a Deo vocatus ad Vitæ perfectionem in aliqua regulari Religione Monaſticum habitum reciperet, vel ad ſcientiarum Profeſſionem tranſiret, ac Doctoris Laurea decoratus, uti talis nuncuparetur, aut in Cathedralibus Eccleſiis Canonicatu, ſive Abbatia decoraretur, vel Eccleſiaſticæ Prælaturæ in Aula Romana Nomen daret, rigoroſe loquendo amplius ei Equitis Titulus non congrueret, niſi jure Sanguinis Equitis Titulus accipiatur, prout in hunc ſenſum accipi debet mos Titulum hunc Equitis tribuendi pluribus I. V. D. pluribuſque Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, vel Abbatiæ titulo præditis, aut Romanæ Curię Prelatis: non enim eorum Profeſſione dirigitur, ſed ob Nobilitatem eorundem Familiarum, & ad oſtendendum illorum Nobilitatem Equeſtrem eſſe, ac ab Equeſtri Dignitate promanantem, & ita jure Sangvinis Equeſtrem qualitatem habere, ut bene explicat ſæpe laudatus Noſter Agnatus *Co. Pomponius Torell. in Tract. del Debito del Cavaliero, par. 1.*

p.1. pag.8. a tergo,& pag. 10. a tergo, ubi ſubiungit, quod quamvis prædicti, qui novam, & a gradu Equitis
85. diverſam aſſumpſere Provinciam ſolo generoſo ſanguine ſuppeditare res præclaras gerant, quas ignobiles non geſſiſſent, totum erit acceſſorium novo Miniſterio, non proprium prioris Officii ibi.. *E ſe bene eſercitando altro meſtiero in eſſo cogli ſpiriti del Sangue produrranno Operazioni, ch' altri di diverſa ſchiatta non produrrebbe, queſto sarà come acceſſorio alla Profeſſione loro nuova, e non proprio di quella che tralaſciarono.* Unde hos Equites jure Natalium cuicumque facultati vel Profeſſioni addictos, quomodo ſe gerere debeant in individuo docet idem noſter *Comes Pomponius in d. Tractatu par. quinta.*

At ſi inquiratur an hic jure Natalium Equitis Titulus majorem in ſe Nobilitatis notam importet, ac ille Nobilis, & Patricii, & ut Italice dicimus *Gentiluomo*, antequam ſenſum noſtrum aperiamus, prius quæ Doctores circa dictum Vocabulum *Di Gentiluomo*, & quid idem importet, ſcriptum reliquerunt, exponamus oportet. Sane nomen, & attributum hoc *Gentiluomo*, cum ſit æqui-
86. vocum poteſt duplici modo intelligi; generice ac large videlicet, & ſpecifice ac ſtricte, juxta ſubiectam materiam, & factorum circumſtantias. Profecto primo modo, & ſic generice illud conſiderando, certum eſt, quod *Gentiles* dicuntur, qui ex
87. eadem Familia ſunt, & ejuſdem Nominis: *Ambros. Calepinus verbo Gentiles; unde Cicero primo Tuſcul. ait: Meo regnante Gentili, hoc eſt Servio Tullio, qui ejuſdem Nominis erat. Tiraquel. de Nobilitate cap. 2. n. 53., & cum eo Sac. Rota Dec. 1. n. 22. Tit. 7. de Donat: cor. clar. me. Card. Falconerio.*

Sicque Gentiles pro Agnatis intelliguntur, & qui de eadem Familia ſunt, prout Gentis appellatio refertur e-
88. tiam ad Agnationem. *leg. ſæpe ita 53., & lege pronuntiatio 195. ff. de Verbor. ſignificat., ibique Glos, verb., & gente. Alciat. in Tract. de verb. ſignif. ſup. n. 18. Anton. Nebriſſenſis in Vocabulario utriuſque Juris verbo Gens. Petr. Gregor. Tholoſan. in Syntagm. Jur. Univerſ. lib. 18. cap. 3. num. 2. in fine.*

89. Rurſus Gentilis Homo appellatur quaſi ingenuus ab origine, & cujus majores ſervitutem nullam prorſus ſubierunt, videlicet ab adſcriptitis, & conditione quadam obnoxiis diſtinguentem. Ingenuus autem eſt ille, cui a nativitate competit Libertas,
90. quia non eſt factus liber, ſed natus, ſive ex duobus ingenuis Matrimonio editus eſt, ſive ex Libertinis duobus, ſive ex altero Libertino, & altero ingenuo, & capite non ſunt diminuti §. *ingenuus inſtit. de ingenuis, & habetur apud Ciceronem, in Topicis ad Trebatium, Azo in ſum. C. de Ingenuis. Anton. Nebriſſen. in Vocabular. utriuſque Juris, verbo Ingenuus; & tradit dictus Pater Honoratus lib. 1. Diſſert. 2. Art. 2. in notis Litt. A pag. 29., ubi cum Cicerone* ſubdit, quod Gentiles dicuntur illi, qui originem trahunt ab
91. ingenuis, quorum majores in ſervitutem non fuerunt. Itemque illi, qui non obedjebant Populo Romano, ac Populi Idololatræ: tandem Homines robuſti, & generoſi, & Bello addicti, ut apud *Marcellinum lib. 17. Hiſtoriæ Octavianus Gentilius de Patriciorum Origine libr. 1. cap. 3. n. 8.* Quemadum Capitis diminutio triplex eſt, maxima, minor ſeu media,

media, & minima. Prima eſt quando quis ſimul amittit Civitatem, ac Libertatem: ſecunda quando Civitas
92. amittitur, & Libertas retinetur: tertia quando Civitas retinetur, & libertas, *ad tex. in §. maxima §. minor, & §. minima inſtit. de Capit. Diminut. d. Nebriſſen verb. Capitis Diminutio Rot. d. Dec.* 1. *n.* 22. *Tit.* 7. *de Donat. cor. Card. Falconerio*. Itidem Gentiles Homines dicuntur illi, qui ſunt diſtincti aliquo modo ab Ignobilibus, qui Ignobiles, Plebei, Villani, & Ruſtici appellantur, ut cum *Tiraquel. de Nobilit. cap.* 2. *n.* 53., *firmat Rota d. Dec.* 1. *n.* 22. *Tit.* 1. *de Donationib. cor. Card. Falconerio*.

Et tandem liquet, quod vocabulum *Gentiluomo*, & aliud conſimile *Nobile* generice ſumptum, late poteſt conſiderari, aptumque eſt compre-
93. hendere omnes illos, qui ob aliquam qualitatem, & circumſtantiam quocumque loco etiam humili nati ſint, & vixerunt ad differentiam Turbæ Plebejorum, Nobiles generice dici poſſunt privatæ Nobilitatis, ac Nobiles Nobilitate ſimplici, & legali, cum revera nullus fere videatur locus, in quo de facto non adſint Perſonę Nobiles vulgo nuncupatæ
94. *Gentiluomini*, ut notavit *Card. de Luca de Præemin. Diſc.* 32. *n.* 14. *& illud verbum Nobilis*, *&* vulgo *Gentiluomo*, aut *Gentildonna* generice ſumptum aptum eſt omnibus iis
95. tribui, qui legaliter tales dici poſſunt, de Nobilitate ſimplici, & legali, de qua eſſe dicuntur Perſonæ Divites Nobiliter viventes, atque ab omni mercenario exercitio abſtinentes, quamvis aliquam Mercatu-
96. ram, ſeu Negotiationem excerceant, quoties illa non ſit minuta, & mechanica, & non exerceatur per ſe ipſum, ſed per Famulos, & Miniſtros, ut totidem verbis proſequitur *d. Card. de Luca de teſtam. Diſc.* 84. *n.* 5., *&* 6. *quem refert, & ſequitur Rota dicta Dec.* 1. *n.* 26. *Tit.* 17., *de Donation. cor. Card. Falconerio*, *ubi ſub verſ., & ita* ſubdendo notat; quod & hoc ipſum Italico Idiomate declaratum habetur in Vocabulario Etruſco inſcripto, *Cruſca in verbo Gentiluomo*,
97. *Uomo Nobile*, *latin. Vir Nobilis*, *Patricius. Boc. Novel.* 67. §. *Tu ſei direttamente Famiglio, da dover eſſer caro a un Gentiluomo di queſta Terra. Petrus Richelet in ejus Nouveau Dictionaire François Tom.* 1. *verb. Gentilhomme, ibi: Le mot de Gentilhomme ſignifie, qui eſt Noble d'extraction., qui eſt Noble de race, & de naiſſance. Criſtoph. de las caſas in ſuo Vocabulario, De las dos lenguas, Toſcana, y Caſtellana, part. prima, verb. Gentiluomo, Cavallero, Hidalgo, & de d. Decis.* 1. *cor. Falconerio ſub Tit. de Donat.* mentionem facit *d. Octavianus Gentilius de Patriciorum Origine libr.* 4. *cap.* 6. *n.* 10.

Quibus perpenſis Theoricis ſequitur,
98. quod qualitas di *Gentiluomo*, & idem eſt de qualitate *Nobilis*, verificatur etiam in illo, qui loco humili natus eſt, nec rigoroſam Nobilitatem importat, ſed ſatis eſt, quod legalem habeat Nobilitatem: & ſic legatum, vel Subſtitutio facta ex. grat. in vocatione Fœminę, ſi
99. nupſerit con un *Gentiluomo*, nulla alia addita qualitate, debetur Fœminę, quæ nupſit Viro, licet humili loco nato, aut commoranti, ingenuo tamen, & ſic ex Familia Nobilitate ſimplici, & legali pollente, quæ ad conſtituendum Genti-

100. Gentilem hominem ſufficit, ad quod non requiritur rigoroſa Nobilitas, ut magiſtraliter firmavit *Rota*, *in Reatina Donationis*, *ſeu Fidei Commiſſi 6. Maii 1709. a §. Obſtaculum cor. clar. mem. Card. Falconerio*, *inter ejus impreſſ. d. Dec. 1. a n. 21.*, *cum ſeqq. ſub Tit. 17. de Donation.*, *quam refert*, *ut diximus*, *d. Octavianus Gentilius Lib. 4. cap. 6. n. 10.* Quę vero conſtituant Nobilitatem ſimplicem, & legalem late
101. expoſuimus *in Diſcur. ſuo loco* in alio Volumine. Quatenus autem ſpectat ad ſtrictam propriamque ſignificationem nominis di *Gentiluomo*,
102. ſive *Nobilis*, hæc importat Virum Nobilem, & Patricium, hoc eſt perfecta, & ſanguinis Nobilitate, ad quam acquirendam quatuor requiruntur Generationes, comprehenſo pri-
103. mo acquirente, & cœtera concurrere debent, quæ exponimus in peculiari Diſcurſ. de Nobilitate, & addimus *Bonfin. in annot.*, *ad Bannimenta Generalia Status Eccleſiaſtici cap. 46. n. 10.*, *ubi plures allegat.*, quodque Vocabulum Gentilis
104. Hominis, Italice *Gentiluomo*, in Italia, Gallia, Hiſpania, & alibi deſignet Viros Nobiles, cum *Tiraquello de Nobilit. cap. 2. n. 5.*, *aliiſque tradit d. Octavianus Gentilius de Patricior. Origine &c. Lib. 1. cap. 3. ſub n. 10.*, *qui ſubdit Caſſaneum in Cathalogo Gloriæ Mundi p. 8. Concluſ. 3. aſſerere*, *plures ſe facere appellari Gentiles Homines*, *quam Nobiles*.

Nec ommittimus notare, quod qui
105. Natalibus Eques eſt, nobilior eſt illo, qui creatur Eques, quia in iſto ſolum verificatur accidens, in primo autem eſſentia, ut inquit *Soranzo l' Idea del Cavaliere par. 1. pag. 62. ſicut* qui Natalibus Eques eſt, & poſtmodum creatur Eques,
106. longe nobilior eſt illo, qui ſolum Eques eſt Natalibus, ob rationem, quod in eo jungitur eſſentiæ accidens, ut inquit *d. Soranzo l' Idea del Cavaliere part. 1. pag. 62.*

Jam vero devenientes ad reſponſionem prænotatæ Inquiſitionis, retentiſque terminis ſecundæ Partis eorum, quæ nuper expoſuimus, ſicque ſermonem eſſe de Viro Nobili, & ut diximus *Gentiluomo* juxta propriam eſſentiam
107. illius, & ita de Viro Perfectæ Nobilitatis juxta relatam diſtinctionem, in promptu reſponſio eſt, quod ſive conſideretur intrinſece primaria
108. Origo Ordinis Equeſtris, apud Romanos, ſive leges, aut ſtylus, & mores Civitatum, imo & Regnorum tum in Italia, tum extra, hæc nuncupatio Equitis, ac etiam graduatio minime importat Majoritatem Nobilitatis; ſiquidem ut antecedenter in Diſcurſibus oſtendimus, Romæ Equitum Claſſis non erat prima in Ordine Nobilitatis, ſed ſecunda; prima quippe erat illa Patrum, & Senatorum, a quibus, qui ortum originemque trahebant, tanquam Patrum Progenies Patricij dicebantur. *Roſin. d. cap. 17.*, *verſ. Non enim omnes Pa-*
109. *tricii. Manut. in d. lib. de Civitate Romana pag. nobis* 171. licet Patres, ſeu Senatores poſterioribus temporibus etiam crearentur ex Plebe. *Fran. Robortellus de Familiis Romanorum inſert. pariter in antedicta Miſcellan. Tom. 1. pag. 643. verſ. Non omnes autem Patricii. Alex. ab Alex. Gen. Dier. lib. 4. cap. 11.*, *& lib. 5. cap. 18.*, *Card. de Luca: Il Cavaliere*, *e la Dama cap. 8. n. 18.*

Sic etiam in pręcipuis Italiæ Civitatibus Primaria Nobilitate florentibus, non Equitis, ſed Nobilis, & Patri-
110. cii, ac di *Gentiluomo* titulus tri-

buitur

buitur Viris Illuſtrium Familiarum,
ut Lucæ, Januæ, Venetiis. Liquet
etiam hoc ex ipſis Regulis Nobiliſ-
ſimarum Equeſtrium Religionum, ut
Sancti Joannis Hieroſolymitani, in
qua cum exigatur probatio veræ, &
111. generoſæ Nobilitatis Familiæ Can-
didati, exprimitur ſub nomine di
Gentilhomo, ut videre eſt in inſtru-
ctionibus, quæ dantur Commiſſariis
pro examine Teſtium in conficiendis
probationibus Nobilitatis, regiſtratis
in Volumine Statutorum ejuſdem Re-
ligionis: *Del ricevimento de' Fratelli
Tit. 2. pag. Nobis 19. ſub n. 18. ibi.
Officii, Magiſtratj, o Dignità, o
Gradi di Maggioranza ſoliti darſi
ſolamente alli veri Nobili, e Gen-
tiluomini*: & ex Statuto Sacræ Re-
ligionis Divi Stephani, exigentis
pari modo generoſam Nobilitatem
112. *tit. 2. cap. 3.* circa probationes
faciendas, dicitur. *Che ſiino diſceſi da
Caſate Nobili, che abbino avuto, e
goduto quelle maggiori Dignità, e
Gradi, che ſolo i più Nobili Gentil.
uomini ſogliono godere &c. ma viſſuti
da Gentiluomini.*

Additur, quod ſi Eques natiuus talis
dicitur, ut ſupra expoſuimus, jure
ſanguinis, & conditione Familiæ
Nobilis, Nobilis autem Patricius,
ac Gentilis Homo, idem eſt circa
113. unam, eandemque ſubſtantiam, da-
ri nequit plus, & minus; & Mercuria-
lis homo, homo plus, aut minus
non eſt, quam Valerianus homo:
non ergo Equitis nati titulus majo-
rem infert Nobilitatis notam, quam
inferat titulus Nobilis Patricii, aut
Gentilis Hominis, qui enim Stirpis
Nobilitate caret, vere non eſt Gen-
114. tilis Homo, & Gentilis Hominis
titulus eam vim retinet, ac titulus
Equitis, juxta notata per *Paradis. in
Volumine, cui titulus: L' Ateneo
dell' Uomo Nobile tom. 1. par. 1. cap.
2. n. 2., ubi* ſubdit, quod talis nun-
cupatio Equitis in Italiam translata
fuit ab Hiſpanis, qui ſic vocant il-
los, quos nos nuncupamus *Gentiles
Homines*, hoc eſt Homines ex No-
bili Familia Nobiles. Unde invaluit
apud Gallos proverbiale dictum *Gen-*
115. *til homme come le Roi*; de quo *Richel.
in ejus novo Dictionario Gallico, ver-
bo Gentilhomme, & Hiſpani: Nobre
come el Rey dinero, notanto.*

Pariformiter in Regnis exteris hic titu-
lus Equitis non ſignificat primum
Ordinem Nobilitatis. In Luſitaniæ,
& Hiſpaniarum Regnis, quibus qua-
116. tuor vigent Nobilitatis Ordines,
Primus Ordo eſt *Magnatum*, vulgo
Grandi Portugalliæ, ac reſpective
Hiſpaniarum, quique Regum placi-
tis creantur. Secundus *Os Fidalgos*,
apud Luſitanos, & apud Hiſpanos
Os Hialgos. Tertius Equitum, Lu-
ſitanice *Homem Cavalliero*, & Hiſ-
panice *Hombre Cavallero*. Quartus
Nobilium *Homem Nobre* a Luſitanis,
Ombre Noble ab Hiſpanis.

Scimus quidem in nonnullis Italiæ
præclaris Civitatibus hanc Equi-
117. tis nuncupationem denotare Vi-
rum Nobilitate conſpicuum. Scimus
in aliis Civitatibus, hoc Equi-
tis uocabulum eſſe synonimum
cum uocabulo Nobilis, Patricii, aut
Gentiluomo, quemadmodum accipitur
118. in hac noſtra Patria, ubi promiſcue
adhibetur talis nuncupatio, ſub illa
tamen reflexione, quod ſi agatur de
materiis Civilibus, ut de Contracti-
bus, vel cauſa Mortis, vel inter vi-
vos, tunc adhibetur titulus Nobilis,
& Patricii Viri, ac di *Gentiluomo*,
& quoties tractatur de Re ad Eque-
ſtrem Scientiam, ad queſtiones Eque-
ſtres ſpectante, utimur nuncupatione
Equitis jure Natalium.

Et

Et id ipſum apud probatiſſimos Scriptores, huicque rei fidem pręſtare *Franciſcum Petrarcam*, qui in Cantiun-
119. cula ad Nicolaum Renzo Romanum Civem *inter Rithmos eiuſdem p.3. incipien; Spirto gentil, che quelle membra reggi* in fine ait-- *Sopra il Monte Tarpeo Canzon vedrai
Vn Cavalier, che tutta Italia honora.
Dant. in Purgatori o 14.
Le Donne, i Cavalier, gli affanni, e gli agi.
Ludovicum Areoſtum in Celebri Poemate inſcripto-- Orlando Furioſo Cant: 1. Stat: 1. Le Donne, i Cavalier, l' Arme, gl' Amori: et Stat. 22. O gran bontà de' Cavalieri Antiqui; et alibi paſſim. Matthæum Mariam Bojardum in conſimili, cui titulus: Orlando innamorato Cant: 1. Signori, e Cavalier ſete adunati.*

Quapropter concludimus in hac ma- materia deferendum eſſe uſui, et conſuetudini Patrię; neque ſtatui poſſe legem generalem omnibus aptabilem locis. Certum tamen eſt, quod hæc nuncupatio *Cavaliere* eſt nomine tenus, ſolumque generice
120. ſumitur, et in Inſtrumentis ut diximus, cœteriſque contractibus nunquam pro Perſonę titulo adhibetur, cum titulus hic ſolum tribuatur Equiti, vel Armato, Torque, vel
121. Cruce inſignito. Admiſcetur quidem in contractibus aliquando hęc Equitis qualitas, veluti quando initur obligatio ſub fide Equeſtri, ex: grat: *Obbligo la Fede di Cavaliero. Sopra la Fede ſua di Cavaliero.* Vn-
122. de apud Scribentes quęritur, an dicta verba habeant vim iuramenti, et defectum inſinuationis ſuppleant in donatione; et quamvis materiam hanc diſtinguat *Riminaldus Iun: Cons: 531. a n. 75. uſque ad finem*, quod aut obligato fit ſub Fide Theologica ſe referente ad Deum, et ad Religionem Chriſtianam, ſeu ad res ſacras, et tunc habet vim juramenti: aut fit ſub Fide humana, ex: grat.
123. ſub Fide Principis, aut ſub Fide Nobilitatis; et tunc non habet vim juramentj. Nihilominus licet allata diſtinctio ſit verior in puncto juris, et Ferrariæ urgere poſſit *Riminaldi* opinio; non attendi talem diſtinctionem, et ea non obſtante, dicta verba habere vim Iuramenti, pluribus allegatis, teſtatur *Spada Cons. 167. a n. 4. cum ſeq. Vol. 3.*

Præſuppoſita autem generalis Iuramenti vi in donatione, de Iure communi, ſupplere Inſinuationem, ut
124. certum concludit *Spada d. Conſ. 167. n. 6. Tom. 3.*

Solumque limitatur, ſi in loco contractus adſit ſpeciale Statutum, circa Inſinuationem, præſumens Iuramentum, dolo et vi extortum, aut requirens copulative inſinvationem, et Iuramentum: tunc enim Iuramen-
125. tum Inſinuationis defectum minime ſupplet: *Spada d. Conſ. 167. n. 7. Tom. 3.*, et in terminis Statuti Noſtri Forolivij *Paulut. Diſſertat. 8. n. 59. et 62.* ac in illis Vrbis Romæ *Coſtantin: ad Statut: Vrbis Annotat. 43. n. 16., et 17.*

Cœterum ſtat firma Concluſio, Virum Natalibus Nobilem æqualem eſſe cuicumque Equiti, conditionem pri-
126. vatam non excedenti, ut cum *Mutio libr. 3. cap. 8.* teſtatur *Ioſeph Anſideus Patricius Peruſinus, in ſuo Volumine, cui titulus: Trattato Cavallereſco contro l' abuſo del Mantenimento delle Private Inimicizie libr. 5. cap. 15, §. Egli è ben vero, verſ. Hora è da ſaperſi* pag: Nobis 135. *Paradis. Ateneo dell' Vomo Nobile d. Tom. 1. part. 1. cap. 2. n. 2.*

Non eſt tamen negandum, etiam in hac

hac paritate inter Nobilem, & Equitem, præferendum eſſe Equitem, qui inſimul ſit Nobilis in materia honorificentiæ, & preeminentiæ, quia duplicem obtinet qualitatem. Ita ex
127. majoribus prerogativis unum Equitem eſſe præferendum alteri conſuluit *Menoch. Conſ.* 126. *per tot.* Atque hujus Patriæ Noſtræ leges diſcrimen ponut inter Graduatos, & non Graduatos Conſiliarios, nam Graduati preferuntur aliis, qui ta-
128. men omnes Conſiliarii indiſtinctè eadem adamuſſim pollent Nobilitate derivante a loco Conſilii, quem obtinent, ac conſtituente illos in Ordine Patricio, ut diximus in Diſcurſu de Nobilitate: unde Graduati ſunt, &
129. dicuntur primi inter pares.

At mente tenendum, Equitis Gradum neutiquam mereri illum, qui à Sacroſanctæ Catholicæ Fidei Dogmatibus aberrat, Schiſmate, vel Hæreſi,
130. ut inquit *Joannes Soranzo l' Idea del Cavaliere part.* 1. *pag.* 131., *&* late probat ſupralaudatus *Agnatus Noſter Pomponius Torellus* in allegato Volumine, cui Titulus *Trattato del Debito del Cavaliere*; ubi etiam ſubdit Equitem teneri deſerere ſervitium Principis a Summo Pontifice excommunicati, de quo *Co. Pomponio ſupra egimus a n.* 21., *cum ſeqq.*

Et pro complemento tandem hujus materiæ, ſubdimus, riſu dignos eſſe nonnullos, qui incipientem Nobilitatem vix attigerunt, aut ita exilis eſt eorum Nobilitas, ut ſi ad habitum Equeſtrem Religionis Militaris admitti expoſtularent, pro illius conſecutione emendicatis forſan indigerent ſuffragiis, ut exclamat,
131. *Card. de Luca in Italico Volumine Il Cavaliere cap.* 8. *n.* 14. & tamen undique inflari Nobilitas continue clamat in gutture eorum, in omni fere eorum diſcurſu, fatentur, promittunt, & jurant, ut Equites, & Gentiles Homines, & in ore eorum dulcis ſemper reſonat ſonus da *Cavaliere*, *da Gentiluomo*: Si enim turpe eſt, Viro etiam notorie Generoſa Nobilitate præclaro de propria
132. intumeſcere Nobilitate, cum laus ſua, juxta tritum axioma, in ore proprio ſordeſcat, ut pluribus allegatis inquit *Campell. ad Conſtit. Urbini* annotat. *ad Decret.* 30. *n.* 509., *&* *ſeqq.*, *&* *n.* 515. Turpiſſimum erit in Homine inferioris Gradus, dubieque Nobilitatis, ſe Equitem, & Gentilem Hominem paſſim fateri, atque jactare.

Immo etiamſi talis notorie eſſet, debet ſe abſtinere a tali nominatione, &
133. ne quidem in teſtimonium alicujus veritatis jurando da *Gentiluomo*, *da Cavaliere*, ut monet *Campell. dicta Annotat.* 30. *n.* 511., ubi quod aliqui hoc minus conſulto faciunt. Legimus quidem apud Auctores nuncupationem hiuſmodi fuiſſe adhibitam à Magnis Principibus de re ali-
134. qua ſerio teſtari volentibus; unde Franciſcus Maria Secundus Urbini Dux, dum aliquid aſſeverare volebat, jurare ſolebat *da Gentiluomo*, ut refert *Campell. d. Annotat. ad Decret.* 30. *n.* 515., Et de aliis Magnis Principibus, Magniſque Dominis, etiam de præſenti, ita Juramentum præſtantibus, teſtis eſt *Card. de Luca d. Volumine del Cavaliere cap.* 8. *n.* 14., ubi quod ita etiam juraret Franciſcus Primus Galliarum Rex.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM

Agitur de S. R. I. Equitibus, & de eorum Privilegiis, & explicatur quid importet Ordo Equeſter in Regno Poloniæ.

SUMMARIUM.

1. *ADſunt Equites S. R. I. in Germania, & in Regno Poloniæ Ordo Equeſter.*
2. *Laudatur Eminentiſſimus Piazza, & Comes Franciſcus ejus Nepos.*
3. *Laudatur Eminentiſſimus Cardinalis Camillus Paulutius.*
4. *Sacri Romani Imperii Equites proprie ſunt Equites jure Sanguinis.*
5. *Antiquitus dicebantur Milites, ut illi etiam in Regno Poloniæ,* & n. 56.
6. *Etiam ipſi Imperatores armabantur Equites pro defendenda Chriſtiana Fide.*
7. *Sic etiam Imperatores, & Principes filios ſuos armabant Equites.*
8. *Equites creabantur in Expeditionibus, & Prœliis.*
9. *Equites ex Lege Imperatorum Germanorum non creabantur, niſi qui eſſent ex genere Militum, niſi ſuper hoc adeſſet diſpenſatio Imperatoris.*
10. *Equites prædicti dicebantur Equites Aurati propter Calcaria aurea, quibus armabantur cum aliis cæremoniis.*
11. *Equites creabantur in ſolemni inauguratione Imperatorum.*
12. *Quas præeminentias acquirerent & titulum S. R. I. Equites.*
13. *Non omnes tamen prærogativas acquirunt Nobilium antiquæ Proſapiæ.*
14. *Nec jus ad Canonicatus gradus Nobilitatis requirentes, nec ad Religionem Hieroſolymitanam.*
15. *Qui dicantur Nobiles S. R. I. immediati: & eorum Origo;* & n. 16. 17., & 18.
19. *Dicti Equites conſtituunt quamdam ſpeciem Reipublicæ tribus Claſſibus conſtantis, Svevica, Franconica, & Rhenenſi,* & n. 29.
20. *Quælibet Claſſis ſuum habet Directorem; quilibet locus ſuum Ducem Capitaneum vocatum, qui Teſſeram defert pendentem ad pectus,* & n. 51.
21. *Teſſera non eſt omnibus eadem. Alii deferunt Canem, alii Crucem Liliatam nigri coloris, circumdatam auro.*
22. *Nobilitatis immediatæ eximia ſunt jura.*
23. *Enumerantur hæc jura,* & n. 24. 25. 26., & 27.
28. *Allegantur Auctores de iſtis Equitibus agentes.*
30. *Eques S. R. I. quomodo quis efficiatur.*
31. *Privilegia eorundem enumerantur,* & n. 32. 33. 34., & 35.
36. *Non tenentur ad Hyberna recipere Militem Statuum Imperii. Gaudent Pace tam profana, quam Religionis.*
37. *In Litibus quomodo ſe gerere debeant.*
38. *Contra Reos ſuos quomodo procedant,* & n. 39.
40. *Bona eorum ad Cives, vel Ruſticos, vel etiam Alienigenas Nobiles tranſacta, ſubiacent exactionibus horum Equitum.*
41. *Horum Equitum Perſonæ gaudent Jure Retractus venationis.*
42. *Ablegatos, & Deputatos Jus habent mittendi.*
43. *Nobilium Titulo gaudent in Cancellaria Imperiali.*
44. *Circulus quilibet dividitur in Cantones; & quomodo reguletur, & extendatur,* & n. 45. 46. 47. 48., & 49.

50. *Lites*

50. *Lites, & cauſarum appellationes, in quibus Tribunalibus diſcutiantur.*
52. *Directores Circulorum qua polleant auctoritate.*
53. *Ad Dietas Imperiales an admittantur, & n.* 54.
55. *An præferantur Comitibus Indigenis, aut Exteris.*
56. *Poloniæ Regni Reſpublica conſtat tribus Ordinibus; Rege primo, Secundo Senatoribus, qui à Rege creantur, Tertio Ordine Equeſtri.*
57. *Antiquitus Nobiles Milites dicebantur, nunc Equites, & quomodo dicantur vernacula lingua.*
58. *Omnes Nobiles, ut dicitur ibi* poſſeſſionati, *comprehenduntur ſub Ordine Equeſtri*, & n. 59.
59. *Nobilitatem conferendi ſolus Princeps habet Poteſtatem: & quomodo id peragatur*, & n. *60.*
61. Nobiles de novo creati, non poſſunt obtinere, & poſſidere Bona terreſtria, ſed ſolum eorum Poſteritas, quæ pari paſſu ambulant cum Equitibus natis.
62. Quilibet ex Ordine Equeſtri ſuffragium preſtat in electione novi Regis & n. *63.*
63. Nobilis licet pauper, poteſt a Rege promoveri ad Gradum Senatoris, & etiam eligi in Regem, Rex Michael fuit electus Rex, licet eſſet ex ſimplici Ordine Equeſtri; erat tamen deſcendens à Regio Sanguine Iagellone.
64. Nobilium Gradus in Polonia eſt Ordo Equeſter; & ſi diceretur Nobilium Ordo, non explicaretur hic Ordo Equeſter, quia etiam Ordo Senatorum eſt Ordo Nobilium.
65. Ordo Equeſter in Polonia componitur ex Polonis Familiis adſcriptis Nobilitati, vel à Republica electis mediante aliqua Conſtitutione.
66. Æque Nobilis eſt qui eſt ex Ordine Equeſtri, ac Senator, quamvis hic, ob iſtum gradum, majori fulgeat Præeminentia.
67. In Dietis Regni ſicut in Regis electione, ſi unus recedat ex Ordine Equeſtri, irritatur Dieta, quouſque talis Oppoſitor rediret, & votum præſtaret, & n. *68.*, & *69.*
70. *Equeſter Ordo non eſt coarctatus ad certas Familias, ſed extenditur ad omnes declaratos Nobiles.*
71. *Nullus Forenſis licet Nobilis poteſt poſſidere ullam partem Terræ in Polonia, niſi fuerit à Republica Nobilitatus; & ſola Reſpublica quem facit de Ordine Equeſtri.*
72. *Qui ſunt de Ordine Equeſtri nullum externe deferunt Signum, & nullam Crucem, nec vocantur Equites, ſed ſolum appellantur ae Ordine Equeſtri.*
73. *Plurimi ſunt in Regno Poloniæ.*
74. *Nobiles habentur, quorum Majores vel Parentes fuerunt Virtutum Meritis, & Bellica Strenuitate donati ſunt d. aggregatione.*
Præſtabilior habetur qui eſt natus Nobilis, quam qui factus.
75. *Nobilitas non minuitur, ex quo Mater eſt Plebeja, dummodo Pater ſit Nobilis.*
76. *Debent eſſe ex legitimo Matrimonio.*
77. *Nothi non ſunt Nobiles, licet nati ex Nobilibus, & Illuſtribus Parentibus.*
78. *Nobiles ſoli Regi ſubiiciuntur. Quid in Ruſcia.*
79. *Magiſtratus publici, & Senatores ſeliguntur ex Ordine Equeſtri.*
Reſpublica Poloniæ ſimilis eſt Veteri Lacedemoniorum, ſive hujus temporis Venetorum.
80. *De Equitis Capite, & Fama ſolus Rex cum Senatu in Comitiis judicat.*

81. *A Contributionibus quomodo ſint exempti illi de Ordine Equeſtri.*
82. *Quibus non ſubſerviant.*
83. *Statis Anni temporibus ad eorum uſum minori pretio emunt ſaltem illi de Ordine Equeſtri.*
84. *Ab utroque Telonio immunitate gaudent illi de Ordine Equeſtri, ac Eccleſiaſtici.*
85. *Quid importet Novum, & Vetus Telonium.*
86. *Quomodo redimantur capti in Bello.*
87. *Equeſtris Ordinis Juvenes, pro inſtructione prudentiæ, vel tenuitate fortunæ, vel ex cauſa Præſidii adverſus potentes, in Magnatum Sacerdotum, & Epiſcoporum, multoque magis Apoſtolici Nuncii, ſervitium addicunt, & Clientelæ.*
88. *Nobilitas prædicta ammittitur Decreto Principis, ob admiſſum dedecus.*
Item ex ſordidæ Artis exercitio, & quæ ſint, & n. 89.
90. *Illi qui ſunt ex Ordine Equeſtri, capaces ſunt obtinendi Habitus Religionum Equeſtrium Militarium.*

DISCURSUS V.

PRO complemento Diſcurſus ſuper Equitibus Jure Naturæ, & Sanguinis, ſupereſt ut Hiſtoriam S. R. I. Equitum in Germania, nec non Or-
1. dinis Equeſtris in Regno Poloniæ florentis, in medium producamus; ſunt enim Equites ob jus Familiæ, & Sanguinis: & quatenus ſpectat ad S. R. I. Equites, hic regiſtrabimus eruditam narrationem, quam Nobis tradidit Vir Nobilis, & Patricius Comes Franciſcus Piazza, bo. mem. Comitis Ludovici Filius, Nepos ex
2. Fratre clar. mem. Julii Cardinalis Piazzæ, qui pluries Apoſtolici Nuntii munere pro Apoſtolica Sede glorioſe functus fuit in Belgio, apud Helvetios; ad tractum Rheni, apud Poloniæ Regem; ad Romanos Imperatores, Joſephum Primum, & Carolum VI., de cujus Eminentiſſimi Cardinalis Piazza geſtis, compendiarie ſcripſit Dominus *Georgius Vivianus Marcheſius Nobilis Patricius Foroliovienſis*, *Eques Sancti Stephani & Bajulivus Fori Iulii*, apud Venetos, & modo Succeſſor in Hæreditate Bonacurſia, Faventina, & Prelatura a Sanctiſſimo Domino Noſtro decoratus, in Volumine -- *Vitæ Virorum Illuſtrium Forolivien. lib.* 1. *cap.* 5. De quo Domino Comite Franciſco Piazza cecinit Vates ille in hac noſtra Provincia notus ſub nomine Paſtoris *Arcadi Nimeſii Ergatici* in Epiſtola illa ſub Titulo -- *Lettera Poetica di Nimeſo Ergatico P. A. della Colonia Renia, ed Accademico Filergita, al Molto Reverendo Padre Giuſeppe Maria Scotti della Compagnia di Gesù, Rettore del Collegio di Forlì: in occaſione del glorioſo ritorno da Vienna alla Patria, ed a Roma dell' Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signor Cardinale Camillo Paulucci, dedicato allo Steſſo, Stampato in Peſaro* 1749. *nella Stamperia di Niccolò Gavelli pag.* 40.

Laudatus ergo Comes Franciſcus Piazza tum ex Lectura plurium Voluminum, quæ ex hæreditate Patrui Domi retinet impreſſa, & manuſcripta, Germanicaſque res enucleantia, tum ex aliis notitiis ab ipſomet cumulatis, occaſione, qua idem Comes Franciſcus, nuper in Germaniæ Partibus commorans, varias Germanorum Principum Aulas adivit, plura Hiſtorica documenta collegit Equeſtrem materiam tractantia, quæ huma-

humaniſſime Nobis tradidit, inter quæ
tradidit Narrationem pluribus exor-
natam eruditionibus reſpectu Equi-
tum S. R. I.

Poſtea ſubnectemus narrationem illam
de iiſdem Equitibus S. R. I., quam
ex Civitate Viennæ in Auſtria Nobis
tranſmiſit Abbas Jacobus Gagni Fo-
3. roliviensis, Nepos bo. me. Jo. Bap-
tiſtæ Gagni Ceremoniarum Magiſtri
Sa. Mem. Clementis Papæ XI., qui
Jacobus Gagni manet in obſequiis
Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Do-
mini Cardinalis Camilli Paulutii,
hujus noſtræ Patriæ conſpicui Patri-
tii, qui poſt exercitum in Regno
Poloniæ Apoſtolicæ Sedis Nuntii mu-
nus, pari gloria idem Apoſtolici Nun-
cii munus exercuit apud Auguſtæ
memoriæ Cæſaream Majeſtatem Ca-
roli VI. Imperatoris, eoque defuncto
apud Sacram Regiamque Majeſtatem
Hungariæ, ac Boemiæ Reginam
Mariam Tereſiam d. Caroli VI. filiam,
in eaque Imperiali Urbe Viennæ in
Auſtria prælaudatum tot Virtutibus,
& Meritis redimitum, Sanctiſſimus
Dominus Noſter Dominus Benedi-
ctus Papa XIV. Pontifex Optimus
Maximus omnium plauſu Sacra Va-
ticana Purpura exornavit, & am-
pliſſimum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinalem, die nona Septembris
1743. creavit, Titulo Sanctorum
Joannis, & Pauli, quique Eminen-
tiſſimus Cardinalis modo eſt Lega-
tus a Latere Civitatis, & Ducatus
Ferrariæ.

Et tandem apponemus Diſcurſum, ſu-
per Ordine Equeſtri, vigente in Re-
gno Poloniæ.

De Equitibus S. R. I. verba facturi, in-
quit laudatus Comes Franciſcus Piaz-
za, ne æquivocis occaſio præbeatur,
opportunum ducimus diſtinguere in-
ter Equites S. R. I., qui proprie E-
quites nuncupantur, juxta ſenſum,
quo in Italia præſertim nomen Equi-
tis uſurpari ſolet, & inter alios,
qui etſi communiter Equites appel-
lentur, nihilominus improprie, &
4. lato modo tali nomine donantur.
Iſti enim neque Armati, neque Tor-
quati, nec Cruce Signati fuerunt,
ſed ſimplices Equites jure Natalium,
qui conſtituunt quemdam Ordinem
Equeſtrem nobilitatis imediatæ S. R. I.
ad ſimilitudinem antiqui Equeſtris
Ordinis Romani, & moderni Ordi-
nis Poloni.

Equites S. R. I. primo Ordine relati
anteactis temporibus dicebantur Mi-
5. lites, illi ſcilicet, qui Militiæ Cin-
gulo donati Germanice dicuntur
Ritter. Invaluit autem ab antiquis
Germanorum temporibus mos crean-
di Equites, ut ipſi etiam olim Im-
6. peratores ſolemni more antequam
inaugurarentur, ab aliquo Equite
eximiæ Auctoritatis Enſe accingeren-
tur, & Militiæ dignitate ornaren-
tur, idque pro defendenda Fide Chri-
ſtiana. Plerique tamen Reges, vel
Imperatores Filios ſuos ipſi creabant
Equites. Sic Carolus Magnus Lu-
7. dovicum Filium gladio accinxit.
Ludovicus Pius Anno 839. Carolum
Calvum Armis virilibus cinxit. Fri-
dericus primus celebravit ſolemnem
Curiam Moguntiæ Anno 1182. ut
Filium ſuum Henricum Regem Mi-
litem declararet, & gladium Militiæ
ſuper femur ejus potentiſſimum ac-
cingeret.

Neque tamen ſolummodo Reges, &
Principes Equeſtri Dignitate fuerunt
auctorati, ſed & quivis alii Nobiles
8. dicti olim Armigeri, quandoque
inter prælia, atque in expeditione
creabantur milites. Germanorum
autem Imperatorum Conſtitutioni-
bus Milites creari non poterant, ni-
ſi qui

ſi qui ex Militum genere pronati , licet in eo etiam diſpenſare potuerint Imperatores. Tales verò Equites Aurati dicebantur ab auratis , quæ geſtabant Calcaribus . Gladio
10. enim cingebantur Milites, Calcaria adaptabantur , & Alapa collo ipſorum infligebatur .

Maxime vero Equites creare olim fuit ſolemne in Imperatorum inauguratione. Cum enim Imperator veniret ſuper Pontem Tyberis juxta Ca-
11. ſtellum S. Angeli, Equites creare adſolebat . In antiqua Germanica Coronatione Imperatores in Sede Regia Rhenſenſi Equites creabant; ſed hodie peracta Coronatione , in eodem Templo Gladio Caroli Magni ab Imperatore creantur Equites di-
12. cti Aurati. Habent autem iſti non ſolum Proderias Jus præ Nobilibus, ſed etiam in ornatu Equorum , & Veſtium ipſis præferuntur . Ab aliquo tempore invaluit , ut Equitis S. R. I. titulus etiam extra Coronationis ſolemnia concederetur . Hi
13. autem non omnes nobilium antiquę Proſapię prerogativas nanciſ-
14. cuntur, cum nec ad Canonicatus, in quorum admiſſione plures gradus nobilitatis probari debent , promoveantur, neque Equites Hieroſolymitani pariter fiant *cap.* 12. §. 10., *&* *ſequen. Strury*.

Secundi autem Equites jure natalium dicuntur nobiles illi Germani , qui immediati Nobiles S. R. I. appellan-
15. tur, quique ſunt Liberi, plenam in ſuis Terris, & Feudis exercent juriſdictionem , ad inſtar aliorum Membrorum, & Statuum Imperii, nec alium Superiorem agnoſcunt, niſi Imperatorem uti caput Imperii Germanico-Romani.

Ex pluribus fontibus originem ducunt Nobiles iſti immediati. Alii etenim ab illis Heroibus , qui Carolum Magnum ſunt comitati in expeditioni-
16. bus contra Saxones S. R. I. tandem ſubactos .

Alii a finitimis locis domicilio in Ger-
17. maniam translato, ſucceſſivis temporibus cœtui nobilium immediatorum fuerunt adſociati.

Alii tandem privilegio Imperatorum
18. ob inſignia ſibi merita comparata in matricola nobilium immediatorum fuerunt deſcripti, itaut quislibet eorum gaudeat iiſdem prerogativis, quibus fruuntur nobiles primæ originis.

Ex iſtis omnibus ſpecies quædam Reipublicæ conſtituitur , quæ tribus
19. Claſſibus conſtat, Svevica ſcilicet, Franconica, & Rhenenſi, quarum prima ſubdividitur in quinque loca, ſecunda in ſex, & tertia in tria .

Quelibet Claſſis ſuum habet Directorem , quilibet locus ſuum Ducem,
20. quem Capitaneum vocant, quique defert Teſſeram ſuper pectus pendentem. Hæc autem non eſt omnibus eadem : etenim alii Canem , alii
21. Crucem liliatam nigri coloris, & auro circumdatam deferunt. Jura
22. nobilitatis immediatæ ſunt eximia. Alia autem exercent in corpore , alia uti ſinguli.

In Corpore gaudent Jure mittendi Legatos tam ad Imperatorem , quam
23. etiam ad Exteros. Jus fœderis, quod exemplo fœderis Suevici Rhenani, Heilbrunenſis ex cauſa Wildfangiatus, aliiſque conſtat. Utrumque non ſolum ſecundum Claſſes, ſed etiam loca ſua. Habent jus inſtituendi Dietas , & colledandi jus publicum .

Poteſt etiam nobilitatis Collectas imponere ad Militem alendum, ad onera
24. Quarteriorum , ad tranſitus Militares, ad conſervationem Status , & Ordinis Nobilium.

Ex

Ex Conceſſione Ferdinandi II. Anno 1624. habet jus Retractus ratione omnium Bonorum, & jurium Eque-
25. ſtrium alienatorum contra extraneos cujuſcumque ſint ſtatus, & Dignitatis, ita ut primum alienantis Agnatis, atque Cognatis, ſecundum gradus prerogativam, deinde cujuis membro Loci, vel Claſſis, demum, univerſo corpori competat.

Uti ſinguli vero in Urbibus, Vicis, Pagis ſuis immediatis habent merum,
26. & mixtum Imperium, Jus collectandi privatum, ſcilicet præſtationes annuas, & perpetuas colligendi, jus recipiendi Judæos, Jus Archivii. Quæ omnia ex Hiſtoria Imperii Gallice conſcripta ab *Heiis* Tom. 3. §. *Nobleſſe libre, & immediate del Empire*: & *ex corpore juris publici*
27. *Romano-Germanici Buccardi Gotielfy Strury anno* 1738. *impreſſo Ienæ* deprompta fuerunt.

Plura alia videri poſſunt apud *Gaſpar.*
28. *Lerch de Ordine Equeſtri, qui originem, & Jura Nobilitatis Imperii immediatæ ſingillatim expoſuit;* apud *Io. Fridericum Lander Seheim de jure & privilegio Nobilium immediatorum; apud Jo. Bindenbach de Ord. Equeſt. conſtitutionibus* & præcipue apud *Jo. Stephanum Burgermeſter in Theſauro Juris Equeſtr. publici, & privati Ulmæ* 1718. *& de ſtatu Equeſtri Cæſaris, & Jmperii Romano-Germanici*, ubi originem, Hiſtoriam, Incrementa, & Familias Ordinis Equeſtris multa induſtria recenſuit.

Hactenus prælaudatus Comes Franciſcus Piazza. Sequitur narratio Abbatis Gagni tenoris ut infra.

Liberi Sacri Romani Imperii Equites ſunt, qui Sveviam, Franconiam, & Rhenanas Provincias incolunt; ad quos poſtremos etiam revocantur à quibuſdam Incolę inferioris Alſatiæ: Quamquam Alſatii anno 1610. Eslingæ in conventu quodam Imperiali, diſtinctum ab his Superioribus, nempe quartum liberorum E-
29. quitum Circulum ex ſe conſtituere voluerint; in quod nihilominus ſupradictæ Nationes non conſenſerunt. Extat tamen Diploma anno 1654. datum, in quo Ferdinandus Secundus Alſatios, nominatis tribus Circulis, ſeorſim adiungit; quod ipſum, idem Imperator, etiam Weltovienſibus Equitibus, anno 1630. præſtitit.

Hoc tempore, quo Alſatia Gallorum eſt, lis hęc conſopita eſt. Cœterum Eques ejuſmodi non evadit quiſquam earum Provinciarum incola, eo ipſo, quod Stabilia quędam, & ſoli Equeſtri Ordini propria bona,
30. ſeu fundos ibidem poſſideat. Sed qui hunc ſibi titulum, ac dignitatem comparare cupit, debet præterea, certo cuidam (ut appellant) Cantoni, (ſecundum Diploma Ferdinandi Tertii) ſubeſſe, & directorio alicui, aut per contentum cœterorum membrorum, aut ex jure Familiæ incorporatus eſſe.

Privilegia porrò horum Equitum hæc ſunt. Liberi ſunt tam a Tributis, & Auxiliis pecuniariis, quam etiam ab ope Cæſari in perſona adverſus Turcas præſtanda: In Decretis, & Conſultis Imperialibus non comprehenduntur; & ad ea exſolvenda,
31. quæ Cęſari in Conventibus Imperialibus decernuntur, non obligantur; ſed Cæſar ab iis, per Commiſſarios, voluntariam quandam contributionem, de qua tamen ſemper prius cum iiſmet convenitur, exigit, & viciſſim literas acceptæ pecuniæ teſtes exhibet.

A Ferdinando Tertio anno 1652., & a Leo-

à Leopoldo anno 1672. confirma-
tum illis eſt Privilegium, ui cujus
à nullo Procerum imperialium, nec
ſub prætextu ſupremæ poteſtatis, aut
32. judicii dicti *Centgericht*, in Car-
cerem coniici poſſunt.

Quivis eorum obtinet in ſuo Diſtri-
ctu Supremam poteſtatem: quod Im-
perator Leopoldus, in quodam de
33. eorum Tribubus Diplomate anno
1688. ipſe fatetur.

Item uſi ſunt quondam jure Belli, ac
Pacis: quod teſtantur, non ſolum
antiquiora quædam tempora, ſed e-
tiam ſub Imperatore Maximiliano
34. Primo, ubi Ordo Equeſtris Sve-
vorum, ſeorſim, ac ſua authoritate
Venetis Bellum indixit.

Opifices eorum, ác Tribus, quas in
ſuis Civitatibus, ac Pagis, vi Privi
35. legii Leopoldi anno 1688. habent,
per totum Imperium libere profi-
ciſci poſſunt.

Non tenentur recipere Statuum Impe-
36. rii Militem ad hyberna.

Gaudent Pace, tam profana, quam
Religionis. Si iis lis eſt cum ali-
quo ex Proceribus Imperii de re-
37. bus fœudatariis deciſio litis, ad
Pares Curię, non verò, ad Conſi-
lium Aulicum Domini illius Fęudi,
pertinet.

Teloniis omnibus eximuntur; licetque
illis Reos ſuos, etiam per loca
38. alienæ ditioni ſubiecta adduce-
re.

Quidam eorum habent peculiaria di-
39. caſteria, tam aulica, quam appel-
latoria.

Bona Nobilitatis propria, quæ ſibi Ci-
40. ves aut Ruſtici, aut etiam Nobi-
les alienigenæ propria fecerunt, ex-
actionibus horum Equitum pariter
ſubiacent.

Perſonæ eorum manent immediatæ,
quantumvis bona per ipſos poſſeſſa,
etiamſi omnia ſorent, fęudalia exi-
ſterent. Gaudent jure retractus, ve-
41 nationiſque omnimodæ; & ubi
mos obtinuit, ſucceſſione ad aliena
Territoria.

Jus mittendi ablegatos, & deputatos,
eos habere agnoſcit Ferdinandus Se-
cundus, in Epiſtola quadam anno
42. 1625. data: à Dominis ſuorum
fœudorum, & aliis Principibus, e-
tiam regnantibus, Jus ſibi dici, aut
normas ullas, vel Leges ſcribi, non
patiuntur.

Ab Imperatore Ferdinando Tertio anno
1654. Privilegium obtinuerunt, ut
ex Cancellaria Imperiali Titulo No-
43. bilium ornentur; qui titulus, ne-
mini alteri Nobilium indigenarum
ab ea Cancellaria datur.

Quivis autem Circulus rurſus dividi-
tur in ſuos Cantones, Quadran-
44. tes, aut Diſtrictus Terræ; habet-
que diſtinctas pro his Equitibus Or-
dinationes, & Statuta.

Franconicus Equitum Circulus, inci-
pit *Francofurti*, & protenditur per
Montem *Volgelsberg* ad diſtrictum
45. *Knoll*, ac per Sylvam Sollinganan
(Solliags Vald) ad *Weſtam fluvium*;
cis flumen verò, circa Sylvam
Thuringicam, & Bohemicam poſt
Nortgoviam uſque ad in *Hertfeld*,
& prope *Kocher* ſecundum *Fax* ver-
ſus fluvium *Neckar*, uſque in *Win-
pfen*, inde *Æſchaffenburgum*, atque
hinc ſecundo *Mœno*, uſque rur-
ſus *Francofurtum*. Dividitur verò,
hic Circulus in ſex Quadrantes,
quorum primus *ObenWald*, ſecun-
dus *StegerWald*, Tertius *Gebuurg*,
Quartus *Altmuuhl*, Quintus *Pan*,
ſeu *Buchen* vel *Buchenau*, Sextus
Rohr, & *Weyden*.

Rhenanus Equitum Circulus incipit
in Sylvis *Hagenavenſibus*, atque ex
illa *Rheni* parte protenditur, uſque
ad

ad Archidiſtrictum *Colonienſem*; ex alia vero *Rheni* parte excurrit, ex adverſa parte *Moguntiæ*, ubi *Mœnus Rheno* jungitur, uſque in *Aſchaffenburgum*, inde in *Gelnhauſen*, hinc verſus alveum fluminis *Lohn*, atque ab hoc, ex utraque parte per Sylvam *Weſtenwald*; uſque ad ripas, propè *Bergen*.

Limæus, hunc Circulum in tres diſtribuit partes, 1. *Gau*, & *Waſgau*, 2. *Welterau Weſterwald*, & *Rhe-*
47. *ingau*, 3. *Rhenum inferiorem Hundruk*, & *Eberswald*.

Svevicus Circulus habet Cantones, ſeu Quadrantes quinque, Primus
48. *Danubianum*, 2. *Hegau Algau*, & lacum *Bodenſcee*, 3. *Fl. Neckar*, *Schwatzwaldet Ortenau*, 4. *Kocher*, 5. *Kreichgau*.

Quivis horum Cantonum ſuum habet
49. Directorem ex ſuo diſtrictu electum; totus verò Circulus unum habet Directorium generale, in quo Director, Conſiliarii, atque Aſſertores cauſas cognoſcunt.

Querelæ occurrentes ad Directorium Cantonis deferendę ſunt, qui eas, ſecundum ordinem anno 1560. præſcriptum, atque anno 1653. *Mergentheimii* emendatum, judicare de-
50. bet; inde appellatio ſupereſt ad Commiſſarios, aut ad Directorium generale Circuli totius; atque inde, ſi ſumma 1000. imperiales excedat, ad judicium Imperiale defertur. Multę etiam cauſæ, niſi ſint litigantes ſingularibus Privilegiis excepti, à *Rotweilenſi* Conſilio Aulico deciduntur. Circulo Svevico, præter Directorium generale, etiam Deputati quidam *Mergentheimii* præſunt, quorum eſt ſublevare, atque tueri Directorium, in primo ad ſe recurſu benignè agere, cauſam cognoſcere, atque ad Directorem Cantonis remittere alias; etiam Directores conſtituunt Pupillis Tutores, declarant prodigos, eiſque Sequeſtres, ſeu Curatores Bonorum attribuunt.

Quilvis Circulus habet ſuos Conventus tam peculiares, quam genera-
51. les. Primi conſtant Directoribus atque delectis quibusdam: ad ſecundos, omnes ejus Circuli Equites convocantur.

Demum de ſtatu hoc Equeſtri in genere obſervandum eſt, quod nulli Circulo Imperiali ſubiaceat, neque ab ullo horum Directore Leges recipiat. Quemadmodum re ipſa anno 1561., multis reſtiterunt, ne in
52. Dieta *Ratisbonenſi* ſub communi Provinciali pace comprehendantur, cui nonniſi per modum coniunctionis adſcribi volunt; quod ipſum etiam eis Imperator peculiari Epiſtola approbavit; habet enim ſingularem horum Equitum curam, ut pote quorum pecuniæ ſubſidiariæ immediate Cęſaris proprię ſunt, cum de aliis, ab Statibus Imperii miſſis rationem reddere debeat.

Olim etiam hi Equites ad Dietas Im-
53. perii conſcribebantur, & hodiedum Equites *HEgovicnſes Wormatię*, reperiuntur anno 1495. Emanſere tamen deinceps ex his, expenſarum evitandarum cauſa, pro quo adducunt exemplum Auſtriacorum, & Bohemorum, quibus id peculiaris Privilegii, inſtar, ab Imperatoribus conceſſum eſt. Quare, & votum ſuum, ſeu vocem, in Dieta rurſus obtinuerunt, licet plurimis Imperii Statibus reclamantibus. Il-
54. lud præſertim Civitates Imperiales agebant, ne his Equitibus, in Dieta Locum priorem cedere cogerentur, neque adhuc definitum eſt, Eques ne aliquis, an Conſul, alicujus

S Impe-

Imperialis Civitatis, jus præcedendi habeat. *Hippolytus à Treisbach*, in ſingulari quodam Tractatu hac ſuper re, multum deſudavit. Idem egit etiam *Burgmeiſterus*: cui ſe tamen pro Ordine Equeſtri oppoſuit celebris ille *Lerch à Duurnhtein*. Quæſtionem verò, an Status Equeſtris ſit diſtinctus Imperii Status, *Filius in jure publico*, *fuſe explanat*. Interim Imperator Leopoldus tractatum quemdam, & Matriculam poſuit, quæ apud *Burgmeiſterum* p. 444. habetur.

Tandem Equites, etiam Comitibus indigenis, atque exteris priores, ac nobiliores eſſe volebant: in ordine, ad quod *Schwedetus in Jure publico*
55. *Populi Germaniæ lect.* 2. *cap.* 18. *n.* 12. provocat ad *artic. quadrageſimum* Capitulationis Leopoldinæ: *Glaſejus* vero de *Titulo Baronis* oſtendit id eo articulo prorſus non contineri.

Expediti à Narrationibus Sacri Romani Imperii Equites concernentibus, loquamur nunc de Ordine Equeſtri in Poloniæ Regno florente. Profecto Notitias, quas ex d. Regno recepimus, exponemus, & referemus etiam quæ ex Scriptoribus rerum Polonarum legere, ac colligere potuimus; ſuntque infraſcripta.

Tribus Reſpublica Poloniæ Regni con-
56. ſtat Ordinibus. Primum Ordinem conſtituit Rex ſolus. Secundum Senatores, qui a Rege eliguntur, ut notat *Stanislaus Krziſtanouvic de Statu Regni Poloniæ in compendioſa Deſcript. lib.* 1. *pag.* 30. *impreſs. in principio Libelli*, *cui Titulus Reſpublica*, *ſive Status Regni Poloniæ*, *Litvaniæ*, *Pruſſiæ*, *Livoniæ &c. Diverſor. Auctor. impreſs. Lugdini Batavorum ex Officina Elzevitiana anno* 1627.

Tertium Ordo Equeſter componit, hoc eſt Nobilium, qui antiquitus Milites, ut notavimus in noſtro *Diſcurſu III. ſub n.* 57. nunc Equites fere, ab Equeſtri Militia, cui ſunt obnoxii, inquit prædictus *Krziſtanouvic pag.* 3. *Ordo etenim Equeſtris cum magnam ſibi apud ſuos Principes*, *& Rempublicam paraſſet laudem*, *& merita Bellicis artibus*, *ac fortitudine Militari ad eam cum Titulatis æqualitatem pervenit*, *ut æquo jure & ad capeſcendos honores*, *& ad liberam novi Regis electionem pertineat*. Equites a latine loquentibus, & ſcri-
57. bentibus appellantur; vernacula autem lingua *Schliachta* a generis Nobilitate mutuato, ni fallor, a Germanis vocabulo (quaſi *Geſlecher*) vocantur, & *Ziemianiè*, quaſi agagrii, vel ut uvlgo interpretantur terrigenæ a terra, & agris, quos fere colunt, & habitant; antiquitus hæreditariis, pretiove, ſeu Principis beneficio par-
58. tis vocantur, ut totidem verbis teſtatur *Martinus Cromerus*, *in Deſcriptione Poloniæ*, *lib.* 1. *pag.* 100. *& lib.* 2. *pag.* 204. *impreſſ. in prædicto Libello*, *ſub Tit. Reſpublica*, *ſeu Status Regni Poloniæ*, *Litvaniæ*, *Pruſſiæ*, *Livoniæ &c. Diverſorum Auctorum*.

Sub iſto Equeſtri Ordine comprehenduntur omnes Regni Nobiles, qui
59. ut dicitur, ſint poſſeſſionati, & adſcripti Nobilitati, aut jure antiquo, aut vigore Conſtitutionis factæ in aliqua Dieta Generali a tota Republica in corpore, cum qua ut ſæpius evenit, aliquis declaratur Nobilis.

Conferendi porrò Nobilitatis Decus, ſolus Princeps poteſtatem habet; hoc autem perficit ipſius judicio, aut Beneficio, aut interveniente Teſtimonio, & quaſi adoptione, a

Claris

Claris, & Principibus viris conſpicuæ Familiæ facta, qui Stemma,
60. & gentem ſuam communicent cum eo, qui ita Nobilis creatur: ita tradit *Martinus Cromerus d. lib.* 1. *pag.* 102.

At huiuſmodi Nobiles de novo crea-
61. ti, obtinere, & poſſidere non poſſunt bona terreſtria, hoc enim eis vetat Statutum novum, ſolumque jus poſſidendi bona terreſtria competit eorum Poſteritati, quæ cum aliis Equitibus natis pari paſſu ambulat, ut proſequitur *d. Martinus Cromerus d. lib.* 1. *pag.* 102. Hinc quicumque Nobilis, & ſic ex Ordine Equeſtri ſuffragium prꝑſtat in electione novi Regis *d. Stanislaus Krziſtanouvic*, *ubi ſupra pag.* 3., *&* 31., *Martinus Cromerus d. lib.* 2. *pag.* 125., *&* *ſeqq. Joannes Boteri*
62. *in Deſcript. Poloniæ impreſſ. cum prædictis in allegato Volumine inſcripto-Reſpublica*, *ſive Status Regni Poloniæ*, *Litvaniæ*, *Pruſſiæ*, *&* *Livoniæ &c. Diverſorum Auctorum*.

Et quamvis ille Nobilis ſit pauper, poteſt a Rege promoveri ad omnes gradus Senatoris, & poteſt etiam
63. vacante Regio Trono, ad eundem evehi in Regem, ſi in illius perſonam omnium ſuffragia in Campo electionis concurrant: uti elapſo ſęculo evenit in Perſona Regis *Michaelis*, qui electus fuit in Regem anno 1669., & obiit 1673., quique erat unus ex Nobilibus Ordinis Equeſtris, ex Familia tamen proveniente e Regio Iagellone Sanguine, & vocabatur Michael Catibuto Wieſnowiski, ut videre eſt *in Hiſtoria Revolutionum Poloniæ*, *ſcripta ab Abbate Des Fontaines Tom.* 2., *&* *in Supplemento Magni Dictionarii Morerii Tom.* 2. *Lit. M.*, quod ſimiliter accidit aliis pluribus antiquioribus ſęculis.

Hic autem tertius in Regno Poloniæ Nobilium Gradus dicitur Ordo Equeſter; nam ſi ſimpliciter diceretur
64. Ordo Nobilium, non explicaretur præciſe hic Ordo Equeſter, tertiam ut præmiſimus graduationem continens, quoniam dubio procul Senatorum Ordo, & ipſi Senatores Nobiles ſunt.

Componitur, ut diximus, Equeſter hic Ordo ex Polonis, qui ab illis deſcendunt Familiis, quæ adſcriptæ
65. fuerunt Nobilitati, vel electi ab eadem Republica, mediante aliqua Conſtitutione, ut ſæpiſſime evenit.

Sic Poloniæ Regni Nobilitas unico hujusmodi Gradu conſtat, & æque Nobilis eſt Senator, ac quilibet, licet pauper ex Ordine Equeſtri;
66. quamvis Senator ob gradum Senatorium, majori fulgeat præeminentia, *d. Martinus Cromerus lib.* 1. *pag.* 103.

Hinc cuilibet Nobili, & ſic ex Ordine Equeſtri, ac cuilibet Senatori fas eſt contradicere, ſeque opponere cuicumque Propoſitioni in Dietis factæ: ex. grat., ſi tota Reſpublica in aliqua Dieta Generali Legem ſtatuere intenderet, vel Interregno durante, deveniret ad electionem novi Regis, omneſque Nobiles præſentes
67. ſuffragium præſtarent, ſed unus ſolus ex Ordine Equeſtri votum ſuum præſtare renueret, & à Dieta recederet, ſtatim ſoluta remaneret Dieta, & Statuta in eadem Dieta irrita eſſent, nullaque electio novi Regis remaneret, quouſque Oppoſitor ad Dietam rediret, ſuumque conſenſum præberet, & ſic vigorem tribueret Dietæ.

Et licet in Poloniꝑ Regno adſint Ducum, & Marchionum titulis inſigniti,

68. ſigniti, tamen cum reliquis Regni Proceribus, Comitibus, Baronibus, ac Nobilibus communi jure utuntur, & Ordo Equeſter, cum magnam ſibi apud ſuos, Principem, & Rempublicam comparaverit laudem, & merita Bellicis artibus, ac fortitudine militari ad eam, cum Titulatis æqualitatem pervenit, ut æquo jure, & ad capeſſendos honores, & ad liberam novi Regis electionem pertineat; unde tanta om-
69. nium, & par libertas, ſicut teſtatur ſuperius laudatus *Stanislaus Krziſtanowic Juris Conſultus, de Status Regni Poloniæ compendioſa Deſcriptione pag. 3. impreſſ. in Volumine ſuperius allegato ſub Tit. Reſpublica, ſeu Status Regni Poloniæ, Litvaniæ, Pruſſiæ, Livoniæ.*

Porro hic Ordo Equeſter non eſt limitatus ad certas Familias, ſed ut præmiſimus, omnes qui ſunt, ut ibi
70. dicitur, poſſeſſionati in Regno Poloniæ, & adlecti Nobilitati, & uti tales declarati, conſtituunt Ordinem Equeſtrem. Cœterum nullus Forenſis, quamvis Nobilis poteſt ullam
71. Terræ partem in Regno Poloniæ poſſidere, niſi fuerit ut ſupra, à Republica nobilitatus; atque ita ſola Reſpublica quem facit de Ordine Equeſtri.

Illi qui ſunt de Ordine Equeſtri nullam externe deferunt Crucem, neque ſignum gerunt, neque Equites
72. appellantur, ſed ſolum vocantur de Ordine Equeſtri; qui proinde in Regno Poloniæ plurimi ſunt. Nobi-
73. litas genere cenſetur, & meritis, adiuncto vitæ inſtituto; habentur quippe Nobiles, quorum Majores,
74. aut Parentes, in eum ſunt Ordinem adlecti Virtutum ſuffragio, & Militiæ adſcripti, donati ſunt gentilitio ſigno ob eorum merita: at præſtabilius habetur Nobilem natum eſſe, quam factum, teſte *Martino Cromerio, d. lib.* 1. *pag.* 102.

Plebeja Mater Liberorum Nobilitatem non minuit, dummodo Pater ſit
75. Nobilis, *d. Cromerius d. pag.* 102. Naſci autem debent Patre ſimul & Matre Nobilibus, legitimo conjun-
76. ctis Matrimonio, idem *Cromerius d. pag.* 102.

Itemque Nothi, quamvis orti ſint ex
77. Nobilibus, & Illuſtribus Parentibus, non cenſentur in Familiis, neque Nobilitatis prærogativis fruuntur, *d. Cromerius eadem pag.* 102.

Multis magniſque decoratur prærogativis dictus Equeſter, hoc eſt Nobilium Ordo, tum ex inveteratis moribus, tum ex Regum, ac Principum munificentia. Siquidem qui ſunt ex Ordine Equeſtri ſoli fere Regi ſubiiciuntur. E cœteris privatis præſertim nemo Nobilitatem cum Agnis, & Pagis ſubiectam ha-
78. bet, niſi forte in Ruſſia, antiquitus, & priſco Ducum Gentis jure. Sicut etiam habent in Severienti Ditione Epiſcopus Cracovien, ac Vormatienſis, ejuſque ipſius Eccleſiæ Collegium, ac Plocenſis Præpoſitus, & alii fortaſſe; ut proſequitur ante dictus *Martinus Cromerus lib.* 1. *pag.* 101. ubi ſubdit, quod Homini Nobili, ſive Equiti *Sculteriam*, ut vulgo vocant, ſive Advocatiam in bonis alienis Pagis juxta Oppidanis voluntate Domini obtinere licet. Sculterus autem eſt Advocatus hæreditatis, quaſi Deductor, ac Defenſor in quovis Oppido, Vico, atque Pago, ſemel a Domino conſtitutus, etiam ad hæredes tranſmittitur: & de hoc Officio plura vide apud dictum *Cromerum pag.* 170. *&* 175. *& ſeqq.*

Ex Ordine Equeſtri Magiſtratus Publici,

blici, & Senatores leguntur, ita ut penes eundem Ordinem nunc ſit
79. propemodum ſumma Reipublicæ; ſicque Regnum, & Reſpublica Polonorum a veteri Lacedæmoniorum, ſive hujus temporis Venetorum Reipublicę ratione non multum differt, ut ſcribit *d. Cromerus d. lib.* 2., *pag.* 125., *&* *ſeqq.*

De Equitis capite, & fama nonniſi in Comitiis, cum Senatu Rex judi-
80. cat d. *Cromerus d. lib.* 2. *pag.* 125. In reliquis Iudiciis, lege quæ tradit idem *Cromerus pag.* 184., *et pluribus ſeqq.*, *et* 186., *et ſeqq. et pag.* 204.

Quidquid antiquitus fuit elevatum, juxta ea quæ recenſet *d. Cromerus d. lib.* 2. *pag.* 130., certum eſt, quod hodie pleræque Contributiones, Principum Beneficentia, Equeſtri Ordini
81. Adſcripitiis, & Subditis remiſſæ ſunt. Nunc ſane Equeſtris, & Eccleſiaſtici Ordinis homines nihil Regi penſitare neceſſe habent, ac ne Oppidani quidem eorum, aut Agreſtes adſcriptitij, præter binos groſſos vernaculos, de Manto, ſeu Laneo (quæ idem ſunt) pagano, et eo quidem ſolo, quem adſcriptitius ipſe ſibi colit; nam qui Sacerdotibus, & Equitibus coluntur, itemque ſuburbani, & Scultelorum agri ab ea quoque Penſione immunes ſunt, *d. Cromerus d. lib. pag.* 131., *& ex Hiſtor. Salomonis Neugebavari a Cadano de vectigalib. Regis Polonię Impreſ. in d. Volumine, cui Titulus Reſpublica, ſive Status Regni Poloniæ Litvaniæ, Pruſſiæ, Livoniæ, pag.* 447.

Nec ſubſerviunt ne quidem Principi Sacerdotum, et Equitum homines agreſtes, et oppidani, præterquam ad Arces tempore Belli reficiendas,
82. atque etiam novas, ſi id a Senatus conſulto fiat, condendas, *d. Cromerus d. pag.* 131., *& Salomonius Neugebavari d. pag.* 447.

Habet etiam Nobiuum Equeſter Ordo prærogativam, ut in uſum ſuum do-
83. meſticum ſtatutis anni temporibus aliquanto minoris emat Salem, quam cœteri homines, *d. Cromerus d. pag.* 131., 132. *d. Neugebavarus pag.* 448.

Iidem immunitatem habent Eccleſiaſtici, & Equeſter Ordo ab utroque
84. Telonio, novo ſcilicet, & veteri, modo ne mercaturam quis exerceat, hoc eſt venum ea exportet, quę ipſe aliunde emerit, ac non de ſuo pararit, *d. Cromerus pag.* 132., *& Neugebavarus pag.* 449. Telonium autem vetus exile eſt, quod ab iis penditur, qui intra fines Regni negociantur: novum verò majus aliquanto, quod Bovum, Equorum
85. Coriorum, Frumenti, Lanæ, Cerę, Sebi, & aliarum mercium, quæ ad exteras oras aſportantur, & aliarum, quæ aliunde importantur, unde dictarum rerum nomine penſitantur *d. Cromerus d. pag.* 132. *d. Neugebavarus pag.* 449.

Neceſſe autem habet Princeps Equeſtris Ordinis homines ab Hoſtibus in Bello captos redimere, ac damna am-
86. miſſorum equorum, quæ ii extra Regni fines acceperint, exſolvere; captum vero Hoſtem Nobilem, pręſertim is qui cępit, Principi tradere debet, acceptis pro eo duobus florenis: ſic inquit *d. Cromerus d. lib.* 2. *pag.* 208.

Cœterum in Regno Poloniæ mos viget, *quod Equeſtres, ac Nobiles Juvenes, vel ſtudio civilitatis, prudentiaque uſu rerum comparandæ incitati, vel tenuitate fortunarum ad-*
87. *dacti, vel prępſidii contra vim Potentiorem ſibi, ſuiſque comparan-* di

di cauſa, non modo in Magnatum, & Epiſcoporum (multoque magis addimus Nos Apoſtolici Nuncii) Sacerdotumque, ac Doctorum Clientelas; verum etiam in parium, ac tenuiorum, inferiorumque nonnunquam eorum præſertim, qui Magiſtratus gerunt, aut aliquo ſunt numero in Aula Principis, aut opibus, induſtria, eruditione, gratiave populari valent affectationem, et miniſterium, parva, vel nulla mercede, à Parentibus, et Propinquis traduntur, vel ipſi ſe ſe addicunt: duratque ea Servitus, quo ad utrique, hero, inquam, & ſervo ſuo clienti placet. Multi etiam de Ditionibus neceſſariorum, & Amicorum liberos pio quodam, & honeſto Iuuentutis educandæ ſtudio ultro ſibi in Familiaritatem, & Miniſterium, adſciſcunt. Ad eundem modum, & fœminę fœminis famulantur, nec rara eſt in eo viciſſitudo; ita ut eum quis habeat in Miniſterio, cuius parentibus ipſe ſerviverit, honeſtaque habetur hæc Juventutis Equeſtris educandæ ratio ęquabilitatem quamdam etiam in inæqualibus fortunis conſtituens; & multos ex humili loco, ac tenui fortuna, non modo ad meliores, verum etiam ad ſummos, nonnunquam honores, ampliſſimaſque facultates, & opes, ipſorum virtus, Heroumque beneficentia provehit; idque maxime conciliandis luculentis coniugiis, vel ſacerdotiis; ut totidem verbis hucuſque recenſita ſcripta reliquit *d. Martinus Cromerus d. lib.* 1. *pag.* 110., *& ſic etiam Stanislaus Krziſtanouvic Juris Conſultus de Status Regni Poloniæ compendioſa Deſcriptione impreſſ. in præallegato Volumine pag.* 3.

Nobilitas hujuſmodi ammittitur Decreto Principis, ob admiſſum dedecus; & atrox aliquod facinus. Sic pariter

88. contaminatur, & abdicatur quod, ammodo ſi quis deſertis Militiæ, & Agriculturæ ſtudiis, ſordidum quæſtum faciat, & arte mechanica, vel tenuiore, & minutioribus menſuris, ac ponderibus utente Mercatura, & Cauponatione *d. Martinus Cromerus d. lib.* 1. *pag.* 103.

Reſque hæc in prænominata narratione Nobis tranſmiſſa ſic italice exponitur ibi. *Quelli dell' Ordine Equeſtre ſono meri Nobili poſſeſſionati in Polonia, de' quali ve n' è un numero infinito, e molti di loro arano la*

89. *Birra, ſervono ec. godendo eſſi di di queſta prerogativa, perchè ereditata da i loro Antenati, che ſono ſtati Nobili. Dalla quale decaderebbero, ſe mercanteggiando, vendeſſero il Panno, Seta, e coſe ſimili, che ſi miſurano colla mezza canna, o pure ſe cedeſſero al loro Jus col farſi Cittadini in qualche Città di queſto Regno. Ne deroga alla Nobiltà il vendere qualunque coſa, che ritrae un Nobile dalli proprii ſuoi Beni, ed il ſervire anco in qualità de' più infimi Famigli di una Corte, come fanno ai Nunzj Appoſtolici, ed anche al moderno Monſignor Nunzio.*

Nobiles, hoc eſt ex prædicto Ordine Equeſtri capaces ſunt obtinendi habitus Ordinum, & Religionum Equeſtrium, pro admiſſione ad eaſdem Militares Religiones in gradu Militum; tenentur tamen conficere probationes Nobilitatis a Statutis Ordi-

90. num præſcriptas; unde de præſenti adſunt in Regno Poloniæ Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani: ſine qua probatione generoſę Nobilitatis non admittuntur ad dictum Ordinem, vel conſimiles, atque ideo de novo ad Nobilitatem admiſſi, cum careant

careant requiſitis Statutorum Militarium Equeſtrium Ordinum, & Religionum, ad illos non admittuntur.

SECTIO UNICA

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM

1. *Poloniæ Regnum quomodo gubernetur. In eo duo adſunt Archiepiſcopatus, & 14. Epiſcopatus.*
2. *Palatini Duces, Marchiones, et Barones adſunt.*
3. *Ordo Equeſter cuius ſit æſtimationis.*
4. *Nobilitatis Polonę cognomina quis referat.*
5. *Familia* Ciolek *ibidem eſt Ramus Familię Torellę & n. 6.*
7. *Rex Poloniæ Auguſtus Tertius, intuitu d. Rami Familię Torellæ in Polonia, inſignivit Titulo Marchionis Comitem Antonium Germanum Fratrem Auctoris hujus Tractatus.*
8. *Adducitur diramatio Familiæ Torellæ Italæ.*
9. *Adducitur diramatio Torellæ Familiæ in Polonia, etiam ſub aliis Denominationibus*, & n. 10.
11. *Tranſcribitur integre Diploma Regis Auguſti Tertii.*

DISCURSUS V. SECT. UNICA

AMplum qua late patet Poloniæ Regnum, prȩclara Regiminis
1. methodo gubernatur, & regitur. Rex qui omnibus præeſt eligitur: hic Senatores creat; ad tradita ſuperius in Diſcurſu n. 56. Adſunt Dignitates Eccleſiaſticȩ: duo Archiepiſcopatus; Gneſnenſis Regni Primatum tenens, & Archiepiſcopatus Leopolienſis: pluresque numerantur Epiſcopatus, ſcilicet 14.

Palatini Titulo Ducum, Marchionum,
2. Comitum, Baronum inſigniti; ut teſtatur ſuperius allegatus *Stanislaus Krziſtanouvic pag.* 1., *& ſequentibus*: Qui tamen cum cœteris Regni Proceribus communi jure utuntur: *d. Stanislaus* ubi ſupra.

In toto autem Regno emicat Ordo Equeſter, de quo ſuperius actum eſt, qui Ordo Equeſter cum Titulatis ad ȩqualitatem pervenit, ut æquo
3. jure, & ad capeſcendos Honores, & ad liberam, novi Regis electionem pertineat: quamobrem omnium tanta eſt, & par libertas, ut inquit, *d. Stanislaus pag.* 3., *& Martinus Cromerus lib.* 1. §. *Hominum pag.* 100., & ſuperius tetigimus *ex n.* 63. *&* 64., *& ſeq.*

Gentilitiorum vero Signorum appella-
4. tiones Nobilitatis Polonæ Ordiniſque Equeſtris recenſentur a *d. Martino Cromer.* §. 2. *de Stat.*, *& Gente Poloniæ pag.* 106.

Ex quibus Cognomina Gentium Polonæ Nobilitatis ſumuntur. In hac porro Polonæ Nobilitatis Nomenclatura alphabetico Ordine per *d. Cromerum* deſcripta pag. 106. nomina-
5. tur Familia *Ciolek*. Familia hæc, ſic Polono Idiomate nuncupatur, Ramus eſt Italicȩ Familiæ noſtræ Torellæ, quȩ retroactis Sȩculis ex Italia ad Poloniæ Regnum ſe tranſtulit, ubi Sago, & Toga ſummopere floruit, & floret: de quo noſtræ Genealogicæ Arboris fœcundiſſimo Germine meminit Pompeus Dulphus in Deſcriptione Familiarum Bononienſium pag. 408. ubi quod Torella Familia *ſi è diramata per molte Città d' Italia sì della Romagna, come della Lombardia, & anche in Polonia ec.* qui Pompeus regiſtratur etiam in Hiſto-
6. ria, cui Titulus *Secoli Agoſtiniani Tom.* 5. *pag.* 25. juxta impreſſ. Bononien.

nonien. Typis Jacobi Montis 1678.

Pater Carolus Roſignolius in ſuo Volumine, cui Titulus -- *Vita, e Virtù della Conteſſa di Guaſtalla Ludovica Torella, nominata poi Paola Maria Fondatrice dell' inſigne Moniſtero di S. Paolo ec. cap.* 1. *pag.* 1., *&* 2. *impreſſ. Mediolani*.

Eques Georgius Marcheſius nunc meritiſſimus Aulæ Romanæ Prælatus in ſuo Volumine -- *Galleria dell' Onore, Parte Prima, in Verbo Forlì, pag.* 586. *juxta impreſſ. Forolivienſem Fratrum Marozzi* 1735.

Ad Agnationem hanc noſtram reſpectum habens, ejuſque intuitu, Regia Majeſtas Auguſti Tertii Poloniæ Regis Invictiſſimi ſemperque Auguſti, Comitem Antonium Germanum
7. Fratrem noſtrum Marchionatus Gradu inſignivit, Honorifico mediante Diplomate, quo Torellæ Domus Hiſtoriam exponit. Et ne Nobis ipſis aſſentiri, & immodice proprii tractatores honoris videamur, compen-
8. diarie dicimus Familiam hanc noſtram alias in Italia variis Urbibus fuiſſe diffuſam, ut in Civitate Mantuæ, Bononiæ, Forolivii, Fani, Papiæ, Parmæ, modo Regii Lepidi in Civitate Vigiliarum in Regno Neapolis, ut videre eſt cæteris omiſſis, apud *Paulutium Diſſert. Legal. Tom.* 1. *Diſſer.* 16. *& Tom.* 3. *Diſſer.* 22., *& ſeq.* & d. D. Equitem Marcheſium meritiſſimum ad præſens Prælatum Romanæ Aulæ in d. Volum. *Galleria dell' Onore Parte Prima d. pag.* 584.

Repetimus hanc eandem Familiam noſtram Torelli in Regno Poloniæ Polono Idiomate nuncupatam *Ciolek* pluribus extenſam Locis pro varietate Ditionum, & Terrarum, quas Deſcendentes ejuſdem ſucceſſive con-
9. ſecuti ſunt, variis etiam vocabulis appellari Maciciovii, e loco Macieiowski, Zelekonii a Zeleſekona, Drevitii a Drevic, Zelinii a Zelina, Bzitii, Breſtii, Vozaitii, Sulinii, Laponitii, Gluſii, Koſchonitii, Goriſcuritii, omnes de Agnatione *Ciolek*, & ſub Stemmate Tauri militantes, de quibus ultra allegatos Scriptores Italos, agunt Auctores Poloni: Longinus Paproſcki, Collanovius, Cromerus, Stanislaus Lubienski, Paulus Piatek, Stephanus de Malevicz.

Nos præterea in noſtro Domeſtico Archivio aſſervamus Scriptutarum faſciculum, & documentorum, quo per extenſum Genealogia habetur d. Familiæ, & indicantur munera tum Eccleſiaſtica, tum Secularia, quæ ibidem
10. tenuerunt hujus Agnationis noſtræ Viri, in quo Scripturarum, & documentorum Faſciculo hæc inſcriptio Italica legitur -- *Relationi del Sig. Doni Secretario di Sua Maeſtà portate di Polonia l' Anno* 1655. *del Meſe di Luglio*.

De quibus omnibus teſtimonium perhibet idem Rex Auguſtus Tertius prælaudato ſuo Diplomate, quod ad litteram tranſcribimus, & eſt tenoris ut ſequitur.

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

NOS Auguſtus Tertius, Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
11. Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerniechoviæque Hæreditarius Dux Saxoniæ, Iuliaci, Cliviæ, Montium, Angriæ, & Weſtphaliæ, Sacri Romani Imperii Archi Mareſcallus, & Elector; Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſ-

niæ,

niæ, nec non Superioris, & Inferioris Luſatiæ Burgravius, Magdeburgenſis, Comes, Princeps Hennerbergenſis, Comes Marcæ Ravensberge, & Barbii, Dominus in Raveſtein &c. &c. &c.

Significamus Univerſis, & Singulis tam præſentis ævi, quam futurorum hominibus hocce Diploma noſtrum viſuris. Ad Regię Majeſtatis amplitudinem potiſſimum pertinet, præcipuumque decus eidem, & ornamentum adfert, ſi in diſpenſandis beneficiis, & favoribus eam omnino rationem, ac methodum ſervet, ut virtuti mercedem, meritis ſua præmia ex æquo, & juſto tribuat. Eo majorem autem gloriam, & ſplendorem acquirit, quo latius benignos e ſublimi ſolio emanantes radios diffundere, & non ſolum ſubiectos ſibi, ſed etiam exteros gratiæ, ac benevolentiæ ſuæ participes reddere, tituliſque, & honoribus ornare conſuevit. Cum itaque præclaras Virtutes, & eximias animi Dotes Generoſi ANTONII Comitis TORELLI Patricii Civitatis Foroliavienſis in Italia, optime perſpectas, & commendatas habeamus, quibus accedit antiqua generis Nobilitas perenniſque Majorum gloria, quod nimirum ex ea ſit Familia, quæ vetuſtis decoribus inſignis, magnorumque, & Illuſtrium Virorum fœcundiſſima, non ſolum per Italiæ Provincias ſemper floruit, famaque rerum geſtarum, honore, & pręrogativis eminuit, verum etiam ſplendorem, & claritatem ſuam ad exteras Nationes, & Regna glorioſe extendit: prout ex Documentis omni exceptione majoribus conſtat, Scriptoreſque Hiſtorici teſtantur, Familiæ hujus Illuſtrem Ramum, ex Italia in Regnum quoque noſtrum Poloniæ translatum in proceram, & pręſtantiſſimam Arborem creviſſe, quæ deinde ſequentibus Sęculis, & prę cipuo Polonicis Terris fuit ornamento, & maximę utilitati. ROBERTUS enim ex Italica Civitate Mantuę in Poloniam veniens, & Archiepiſcopus Gneſnenſis factus, circa initia Religionis Chriſtianę in hoc Regno, eandem Doctrina, Sapientia, pietate inſigni firmavit, & auxit, ipſiuſque Frater Germanus PAULINUS, adeo fortunatus Gentis Torellę, ſeu Vitulinæ in Polonia, quę Tauro inſignis avito, Polono Idiomate *Ciolek* nuncupatur, auctor & propagator fuit, ut progenies ejus numeroſiſſima, primarias Dignitates Eccleſiaſticas, & Sęculares frequenter obtinuiſſet, inſignibuſque in Regnum hoc meritis bello, & pace clariſſima, partam celeberrimis actionib. gloriam, & ſervaſſet ſemper, & in hoc uſque tempus retineat, ac oſtentet.

Hinc Nos habita ratione præmiſſorum, tum conſiderata egregia voluntate, ac peculiari benemerendi de Nobis, & Regno Noſtro ſtudio memorati Generoſi ANTONII Comitis TORELLI, eundem ſingulari benevolentiæ Noſtræ documento proſequi, & ad præſtanda Nobis prompta obſequia, eo magis allicere cupientes, Motu Proprio, ex certa ſcientia, animo deliberato, & maturo accedente conſilio, tum de ſpeciali gratia, & plenitudine poteſtatis Noſtræ Regiæ, prænominatum Generoſum ANTONIUM Comitem TORELLI, ejuſque liberos Hæredes, ac Poſteros, Deſcendenteſque legitimos, utriuſque Sexus natos, ſive naſcituros in infinitum, in veros ac Reales Solii Noſtri Regalis Marchiones creavimus, fecimus, eveximus, exaltavimus, ſublevavimus, & Marchionatus Titulo, honore, ac Dignitate inſignivimus, aliorumque Marchio-

num cœtui, & conſortio adſcripſimus, & aggregavimus, quemadmodum præſentis Noſtri Diplomatis tenore creamus, facimus, evehimus, exaltamus, ſublevamus, inſignimus, & aggregamus. Decernentes ac hoc noſtro Regio Edicto firmiſſime ſtatuentes, ut prænominatus Generoſus ANTONIUS Comes TORELLI, ejuſque liberi omnes, Hæredes, ac Poſteri legitimi utriusque ſexus nati, & naſcituri in infinitum, Marchionum Nomen, & Dignitatem aſſequi, obtinere, & ferre, tam in Litteris, quam nuncupatione verbali, atque in rebus ſpiritualibus, & temporalibus, Eccle- ſia-

ſiaſticis, & Sæcularibus, in quibuſcumque negotiis, & occaſionibus, a Nobis, & Sereniſſimis Succeſſoribus Noſtris, ac aliis omnibus, & ſingulis cujuſcumque Status, Ordinis, Dignitatis, Conditionis, aut præeminentię extiterint, pro veris Marchionibus haberi, teneri, nominari, & honorari poſſint, valeant, & debeant, prout nos Ipſi Eundem Generoſum ANTONIUM Comitem TORELLI, illiuſque legitimos Hæredes, ac Poſteros utriuſque ſexus Marchiones nominamus, declaramus, & approbamus, perinde ac ſi à quatuor Avis Paternis, & Maternis tales nati eſſent; Volentes porro, & auctoritate Noſtra Regia expreſſe conſtituentes, quatenus ubique locorum, terrarumque, tam in Judiciis, quam extra, omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, immunitatibus, libertatibus, juribus, conſuetudinibus, honoribus, prærogativis, exemptionibus, gratiis, & favoribus, uti, frui, potiri, & gaudere valeant, quibus alii Regni Noſtri, & Imperii, ac aliorum Regnorum Marchiones uti, frui, potiri, ac gaudere ſolent, gaudentque, & potiuntur, quomodolibet de jure, vel conſuetudine, contradictione, & impedimento quovis remoto. Ut vero externo quoque ſigno ſingularem propenſionem, & benevolentiam Noſtram Regiam Memorato Generoſo ANTONIO Comiti TORELLI, nunc jam Titulo Marchionis a Nobis decorato teſtaremur Inſignia Familiæ ipſius antiqua, Nobilitatis, & Virtutis indicia, pro ut hic illa Pictoris induſtria conſpicue delineantur, & exprimuntur, laudavimus, & approbavimus, & ratificavimus, pro ut laudamus, approbamus, & ratificamus præſentibus;



dandantes, & concedentes, eidem Generoſo ANTONIO Comiti, & Mar-

Marchioni TORELLI, cum omnibus, & ſingulis Ipſiuſque deſcendentibus legitimis, Maſculis, & Fœminis plenam poteſtatem hæc Avita ipſorum Arma, & Inſignia a Nobis laudata, & approbata ubique locorum, & terrarum, quovis tempore, & occaſione Pacis, vel Belli, in ſeriis, & jocis, cunctiſque Actibus, & exercitiis decentibus, præſertim vero generoſis, & Nobilibus certaminibus, haſtiludiis, aliiſque congreſſibus Equeſtribus privatis, & publicis, in ſcutis, Vexillis, tentoriis, tapetibus, annulis, ſigillis, monilibus, Clenodiis, in oſtiis, feneſtris, parietibus, & ædificiis, cunctaque ſupellectili quomodocunque libuerit, jure & more cœterorum Marchionum, libere abſque contradictione cujuſvis geſtandi, affigendi, & exponendi, atque ut idem Generoſus ANTONIUS Comes, & Marchio TORELLI, cum tota ſua Poſteritate, tam Sacris, quam Profanis in Locis, ad Negotia, & Officia omnia, honores, dignitates, & Jura, ipſis, & Succeſſoribus ipſorum competentia aſpirare, promoveri, iiſdemque gaudere, & potiri poſſint perpetuis temporibus capaces facimus, & omnes ad id prærogativas benigne impertimur. Quod omnibus quorum intereſt, præſertim vero Principibus Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, Hierarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, eorumque Loca tenentibus, atque Officialibus, Civitatum, & Communitatum quarumvis Pręſidibus, Gubernatoribus, Magiſtratibus, omnibus in univerſum, cuiuſcumq: Ordinis, Conditionis, et Præeminentiæ fuerint ad notitiam deducentes, juri gentium innixi peramanter requirimus, Dignitariis vero Officialibus, totique Nobilitati Regni, et Dominiorum Noſtrorum firmiter notam eſſe volentes, mandamus, quatenus ſæpe nominatum Generoſum ANTONIUM Comitem TORELLI, nunc Marchionem a Nobis creatum, illiuſque legitimos Hæredes, ac poſteros utriuſque ſexus ab ipſo deſcendentes, & deſcenſuros, in iſto Marchionatus Gradu, Ordine, & Dignitate permanere, omnibus, & ſingulis Præeminentiis, Privilegiis, Prærogativis, Immunitatibus, Exemptionibus, Gratiis, & Favoribus, Marchionibus, de Jure, & Conſuetudine ſervientibus, & hocce Diplomate Noſtro conceſſis libere, quiete, & abſque ullo impedimento, uti, frui, potiri, & gaudere ſinant, adeoque circa omnia, & ſingula prædicta conſervent, defendant, & manuteneant, ab aliiſque conſervari, defendi, & manuteneri curent, ac ne quid in contrarium attentent, vel moliantur, pro viribus impediant, pro Gratia Noſtra. In cujus rei fidem ac robur perpetuum præſens Diploma Manu Noſtra ſubſcriptum Sigillo Majeſtatis Noſtræ communiri juſſimus. Datum Dreſdę in Saxonia Die XIII. Menſis Iulii Anno Domini 1747. Regni vero Noſtri XIV. Anno. Præſentibus Admodum Reverendo, Reverendis in Chriſto Patribus, Magnificis, Venerabilibus, Generoſis, et Nobilibus Andrea Staniſlao Koſtka Zaluski Cracovienſi, Duce Severię Valentino Czapki Cujavienſi, & Pomeraniæ, Adamo Staniſlao Grabowuski Varmienſi, & Sambienſi Epiſcopis; Venceslao Rzewuski Palatino Podoliæ; Franciſio Bielinski Supremo Mareſcalco; Joanne Malachowski Supremo Cancellario; Michaele Wodzicki Pro-Cancellario

cellario Regni ; Abbate Comendatario Wochocenſi, & Czeruenci Decano Cathedrali Cracovienſi ; Uladislao Lubienski Spirituali Regni Notario Decano Cathedrali Gneſnenſi ; Scolaſtico Cathedrali Cracovienſi ; Adamo Komorowski Pręposito Cathedrali Cracovienſi ; Alexandro Lubomirski Enſifero Regni, & Armamentariorum Præfecto ; Joanne Kloſſowski Canonico Cathedrali Premyslienſi Sigilli Minoris Regni Secretario ; Joſepho Lipski Parchovienſi ; Sigiſmundo Linowski Lipnicenſi Capitaneis Noſtris ; Adamo Miecziinski ; Alexandro Gurowski ; Franciſco Roſtworowski ; Alexandro Oſſolinski ; Franciſco Loyko ; Gregorio Grabowski ; Ludovico Bratkowski, aliiſque plurimis Conſiliariis, Cubiculariis, Aulicis, & Familiaribus noſtris.

AUGUSTUS REX

Diploma Marchionatus Generoſo Antonio Comiti Torelli datur.

Joannes Ktoſſowski Canonicus Cathedralis Premyslien. S. R. Majeſtatis Sigilli Regni Secretarius.

CANCELLARIATU

ILluſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Joannis Comitis in Konskie, & Biallaczocco à Malachovice Malachoccoski Supremi Regni Polonię Cancellarii Diſtrictus Opocnenſis Gubernatoris Capitanei Oſtrolecenſis Aquilę Albæ Equitis &c.

Quatenus ſpectat ad ſingulas Regii Diplomatis partes, ſubdimus, quod hujus noſtræ Familiæ in Italia Genealogica ſeries, & Ramorum ex hac Arbore provenientium videri poteſt apud *Jo. Baptiſtam Saccum appellatum Platinam in Hiſtoria Mantuæ* 1328. *ibi .. Torellus de Gente Torella Viri Generis, ac Factis clari* apud Nobilem, & Patricium Virum *Philippum Saſsetti* in funere Lelii Torelli Fanenſis Oratione habita Florentiæ, queque Oratio integra habetur in manuſcriptis *Familiæ Strozzi Florentinę, in Codice n.* 738. *pag.* 96. *ac impreſſa habetur in Volumine -- Faſti Conſolari dell' Accademia Fiorentina di Salvino Salvini pag.* 130. *cum ſeqvent. juxta impreſſ. Florentinam Typis Joannis Baptiſtæ Tartini, & Sanctis Franchi* 1717. ubi *pag.* 132. ſic legitur. *Sono in queſta Città di Fano molte Nobili Famiglie, e trà le principali i Torelli, i quali non conoſcono l' origine da lei ec. mà lo eſſere quì li Nobili altronde venuti, e loro di non minor chiarezza cagione ec. Vennero in Fano i Torelli allorchè parteggiando la Lombardia, i Ghibellini cacciarono i Guelfi con l' ajuto di Federico 2. Imperatore, e furono delle Famiglie che uſcirono dall' Antica Città di Parma, ove parte di loro ne rimaſero, che vi ſono oggi, Sig. di Caſtella, e degl' uſciti parte in Forlì ſi fermarono, che Ricchi, e Potenti vi ſi ritrovano, e queſti vennero a Fano.* Videri poteſt apud *Patrem Iulium Lorenicum Societatis Ieſu* in Vita *Hieronymi Torelli Patricii Forolivienſis, deinde Cappucini. Bonulum Hiſtoria Forolivii* apud ſæpe laudatum Equitem *Marcheſium, nunc Aulæ Romanæ Prælatum in Vitis Virorum Il-*

luſtrium

luſtrium Forolivienſium pag. 17. 38. *& ſeqq.* 133., *&* 135. 144. 266. 274. 282. 297. 359. 422. 424. 433., & in alio Volumine -- *Galleria dell' Onore Parte Prima*, *in Verbo Forlì a pag.* 584., *cum ſeqq. juxta impreſſ. Forolivii Typis Fratrum Marozzi* 1735. ubi de omnibus Ramis Familiæ Torelli agit.

Patrem *Jacobum Bellogradi in Vita Beati Torelli primum* impreſſa Patavii, & nunc iterum impreſſa in hoc Volumine noſtro poſt *Diſcurſum I. pag.* 31., *cum ſeqq.*

Apud *Marcum Antonium Paulutium* de omnibus Ramis hinc atque hinc diviſis ejuſdem Familiæ Torellæ *Diſſert. legal. Tom.* 1. *Diſſert.* 16., *& Tom.* 3. *Diſſert.* 110. *Art.* 1. ubi notandum quod *ſub n.* 66. nominatus Marchio Marſilius Primogenitus nuper obiit, unde remanet modo Primogenitus Familię Marchio Joannes, qui in Gradu Eccleſiaſtico, ac Togato exiſtens, nolenſque ab huiuſmodi Statu recedere, alium Fratrem ſuum Marchionem Chriſtophorum, ad contrahendum Matrimonium ſuadet, & ea prudentia Viro Nobili, & Patricio congruente ad conſervationem ſplendoris propriæ Domus, jam eidem Fratri ſuo Marchioni Chriſtophoro aſſignationem ſubſidii ſtatuit; ut Nobis per Epiſtolam ſuam Papiæ datam, Marchio Joannes ſignificavit ſub die 13. Junii mox elapſi anni 1749.

Quemadmodum in dicta *Paulutii Diſſertatione* 110. *Artic.* 1. *ſub. n.* 70. *pag.* 263. ex incuria, Typographus duos ſolum nominat Filios Comitis Pii, ſcilicet Franciſcum, & Carolum, omittendo etiam tertium Filium, hoc eſt bo. me. Comitem Adrianum; idcirco omiſſionem Typographi ſupplemus. Dicimuſque ex d. Adriano ortum eſſe Comitem Salinguerram, qui nuperrime nomen dedit Nobili Militiæ ut dicitur, *De Cadetti* Sereniſſimi Ducis Mutinæ.

Tandem ad ea, quę tradit d. *Paulutius d. Diſſert.* 110. *Art.* 1. quoad noſtrum Germanum Fratrem Comitem Antonium tunc temporis Canonicum Cathedralis Eccleſiæ, cum Canonicatu de Jurepatronatus noſtræ Familiæ, nunc hic ſubdimus, quod cum idem Comes Antonius eſſet ſolum Prima Tonſura initiatus, dimiſit præfatum Canonicatum, & repetimus quod in 1. *Diſcurſu expoſuimus ſub n.* 35. *p.* 9. Eundem Comitem Antonium die 30. Aprilis 1743. Matrimonium contraxiſſe cum Nobili Domina Marchioniſſa Maria Luciana Filia Nobilis Viri Domini Marchionis Coſmi Paulutii, & ex hoc Matrimonio die 29. Menſis Novembris 1745. benedicente Domino, ortum fuiſſe Filium Maſculum, & in Sacro Baptiſmali Fonte eidem impoſita fuiſſe nomina *Silvius*, *Aloyſius*, *Sebaſtianus*, *Ignatius*, *Balthaſſar*. Porro Sacrum Baptiſma dicto Infanti ſolemniter in Eccleſia Cathedrali contulit Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Camillus Paulutius, qui tunc temporis in hac ſua Patria moram trahebat, iturus ad Urbem, Cardinalitium Pileum e manibus Sanctiſſimi accepturus. Nos vero in hoc Baptiſmate Patrini Munus geſſimus, juxta Documentum in calce d. noſtri Diſcurſus regiſtratum, ſub Litt. *A.* ubi tota ſeries exponitur.

Dictus autem Comes Antonius Germanus Frater Noſter ille eſt, quem Auguſtus III. Poloniæ Rex antedicto Diplomate muneravit.

Et quoad Familiam in Regno Poloniæ, Hiſtoria recognoſci poteſt ex allegatis

Scri-

Scriptoribus, & ut notat d. Relatio bo. me. Boni à Secretis Poloniæ Regis ex Authenticis Documentis manuſcriptis, ac exiſtentibus in Cancellariis Curiarum pręcipue Palatinatuum Maſſoviæ, Sandomriç, et Lubrini, in quibus Familia hæc habuit, habetque Dominia, et Iuriſdictiones.

Cumque antedicta Relatio bo. me. Boni, nonnullos Viros Domus huius enumeret, Nos Italico ſervato Idiomate, compendiarie cum d. Relatione notamus: *Hanno deſcritto la Vita di d. Roberto, Stefano de Maleciſcio Canonico Regolare Lateranenſe nel ſuo Libro intitolato* -- Series Archiepiſcoporum Gneſnens; *il Paproski; il Cromero &c.*

„ Della Famiglia Torella in quella Lingua Polacca *Ciolek* ſono diverſe le Denominazioni che ritengono li Diſcendenti: altri ſi dicono *Maciciovii* dallo Stato e Luogo di Macieiowski poſſeduto da loro, Zeleskonii da Zeleſckonia, Drevitii da Dreviek, Zelenii da Zelina, così Bzitii, Breſtii, Vezaitii, Juliny, Leporitii, Gluſii, Koſchovitii, Goriſcuritii, e ſimili; portano tutti l' iſteſſe Arme del Toro, come originarj dalla medeſima Stirpe, riferiſcono li ſopradetti Autori.

„ Con Roberto paſsò in quel Regno Paolino ſuo Fratello: qui fermò la ſua Sede, e propagò felicemente la ſua Famiglia nei Diſcendenti. Queſti trà gli eſercizj dell' Armi, e ſtudj di Pace, con i meriti del proprio valore, aſceſero in ogni tempo alle ſupreme Cariche Eccleſiaſtiche, e Temporali, con Dominj di Stati, e di Provincie intiere.

„ Scislao Ciolek ſecondo di Caſa Torella Arciveſcovo di Gneſna: fa mentione di eſſo *Paproſcki nel ſuo Libro Nodus Virtutum*, ove pone *il ſuo Ritratto*.

„ Paolino ſecondo, ſettimo Veſcovo di Cruſvienſe, ed Uladislavienſe di Vita innocente morì ſedente Paſcale ſecondo Sommo Pontefice: ſcrive la ſua Vita *Danaleſſio nelle Vite de' Veſcovi Uladislavienſi*.

„ Segue Paolino Ciolek il terzo: viſſe 1199. ſtrenuo Soldato, e superò i più ſtimati Capitani del ſuo tempo: *il Paproski* rapporta l' Effigie ſua.

„ Andrea Ciolek fu dal Capitolo eletto Veſcovo Plocenſe l' anno 1250. acerrimo Difenſore della Giuriſdizione Eccleſiaſtica: dopo ſei Anni morì di Apopleſia l'anno 1260. *Stanislao Lubieuski nella Vita de' Veſcovi Plocenſi*.

„ Sbigneo Ciolek Canonico Cracovienſe Supremo Cancelliero del Regno *Paproſcki* rapporta improntata la ſua Imagine nella Storia.

„ Sebaſtiano Ciolek 1431. Sopraintendente della Fortezza Chelmenſe nel Palatinato di Ruſſia ne' confini della Polonia minore: riportò Vittoria da Tartari: il Re Camiro Figlio di Iagelone lo rimunerò di Giurisdizioni, e Territorj in quella Provincia: *Cromer Lib.* 20.

„ Procreò Sebaſtiano nella Provincia Chelmenſe molti Figli, ciaſcuno da i Caſtelli, e Ville, che per ragione di Eredità poſſedevano, preſero la Denominazione, come aſſeriſce il *Paproski*.

„ Nepote ſuo fu Andrea Canonico Sendomarienſe, ed Officiale Lucorienſe 1417.

„ Niccolò Ciolek Figlio di Sebaſtiano dalla ſua Villa, o Caſtello di Bziſe, nominato Bziſſhi, fu Veſcovo Chelmenenſe, fondò il Convento

„ to ai Padri Agoſtiniani, ebbe la
„ ſua Sepoltura in Craſnovia con
„ l'Epitafio poſto nella Capella dal-
„ la parte dell'Evangelio 1461.
„ Di queſta Famiglia Brite nell'anno
„ 1580. fu Andrea Bzieski Caſtella-
„ no Chelmenſe Senatore di gran
„ ſtima, chiaro per la ſua Amba-
„ ſcieria all'Imperatore de' Turchi,
„ e di Generale degli Eſerciti di Po-
„ lonia, come atteſta il *Papros-*
„ *ki*.
„ Figlio, ed erede del valore Paterno
„ ſi moſtrò Aleſſandro Maſtro de'
„ Cavalieri, nel maneggiar l'Armi
„ contro Moſcoviti, con prudenza,
„ e deſtrezza militare.
„ Laſciò dopo sè due Figliuoli An-
„ drea, e Gioanni Camerario Gra-
„ nicenſe Premislienſe.
„ Dopo la ſua morte reſtarono due
„ Figli Impuberi, Gioanni, ed
„ Aleſſandro Bziski.
„ Eraſmo Ciolek Palatino di Maſſovia
„ guereggiò contro li Duchi della
„ Provincia: fra l'armi ſeppe inſe-
„ rire alle Palme guerriere l'Olivo
„ della Pace l'anno 1388. *Papros-*
„ *ki*.
„ Stanislao Ciolek Veſcovo di Poſna-
„ nia dell' 1410. ſi fece incontro
„ all'impeto di Abramo Sbanſio
„ Fautore della Setta de' Boemi E-
„ retici, diſperſa la Zizania prima
„ che formaſſe le radici; onde fu-
„ rono condannati al fuoco li Predi-
„ canti Eretici, e ſparſe al vento
„ le ceneri: l'Empio Sbanſio inde-
„ gno di Vita, di dolore, e rab-
„ bia diedeſi in preda alla morte:
„ *Cromer. Iſtoria di Polonia lib.* 20.
„ *pag.* 321. *Paproski*.
„ Di Niccolò Ciolek di Drzenuil Can-
„ celliere, e Cuſtode del Regio Si-
„ gillo, ed Andrea Tincinio di pri-
„ maria Nobiltà, Famigliari del Rè
„ Uladislao, rapporta il *Cromero*
„ un fatto loro generoſo.
„ Nell'anno 1430., dopo avere il Re
„ ceduto la Podolia a Intrigello ſuo
„ Fratello, in pregiudicio del Re-
„ gno, fecero intendere al Buciac-
„ cio Prefetto Cameſienſe, che ſoſ-
„ pendeſſe le Regie commiſſioni, e
„ per ſoſpetto non foſſero intercet-
„ te le Lettere, le chiuſero dentro
„ un Torcio di Cera, quale fatto
„ preſentare al Buciaccio, con dire
„ che volendo egli veder lume ſi
„ valeſſe di quel Cereo: ſoſpeſo
„ queſti dalle parole ambigue, che
„ conteneſſero qualche gran ſecreto,
„ aprì il Cereo, ebbe le Lettere,
„ ſi valſe dell'avviſo, reſtò impedito
„ l'effetto della Ceſſione Regia:
„ *Cromer. lib.* 20. *pag.* 301.
„ Nel racconto della Famiglia Torella
„ Ciolek, pone il *Paproski* il Ri-
„ tratto di Gioanni Ciolek, di
„ Drzenien Gran Cancelliere del
„ Regno l'anno 1470., ſeguitò gli
„ Studj di Marte, non laſciò quel-
„ li di Pallade, militò con primi
„ Comandi contro de' Moſcoviti,
„ e Tartari: conoſciuto invincibile
„ nell'Armi, fu da un Barbaro uc-
„ ciſo con veleno: *Paproski*.
„ Stanislao Fratello di Gioanni di e-
„ minente ſtatura al pari di Gigan-
„ te, di robuſtezza prodigioſa, che
„ facile a lui ſi rendeva ſuellere
„ grandi Arbori, e ſollevare peſi
„ eccedenti le forze umane, com-
„ battendo contro Tartari, de' quali
„ fatto avea grandiſſima ſtrage tra
„ il ſangue loro, e le morti, di pu-
„ ra ſtanchezza morì.
„ Andrea Ciolek de Zelchona Succa-
„ merano Sendomerienſe Fratello di
„ Gio. e Stanislao, celebre negli af-
„ fari di Stato, in Pace, e in Guer-
„ ra aſceſe ai primi gradi della Re-
„ pubblica, morì l'anno 1436. *Pa-*
„ *proski* porta la ſua Effigie.

„ An-

„ Andrea Figlio del predetto Veſcovo
„ di Poſnania, dotto in Belle Let-
„ tere, ed erudizione, ed elegante
„ Poeta, e confutò i falſi Dogmi
„ degli Eretici, fu gran Cancelliere
„ del Re Udislao Iagellone: trat-
„ tano di eſſo il *Cromero nelle Iſto-*
„ *rie di Polonia*, *l' Autor delle Vite*
„ *de' Veſcovi di Poſnania*.

„ L'altro Figlio detto Vigante fu Ca-
„ ſtellano Coſtenſe, chiaro ne' ma-
„ neggi di Stato, ebbe numeroſa
„ Proſapia, e richiſſime entrate,
„ dilatò la ſua Famiglia in altre Di-
„ ſcendenze de' Proſuitii, Oſtrole-
„ ctii, Guttoveſii, Pelicorii, Do-
„ btinicorii, aſſunte le Denomina-
„ zioni dai Paeſi, e Stati che poſ-
„ ſedevano 1388.

„ Di Vigante fu Figlio Andrea Pala-
„ tino di Maſſovia, chiaro non ſolo
„ per gli ſplendori de' ſuoi Antenati,
„ ma per le impreſe da lui fatte, e
„ Cariche degnamente ſoſtenute di
„ gran Senatore nella Repubblica:
„ laſciò dopo di ſe Sigiſmondo,
„ Aleſſandro, Criſtofaro, e Gio-
„ anni.

„ Da Criſtofaro venne Aleſſio, e Pie-
„ tro, e da queſto derivano Andrea,
„ Franceſco, Criſtofaro, e Giro-
„ nimo Maciejoviz veri Torelli, o
„ Ciolek.

„ Bernardo Ciolek de Maiteionik Ca-
„ ſtellano Lublimenſe Capitano Za-
„ richoenſe, Senatore di ſomma
„ prudenza negli affari di Guerra,
„ e di Pace, ebbe bella ſucceſſione
„ di Figli deſcritta dal *Paproski*: vi-
„ veva l'anno 1490.

„ Gioanni il Primogenito guereggiò
„ in Ungheria, con Comandi: morì
„ l'anno 1520. *Paproski*.

„ Celebra le lodi di Samuele Ciolek
„ Maciciowisk Figlio di Bernardo
„ Stanislao Lubrenski nelle Vite de'
„ Veſcovi Plocenſi, con dire, che
„ per vivacità d'ingegno, e per le
„ maniere dolci, per la ſoavità de'
„ coſtumi, accompagnata da Elo-
„ quenza ſingolare, che a ſuo arbi-
„ trio piegava le Genti, ſi acquiſtò
„ la grazia del Re con l'aura della
„ Corte, e di Veſcovo Chelmenſe,
„ e gran Cancelliero, fu aſſunto
„ alla Chieſa Plocenſe; indi trasfe-
„ rito a quella di Cracovia, con
„ ritenere aſſieme la Carica di Sena-
„ tore, ed il Sigillo del Regno l'
„ anno 1550. Aggiugne ch' Egli fu
„ talmente tenace del ſegreto, che
„ ſoleva dire al Re di conoſcere
„ due Perſone ſommamente bugiar-
„ de, Pietro Gamraro, che nulla ſa-
„ pendo, preſumeva ſapere ogni coſa,
„ e Samuel Maciejovio, che par-
„ tecipe di tutte le deliberazioni ſe-
„ grete del Senato s' infingeva non
„ averne notizia: *Paproski*; *Lubrien-*
„ *sk*.

„ Gaſpare Ciolek terzo Figlio di Ber-
„ nardo Cavaliere Aurato, Perſo-
„ naggio di molte Lettere, e ſenno,
„ lungamente eſercitato nelle Cari-
„ che publiche; anno 1538. *Papro-*
„ *ski ubi ſupra*.

„ Viene poi Stanislao, altro Figlio di
„ Bernardo, del quale ſi racconta, che
„ uſcito alla luce avanti il tempo
„ ordinario del Parto, che non
„ ſuole eſſer vitale, per ſpazio di
„ un Meſe fu conſervato dentro al
„ graſſo di Cignale. Creſciuto in
„ età fece maravigliosa riuſcita; fu
„ Caſtellano Sendomerienſe, e Ma-
„ reſciallo del Regno l'anno 1558.
„ *Paproski ubi ſupra*.

„ Nacquero di Lui Ladislak Capitano
„ Lovithoſten anno 1578., e Gaſ-
„ paro Capitano Spiteri, che per
„ vedere altri Regni, Provincie, e
„ Cittadi, e loro Governi, Coſtumi

e Leggi

„ e Leggi, ſcorſe la Germania,
„ Francia, Inghilterra, Italia, e
„ Spagna, formò in ſe ſteſſo un idea
„ d' Uomo Pio, Cattolico, e di Sol.
„ dato il più ſtimato dell' età ſua,
„ Sopraintendente, o Prefetto della
„ Stalla Regia l' anno 1578.
„ L' ultimo de' Figli Bernardo, Erede
„ del nome, e del valore Paterno,
„ fu Caſtellano Lublinenſe, e Capi-
„ tano Trembonolenſe, nell' età ver-
„ de moſtrò prudenza: viſſe l' an-
„ no 1558. *Paproski ubi ſupra.*
„ Niccolò Figlio del ſopramentionato
„ Gaſpare Cavaliere Aurato, fu Pa-
„ latino Lublinenſe; guerreggiò vit-
„ torie contro Moſcoviti, e Tarta-
„ ri per Dio, e per la Patria, co-
„ me ſi legge nell' Epitaffio del ſuo
„ Depoſito nella Chieſa di Cracovia
„ *Vir pietate in Deum, Amore in*
„ *Patriam Inſignis Gaſpar Palatinus*
„ *Lublinenſis: Paproski ubi ſupra*
„ anno 1574.
„ In Gioanni ſecondo Genito di Gaſ-
„ paro ſi videro a maraviglia trans-
„ fuſe le Virtù del Padre, le cui
„ veſtigia ricalcando, col proprio
„ valore ſi avanzò a' primi gradi
„ della Repubblica 1578. *Paproski*
„ *ubi ſupra.*
„ Le più riguardevoli Doti, Saviezza,
„ Generoſità, e Bellezza, furono
„ accumulate tutte in Heduigi, e
„ nell' altre due Figlie di Gaſparo,
„ maritate altamente a gran Signori:
„ *Paproski ubi ſupra.*
„ Mattia Ciolek de Drzevik, così de-
„ nominato, come anco li ſuoi Di-
„ ſcendenti dal ſuo Stato di Drzet-
„ tica, e ſono Ciolek della medeſi.
„ ma Proſapia de' Maciciovii Pro-
„ Cancelliere delli Re Anteceſſori,
„ Gio: Alberto, ed Aleſſandro, Pro
„ Gran Cancelliere di Sigiſmondo,
„ e ſuoi Ambaſciatori ai Principi E-
„ lettori nella Dieta di Francfor
„ per l' Elezione in Imperatore d
„ Carlo V. Nipote del ſuo Re, fe-
„ ce apparire nelle Negoziazioni i ta-
„ lenti del ſuo valore in eſcluſione
„ di Franceſco Re di Francia. Fu
„ promoſſo alla Chieſa di Uladiſla.
„ via, indi trasferito alla Metropo-
„ litana di Gneſna, ivi chiuſe in
„ pace gli ultimi dì l' anno 1535.;
„ deſcriſſe la ſua Vita il Domaleni-
„ cio, ed avanti di lui ne fa memo-
„ ria il *Paproski ubi ſupra*, rappre.
„ ſentando la ſua effigie.
„ Nipote dell' Arciveſcovo Mattia, fu
„ Andrea Ciolek da Drezettica Ca-
„ ſtellano, in Pace, ed in Guerra
„ portato a quei gradi della Repub-
„ blica, che richiedeva il ſuo meri-
„ to: anno 1578. *Paproski ubi ſu-*
„ *pra.*
„ Mattia Ciolek de Drzenik pur Ni-
„ pote dell' Arciveſcovo, fu Cano-
„ nico di Cracovia, iſtrutto di buo-
„ ne Lettere: mancò di vivere 1570.
„ *Paproski* 1570.
„ Giacomo il terzo Nipote, Giovane
„ di alta ſperanza per la vivacità
„ de' ſuoi ſpiriti generoſi, corſe
„ preſto la carriera de' ſuoi giorni:
„ laſciò Martino de' Drzonik ſuo
„ Figlio l' anno 1578. *Paproski ubi*
„ *ſupra.*
„ Con l' arte del Governo pubblico,
„ ed eſperienza della Guerra, Ada.
„ mo Ciolek Drezrruki Caſtellano
„ Inſouladislavienſe in Cuiavia, con-
„ ſeguì i primi onori della Patria
„ 1570. *Paproski.*
„ Sigiſmondo, ed Adamo Figli del
„ Caſtellano Inonladislavien, ſi ſe.
„ gnalarono co' fatti Militari nelle
„ Battaglie contro Tartari 1578.
„ *Paproski.*
„ Valeriano Drzeuvis fu Canonico
„ di Poſnania, Segretario Regio,

cadde

,, cadde ſul verde de' ſuoi anni : ſi
,, legge l' Elogio alla ſua Sepoltura
,, *Spes Patriæ*, *& Domus Drzevi-*
,, *ciæ &c.*
,, Gioanni Drzouvica fu Canonico
,, Plocenſe, e Decano di Culma.
,, Nella Corte del Re Auguſto fu in
,, molta ſtima Matteo ſuo Fratello,
,, per i meriti della ſua virtù, co-
,, me ancora tra Cortigiani del Re
,, Stefano Niccolò Drzevik loro Ni-
,, pote.
,, Rocco Drzevik, fu Prepoſto Zar-
,, novienſe.
,, Viciſlao Drzevik Capitano Vinotra-
,, tislanienſe, chiaro per le onorate
,, impreſe da lui fatte.
,, Da Korſahoviſſa Dama principaliſ-
,, ſima, ſua Moglie, ebbe Nobile,
,, e numeroſa Prole, de' quali
,, Stefano Drzenvik riuſcì braviſſimo
,, Guerriero, che per i meriti del
,, ſuo valore dal Re fu fatto Ge-
,, nerale della Cavalleria contro Mo-
,, ſcoviti.
,, Giacomo altro Figlio peritiſſimo di
,, diverſi Linguaggi con impieghi
,, molto onorevoli, lungamente fu
,, trattenuto in Corte da Sua Mae-
,, ſtà. Da due Mogli ebbe tre Fi-
,, gli, Aleſſio, Aleſſandro, e Gio-
,, anni; queſt' ultimo fu Canonico
,, Vilnenſe.
,, Priſcki Drzeuvik Caſtellano Culmen-
,, ſe, famoſo Soldato, che col pro-
,, prio ſangue, e de' Nemici in mol-
,, te Battaglie imporporò la candi-
,, dezza della ſua Fede verſo il Re,
,, e verſo la Patria.
,, Capitano Stelingenſe di prontezza
,, d'ingegno, e di mano, non ebbe
,, chi lo ſuperaſſe nelle impreſe Mi-
,, litari.
,, Priſiki nella Corte del Re Auguſto
,, per i ſuoi meriti conſeguì molti
,, premj, con la Carica di Capitano
,, Comevecenſe in Podolia.
,, Koſenitii diſcendenti dalla Caſa
,, Ciolek, ſalirono tutti i Gradi del-
,, le Dignità Eccleſiaſtiche, e Se-
,, colari, de' quali vengono onorati
,, li Nobili nella Repubblica.
,, Kazeneski in Podlaſcia Capitano
,, Zachovenſe, ebbe gran nome
,, d' integrità ne' maneggi pubblici.
,, Gorſioscki nel Palatinato Plocenſe,
,, fu Teſoriero della Regina Anna.
,, Fiorirono li Gluſii, germogli della
,, Famiglia Ciolek nel Palatinato
,, Belſenſe.
,, Cozarnolitii nel Palatinato Chel-
,, menſe, Koſvioſcii nel Palatinato
,, Drochierenſe: queſte, ed altre
,, Famiglie tirano l' Origine dal
,, primo Paolino Ciolek, quale co-
,, me ſi diſſe, d' Italia paſsò in Po-
,, lonia con Roberto ſuo Fratello
,, eletto Arciveſcovo di Gneſna.
,, Liporeſſoski fu Canonico di Uratis-
,, lavia, e di Gneſna, erudito in
,, molte Scienze.
,, Uladiſlao Zrzervicii Generale delli
,, Eſerciti Regj, che contro poten-
,, tiſſimi Nemici Turchi, Tartari,
,, Coſacchi, e Moſcoviti, guerreg-
,, giando riportò glorioſiſſime Palme
,, di ottenute Vittorie.
,, Non hanno degenerato dal Ceppo
,, Originale, nè dalla Virtù degli
,, Avi li Succeſſori, ma con i me-
,, riti del proprio valore aggiun-
,, gono nuovi pregj alle glorie lo-
,, ro.
,, Viveva poco avanti all' età noſtra
,, Sebaſtiano Ciolek dal ſuo Stato
,, di Zielenska nel Palatinato Sendo-
,, marienſe, denominato Zielenski;
,, queſti Coppiere, e Pucillatore
,, del Palatinato Braclavecenſe, non
,, meno negli eſercizj di Pallade,
,, che di Marte, in Pace, ed in
,, Guerra ſoſtenne nobiliſſime Cari-
,, che, Ambaſciatore del ſuo Re
,, per concludere l'accordo con Oſ-
mano

„ mano Imperatore de' Turchi l'an-
„ no 1620., e per non eſſere ſegui-
„ to l' accordo ſecondo il volere
„ del Barbaro, comparve in Perſo-
„ na l' anno ſeguente 1621. con E-
„ ſercito innumerabile, nel quale
„ pure ſi contavano 300. m. Caval-
„ li, e 12. m. Gianizzeri 80. m. Tar-
„ tari, oltre la Ciurma infinita di
„ Guaſtatori, e Genti da Servizio
„ a nome di Rodulio Palatino della
„ Vallachia, altri dicono d' ordine
„ del Primo Viſire, fu ſpedito Bat-
„ tiſta Vecelli Candiotto al Campo
„ de' Polacchi, con iſtanze da man-
„ dare con diligenza ad Oſman per
„ il Trattato della Pace, fu data
„ queſta Carica a Giacomo Zicleski
„ Ciolek, o Torello.
„ Gioanni Komoroski Queſtore Supre-
„ mo del Palatinato Sendomarienſe
„ della medeſima Famiglia Torella.
„ Viene oggi dalla ſteſſa Caſa Niccolò
„ Prefetto, e Governatore Pradi-
„ mienſe gran Letterato.
„ Bernardo Ciolek Maccejovic diſcen-
„ dente per retta linea dal Primo
„ Paolino Torelli, Fratello di Ro-
„ berto Arciveſcovo di Gneſna, da
„ Clemente VIII., detto Bernardo,
„ fu aſſunto alla Chieſa di Craco-
„ via, ed al Cardinalato, e trasfe-
„ rito alla Metropolitana di Gneſna
„ Legato a Latere di Paolo V., ce-
„ lebrò il Matrimonio del Re con
„ la Regina Coſtanza d' Auſtria,
„ diede per Conſorte a Demetrio
„ Gran Duca di Moſcovia Marina
„ Figlia del Palatino Sendomarienſe
„ ſuo Fratello Cugino l' anno 1625.
„ Padre de' Poveri, Tutore de' Pu-
„ pilli, Protettore di Vedove, A-
„ matore de' Religioſi, a tutti porſe
„ Elemoſine larghiſſime, alli Padri
„ della Compagnia di Gesù fabri-
„ cò da' fondamenti il nobile Col-
„ leggio di Lublino, donò loro il
„ ſuo richiſſimo Patrimonio, e la Cit-
„ tà di Choſel con tutti li Caſtelli,
„ e Ville: Provide mentre fu Veſco-
„ vo la ſua Cattedrale di Cracovia
„ di prezioſe Supellettili, e di una
„ Statua Grande di S. Bernardo di
„ puro Argento: riposò in Pace li
„ 19. Gennajo 1608. poſto nella ſua
„ Capella Macicioviana. Onorò il
„ ſuo funerale il Re la Regina, ed
„ il Principe Udislao in memoria
„ di sì degno Prelato. Si Legge
„ tal' Iſcrizione nel Clauſtro de'
„ Padri Conventuali di Cracovia.

Spectet Poſteritas probi Oris effigiem Bernardi Maciciovii S. R. E. Cardinalis Epiſcopi primum Cracovienſis, deinde Archiepiſcopi Gneſnen., vitam, præclare actam imitetur. Hic, quidquid Honoris, ac Dignitatis, quæ in eum caderet, domi, foriſque fuit ampliſſimis Virtutibus conſecutus, de ipſo quoque triumphavit invidia. Civis, Senator, Pontifex inter paucos pius, magnanimus, liberalis, fortunatus in omni vita, ſi turbatam Patriæ Tranquillitatem, quod ſollicite curabat, ante obitum reſtitutam vidiſſet: hoc unum perpetuæ felicitati defuit. Moritur Cracoviæ die 19. Januarii Anno a Partu Virginis 1608. Ætatis ſuæ Sexageſimo.

„ Diſcorre ampiamente il *Damalevic*
„ nella ſua Vita di eſſo Cardinale
„ *Stanislao Lubiensk: Il Piatec.*
„ Si trovò aſſiſtente alla morte di detto
„ Cardinal Bernardo Maceiovio ſuo
„ Zio Caſtellano Lublinenſe, Rodo-
„ movenſe, Pariczonienſe celebre
„ in Pace, e Guerra. Et N. Fra-
„ tello del Cardinale Prefetto alla
„ Stalla Regia.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Agitur de Equitibus Armatis, qui proprie Equeſtres ſunt, & de Ritibus in illis Armandis antiquis Temporibus.

1. *EQuites Armati proprie, et vere Equites ſunt*, n. 9. & n. 15.
2. *Equites armandi mos eſt antiquiſſimus, modo ſub una, modo ſub alia forma*, n. 3. & 4.
5. *Equitum Armatorum Origo eſt antiquior Origine Ordinum Equeſtrium.*
6. *Ordines Equeſtres conſtituunt unum Corpus ſub ſuo Capite, ſuiſque legibus vivunt, Teſſeram gerunt, & plura exigunt Requiſita.*
7. *Equites armati nullum habent Corpus, nec Caput, & ſunt ſine Teſſera, & paucis creantur Caremoniis.*
8. *Equites armati conſequuntur Gradum honorificentiæ, & Dignitatem*, & n. 9.
9. *Ætas viginti unius anni antiquitus requirebatur in creatione Equitis.*
10. *Equites armantur ſervato Ritu antiquo.*
11. *Reges, & Principes Equites armabantur.*
12. *In Ordinum, & Religionum Militarium Statutis iniungitur, ut ante collationem Habitus Ordinis, & Religionis in Militem Equitem ille Nobilis armetur.*
13. *In Religione Hieroſolymitana, Teutonicorum, Sancti Stephani, & in aliis Ordinibus requiritur, ut ante ſumptionem Habitus, Admittendus armetur Eques.*
14. *Statutum Hieroſolymitanum diſponit, quod Candidatus armetur Eques, niſi alias fuerit armatus ab habente ad id poteſtatem.*
15. *Idem diſponit Statutum vetus Ordinis Sancti Stephani.*
16. *Eques non fit per ſimplicem admiſſionem ad Habitum.*
17. *Reiicitur d. Concluſio, & probatur effici Equitem.*
18. *Equites armati antecellunt Dignitate cæteros Equites.*
20. *Torquatorum Equitum Cœtus primum locum obtinent inter alios Cœtus Equitum.*
21. *Equitis gradus reddit Virum Nobilem, licet alias non fuerit natura Nobilis.*
22. *Nobilis redditur à Principe ille, qui erat ignobilis.*
23. *Equites armati ſtatim decorabantur ttiulo Domini.*
24. Domini *Titulus antiquitus in Italia explicabatur* Meſſere, *qui tunc erat Titulus valde honorificus, & magnę eſtimationis.*
25. *Quo ad Præheminentias horum Equitum attenditur uſus Regionis.*
26. *De jure gaudere debent omnibus Privilegiis, quæ abrogata non fuerunt contrario uſu.*
27. *Equites iſti gaudent prerogativis Nobilium etiam qualificatorum.*
28. *Hic gradus formalem importat Nobilitatem cętus.* 21. *anni requirebantur, ut quis creari poſſet Eques.*
29. *Feuda de* Haubert: *quæ eſſent Loricæ terræ, quæ dicerentur.*
30. Loricati *quando enumerantur, intelliguntur Equites gerentes* L' Haubert.
31. *In Ætate annorum ſexdecim creatus fuit Eques Boemundus VI. a Rege Ludovico.*
32. *Equites creati ante ętatem requiſitam, vel cum Diſpenſatione ſuper ætate, non utebantur proprio ſigillo, ſed Tutorum, vel Patris, vel Matris.*
33. *Armis uti non poterat, qui non erat Eques armatus.*

34. *Filii*

34. *Filii Regum Longobardorum, niſi prius eſſent Equites armati, non poterant accumbere Menſæ Paternæ.*
35. *Titulo Equitis nemo uti poteſt, niſi fuerit creatus à Principe, alias poteſt puniri.*
36. *Antequam quis creatus eßet Eques vocabatur Armiger, Scutifer, Scutigerus, Scutanus, Italice* Scudiere, *Gallice* Eſcuyer, *Luſitane* Eſcudiero & n. 41.
37. *Scutiferi habebant jus accipiendi Militiam.*
38. *Scutiferi nomen ſignificat illum, qui inſeruit Equiti in Miniſterio Armorum.*
39. *Scutifer dicitur vir Nobilis inſerviens in Aula Principis, in variis honorificis Muneribus.*
40 *Scutifer dicitur ille, qui tranſire debebat ad ordinem Equeſtrem.*
42. *Scutiferi erant pares Nobilitate Equitibus, & late ſignificationes explanantur.*
43. *Scutiferi nomen quomodo in diverſis locis, & Religione Hieroſolymitana accipiatur*, & n. 44.
45. *Creandi Equites jus Regium eſt, & de Regalibus, & reſervatis ſupremo Principi.*
46. *Equitis Titulo nemo uti poteſt, niſi fuerit à Principe creatus Eques, alias puniri poteſt ſi utatur.*
47. *Summus Pontifex, Imperator, Reges, ac Duces merum et miſtum Imperium habentes, et Regalia poſſidentes, et Superiorem non recognoſcentes, et ut dicitur, qui ſunt* Sourani, *poßunt Equites creare.*
48. *Prędicti poſſunt Viros decorare Dignitatibus, et ſic creare Equites.*
49. *Equites creandi uſus, pene receſſit ab Aula Principum Italorum, et n.* 50.
51. *Tituli Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum, Feudatariorum, Senatorum, hodiè ſubrogati fuerunt in locum Tituli Equitis armati.*
52. *Milites armandi antiquitus uſus erat apud Principes antequam Bellum peterent.*
53. *Supremi Principes, noſtris etiam temporibus uſi ſunt dicta facultate creandi Equites.*
54. *Clemens VIII. creavit Equites.*
55. *Laudatur Eques Georgius Vivianus Marcheſius Baiulivus Forojulii in Ditione Veneta.*
56. *Eques creatus à Principe Majori, an ſit dignior creato à Principe inferiori.*
57. *Negativam, quis ſuſtineat.*
58. *Quis affirmativam*, & n. 44.
59. *Diſtinguitur, quod affirmativa procedat terminis paribus: Negativa, quando termini ſunt impares, hoc eſt, quoties creatus ab inferiori pollet aliis qualitatibus*, & n. 60.
61. *Equites creandi facultas, quam aliqui habent, provenit a Principe.*
62. *Legati a Latere habent a Summo Pontifice facultatem creandi duodecim Comites Aulæ Lateranenſis, & Auratæ Militiæ Equites*, & n. 63.
64. *Epiſcopi Aſſiſtentes Solio Summi Pontificis habent facultatem a Summo Pontifice creandi octo Equites Auratę Militię*, & n. 65. *Et Torque Aureo, & Auratis Calcaribus eoſdem Equites exornandi.*
66. *Auctor promotus fuit ad Epiſcopatum Foroliviensem a Sanctæ Memoriæ Clemente Undecimo, de Menſe* Novembris *anno* 1714.
67. *Auctor fuit conſecratus Romæ Epiſcopus Foroliviensis die vigeſima quinta Novembris d. Anni* 1714. *a clar. me. Card. Paulutio; Ferdinando Nuptio, poſtea Cardinali, & Dominico Zaulo Archiepiſcopo Theodoſiæ Aſſiſtentibus.*

68. Dies

86. *Dies Conſecrationis Epiſcopi vocatur dies Natalitia ejuſdem .*

69. *Auctor fuit* 18. *Januarii* 1715. *electus Epiſcopus Aſſiſtens Solio Pontificio , & illius Breve Apoſtolicum regiſtratum fuit in Camera die* 11. *Februarii* 1715. *ſub folio* 113.

70. *Auctor uti Epiſcopus Aſſiſtens Solio Summi Pontificis creavit nonnullos Auratæ Militiæ Equites.*

71. *Auctor creavit auratæ Militiæ Equitem bon. me. Bernardum ex antiqua Familia de Taſſinariis de Dovadula Diocæſis Forolivien.*

72. *Epiſcopi Aſſiſtentes Solio Summi Pontificis utuntur tali honorifico titulo .*

73. *Adducitur per extenſum Prima Litera Paſtoralis, quam Auctor Romæ commorans ſcripſit Canonicis, Clero, Populoque Foroliivienſi , & Diocæſanis .*

74. *Equites creandi facultas fuit à Summis Pontificibus conceſſa nonnullis Scientiarum Univerſitatibus .*

75. *Aretii Civitas antiquis Sęculis creavit Equitem .*

76. *Eques qui non eſt, an poſſit conferre Equeſtrem Dignitatem . Poteſt Delegatus à Principe, licet non Eques conferre Gradum Equitis .*

77. *Equeſtrem Gradum quis non poteſt ſibi conferre .*

78. *Limita in Supremo Principe , & adducitur exemplum Ferdinandi Tertii Caſtellæ Regis, qui ſe ipſum armavit in Equitem.*

79. *In duobus Ordinibus Equeſtribus, an poſſit quis adſcribi*, & n. 80. & n. 81.

82. *Et ſubditus unius Principis non poteſt creari Eques ab alio Principe.*

83. *Equites armandi Jus, & ipſi Equites armati magnam habebant exiſtimationem apud Principes .*

84. *Reges ipſi armare faciebant in Equites eorum Filios*, & n. ſeqq.

85. *Equitis Gradum Reges ipſi, & ſupremi Principes ſolemniter receperunt : & adducuntur exempla*, n 86. 87. 88. 89. 90. & 91.

92. *Reges , & Principes ſe fecerunt armare in Equites etiam à Vaſallis*, & n. 93.

93. *Reges, Imperatoreſque antequam Regali , vel Imperiali coronarentur Diademate , ſe in Milites Equites armare faciebant*, & n. *antecedenti* 92. , & n. 94.

95. *Petrus Cappuccius Cardinalis Legatus Apoſtolicus regulam moralem pro creatione hujusmodi Equitum præſcripſit anno* 1247., *& hæc per extenſum refertur* n. 96.

97. *Adducuntur exempla Principum Infidelium, qui a Chriſtianis Equites facti ſunt. Saladinus Rex Ægypti, vocabatur Joſeph: Nateri. Hic cæpit Guidonem de Luſiniano, ultimum e Latinis Regibus Hieroſolymitanis.*

98. *Saladinus ſe armare fecit in Equitem ab Uffredo de Turone , & quomodo*, & n. 99.

100. *In Equites armabantur Nobiles, & ſtrenui Viri.*

101. *Equites creabantur ex Gratia, & ex Principis benemerentia, ac ex Nobilitate Familię .*
Equites creati ex Gratia Principis, & ob ſtrenuitatem in Bello , non tenebantur probare Nobilitatem Generoſam .

102. *Secus qui creabantur ex Juſtitia, hi enim tenebantur probare Generoſam Nobilitatem , ut faciunt hodie petentes admitti ad Ordines Equeſtres .*

103. *Nobilitas Generoſa ad dictum effectum habebatur , ex quo , quis ſit Filius, vel Deſcendens ex Familia quæ habuit Equitem armatum .*

104. *Ad honorem Militarem non debet ad-*

admitti, qui non eſt de Genere Militum.

105\. *Equites creabantur, vel ante, vel in Bello, vel poſt Bellum, vel ex aliis motivis; & antecedenter,* n. 52.

Equites qui armabantur, dicebantur aſſumere Arma Militaria, Arma Virilia.

106\. *Equites armati dicebantur Equites Militares, quia creabantur ob res Bellicas*, & n. 109.

107\. *Creabantur occaſione Nuptiarum Principis; & enumerantur exempla.*

108\. *Vel occaſione Coronationis Principum.*

110\. *Creabantur aut a Principibus, aut ab Exercituum Imperatoribus.*

111\. *Creabantur in Obſidionibus Civitatum; tranſitu Pontis, vel loci alicujus, & n. antecedente.*

112\. *Itemque in Manium everſione, & ut dicitur* Breccia.

Vel in Certamine Cuniculorum, Italice Mine.

Item creabantur Equites in Villarum, Caſtrorum, & Fortaliciorum Obſidionibus, & Aggreſſionibus; & ut ajunt Aſſalto.

113\. *Item ut nuncupant ad* Mineram, *& in Bellis Campeſtribus.*

114\. *Equites creati ex recenſitis Cauſis vocabantur Equites Certaminum Obſidionis, Cuniculorum, ſeu* delle Mine.

115\. *Explicatur quid ſint Equites* delle Mine, *quidque ſint* Minæ, & n. 116., 117., 118., 104., 119., & 120.

121\. *Equites Militares ſumpſerunt denominationem ab aliqua circumſtantia temporis, loci, vel aliquo caſu fortuito.*

122\. *Equites Leporis, unde ſumpſerunt Originem.*

123\. *Equites armati ſunt Equites Balneati, Bannereſi Calcaris aurei.*

124\. *Fit notandum ad ea, quæ in antecedenti Diſcurſu diximus.*

DISCURSUS VI.

Actum eſt in præcedenti Diſcurſu de Equitibus Jure Sanguinis; nunc de Equitibus armatis tractemus, qui
1\. revera, & proprie loquendo ipſi Equites ſunt. Mos quippe armandi ſolemni ritu Equites, variis de cauſis modo ſub una, modo ſub alia forma juxta temporum, rerumque viciſſitudines antiquiſſimus fuit; &
2\. comprobant exempla, quæ in Diſcurſu 1., & 2. cumulavimus, ubi de Equitum Origine ſcripſimus, ac *Diſc.* 4. *n.* 1.
3\. Et in ſpecie quod vetus ſit Nobiles Juvenes armandi Equites uſus, conſtat ex iis, quę ſcripta reliquit *Cornelius Tacitus. Arma*, inquit, *ſumere non ante cuiquam moris, quam Civi-*
4\. *tas ſuffecturum probaverit, tum in ipſo Concilio, vel Principum aliquis, vel Pater, vel Propinquus Scuto, Frameaque Juvenem ornant. Hæc apud illos Toga, hic primus Juventæ honos, ante hoc Domus pars videntur, mox Reipublicæ. De quo Abbas Bernardus Juſtinianus in ſuo* Volumine - *Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari, e di tutte le Religioni Cavallereſche, Parte Prima cap.* 1. §. *Reſtò poi pag.* 6. *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Saphiea Caſtellanus Trocenſis, & Eques Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Polonię in Volumine,* cui Titulus - *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum in Diſc. Præliminari de Equitibus verſ. Facile qui voluerit.*

5\. *At.*

5. Atque ideo Armatorum Equitum Ori-
go præceſſit Originem Ordinum
Equeſtrium. Inter ſe autem differunt
6. Equites armati ab Ordinibus Eque-
ſtribus, nam Ordines Equeſtres ſunt
quidem et ipſi Militares, ſed Cor-
pus, et Societatem conſtituunt Equi-
tes, ſub uno viuunt Capite, Magno
ſcilicet Magiſtro, ſuaſque leges pro-
fitentur, peculiarem geſtant Teſſeram,
et pro admiſſione ad eoſdem Ordines
plura concurrere debent Requiſita, et
obſervari Cęremonię, ut late oſten-
dimus in pręſenti Opere. At Equi-
7. tes ſimpliciter armati nullum Cor-
pus conſtituunt, nulli ſubſunt Ca-
piti, nullis ligantur Statutis & Re-
gulis, nullamque deferunt Teſſeram,
idemque Equitis Gradus modicis
confertur Cæremoniis, ſolumque ho-
norificum Gradum diſtinctiuum con-
ſequuntur armati Equites, quemad-
8. modum tradunt *Franciſc. Sanſovi-
nus dell' Origine de' Cavalieri lib.* 2.
pag. 19. *Iuſtinian. d. Parte Prima*
cap. 1. §. *Ma perchè pag.* 9. *Pater
Honoratus à S. Maria Diſſertations
Hiſtoriques ſur la Chevalerie Ancien-
ne, & Moderne lib.* 1. *Diſſert.* 4.
Art. 1. *pag.* 52.

Solemniter autem Militiæ Inſigniis ar-
9. mati, vere proprieque Equites effi-
ciuntur, & mediante hujuſmodi Ri-
tu vera Dignitas confertur Equeſtris,
& Equeſtria Inſignia recipiuntur, &
in majori Statu, & Gradu conſtitu-
untur, quam antea eſſent, quia è
manu Principis, vel ejus Auctorita-
te procedit, ut comprobat. *Cardin.
de Luca in Tractatu Italico Idioma-
te*, Il Cavaliere, e la Dama *cap.* 3.
cap. 5., *cap.* 6. *n.* 3., *cap.* 7. *n.* 8.,
cap. 8. *n.* 11., & 23., *cap.* 11.
n. 9.

Juxta veterum Armatorum Equitum
legem Ætas anni vigeſimi primi re-
quirebatur, ut quis in Equitem pro-
moveretur: ut inquit *Sebaſtianus Pau-
li in ſuo Codice Diplomatico Sacræ
Religionis Hieroſolymitanæ, ſub Tit.
Oſſervat. ſoura i Diplomi ad Diplom.*
23. §. *Ad Ætatem*, ubi notat quod
aliqui etiam ante d. Ætatem creati
fuerunt Equites.

At hodie in Ordinibus Equeſtribus Mi-
litaribus per Statuta particularia præ-
ſcribitur ætas in Candidato, quæ
Municipalis Lex in unoquoque Or-
dine ſervanda eſt, & Nos in peculiari-
bus Diſcurſibus Ordinum mentionem
faciemus.

In his quippe creandis Equitibus ſerva-
10. tur mos ille vetuſtus, quo Strenui
Bellatores, ac viri meritis, ac Na-
talium Nobilitate conſpicui Militari
honore decorabantur, ipſique Prin-
11. cipes, ac Reges inſigniri curarunt,
ut proſequitur, *Cardin. de Luca d.
cap.* 3.

Unde etiam de præſenti videmus, quod
in ipſis Militaribus Ordinibus, qui
ſunt Militię Nobiles, ac etiam in
illis, qui tribus Gradibus conſtant,
Militum ſcilicet, Eccleſiaſticorum, &
Servientium Armorum expreſſe Statu-
12. ta iniungunt, quod admittendi in
Gradu Militum, qui eſt Gradus No-
bilium, ante Collationem Habitus
talis Ordinis, vel Religionis, in Mi-
lites armentur, Equiteſque creentur,
ac Equeſtria recipiant Inſignia, ut
cavetur in Sacra Religione Hieroſo-
13. lymitana, Teutonicorum, Sancti
Stephani, aliiſque, prout expone-
mus in noſtris Diſcurſibus, & ſi-
gnanter in ſequenti Diſcurſu *à* §.
Magis autem. Et per hanc traditio-
nem Equeſtrium Inſignium vere ille
talis fit Eques, recipitque Inſignia
Equeſtria.

Proinde Statutum Religionis Hieroſoly-
mitanæ iniungit creationem Equitis,
ante

ante admiſſionem ad habitum ejuſdem Religionis, mediante traditione Inſignium Equeſtrium, niſi ille talis antecedenter ab aliquo viro Principe, vel ab alio ad id poteſtatem habente Equeſtria Inſignia jam recepiſſet, ut videre eſt in Statuto Hieroſolymitano *Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli -- Della Diviſione de' Gradi de' Fratelli dell' Ordine noſtro n. 2.* ibi -- *Ora chi trovandoſi atto, ed idoneo ſecondo la forma de' Statuti, e Conſuetudini, dimanderà di eſſere*
14. *ricevuto alla Profeſſione dell' Ordine noſtro in grado di Cavaliere, prima che pigli l' Abito, e faccia la Profeſſione è neceſſario, che ſia ornato del Cingolo della Militia, e però ſe da alcun Principe Cattolico, ovvero da altro che abbia autorità di concedere il Grado di Cavalleria non aurà ottenuti gli Ornamenti della Militia dal Fratello Cavaliere dell' Ordine noſtro, che riceverà la ſua Profeſſione, ovvero da alcun' altro Fratello Cavaliere della ſteſſa Militia, riceva gli ornamenti ſecondo la conſuetudine che ſi oſſerva nel concederſi la Militia, e finalmente con l' Ordine ſuddetto faccia la Profeſſione. Però i Capellani, e Serventi di Arme, ed Ufficio non è neceſſario ornarli di tali Inſegne Militari, e ciò non è in uſo, ne è ſtato ordinato, ma ſenz' altro ſi ammettano alla Profeſſione nel grado loro.*

Quod ſimiliter exprimitur in Statuto Veteri Ordinis Sancti Stephani Papæ & Martyris, ut legitur *Tit. 2. cap. 2. Della Diviſione de' Gradi* -- ibi -- *Ora egli ſi ha da ſapere, che chiunque vuole eſſere nell' Ordine della noſtra Religione a Cavaliere Milite ricevuto, o che egli ſii ſtato prima fatto Cavaliere da alcun Principe*
15. *Eccleſiaſtico, o Laico, o da alcuna Communità, che abbino poteſtà di creare Cavalieri, ò sii veramente, che ſe gli diano le inſegne della Cavalleria inanzi che faccia Profeſſione dal ſuo Ricevente, o da alcun altro Cavaliere Milite, al quale ſarà tal facoltà conceſſa, e pigliare le Inſegne del Cavalierato faccia etc. Profeſſione.* Et licet in Statuto hoc non exprimatur, tamen in ſubſtantia ad praxim deducitur in fraternizante diſpoſitione novi Statuti *Tit. 2. cap. 6. in præcinctu Enſis.*

Hinc ſcriptum reliquit *Card. de Luca*, quod proprie loquendo ille, qui antecedenter ad admiſſionem ad Habitum alicujus Ordinis Militaris Inſignia Equeſtria ab habente Poteſtatem illa tribuendi, non recepit, vere
16. non efficitur Eques per ſimplicem ſumptionem Habitus Militaris Ordinis, quia per tale medium non conſequitur gradum illum, & Dignitatem Equeſtrem provenientem ex Principis conceſſione, juxta Theoricas ſuperius expreſſas, efficiturque ſolum Miles Nobilis Militię qualificatæ ſecum ferentis authenticam proprię Generoſæ Nobilitatis Probationem: ſic ratiocinatur *Card. de Luca in Tract. Il Cavaliere cap. 7. n. 8.*

At adverſus Eminentiſſimi cœteroquin Auctoris concluſionem, Equitum creationem nimis arctantem, hoc urget ratiocinium, quod ſicuti certum eſt, quod Equitum creatio in ſui exordio a Principum facto proceſſit, ita pro temporum, et locorum, ex Principis approbatione potuit variari, quemadmodum de facto creandi Equites modum variavit,
17. juxta ea quæ expoſuimus in *Diſcurſu*. Dum ergo Principum auctoritate inſtituti, & confirmati fuerint Ordines Equeſtres Militares, &

preſcripti Ritus, in admittendis Nobilibus viris ad eoſdem Equeſtres Ordines, nemo ibit inficias, per admiſſionem ad hos Equeſtres Ordines ſervatis Ritibus, quos Statuta præſcribunt, creari veros proprioſque Equites; alias inutiles, ſterileſque redderentur tot Ritus in admiſſione ad Habitus Equeſtres præſcripti. Rurſus animadvertitur quod eadem Statuta Equites vocant illos, qui ad Habitus, & Profeſſionem admittuntur, & demum expreſſe creantur Equites ſub illa formula : *Eſto Miles Sancti N.* : quamobrem hic recurrunt, quæ diximus *in Diſcurſu* 2. circa vocabulum Militis, quod ſcilicet idem eſt, ac Equitis.

Neque officit, ſi repetatur, paſſim Ordinum Statuta injungere, quod Candidati ornandi, antequam illis in Claſſe Militum tradatur Religionis Habitus, Equeſtribus Inſigniis ornentur. Nam in promptu reſponſio eſt, id ad meram Cæremoniam præſcribi, & ut antiquus mos aliquo modo ſervetur, & cumulentur Ritus Ritibus; hoc vero non tollit, quod per cæteras Solemnitates, ac Cæremonias, quas Statuta Equeſtrium Ordinum præſcribunt, vere
18. Equeſter Gradus non conferatur. Immo juxta Ordinis Sancti Stephani Statuta vocantur Equites ipſi Sacerdotes, ac Beneficiati Nobiles, licet iſti Equeſtria Inſignia non recipiant, ut loquitur Statutum *Tit.* 2. *cap.* 1. quod ſane demonſtrat per ſolam aſſumptionem Habitus ipſos creatos fuiſſe Equites. Unde Militaris Cinguli Cæremoniæ omiſſio actum Profeſſionis minime annullat; ad terminos celebris caſus bo. me. Marchionis Petri Corſini, qui cum profeſſionem ſolemnem in Sacra Religione Hieroſolymitana emiſiſſet coram clar. mem. Card. Barberino, & in illa non fuerit præcinctus Cingulo Militari, nullitatem ſuæ Profeſſionis fundare prętendebat : ſed diſcuſſa in Sacrę Rotæ Tribunali Cauſa, reſolutum fuit d. Militaris Cinguli omiſſionem, veluti meram cęremoniam, non cauſare nullitatem Profeſſionis; ſicuti late oſtendemus *in Diſcurſu de Profeſſione*.

De plano ex prædictis ſequitur, quod
19. Equites armati, uti vere Equites, cœteros in Equeſtri dignitate antecellunt, quemadmodum Cœtus Equitum Torquatorum ob eandem
20. rationem, quod Equeſtre Decus a Principis manu recipiunt, primum locum obtinent inter alios Cœtus Equitum. De quibus Torquatis Equitibus ſermo erit in peculiari Diſcurſu. *Card. de Luca d. Tract. cap.* 11. *n.* 9.

Tamque potens eſt hic gradus Equitis
21. ad reddendum Virum Nobilem, ut licet ille talis nulla naturali Nobilitate polleret, tamen vigore dicti gradus Equitis, ex gratia, ſive ex merito a Principe Supremo recepti, jure Nobilis efficiatur. *Card. de Luca d. cap.* 6. *n.* 3., *&* *cap.* 11. *n.* 9.

Juxta enim legalem Concluſionem, explorati Juris eſt, quod Supremus Princeps poteſt Ignobilem Nobilem
22. reddere, ut proſequitur, *Card. de Luca d. cap.* 6. *n.* 3., *& in Opere del Dottor Volgare lib.* 2. *de Regal. cap.* 20.

Statim enim ac Eques creatus, et
23. armatus erat, antiquitus Titulo Domini decorabatur, qui Italice explicabatur *Meßere*, quique vetuſtis
24. Temporibus valde honorificus, & magnę æſtimationis erat. *Card. de Luca d. cap.* 6. *n.* 1., *&* 2.

Quo igitur ad præeminentias, atque
25. honorificentias reſpectu horum Equitum

quitum, Regionis uſum, & praxim eſſe ſervandam monet *Card. de Luca Il Cavaliere cap.* 11. *n.* 9.

Reſpectu vero Juridicarum præeminentiarum, Equites hujuſmodi gaudere debent omnibus illis Militaribus Pri-
26. vilegiis, quę uſu contrario abrogata non fuerint, ob claram illam rationem, quod hi Equites ſunt vere, & ſolemnes Milites, antiquo more ſervato. *d. De Luca d. cap.* 11. *n.* 9.

Tandemque tenent iſti Equites Privile-
27. gia, & Prærogativas Nobilium etiam qualificatorum, vis enim hujus Militiæ, & Gradus Equeſtris formalem importat Nobilitatem, & quidem ſupra privatam Nobilitatem qualificatam, hoc eſt generoſam: ut firmat *Card. de Luca d. cap.* 11. *n.* 9.

Ætas ſufficiens, ut quis creari poſſet, & armari Eques, erat Annorum XXI. quo tempore induere poterat *L'Hau-*
28. *bert*, hoc eſt peculiaria arma Equitum ſumere, ut allegato *Du Cange in Obſervat. ad Hiſtor. Sancti Ludovici pag.* 51. notat Sebaſtianus Pauli in Codice Diplomatico *in Obſervat. ſuper Diplomat. ad Diploma* 23. §. *Ad Ætatem Militiæ pervenerint pag.* 481., ubi ſubdit, quod in *Normandia* illi, qui poſſidebant Feuda de *Haubert.*, qui per loricas Terras ſuas deſerviebant, juxta terminos legis *Guilielmi I. Angliæ Regis cap.* 2. tenebantur Equos, & ar-
29. ma tenere, & ſtatim ac ad ætatem XXI. annorum perveniebant, Equites vocabantur, ut eorum Principibus Bello inſervirent: unde quoties apud Scriptores Latinos legitur dictio *Loricati* intelligitur de Equitibus ge-
30. rentibus *L'Haubert.*, cum antecedenter nonniſi Arma Scutiferorum gererent. Tandemque notat, quod *Ioinville* ſcriptum reliquit, quod Boemundus VI. Antiochenſis Eque-
31. ſtrem Ordinem recepit a Rege Ludovico, in ætate annorum ſexdecim. Illi proinde qui nondum ad ætatem
32. pervenerant prædictam, qua Equites poſſent armari, ſicut & illi, qui cum Diſpenſatione ſuper ætate creati fuerant Equites, ſed adhuc ſub Tutorum Cuſtodia manebant, proprium Sigillum nequaquam habebant: idcirco, quæ publice gerebant, vel Matris, vel Patris, vel Tutoris Sigillo ſignabant, ut habetur apud *Sebaſtianum Pauli in Codice Diplomatico Oſſervat. ſoura i Diplomi ad Diploma* 91. *vers.* quando pervenero ad ætatem *pag.* 96., & 518., ubi plura allegat Documenta de Rupino Antiochię Principe, in Donatione Civitatis *Gibel.*, per eum facta Hoſpitali Sancti Joannis, qui Rupinus cum non eſſet in ętate requiſita ſignavit Documentum cum Sigillo Regis Armenię ejus Avunculi, & Balii ſui. Rurſus mentionem facit de Privilegio anno 1170. conceſſo ab Huſculfo Domino di *Bolin* Brittania Abbatiæ *Vieuvillana*, in quo exprimitur, ſic. *Et quia adhuc Miles non eram, & proprium Sigillum non habebam, quando hanc conceſſionem feci, auctoritate Sigilli Domini Joannis Patris mei cartam iſtam ſigillavi.*

Et de Documento Riccardi Comitis Ceſtrecenſis ſub Henrico I. Angliæ, de quo etiam *Seldenus Tituli Honor. p.* 2. *cap.* 5. *pag.* 542. d. Riccardus exprimit cauſam, ob quam Matris Sigillo ſignaverat ibi: *Nondum enim Militari Balteo cinctus eram.*

Plura tribuebat Equeſter hic Gradus, qui enim adhuc armati Equites non erant, Armis uti non poterant, ut habetur

33. habetur in Romantio, cui Titulus -- *Dello Innamoramento del Delfino di Francia, e la Bella Angelica Siciliana lib.* 4. *cap.* 8.

Juxta veterem Longobardorum Regum morem, Principis Filius Genitoris Menſæ non accumbebat, niſi prius creatus Eques fuerit, ſicuti ſcribit:
34. *Paulus Diaconus lib.* 1. *cap.* 22. ibi -- *Apud Longobardos conſuetudo eſt, ut Regis Filius cum Patre non prandeat, niſi prius a Rege Gentis exteræ Arma ſuſcipiat. Quem ſequitur Juſtinianus d. Parte prima cap.* 1. §. *ſi oſſerva pag.* 6. *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Saphiea Caſtellanus Trocenſis, &c. Eques Ordinis Aquilæ Albæ in dicto ſuo erudito Volumine,* cui Titulus, -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine, in Regno Poloniæ Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Diſcurs. Præliminari de Equitibus vers. Refert Paulus Diaconus:*

Neminique fas eſt Titulo Equitis uti, niſi à Principe Equeſtri fuerit dignitate donatus, alias poſſunt pœnis puniri audentes talem Titulum uſurpare, ſicuti in variis Regnis lege
35. peculiari cautum eſt, & ſanxit Imperator Maximilianus I. Auſtriacus anno 1616., & Ludovicus XIII. Galliarum Rex anno 1614., de quibus *d. Pater Honoratus à Sancta Maria lib.* 2. *Diſſertat.* 1. *Art.* 8. *pag.* 332.

Hinc antequam quis armatus eſſet Eques, appellabatur Armiger, Scuti-
36. gerus, Scutifer, Scutanus, Italice *Scudiere*, Gallice *Eſcuiier*, Luſitanice *Eſcudeiro*. Armigeri apud antiquos ſummi erant Viri: ita *Patroclus* Achillis, & Æneæ *Achates*, ut inquit *Laurentius Beiierlinck*, in magno Theatro Vitæ Humanæ *Tom.* 1. *verbo Armigeri*. Dictio Latina *Armiger* habetur ſæpius in Sacra Scriptura. De Abimelech Filio Jeroboal dicitur *Judic. cap.* 9., quod veniens ad Oppidum Thebel, ut occuparet illud, & vocavit Armigerum ſuum, & ait ad illum, *Evagina Gladium*. Jonathas Filius Saul, quod ſuerit cum Armigero ſuo, legitur *lib.* 1. *Regum cap.* 14. David adhuc Juvenis plurimum a Saule dilectus fuiſſe exiſtimatur, quod Scriptura dicat eum factum Saulis Armigerum *d. lib.* 1. *Reg. cap.* 16. Philiſtæis irruentibus in Saulem, dixit ille ad Armigerum ſuum *Evagina*, ibidem *cap.* 31. Dicit Scriptura ibidem *cap.* 17., quod prodeunte de Caſtris Philiſtinorum Goliath, Armiger ejus antecedebat eum. Sic quando Ioab tribus lanceis impetivit Abſalonem, Scriptura loco allegato cap. 16. dicit, quod Armiger ejus antecedebat eum. Quippe qui licet Scutiferi Milites non eſſent, jus tamen habebant ac-
37. cipiendi Militiam, eratque illorum Status Diſpoſitio, & Gradus ad Dignitatem Equeſtrem, ut notat. *Hierony. Blanca in Commentar. Rer. Aragon.* Late *dictus Pater Honoratus à Sancta Maria lib.* 2. *Diſſert.* 1. *Art.* 1.

Nomen vero *Scudiere*, illum proprie
38. ſignificat, qui armato Equiti in Armorum Miniſterio inſervit; Lanceam, Scutum, aut Galeam defert, juxta notata per dic. *Laurentium Beiierlinck in Magno Theatro Vitæ Humanæ Tom.* 1. *verbo Armigeri*, & canit Vates Italus *Ludovicus Arioſti in Poemate del Furioſo ſtan.* 26., & 80. ibi -- *Datemi l'Arme diſſe, e il Deſtriero*
Agli Scudier, che l'ubbidiron toſto.
Ac *Torquatus Taſſi in Poemate Geruſal. Liber. Stan.* 11., & 74. ibi
I Pietoſi Scudier già ſono intanti

Con varii Ufficii al Cavalier giacente : & tradit Vocabularium Etruſcum, *ſub Titul. Vocabolario degli Accademici della Cruſca in Verbo Scudiere* .

Itidem *Scudiere*, licet aliquando ſignificet ſimplicem Familiarem, attamen certum eſt, quod dicitur etiam de
39. Viro Nobili, qui in Aula Principi inſervit in variis honorificis muneribus *d. Vocabularium della Cruſca in d. Verbo Scudiere* §. 1., & 2.

Ac tandem idem Verbum *Scudiere*, de illo intelligitur, qui tranſire ad
40. Ordinem Equeſtrem debebat, ut adductis exemplis teſtatur d. Vocabularium in eodem verbo *Scudiere* §. 3. *Joan. Villani Hiſtor. Lib.* 12. *cap.* 92. *n.* 2. ibi -- *Il Sig. di Raſadirati, e più altri Cavalieri, e Scudiere, che non ſapemo il nome. Teſeid. del Boccaccio* 7. 67. ibi -- *Siccome forſe in quel tempo era in uſo a chi dovea fare mutazione di abito Scuderesco in Cavaliere, come dovea, però chi era Scudiere* : & teſtatur *P. Daniel Hiſtor. d. Fran. tom.* 2. *colum.* 357., *ubi* quod Nobiles,
41. antequam fierent Equites vocabantur Scutiferi, & Scutiferi officium gerebant. De cætero Titulus Scutiferi nullam indicabat Nobilitatis
42. qualitatem inferiorem Nobilitati Equitum, ſed par erat Nobilitati Equitum : *d. Pater Daniel Hiſtor. de Franc. tom.* 2. *colum.* 357. Et ad plenam hujus vocabuli *Scudiere* eruditionem tranſcribemus hic, quæ ſcripta reliquit *Alexander Taſſoni in ſuis Annotationibus ſuper Vocabulario Etruſco*, quod *Taſſoni Opus* poſthumum eſt *impreſſ. Venetiis apud Marinum Raſſetti anno* 1698. *in folio pag.* 198. & *ſeq.* in quo infraſcripta habentur Vocabulario -- *Scudiere propriamente quegli, che ſerve il Cavaliere ec.*, & prout jacet in Vocabulario *impreſſo Venetiis* 1686.

Annotazioni. *Pare anche a me, che Scudiere propriamente ſia quegli, che ſerve il Cavaliere nell' opera dell' armi : ma avendo altri ſignificati, di eſſi ſi aveva a toccare; e degli Eſempj, che nel proprio ſi credono queſti Signori di produrre, io non veggio, quale li ſi poſſa appropriare. Anzi dicendoſi Scudiere ancora quegli, che ſerve Principe, e altro Signor grande ne' fatti onorevoli di Camera, di Sala, e di Menſa, e di andare loro avanti ec. Nel primo luogo del Boccaccio*, hoc eſt qui allegatur primo loco in Vocabulario, *Scudiere per ſimile Familiare ſi vuol prendere, e non per Iſcudiere del Cavaliere, che quivi ſi mentova ec. Nel ſecondo luogo, il quale doveva precedere per così ancora vien meſſo, e dichiarato. In Giov. Villani* (*è il capo dee eſſere* 93.) Vocabularium etenim citat caput 92.) *perche dietro a' Cavalieri ſiegua Scudieri, egli non erano miga Valletti di quei Cavalieri, ma Gentiluomini, e Signori anche eſſi, quali ſeguivano il meſtiere dell' armi, ma non avevano ancora conſeguita la Dignità Cavallereſca, benchè aveſſero grado vicino a quella. Così diſſe il medeſimo Villani lib. d. cap.* 67. *E più di &c.*, & *lib.* 10. *cap.* 166. *E per queſta cagione &c. E tacendo altri luoghi ſimili di queſto, e di altri Scrittori, recheronne ancora queſt' uno del Boccaccio, che può far ben chiari i Signori Accademici, Teſeide lib.* 7.

Stetteſi adunque, mentre il mondo chiuſo
Tenne Apollo di luce, Palemone
Dentro al Sacrato Tempio in Orazione,

Siccome era in quel tempo forſe inteſo
A chi dovea far mutazione
D' Abito Scudereſco in Cavaliero
Come dovea, ch' egli era già Scudiero.

Del qual Palemone, ed Arcita, facendoſi Cavalieri per mano di Teſeo diceſi poi :

Senza punto badar con grande onore
Cinſe le Spade a que' duo be' Scudieri,
Ad Arcita Polluce, e 'l buon Caſtore
Gli ſpron d' oro calzaro, e volontieri
Uliſſe, e Diomede anco di Core
Calzargli a Palemone: e Cavalieri
Amenduo furon fatti allor novelli.

Queſti Tebani amanti, e Damigelli, E Palemone, ed Arcita erano prima Stati preſi in Battaglia combattendo, ed erano di Sangue Reale. Così nel Dizionario Franzeſe ſi è: *un Eſcuiter*, Scutatus nobilis, nondum Equeſtribus dignitatibus Donatus: Budeo -- *E tali Scudieri ſtimo, che ſieno quegli, a cui pur Gio. Villani dice anche più volte Bacellieri d' arme, e i Franzeſi* Bacheliers en armes. *Di altro ſignificato Scudiere, che ſerve Cavaliere, o altri negli affari dell' arme, non ſi hanno a deſiderare gli eſempli, eſſendone aßai preſtiſſimi negli antichi, e ne' moderni Scrittori. Boccaccio parlando d' Arcita predetto*, Teſeide lib. 4. Diſtolger ta' conſigli, così Arcita. *Arcita non era allora Cavaliere, ma Scudiere, nel ſignificato detto di ſopra, ed aveva ſuoi Scudieri, che 'l ſervieno &c. Altro ſignificato è Scudiere per Valletto famiglio, il quale governa il Cavallo fuori dell' Eſercizio dell' arme Tract. Cav. cap. 29. & cap. 35.*

Quo vero ad particulares uſus loco-
43. rum, ſive Militarium Equeſtrium Ordinum reſpectu hujuſmodi vocabuli, ac Gradus *Scutiferi*, videatur *Auguſtinus Paradiſi in ſuo Ateneo Parte Prima cap. 21. Parte Seconda cap. 7.*

Sebaſtianus Pauli in Codice Diplomatico del Sacro Militar Ordine Geroſolimitano in tit. Oſſervat. ſopra i Diplomi Oſſervat. ad Diploma 229. pag. 548., qui ſic inquit -- *Magiſter*
44. *Scutiferorum Scutiferi dal Franceſe* Eſcuiiers: *Serventi d' Arme, e forſe quelli che oggi ſi chiamano Frati Serventi, e che in una Lettera di Fulcherio Precettore dello Spedale Geroſolimitano, riſtampata nella Giunta al Codice Diplomatico num.* XXX. *pag. 309. ſono detti* Fratres Clientes.

Cæterum Jus creandi Equites Jus Re-
45. gium eſt, & de Regalibus Supremi Principis, ac de reſervatis eidem. Quamobrem citra dubium Summus Pontifex Romanus plenaria
46. auctoritate pollet creandi ubique Equites. Imo certum eſt nullum Equeſtrem Ordinem, neque Regularem, neque Laicalem dici poſſe legitime erectum, niſi Summi Pontificis concurrat Auctoritas, cui omnes Equeſtres Ordines ſubiecti remanent, ut notavimus in *Diſcurſu de Cruce ornatis*. Sic Imperator, Reges, & Duces merum, & miſtum Imperium habentes, ac Regalia poſſidentes, in eorum Dominiis Superiorem non recognoſcentes, & ut dicitur,
47. qui ſunt Sourani, cum Poteſtatem habeant honorificis Dignitatibus viros decorandi, & Gradus Equitis ſit Gradus Honorificus, ipſum Equitis Gradum Dignitatemque valide conferre poſſunt, quemadmodum enumeratis Imperatorum, Regum, Ducum, & Principum exemplis oſtendit Noſter Agnatus *Comes Pomponius*

ponius Torellus in Volumine . Il Debito del Cavaliere lib. 1. par. 1. pag. 6. firmat *Joannes Soranzo in Volumine. L' Idea del Cavaliero Parte Prima pag. 58. d. P. Honoratus à Sancta Maria lib. 2. Differt. 1. Art. 8. pag. 332. Card. de Luca in Trac. Il Cavaliere , e la Dama , cap. 8. n. 9.*, & *cap. 11. n. 9.* Ubi notat, quod hujuſmodi Equites creandi uſus in noſtra Italia , ab Aula Italorum Principum pene receſſit . Nos vero credimus hoc procedere , ex
49. quo multiplicati nimium ſunt Ti-
50. tuli Ducum , Principum , Marchionum , Comitum , Baronum , & Feudatariorum Subditorum , aut
51. Senatoriæ Dignitates , vel conſimiles : prædicti enim Tituli ſubrogati fuerunt in locum veteris Tituli Equitis armati , ut bene ponderat *Card. de Luca in d. Tract. Il Cavaliere cap. 6. n. 1., & 2.*

Profecto vigebat antiquitus armandi
52. Milites uſus . Legimus Gotifredum Baglioneum paucos ante dies , antequam peteret Terram Sanctam, creaviſſe Duodecim Equites ex Nobilibus Anverſæ . Joannem Ducem Brabantiæ anno 1288., antequam Prælium de Waring. iniretur in facie Exercitus ſui, ex pluribus Officialibus, creaviſſe triginta & unum Equites . Maximilianum I. Imperatorem anno 1479. ante Prȩlium de Blangis , ex ſuis Militibus triginta creaviſſe Equites . Volumen , cui Titulus *Li Souvrani del Mondo tom. 4. ſub tit. Ordini de' Cavalieri impreſſ. Venetiis Typis Sebaſtiani Coleti , & Jo. Malachin ; anno 1720. pag. 245.*

Hac facultate creandi , armandique Equites utuntur Supremi Principes noſtris etiam temporibus , ac uſi ſunt non longe diſſitis a præſentibus,
53. licet raro. Uſus eſt Carolus V. Bononiȩ , dum Imperiali donabatur corona a Clemente VIII. , referente *De Luca in Tract. Il Cavaliere cap. 5. n. 3 in fine.* Uſus eſt Clemens VIII. Summus Pontifex, qui ad
54. Sanctam Sedem devoluto Ferrariæ Ducatu , Ferraria in fidem recepta, Romam repetens , Equites , Comiteſque Lateranenſes conſtituit Forolivii 24. Nobiles Adoleſcentes , quorum nomina recenſuit egregius Patriȩ noſtrȩ amans Hiſtoriographus ſæpe laudatus *Georgius Vivianus Marcheſius* Divi Stephani Eques Miles , a clar. me. Joanne Caſtone I. Magno
55. Etruriæ Duce , magnoque Ordinis Sancti Stephani Magiſtro , Bajulivus Forojulii in Venetorum Ditione , in Volumine *Vitæ Virorum Illuſtrium Foroliviensium lib. 3. cap. 4. pag. 449.* , & meminit quoque Eques Sigiſmundus prȩdicti Bajulivi Genitor , *in Supplement. Hiſtor. Civit. Forol. lib. 11. pag. 1598.*

Diſputant autem Scribentes , An Eques creatus a Principe majori , ſit dignior illo , qui a Minori Principe creatus
56. fuit , & pro utraque opinione rationes habentur apud *Jo. Soranzo L' Idea del Cavaliere Parte Prima pag. 58. , & 59.*

Negativam tamen ſuſtinet in fine *d. Soranzo d. pag. 59.* , quod ſcilicet non dicitur Eques dignior , eo quia fuerit creatus a Principe Majori , & a-
57. lius Eques minus dignus dicatur , quia fuit a Minori Principe creatus ; nam attenditur ſolummodo qualitas in Equite , quod fuerit creatus à Principe , qui in eo creando inſpicere tenetur , an polleat requiſitis neceſſariis ad Equeſtrem Gradum .

Pro affirmativa vero ſtat *Francis. San-*
58. *ſovinus dell' Origine de' Cavalieri lib. 1. pag. 11.*

Et tanquam indubiam profitentur

ex noſtris

59. ex noſtris *Card. Butrius*, & *Ancharan. in cap. Statutum n.* 20. *de Reſcript. in* 6., quos adducit, & admittit *Menoch. conſ.* 126. *n.* 33., *&* 34.

Quam tamen Opinionem affirmativam declarat *Menoch. d. n.* 34. *verſ. Reſpondetur huic Argumento* procedere,
60. cum termini ſunt pares, non quando creatus ab Inferiori pollet aliis qualitatibus, ex quibus concurrentibus in quodam Equite Sancti Marci Venetiarum, ſuſtinet *Menoch.* illum eſſe prȩferendum alteri cuidam Equiti creato ab Imperatore.

A prædicta ſupremi Principis Poteſtate,
61. ceu a fonte derivat Jus, & Facultas, qua nonnulli potiuntur creandi Equites. Hinc ſummus Pontifex Legatis à Latere facultatem indulget certo præſcripto numero creandi E-
62. quites, Comites, & Notarios, ut ex Brevi Legationis Æmiliæ allato per bon. mem. *Noſtrum R. P. D. Peregrinum Maſerium de Legat., & Nunt. lib.* 2. *Appendic.* 47. comprobatur ibi -- *Præterea ut Duodecim Nobiles, etiam Laicos Palatii Noſtri*
63. *Apoſtolici, & Aulæ Lateranenſis Comites, & Auratæ Militiæ Equites creare, illoſque aliorum Comitum, & Auratæ Militiæ Equitum hujuſmodi, numero, & conſortio, favorabiliter aggregare, ac illos, ut Torquem Aureum, & Aurata Calcaria geſtare, cum omnibus Privilegiis, Indultis, Favoribus, Honoribus, & Prærogativis, quibus alii Comites, & Equites hujuſmodi de Jure, vel conſuetudine uti, & potiri, gaudere ſolent, & poſſunt, ac poterunt quomodolibet in futurum ſimiliter potiri, & gaudere poſſint, & valeant, citra tamen facultates, & exemptiones à prȩfato Concilio Tridentino ſublatas, pariter concedere, & indulgere poſſis, & valeas Auctoritate Apoſtolica, tenore prȩſentium facultatem, & poteſtatem concedimus, & impartimur.*

Habent Epiſcopi Aſſiſtentes Solio Summi Pontificis ex ejuſdem Summi Pon-
64. tificis Indulto, inter alia Privilegia ipſis elargita à Julio III. Summo Pontifice in ejus *Conſtit.* 12. *incipien. Romanus Pontifex, & de quibus Barbos. in Collect. Apoſtolic. Decis. Collect.* 47. *n.* 1. *Pyrr. Corrad. Diſp. Apoſt. lib.* 10. *cons.* 4. *Faber de Protonot. Apoſtolic. cap.* 2. *n.* 2. 10, *&* 12. per Literas Apoſtolicas in forma Brevis, conſimilem facultatem creandi octo Viros Nobiles, & idoneos, ac qualitatibus ad hoc requiſitis præditos Auratæ
65. Militiȩ Equites, & iiſdem Torquem Aureum, & aurata Calcaria geſtandi facultatem concedere una cum omnibus Privilegiis, Indultis, & Prȩrogativis, quibus alii Equites hujuſmodi utuntur, fruuntur, & gaudent, ut notatum reliquit *d. Pyrr. Corrad.*, & videre eſt in Apoſtolic. Literis, quæ favore eorundem Epiſcoporum Pontificio Solio Aſſiſtentium expediuntur: & ita loquitur Breve Apoſtolicum Nobis conceſſum à recolendæ memoriæ Clemente XI. vere Optimo, vere Maximo Ponti-
66. fice; ſiquidem cum Sanctiſſimus Pontifex Nobis, nullo licet meritorum fultis ſuffragio, Patriæ hujus noſtræ de Menſe Novembris anno 1714. contulerit Infulam, & Feſtiva die Divȩ Catharinæ Virgini, & Martyri dicata, hoc eſt die XXV. ejuſdem
67. Menſis Novembris Epiſcopalis Conſecrationis Munus in Urbe acceperimus, per manus clarȩ in ævum Recordationis Eminentiſſimi S. R. E. Fabritii Cardinalis Paulutii ejuſdem noſtræ Patriæ Patricii, & d. Summi Pon-

Pontificis Clementis XI. Status à Secretis, Aſſiſtentibus in prædicta Epiſcopali noſtra Conſecratione clar. mem. Ferdinando Nuptio, poſtmodum ad Cardinalatus Apicem promoto, & Dominico Zauli Archie-
68. piſcopo Theodoſiæ, & Sancti Officii Aſſeſſore. Quam proinde diem vigeſimamquintam Menſis Novembris, qua Epiſcopalis noſtra peracta fuit conſecratio, Natalitiam Diem nuncupamus, prout ſic appellandam eſſe comprobat erudite bo. mem. *Pompejus Sarnelli* Epiſcopus Vigiliarum in ſuis Doctiſſimis Epiſtolis Eccleſiaſticis *Tom.* 4. *Epiſtola* 39. *n.* 12. *juxta impreſſ. Neapolitanam anni* 1711. *Typis Felicis Moſca*. Placuit ſucceſſive eidem Summo Pontifici Clementi XI. die ſexta Januarii immediate ſequentis Anni 1715. Nos quoque munifice Cœtui Epiſcoporum
69. Pontificio Solio Aſſiſtentium aggregare, ſicuti conſtat ex Brevi Pontificio ſub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Anulo Piſcatoris die 18. Januarii 1715. ſui glorioſiſſimi Pontificatus Anno decimoquinto, quod Breve regiſtratum fuit in Camera die 11. Februarii 1715., ſub folio 113.

Unde nos facultate prædicta utentes,
70. nonnullos Auratę Militiæ Equites creavimus, & armavimus, & inter hos bon. mem. Dominum Bernar-
71. dum ex antiqua Familia de Taſſinariis de Dovadula, Status Regalis Celſitudinis Magni Ætruriæ Ducis, & noſtræ Diœceſis.

Quo honoris Titulo Epiſcopi Aſſiſten-
72. tis, utuntur Epiſcopi illo inſigniti. In quorum omnium ſupradictorum comprobationem fas nobis ſit Primam, quam Dilectis Fratribus, & Filiis, Clero, & Populo Civita-
73. tis, & Diœceſis Forolivien. ex Urbe Epiſtolam dedimus, die nona Januarii 1715. hic ad literam referre, quæ eſt ut ſequitur.

Thomas Torellus Patricius Forolivienſis, Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Gratia Epiſcopus Forolivienſis, & Solii Pontificii Aſſiſtens.

Dilectis Fratribus, & Filiis, & Populo Civitatis, & Diœceſis Forolivien. Salutem in Domino ſempiternam.

Sapientiſſimi Viri, quibus regendarum Eccleſiarum Munus impoſitum aliquando fuit, cum ſentirent honoris Onus, illud merito reformidantes, qua exquiſitis induſtriis ſe ineptos ad Sacerdotium reddentes, *A.* qua fuga, ut Uldericus, *B.* qua ſimulato furore, ut Divus Ephrem, *C.* qua precibus, lacrymiſque, ut Joannes Hurtadus, *D.* conſtantiſſime reſpuerunt, ac detrectarunt, aut ſuſceperunt inviti, vel poſt ſuſceptum, libenti non minus animo, quam ſolicitis conatibus dimittere ſatagerunt, *E.* ut literarum priſca monumenta non minus, quam recentia exempla Nos docent. Intelligebant ſcilicet Præſules prudentiſſimi Animarum regimen Artium artem eſſe *F.*; et illos, qui aliis præficiuntur, ita Virtutum omnium ornamentis excultos eſſe oportere, ut Apoſtolo teſte, quamvis ipſum naturæ mortalis captum ſuperare propemodum hoc videatur, irreprehenſibiles ſint, unico ſiquidem hoc verbo, ut annotavit Chryſoſtomus *G. Genus omne virtutis expreſſit*. Hinc Optimus Doctor, & Eccleſię Sanctæ lumen Auguſtinus, dum Epiſcopalis conſecrationis munere decorabatur, in lacrymas erupiſſe teſtatur. *H.* Quod ſi Doctiſſimis, & morum Sanctimonia conſpicuis Hominibus, atque in Virtutis Palæſtra diu exercitatis, & in Eccleſiaſticis Caſtris veteranis, & emeritis Militibus,

bus, ardua ſemper viſa res eſt Eccleſiarum Regimen, multa indigens Sapientia, & Fortitudine; potiori ſane jure difficilis hæc mihi Provincia videri debet, qui meæ mihi ſum imbecillicitatis conſcius, neque cum ſummis illis, Religioſiſſimiſque Viris ulla ex parte comparandus. Quippe vix Eccleſiaſticæ Militiæ nomen dederam, & Cingulum cinxeram, cum in Apoſtolicæ Sedis obſequiis, variis occupationibus, & curis, non exiguo temporis intervallo Terra Marique diſtractus, ętatis partem contrivi, clamoſi Fori moleſtias, & litigantium ſtudia proferre coactus, innumeris Cauſarum fluctibus fatigatus, ab ea ratione vivendi longe diſtabam, quæ Præſulem decet, cujus Officium eſſe docent Ambroſius, & Bernardus, *I.* Orare, Docere Populum. *K.* Ædificare Eccleſiam, in Lege Domini die, ac nocte meditari. *L.* In proſperitate, & adverſitate. *M.* Ut ſit in Lege Domini voluntas ejus. *N.* Velit quod ſcriptum eſt in ea, & quod prohibitum eſt, non velit. *O* Et juxta Divum Paulum *P.* offerre dona, & Sacrificia pro Peccatis. Nihilominus Pontificis Optimi Maximi ſumma Clementia, ad Paſtorale munus vocor, & ad Regimen Urbis ampliſſimę, ac ornatiſſimis Civibus refertæ, Onuſque imponitur, cui vires meas impares agnoſco. Reddendus etiam ipſe mihi, qui alienis, & extra me veluti poſitus curis fui, & ſtudiis diſtentus, nunc autem cogor iterum aliis dare me, nec meus pene dixerim eſſe, & in virum alterum mutari, *Q.* Depoſitoque quem Natura dedit Parentum, & Avorum Sanguis, Patriæ hujus antiquo Filii titulo, in novum Hominem aſſurgens, Nomen, & Viſcera Patris inducere obſtringor.

Sed has inter animi anguſtias illa ſummopere me conſolatur, & reficit cogitatio, quod illorum ſim futurus, illiſque impendendus, quibus maxime dari, & impendi, & ſuperimpendi cupio; *R.* Civibus nempe meis, Populoque Amatiſſimis, quorum Salus & Utilitas, tam eſt mihi cara, quam quę res cariſſima confido fore; juxta illorum humanitatem. a me ſæpius perſpectam, ut Infirmitates meas, quibus undique circumdor, adiuvent, imbecillitatem fulciant, & Civicam illam in me quoque Charitatem adhibeant.

Cumque potiſſima pars boni Paſtoris ſit Gregem ſuum agnoſcere, hinc accedit ea quoque non levis conſolatio, quod mihi magna datur opportunitas cognoſcendi oves meas: quo enim pacto regere poſſis, quos non agnoſcas? Medici partes ſuſtinet Epiſcopus: *S.* ut optet ægrotos curare, ſanare infirmos, & a Morbis pręſervare, & ne recidant liberari. *T.* Serpentia auferre, ulcera adurere, aliqua non abſcindere: poſtremo, quod vel cataplaſmate leniri, vel remedjis, quæ vulnerant ad ſalutem, ſanari non poteſt, cum dolore quidem, ſed impavida manu, & corde, ferro etiam abſcindere. *V.* Quis autem Medicus ægrum curet, niſi morbi cauſas, naturamque cognitam habeat, niſi quę ſit Medicamentorum virtus, quis dexter modus iis utendi norit, ut affectionibus ſingulis pharmaca quęrat, *X.* niſi Climate cognito humorum temperiem, ex qualitate etiam Regionis agnoſcat?

Nonne de talibus Animorum Medicis jure conqueritur Dominus: Quod infirmum erat non conſolidaſtis,

&

& quod ægrotum non ſanaſtis, & quod contractum non alligaſtis. *T.* Vulnus, & livor, & Plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Z. Dominicæ Vineæ Cuſtos eſt Pręſul, Villicus, teſte Bernardo, non Dominus. *AA.* Exploret igitur Agrum ſibi comiſſum; inſpiciat quę Arbores, & ubi plantandæ: quomodo exſcindendi vepres; quod anni tempus ſationi, quod arationi, quod meſſi faveat, quæ omnia ſine diligenti totius agri notitia fieri nequaquam poſſe, nemo non intelligit. Hunc Agrum mihi commiſſum probe novi, patrios novi cultus, habituſque locorum novi; quid Tellus, quid ferat Regio, & quid ferre recuſet. *BB.* Non me latet, ſi qua ſunt curanda vulnera, medendæ ægritudines, morbique ſanandi. *CC.* Cognoſco Oves meas, & cognoſcunt me meæ. Pecoris mei vultum agnoſco. Judicare fas erit inter Pecus, & Pecus, ut monet Ezechiel. *DD.* Arietem, & Hircum, puniendo malos, & paſcendo bonos, ut explicat Ugo. *EE.* Magna mihi facultas erit eas ad veritatis, pietatiſque paſcua deducendi, requirendi Oves meas, & viſitandi eas *FF.* conſolando in miſeria, dirigendo in via, corrigendo in virga, portando in patientia. *GG.* Nec minor tribuetur facilitas curandi quod erit ægrotum, quod infirmum corroborandi, efficacia ſubminiſtrandi pharmaca, & idonea morbis ſanandis remedia præparandi, curativam methodum proponendi. *HH.* Utilior sępe Amicus, & Indigena Medicus extraneo. *II.*

Porro ad hæc omnia præſtanda, præter cognitionem Medico, Paſtori, & Villico neceſſariam, accedit prompta, & prolixa voluntas, quam ut de me polliceri poſſum, ſic in vobis non diſſimilem fore ſpero, ut curantem Medicum, ducentem Paſtorem, operantem Villicum audiatis, ſequamini, & adiuvetis; adiuvetis inquam precibus veſtris, conſiliis, monitiſque. Si ſolus ego ſim, proficere parum poſſum: ſi vos quoque operam veſtram cum mea conjungatis, omnia Votis noſtris cumulate reſpondebunt.

Induamus igitur invicem Fratres, & Filii cariſſimi viſcera Miſericordiæ, Benignitatem, Humilitatem, Modeſtiam, Patientiam, ſupportantes invicem, & alter alterius onera portantes. Regat Paſtor, regatur Grex, Curet Medicus, Æger obtemperet, Agricola plantet, evellat, irriget, colentis manum, immo amputantis, & vitioſos reſecantis ramos, aut herbas inutiles eradicantis ferat patienter, & boni conſulat rationalis Ager, ac ſi quid acerbitatis habet aratio, & cultura, ſi Paſtoralis Virga nimio quandoque verberat pondere, non tam ſpectetur Agricolæ colentis, Paſtoris dirigentis, aut curantis Medici manus, quam ſanare, ac prodeſſe cupientis animus. Ita vos affectos eſſe omnino perſuaſum habeo Fratres, Filiique Cariſſimi. Quid reſtat niſi ut ad mutuam opem, & charitatem fovendam, imploremus auxilium de Sancto, nam Deus omnium Dives eſt in omnes, qui invocant illum: junctis Omnipotentem Deum precibus exoremus, ut Cœleſtis Medicus, & Humanæ Salutis amator ſanet Nos, & ſanabimur. *KK.* Omnis Medela a Deo eſt. *LL.* Magnus enim, ut inquit Auguſtinus, *MM.* de Cœlo in Mundum venit Medicus, quia per totum ubique Magnus jacebat ægrotus. Divinus Agricola, dum plantatur, dum rigatur

gatur Ager, intrinſecus det incremen. tum. *NN.* Paſtor Æternus, ut verbis utar Gregorii *OO. In Mandatorum ſuorum viam cum commiſſo Grege, gratia ſua Duce, me dirigat, atque ipſe mihi, & intelligere., & agere, quæ ſibi placita ſunt concedat, qui Miſericordiæ ſuæ Dono nomen me voluit habere Paſtoris*.

Et ad illam potiſſimum Preces, & Vota noſtra convertamus, illamque præ ceteris Sanctis invocemus, quę Regina Sanctorum merito nuncupatur, quæ a vobis præcipuo colitur honore, vereque Urbis noſtræ ſingulare Pręſidium, & cujus potentiſſimum Patrocinium toties experti eſtis. Age ergo Virgo Sanctiſſima, Virgo ſuper nos vigilans, cum Paſtore gregem dirige: Tu Terris Sydus amicum, ſuper Dominicum Agrum Benedictionis ſuæ influxus deplue, & ſui roris intima aſperſione fœcunda: Tu ſalus Infirmorum Medicis manibus ſubſidium præſta. Age Virgo Sanctiſſima, cui proprium, & ſolemne ab Igne nomen noſtra Civitas jam diu fecit, Sacrum illum Divinę Charitatis Ignem Nobis omnibus aſpira; Tu nefarios Scelerum Ignes extingue, hunc omne per Ignem excoquitur Vitium. *PP.* Tu lucem, & ardorem veræ Pietatis, & Paſtori, & Ovibus impertire, Paſtorem adiuva, conſerva Gregem, ut quem tibi Sacris Cæremoniis exhibemus Cultum, hunc verum, & ſolidum eſſe moribus noſtris, & vita doceamus.

Interea loci prima hac vice, Paterni Pignus Amoris erga Voſmet, Paſtoralem vobis omnibus, & ſingulis de Rore Cœli, & de Pinguedine Terræ, ex Corde Benedictionem impertior.

A. *Pater Nadaſi in Anno Cæleſti* P. 3. *ſub Menſe Julii.*
B. *Dictus Nadaſius*.
C. *Auguſtinus Barbos. de Off., & Poteſt. Epiſc.* Parte Prima Tit. Glos. 1. n. 15.
D. *Card. Paleot. in Archiep. Bononien.* Parte 1. cap. 8.
E. *Sanctus Hieron. in Prolog. ſuper Evangel. ſecundum Marcum: Ugo Card. ſuper eod. Prolog. Paleot. ubi ſupra. Genuens. in Manual.* Paſtor. cap. 1. n. 7. & 8. *Nadaſi ubi ſupra*.
F. *Cap. final. de Ætat., & Qualitat. Divus Gregor. Papa in Paſtoral.* P. 1. cap. 1.
G. *Divus Paulus in Epiſtol. ad Timoth.* cap. 3. *Divus Chryſoſtom. Hom.* 10. *in Prima ad Timoth. Barbos. de Off., & de Poteſt. Epiſcop.* P. 1. Tit. 2. Gloſſ. 3. n. 9.
H. *Divus Auguſt. in Epiſtol.* 147. *Paleot. d.* P. 1. cap. 8.
I. *Divus Ambros. de Off.* lib. 1. cap. 1. *Divus Bernardus de Conſiderat. ad* Eugen. lib. 1.
K. *Divus Ambros. ubi ſupra*.
L. *Pſalm.* 1.
M. *Ugo Card. in d. Pſal.* 1.
N. *Ugo Card. ubi ſupra*.
O. *Ugo Card. loco ſupra allegato*.
P. *Divus Paulus in Ep.* 2. *ad Hebræos.*
Q. *Liber* 1. *Regum* cap. 16. n. 6.
R. *Divus Paulus in Epiſt.* 2. *ad Corint.* cap. 12., & 15.
S. *S. Laurentius Juſtinianus*.
T. *Divus Gregor. magnus in Paſtoral.* parte prima cap. 9., & 10.
V *Divus Ambros. de Offic.* lib. 3. cap. 27. *Paleot. in Archiep. Bononiæ* parte prima cap. 6.
X. *Divus Chryſoſtomus ſuper Geneſim.*
Y. *Ezechiel* cap. 34. n. 4.
Z. *Ezechiel* cap. 34.
AA. *Divus Bernard. de Conſiderat. ad Eugenium* lib. 2.
BB. *Virgil. Georgic.* lib. 1.

CC.

CC. *Paleot. in Archiep. Bonon.* parte prima cap. *6*.
DD. *Proverb.* 27., *Ezechiel* cap. 34.
EE. *Ugo Cardinal. ſuper* d. cap. 34. *Ezechiel*.
FF. *Ezechiel* cap. 34., *ibique Ugo Cardinal*.
GG. *Ugo Card. ſuper d.* cap. 34. *Ezechiel*.
HH. *Divus Jo. Chryſoſtomus Homil.* 32. *in Acta Apoſtol.* cap. 15.
II. *Celſus in Prohęm*.
KK. *Jerem.* cap. 17. n. 14.
LL. *Eccleſiaſt.* cap. 38.
MM. *Divus Auguſt. ſuper Joan.*, & *in Glos.* 1. *ad Thimoth.* cap. 1. *de quo Ugo Card.* cap. 38. *Eccleſiaſt.*
NN. *Paulus ad Corinth. Epiſt.* 1. cap. 3. n. 7.
OO. *Epiſtol.* lib. 10. *Epiſtol.* 1., *ſeu* cap. 1.
PP. *Virgil. Georg.* lib. 1.

Sic etiam à Supremo Principe conce-
74. di poteſt facultas creandi Equites, prout Summi Pontifices conceſſere nonnullis Scientiarum Univerſitatibus, quæ facultate hujuſmodi ſuffultæ, dum Doctoralem in utroque Jure Lauream impertiunt, Comitem Palatinum, & Auratę Militiæ Equitem Ritu ſolemni creant, & ita peragitur in Civitate Maceratenſi, ut notorium eſt.

Legimus etiam, quod retroactis Seculis Comune Aretii Nobilis in Hetruria
75. Civitatis armavit in Equitem, cum Cæremoniis tunc vigentibus, ablutionis ſcilicet in Balneo, ut infra dicemus.

Quæritur etiam, an qui Eques non eſt, poſſit Dignitatem Equeſtrem confer-
76. re, ex eo quod nemo dare poteſt quod non habet, & *P. Honoratus Carmelita Excalceatus in ſuo Libro inſcripto Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevallerie lib.* 2. *Diſſert.* 1. *art.* 8. *pag.* 333. dicit, quod antiquitus nemo poterat Equeſtrem gradum conferre, niſi qui eſſet Eques. Verum quia Supremi Principes non ſunt legibus ſubiecti, invaluit, ut ipſi, & delegati ab eis Militiam Equeſtrem conferant, licet Equites non ſint.

Altera eſt dubitatio, num quis conferre poſſit ſibi ipſi: & negative reſolvenda; quia non datur actio, & paſsio in eodem ſubiecto eodem tempore, & debet eſſe diſtinctio inter dantem, & recipientem; & a ſimili non poteſt quis ſe ipſum baptizare, aut ſibi ipſi alia conferre Sacra-
77. menta. Quæ tamen regula limitatur, ſi Princeps Supremus hoc ageret, pro ut ex *Barnaba Moreno de Vergas Diſc.* 8. *n.* 4., & *Roderico Toleto lib.* 9. *de Deb. Hiſpanicis cap.* 10. egiſſe Ferdinandum III. Caſtellę Regem, refert *P. Honoratus prælaudatus d. lib.* 2. *Diſſ.* 5. *art.* 8. *ead. pag. vers. Si celui qui n' a pas*.

Tertia enim die ante Feſtum S. An-
78. dreæ anno 1258. in Regali Monaſterio prope Burgii Miſſa a Vener. Mauricio Burgenſi Epiſcopo celebrata, & Armis militaribus benedictis, ipſe Rex ſuſcepto gladio ab Altari manu propria ſe accinxit inquiens: manu propria accinxi me gladio Militari.

Adeſt & altera, Utrum nempe quis
79. poſſit ſe adſcribere duobus Ordinibus Equeſtribus, quod late pertractat *d. P. Honoratus d. lib.* 2. *Diſſert.* 4. per totum *art. pr. diviſ. in tres* §. §. *in* 3., quorum in fine ponit exemplum Card. Janſonii.

Hic ponuntur verba *P. Honorati* loquentis de Cardinali Janſonio, quia conferunt ad explicationem alias
80. promoti Dubii, num Eccleſiaſtici in Hieroſolymitana Religione miſcendi veniant in præd. Equitum, an

in illo

in illo Capellanorum. Verba igitur translata ita ſonant: En hic aliud exemplum non minus notatu dignum. Sanctes de Torbin Cardinalis de Janſon factus fuit Eques Melitenſis ab incunabulis; adſcriptus poſtea inter Eccleſiaſticos, poſſedit diverſos Epiſcopatus, Miniſter
81. Ludovici Magni, in quam plurimis arduis negotiis factus fuit Commendator Ordinis S. Spiritus anno 1689. Quamvis egreſſus fuerit *ab Ordine Melitenſi poſt ſuam promotionem ad Epiſcopatum, regreſſum habuit ad eundem Ordinem Melitenſem poſtquam creatus fuit Cardinalis, vigore Privilegii Cardinalibus impertiti, & confirmati per Breve imperatiuum Papæ.* Et erat Commendatarius S. Joannis de Avenione, & in ſtatu proximo, ut evaderet unus ex Magnis Prioribus linguæ Provinciæ.

Peculiari in Gallia Lege cautum eſt, quæ ſubinde in aliis Regnis communiter fuit recepta, ne ullus ab extra-
82. neo Principe, ſine ſui naturalis Principis licentia acceptet Equeſtrem Militiam alterius Principis, ut probat *d. P. Honoratus d. Lib. 2. Diſſert. quarta Ar. 2. §. 1.*

Liquet ex prædictis, Jus armandi Equi-
83. tes, ipſoſque Equites armatos, tantęque exiſtimationis apud ipſos Reges Viroſque Principes honorificen-
84. tiæ, & Militaris honoris Gradum extitiſſe, ut Reges eorum Filios ad aliquam externam Aulam paſſim mitterent, ut ibidem Equites armarentur. *Juſtinian d. parte prima cap. 1. §. Si oſſerva pag. 6. d. Comes Joannes Fridericus in Koden Sapieba in d. Diſcurſ. Prẹlim. de Equitibus §. Dignum prẹterea.*

Profecto exempla in Hiſtoriis paſſim leguntur, & veteribus Documentis,
85. ut de Macolmo filio Regis Scotiæ à Rege Scotię, & de Alexandro filio Regis Scotiæ ab Henrico II. Angliæ Rege, de Ferdinando filio Joannis I. Aragoniæ Regis a Duce Candiæ in Equites armatis, loquuntur ſuperius allegati *Juſtinianus, & Comes in Koden Sapieba*, ubi ſupra. *Card. de Luca in ſuo Tract. -- Il Cavaliere, e la Dama cap. 3. n. 4.*

Quinimmo ipſimet Reges, Supremique
86. Principes ſolemniter Arma Equeſtria, Gradumque recipere curarunt. *De Luca d. cap. 3. n. 4.*

De Henrico II. Equite creato à Davi-
87. de Rege Scotiæ, de Odoardo I. ab Alphonſo XI. Rege Caſtellę, de Joanne I. Duce Brabantię a Rege Francię loquitur *d. Juſtinianus parte prima cap. 1. §. Si oſſerva pag. 6. d. Comes in Koden. Sapieba in alleg. Diſcur. Prœliminar.*

88. De Sancto Leopoldo, qui anno 1104., accinctus gladio fuit. De
89. Otachero Marchione Styrienſi acepto Ducis nomine, qui anno 1180. gladio accinctus fuit.

90. De Friderico Duce Auſtriæ, & Styrię, qui anno 1225. conſecrationis Enſis Dignitate Viennæ ſublimatus fuit, refert *d. Juſtinian. parte prima cap. 1. §. I più antichi pag. 6. Dictus Comes in Koden Sapieba d. Diſcurs. vers. Ita eum.*

De Petro Aragoniæ Rege, qui Cin-
91. gulum Militarem, in ſignum Equitis ab Innocentio III. recepit, teſtatur *Juſtinianus d. parte prima cap. 1. §. Si oſſerva pag. 6.*

Conſtat etiam, quod Supremi Principes, Regeſque Arma Equeſtria recepere manu emeriti alicujus Equitis,
92. licet proprii Vaſſalli, ſicuti legimus de Franciſco Primo Galliarum Rege, qui antequam aggregatus fuerit Equeſtri Ordini Velleris Aurei,

&

& Ordini *Della Gantiere* in Equitem ſe armare ſolemniter fecit a celebri Milite, ac Equite Petro Terraillio, Bajardi Domino illius Vallallo, ut notat *Card. de Luca in Tract. Il Cavaliere cap. 3. per totum, & cap. 5. n. 4. d. Juſtinian. d. Parte Prima cap. 1. §. Queſt' uſo pag. 6. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus d. lib. 1. Diſſert. 4. Art. 2. verſ. la Seconde pag. 57. d. Comes in Koden Sapieha in d. Diſcur. Præliminar. a §. Juſtar. interim cum ſeq.*

Alia exempla Regum, qui ſe a Subdi-
93. tis armare fecerunt Equites, habentur in Henrico II., & Ludovico IX. & de aliis reſpective meminit *d. Comes in Koden, citatus Juſtinianus, ubi ſupra §. Queſt' uſo pag. 6., &* 7., ubi ſubdit apud Reges pene in morem tranſiviſſe, ut ſe armare Equites facerent, antequam Regali redimirentur Corona *d. Card. de Luca d. cap. 3. n. 3. & 4.* ubi alia cumulat exempla. Imo Imperatores, priuſquam Imperiali coronarentur Diademate, in Milites Equiteſque armabantur; unde Marianus Auguſtus Imperator, nonniſi poſt receptum Equeſtrem Gradum Imperatoria Purpura voluit redimiri: *Abbas Juſti-*
94. *nianus d. parte prima cap. 1. §. I più antichi. pag. 6.* Fridericus Primus Imperator, & Wilhelmus Comes Hollandiæ in Regem Romanorum deſignatus anno 1247. Coloniæ Eques armatus fuit a Rege Bohemiæ, præſente Petro Cappuccio S. R. E. Cardinali, ac Legato Apoſtolico, qui regulam
95. quamdam moralem pro hujusmodi Equitum creatione præſcripſit, ut teſtimonium perhibet laudatus *Juſtinianus d. parte prima cap. 1. §. Paſsò pag. 7., & 8.* ubi per extenſum refert dictam Regulam, ſicut ſimiliter *d. Comes in Koden Sapieha in d. Diſcurſu Præliminari §. Adducit.* Noſque etiam ad literam tranſcribimus, tenoris, videlicet.

Regula Militaris Ordinis præſcripta Wilhelmo, cum in Regem Romanorum eligeretur a Principibus Imperii in Comitiis Colonienſibus Anno Domini MCCXLVII.

CÆREMONIALE.

„ QUoniam Wilhelmus deſignatus „ Romanorum Rex Adoleſcens „ eſt Armiger, viſum nobis eſt, ut
96. „ cum feſtinatione præparentur „ omnia quæcumque ſunt neceſſaria, ut ſecundum Ritum Chriſticolarum Imperatorum Miles fieret, antequam Aquiſgrani Diadema Regni ſuſciperet, & ut ſecundum Chriſtianam Inſtitutionem Miles effectus, & Regulam Militaris Ordinis profeſſus, ex eo diſceret, cujuſmodi Iugum in Ordine ſuo ſuſceperit, & quale votum in Profeſſione ſuæ Regulæ emiſerit: Itaque ex conſenſu noſtro præparatis in Eccleſia Colonienſi omnibus, poſt Evangelium Solemnis Miſſæ prædictus Wilhelmus Armiger coram Petro Cappuccio Cardinali Sanctæ Apoſtolicæ Sedis Legato productus eſt per Regem Bohemiæ dicentem in hunc modum. Veſtræ Reverentiæ Pater Almiflue præſentamus hunc electum Armigerum, devotiſſime ſupplicando, ut Veſtra Paternitas Votivam ejus Profeſſionem ſuſcipiat, quo Militari noſtro Collegio digne adſcribi poſſit. Dominus autem Cardinalis in Pontificalibus aſſiſtens ornamentis eidem Armigero dixit, ſecundum Ethymologiam nominis quod miles eſſe debeat

Ma-

„ Magnanimus in adverſitate.
„ Ingenuus in conſanguinitate.
„ Largifluus in honeſtate.
„ Egregius in Curialitate.
„ Strenuus in virili probitate.
„ Sed antequam Votum tuæ Profeſſio-
„ nis facias, cum matura delibera-
„ tione Jugum Regulæ prius au-
„ dias.
„ I. In primis cum devota recordatio-
„ ne Dominicæ Paſſionis Miſſam
„ quotidie audire.
„ II. Pro Fide Catholica corpus auda-
„ cter exponere.
„ III. Sanctam Eccleſiam, cum Mini-
„ ſtris ejus a quibusdam graſſatori-
„ bus liberare.
„ IV. Viduas, Pupillos, ac Orphanos
„ in eorum neceſſitate providere.
„ V. Injuſta Bella vitare.
„ VI. Iniqua Stipendia renuere.
„ VII. Pro liberatione cujuslibet Inno-
„ centis Duellum inire.
„ VIII. Imperatori Romanorum, ſeu
„ ejus Patrocinio reverenter in
„ temporalibus obedire.
„ IX. Rempublicam illibatam in vi-
„ gore ſuo permittere.
„ X. Bona Feudalia Regni, vel Im-
„ perii nequaquam alienare.
„ XI. Ac irreprehenſibiliter apud
„ Deum, & Homines in hoc Mun-
„ do vivere.
„ Hunc Statum Militaris Regulæ ſi de-
„ vote cuſtodieris, & pro virili di-
„ ligenter adimpleveris, ſcias tempo-
„ ralem te honorem in terris, &
„ poſt hanc vitam requiem æternam
„ in Cœlis mereri.
„ Quibus expletis Dominus Cardina-
„ lis conjunctas Manus Tyronis
„ clauſit in Miſſali ſupra lectum
„ Evangelium, ita dicens:
„ Vis ergo Militarem Ordinem in
„ nomine Domini devote ſuſcipere,
„ & Regulam tibi verbatenus ex-
„ plicatam, quantum potes perfice-
„ re? Cui reſpondit Armiger. Vo-
„ lo. Et tunc Dominus Cardinalis
„ ſubſequentem Profeſſionem Armi-
„ gero dedit, quam idem Armiger
„ palam omnibus in hunc modum
„ legit.
„ Ego Wilhelmus Comes Hollandiæ,
„ Militiæ Princeps, Sacrique Impe-
„ rii Vaſſallus liber, jurejurando
„ profiteor Regulæ Militaris ob-
„ ſervantiam, in præſentia Domini
„ mei Petri ad Velum aureum
„ Diaconi Cardinalis, & Apoſtolicæ
„ Sedis Legati, per hoc Sacroſan-
„ ctum Evangelium, quod manu
„ tango. Cui Cardinalis: Hæc de-
„ vota Profeſſio peccatorum tuorum
„ ſit vera remiſſio. Amen.
„ Iſtis itaque dictis, Rex Bohemię Ju-
„ gum impegit in Collum Tyronis,
„ ita dicens. Ad Honorem Dei Mi-
„ litem ordino, ac in noſtrum Col-
„ legium grataner accipio; ſed me-
„ mento quoniam Servator Mundi
„ coram Anna Pontifice pro te co-
„ laphizatus, & illuſus, coram Pi-
„ lato Præſide flagellis cœſus, ac
„ ſpinis coronatus, coram Herode
„ Rege clamyde veſtitus, & deriſus,
„ & coram omni Populo nudus,
„ & vulneratus Cruce ſuſpenſus eſt,
„ cujus opprobria meminiſſe te ſua-
„ deo, cujus Crucem acceptare te
„ conſulo, cujus mortem ulciſci
„ te moneo.
„ Quibus ita ſolemniter adimpletis,
„ novus Tyro poſt dictam Miſſam,
„ cum ſtridentibus buccinis, per-
„ ſtrepentibus tympanis, & tinnien-
„ tibus cymbalis contra Filium Regis
„ Bohemię tribus vicibus concurrit
„ in Haſtiludio, & exinde cum
„ gladiis enitentibus dimicationis
„ Tyrocinium fecit.
„ Erant autem ei in eadem ſua e-
lectione

„ lectione , & Curia præſentes .
„ Petrus Cappuccius Cardinalis, Lega.
„ tuſquæ Sedis Apoſtolicæ.
„ Rex Bohemię cum Filiis ſuis .
„ Arnaldus de Iſenhoreb Archiepiſco-
„ pus Trevirenſis.
„ Corradus de Hojſtadem Archiepiſco-
„ pus Colonienſis.
„ Gerardus Archiepiſcopus Moguntinus .
„ Henricus de Geldria Electus Leodienſis.
„ Otho de Hollandia Epiſcopus Trajetenſis, cum novem aliis Archiepiſcopis, & Epiſcopis.
„ Marchio Brandemburgenſis, cum pluribus Ducibus, & Marchionibus, & Vaſſallis Imperii.

Utque magis conſtet, quantum retroactis Seculis prçclara Armatorum Equitum fama ſe diffuderit, Hiſtorias ſubdimus nonnullorum Principum Virorum Infidelium, qui per manus Chriſtianorum armati fuerunt Equites: legimus enim in *Hieronymi Zuritæ Hiſtoria Aragoniæ*, quod Bernardus Portera, Jacobi quarti Aragonię Regis Orator, juſſu ejuſdem Regis in Civitate Alexandriæ, Gradum Equitis contulit Filio Soltani Babylonis; & refert *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques*
97. *ſur la Chevalerie &c. Lib. 1. Diſſert. 7. Art. 6. §. 7. pag.* 179.

Legimus, quod tempore Sancti Ferdinandi Regis Caſtellę, & Legionis, cum ipſe cæpiſſet Civitatem Hiſpalis, pacem inivit cum Maumete Maurorum Rege; utque Pax firmior redderetur, eundem Equitis Gradu ſolemniter decoravit, illique indulſit, quod gerere poſſet *Les Armoires du Royame de Caſtille, en y ajutant de Serpens*: ſicuti notat *d. Pater Honoratus*, ubi ſupra.

Subdimus tandem factum Saladini nuncupati Joſeph Naſeri Saladini, totius Egypti Principis ferocis Tyranni, cui tot Victoriis arriſit fortuna, quique e manibus noſtris ipſum Hieroſolymæ Regnum, & Loca Sancta violenter eripuit, & ob enata inter Chriſtianos Principes diſſidia, capto legitimo Rege Guidone de Luſiniano, Nono, & ultimo e Latinis Hieroſolymorum Rege, ut narrant Hiſtorię, & reaſſumit *Pater Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſt. Tom. 4. p. 2. Colloq. 1. pag.* 370., & ſeq. *Sebaſtianus Pauli in Codice Diplomatico Sacri Militaris Ordinis Hieroſolymitani* ſub Titulo -- *Notitie Storiche, Genealogiche Regno di Geruſalemme pag.* 433., & 441.

Idem Saladinus videns egregia Bello Armatorum Equitum facta, voluit & ipſe, in Equitem ſolemni Ritu armari, proindeque dum Rex Hieru-
98. ſalem Almericus Alexandriam Egypti valido obſidebat Exercitu, illam ſtrenue propugnabat Saladinus, qui fame obſtrictus, d. Civitatem obſeſſam Regi Almerico cedere coactus fuit. Eo itaque tempore Saladinus obviam procedens Unfredo de Turone Magno Regni Comeſtabili, cujus Animi fortitudinem ac ſtrenuitatem in eadem obſidione perſpexerat, expoſtulavit, ab eo ut illum in Equitem propriis manibus armare dignaretur; prout obtenta ad hoc ab Almerico Rege licentia, d. Unfredo Saladinum in Equitem armavit, ut notat *d. Sebaſtianus Pauli d. pag.* 441., & de Saladino Hiſtoriam refert etiam *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. Lib.* 5. *Diſſert.* 7. *Art.* 6. *pag.* 180., ubi teſtatur *Fauchet Traitè dell' Origine des Chevaliers* allegare Cæremoniale, quod adhibitum fuit in hujuſmodi Equeſtrem

ſtrem

ſtrem gradum conferendo. *Cardinalis de Luca in Tract. – Del Cavaliere, e la Dama cap.* 3. *n.* 4. ubi nullum exprimit nomen Viri, qui d. Saladinum in Equitem armavit, ſed factum ſimpliciter exponit, quod voluit e-
99. tiam armari Eques a quodam Chriſtifideli, quem, vel captiuum in Bello, vel ex alia Cauſa apud ſe retinebat, & hic Chriſtifidelis erat Eques ſolemniter armatus.

Non ſolum autem Reges, Supremique Principes in Equites armabantur,
100. ſed etiam alii Nobiles, ſtrenuique Viri, optime de Principibus, & Republica meriti, ut paſſim tradunt Scriptores in Hiſtoriis, cæteriſque elucubrationibus.

Equites creabantur, vel ex Principum
101. Gratia, vel ob benemerita, aut ex motivo Nobilitatis Familiæ. Si ex Principum Gratia, & ob ſervitia eiſdem præſtita, ac ob ſtrenuitatem in Bello Eques quis armabatur, tunc nulla ſuper generoſa Nobilitate Familiæ probatio conficiebatur, ſed directe, ſervatis Cæremoniis, quæ tunc vigebant, Eques creabatur, ut notat *d. Card. de Luca in d. Tract. Il Cavaliere, e la Dama cap.* 5. *n.* 1.

102. Si vero ex Juſtitia quis armari Eques expoſtulabat, tenebatur hic prius conficere Probationes qualificatę, ac Generoſæ Nobilitatis, eo plane modo, quo de præſenti probatur Nobilitas ab illis, qui volunt admitti ad Habitum Militarem ex Juſtitia in aliqua Militari Religione, ver. grat. Melitenſi, vel Sancti Stephani, ut proſequitur idem *Card. de Luca d. cap.* 5. *n.* 1.

103. Nobilitas autem qualificata, & Generoſa ad dictum effectum habebatur, ſi ille, qui petebat armari in Equitem, filius fuiſſet conſimilis armati Equitis, aut deſcendens ab Equite, aut in ejus Domo, Linea, ſive Familia alii adfuerint Equites; ſicuti tradit idem *Card. de Luca d. cap.* 5. *n.* 1.

Quod eſt uniforme Conſtitutioni Imperatoris Friderici editæ Neapolis an-
104. no 1232., in qua adamuſſim ſancitur, quod ad *Militarem Honorem nullus accedat, qui non ſit de Genere Militum*: de qua Conſtitutione meminit *d. Pater Honoratus d. Lib.* 1. *Art.* 1. *pag.* 2.

Variis autem de Cauſis hujuſmodi Equites creabantur; ex. gr. vel antequam iniretur certamen, vel in Bello, vel poſt, aut aliis ex cauſis, ac motivis, juxta ſeriem exemplorum, quę enumerat ſæpe laudatus *Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 1. §. *Deſcendendo pag.* 9. ubi inquit, quod ab Auctoribus dicebantur ſumere
105. *Arma Militaria*, *Arma Virilia*, *d. P. Honoratus d. Lib.* 1. *Diſſert.* 4. *pag.* 54., & *ſeq.* ubi notat, quod hęc Equeſtris Dignitas vocatur Di-
106. gnitas Militatis, & Bellicæ Virtutis Inſignia.

Legimus quod retroactis Sæculis in ſignum Lætitiæ feſtivis Nuptiarum diebus Equites creabantur a Principibus; ut occaſione Nuptiarum, quas tertio loco contraxerat Aloyſius Mantuæ Dominus: ſic perfecit
107. Rinaldus Eſtenſis Ferrariæ Marchio, hic enim, non ſolum prçlaudatum Aloyſium Virum Principem in Equitem armavit, ſed etiam plures alios præclaros Viros Equeſtri Gradu decoravit; inter quos nominatur noſter Torellus Jacobi filius, ut videre eſt apud *Baptiſtam Saccum nuncupatum Platinam in Hiſtoria Mantuæ lib.* 3. *pag.* 153. *ibi – Torellus ex Gente Torella Corradinus Caprianus &c. Viri Genere, & factis*

clari

clari: de quibus meminit ſæpe lauda.
tus *Eques Georgius Marcheſius -- La
Galleria dell' Onore Tom.* 1. in fine
in Supplemento, & correctione.
Itemque occaſione Solemnitatis, &
tempore, quo Reges Regali exor-
108. nantur corona, creare Equites Vi-
ros illuſtres, & benemeritos teſta-
tur *d. Juſtinianus d. Parte Prima
cap.* 1. *§. L' altra occaſione pag.* 9.
& notavimus in Diſcurſu *Ord. San-
cti Stephani Hungariæ Regis.*
Hujuſmodi Equites ergo Militares Equi-
109. tes dicuntur ex dicta ratione,
quod talis Gradus ob res bellicas
conferebatur, & ſane vel à Princi-
pe, vel Exercituum Imperatoribus
conferebatur pro rebus, ut diximus,
ſtrenue in Bello aut ante, aut poſt
110. prælia, in Arcium, vel Civitatum
Obſidionibus, in Pontis, ſive alicu-
jus Loci tranſitu, in Terrarum Ini-
111. mici ingreſſu, occaſione certami-
num, quæ habentur, quoties aliquis
in Mænium everſione, & ut dicitur
Breccia, aditum in Urbem molitur,
vel poſtquam quis in Cuniculis, ita.
lice *Mine* certaverit, vel occaſione
Victoriarum, juxta notata per *Up-
tonum* Libro 1. de Militari Officio
112. cap. 3. ibi *- Item creantur Milites
in Villarum obſidionibus, Caſtrorum
vel Fortalitiorum, ſi forte Aſſaltus
fiat, ſeu faciendus fuerit:* Item
creantur Milites ad Mineram, *& in
Bellis Campeſtribus: Savaron. de l'
113. Epee Francoiſe pag.* 23. *Fulcher.
Carnotenſis Libr.* 2. *cap.* 10. quos
refert *Pater Honoratus à Sancta Ma.
ria d. Lib.* 1. *Diſsert.* 4. *Art.* 1. *pag.*
52. ubi plura de prædictis adducit
exempla, & appoſite advertit, quod
Equites aliqua ex enunciatis cauſis
creati, nominabantur Equites cer-
114. taminum, Equites obſidionis, Equi.
tes Cuniculorum, atque ita Gallice
*Chevaliers de Battaille, Chevaliers
de Siege, e Chevaliers de Mine.*
Utque etiam dilucide magis explicetur,
quid eſſet Eques Cuniculorum, ſeu
delle Mine, exponamus oportet,
quod latine Cunicoli, Italice autem,
Gallice, Hiſpanice, ac Luſitanice *Mi.
ne* vocantur, & ſubterranea loca
ſunt manufacta ſubtus obſeſſæ Urbis
Mȩnia, ad eandem Urbem oppu.
115. gnandam, & pro ejuſdem Urbis
propugnatione intus ejuſdem muros,
conſimilia ſubterranea loca e conſpe.
ctu conficiebantur ab Obſeſſis. In
his porro Cuniculis, duobus vel
tribus ab hinc Sæculis, occaſione
obſidionis alicujus Civitatis, certa-
mina peragebant ſtrenui Bellatores,
publica hinc Edicta nunciabantur,
ut ſiquis certare vellet, ſe pateface-
ret. Statuta itaque hora in eiſdem
116. Cuniculis Luminaria apponeban-
tur. Magna autem utroſque Cuni-
culos ſeparabat Trabs, ad pectus
uſque elata, vetitumque erat eam
tranſcendere, vel ſubtus eam ad
aliam partem tranſire. Certare volen-
tes igitur ex utraque parte in Cuni-
culos deſcendebant, ibique Armis
certabant. De his peculiaribus Certa-
minibus Galliarum Hiſtoriȩ loquun-
tur, quæ idcirco teſtantur, quod in
dictis Cuniculis, pene quotidie cum
Hoſte ſtrenue dimicabatur, ut vi-
dere eſt adductis exemplis, apud *d.
Patrem Honoratum à Sancta Maria
Libr.* 1. *Diſſert.* 4. *Art.* 2., *& in
Annot. Litt. A. & B.*
Hæc bene geſta Certamina, favore il-
lorum, qui illa confecere, meritum
117. prȩbebant ad conſequendum No-
bilem Equitis Gradum, proindeque a
Principibus, & Exercituum Impera-
toribus Victores Tubis canentibus,
& ære Campano reſonante, & læti-
tiæ Signis armabantur Equites, qui

vocabantur *Delle Mine*, prout de Raymundo De Lora, Ludovico Juvenale Orſino, ob hæc certamina, & Ægidio de Eſcheviller, creatis Equitibus ſub anno 1420. à Domino de Barbezan, legitur in *Cronica Orſina*, quam refert *Pater Honoratus d. Lib. 1. Diſſert. 4. Art. 2.* Ubi notat, quod Angliæ Rex, & Burgundiæ Dux conſimiles creavere Equites. Refert præterea Hiſtoriam Ludovici Secundi Borboni, qui bonus Dux vocabatur, cum hic obſeſſam retineret
118. Civitatem, ut dicunt *Vertueil*, loci ratione fere inacceſſibilem, ſtatuit per medium Cuniculorum expugnare. Confectis itaque Cuniculis, hoc eſt, *Le Mine*, idem Generoſus Princeps, Enſe evaginato, Cuniculos primus ingreditur, atque occurrente illi Renauldo de Monferrand, obſeſſæ Civitatis Gubernatore, ſtatim incepit ſtrenuè cum illo certare; perduravitque non exiguo temporis ſpatio certamen, quouſque ejuſdem Ludovici Officialis elata voce clamavit. Eę ſiquidem voces erant, quibus Bello utebatur Dux Borbonius, ob cultum, & venerationem, quibus San-
119. ctiſſimam proſequebatur Virginem, quæ plures à Deo Optimo Maximo ipſius Patrocinio Gratias impetraverat. His auditis vocibus Renauld bellica Arma ſubmiſit, rogavitque Ducem Borbonium, ut in memoriam Certaminis peracti cum tanto Principe, illum Equitem armare dignaretur, dum obſeſſam Urbem ei dedere non renuebat, prout fecit, tradendo ejuſdem Civitatis Claves: unde Dux Borbonius, in ipſis Cu-
120. niculis, hoc eſt, *Nelle Mine*, Equitem creavit d. Rainauld. Ita ſcribit d. *Pater Honoratus d. Lib. 1. Diſſert. 4. Art. 2.*

Quinimo hos Equites Militares, eorum ſpecificam denominationem ſumpſiſſe ab aliqua loci, temporiſve circumſtantia, ac fortuito caſu, patet
121. ex illa Hiſtorica Caſus narratione, quod cum anno 1339. Gallorum ſub Rege Philippo, & Anglorum ſub Rege Eduardo, Exercitus inter *Vitonfoite*, & *Flamanguerie* ſubſiſterent, Comes de Hainault Quatuordecim creavit Equites, & dum aſſuetæ peragebantur Cæremoniæ, en Lepus prętergrediens Campum, ubi ade-
122. rat Anglorum Exercitus, confugit ad Campum Exercitus Gallorum. Hoc utrique Exercitui oblectamenti motivum præbuit, atque inſimul novis Equitibus titulum, ſcilicet Equitum Leporis; ut tradit *Andreas Cheſne Hiſtoria Angliæ Lib. 15. pag. 649.* cum quo *d. Pater Honoratus Libro. 1. Diſſert. 4. Artic. 1. pag. 53.*

Conſimilis iocoſus Caſus, Cervæ à Lupo fugientis, & quę inter duas Acies ſpectaculum præbuit, refertur a *Tito Livio Hiſtoriarum ab Urbe condita Tom. 1. Decade Prima cap. 18.* ubi ſic narrat .. *Cum inſtructæ Acies ſtarent, Cerva fugiens Lupum, e Montibus exacta per Campos, inter duas Acies decurrit, inde diverſæ Feræ Cerva* ad Gallos, *Lupus ad* Romanos *curſum deflexit Lupo data inter Ordines via, Cervam Galli confixere. Tum ex Anteſignanis Romanus Miles: Illa fuga, inquit, & Cædes vertit ubi Sacram Dianæ Feram, jacentem videtis, hinc Victor Martius Lupus integer, & intactus Gentis Nos Martiæ, & conditoris noſtri admonuit. Dextro cornu Galli, Siniſtro Samnites conſtiterunt.*

Satis itaque oſtendimus, quid ſit Eques armatus, & apud quos Jus creandi reſideat.

Rurſus notandum quod ſub Equitum Arma-

Armatorum Claſſe, intelliguntur E-
123. quites Balneati, Equites Bannareſi, Equites Cruciatæ, Equites Aureati, ſeu Aureorum Calcarium, eorumque conſimiles, & quotquot proprie nullum Collegium conſtituunt ſub vero Capite, abſque præſcriptis legibus, remanent Equites ſimpliciter armati, & de quibus infra ſuo loco loquemur in particularibus Diſcurſibus de Prænominatis Equitibus.
Mentionem fecimus in *Diſcurſu I. pag. 27. et ſeqq.* de Equitibus Errantibus. Hic autem in comprobationem eorum,
124. quę ibidem adduximus, particulam regiſtramus Epiſtolę eruditi R. P. D. Gaſparis Leonarducci Congregationis Somaſchæ Alumni, & Rectoris Accademię, uulgo nuncupatæ de *Nobili*, Venetiis, in qua publice expenſis Sereniſſimę Reipublicę Venetiarum educantur pluſquam quadraginta Nobiles Pueri Patricii, de Republica Litteraria optime meriti, ob plura monumenta typis mandata, inter quę ſumma cum gloria exceptum fuit Poema illud, cui Titulus -- *Della Providenza*. Prędicta autem Epiſtola a d. Patre Leonarducci ſcripta Viro Nobili, & nunquam ſatis laudato Comiti Franciſco Piazza, nuper poſt d. impreſſionem prędicti Diſcurſus I. per d. Comitem Piazza nobis tradita, eſt tenoris ſequentis.

Ho parlato al Sig. Agoſtino Zeno, come il più a propoſito di chiunque, ſull' affare de' Cavalieri Erranti. Dice che non hanno avuto nè Iſtitutore, nè Capo, nè hanno formato mai vero Corpo, che ſi ſia governato con Regole, e Leggi particolari, onde non hanno niente di ciò che ricercaſi a poter formare degli ſteſſi un Ordine, da porſi in Opera, che tratti di tutti gli Ordini de' Cavalieri. Del tempo in cui i Cavalieri Erranti ebber principio, non ſi sà niente, ma ſi crede coſa più antica della Inſtituzione di qualunque Ordine Cavalereſco. Appo gli Scrittori ſopra la Tavola Rotonda, può eſſere che ſi trovi qualche notizia, ma ſi pretende non ci ſia coſa certa, nè vi poſſa eſſere, perciò che riſguarda la Inſtituzione, ed i requiſiti per dichiararlo un' Ordine Cavallereſco.

Diximus in antecedenti *Diſcurſu V. pag. 49. in Sect. Unica*, quod ibi laudatus Marchio Joannes Torellus ob mortem Marchionis Marſilii illius Germani Fratris effectus Primogenitus Familię in Civitate Papiæ, Domino Marchioni Chriſtophoro Germano Fratri ſuo ſubſidium ſtatuit, ut idem Marchio Chriſtophorus Matrimonium honorificè contraheret. Completa autem impreſſione d. Diſcurſu V. & dum finem huic Diſcurſui imponimus, hic ſubdimus, quod pręlaudatus Dominus Marchio Chriſtophorus per Epiſtolas ſuas è Papię Civitate ſcriptas, Nobis ſignificavit, antedictum Marchionem Joannem, in Domino obiiſſe de Menſe Februarii currentis Anni 1750. Nos proinde eidem reſponſa dedimus, die undecima ejuſdem Menſis Februarii, rurſuſque eundem hortati ſumus, ut nobili cum Sponſa Nuptias, & Matrimonium tandem contrahere non ommitteret: quamobrem ſub die ſeptima Martii præſentis Anni 1750. ſuam per Epiſtolam, idem Dominus Marchio Chriſtophorus Nobis notum fecit, feliciter contraxiſſe Sponſalia cum Nobiliſſima Fœmina, Domina Marchioniſſa Marianna filia Nobilis Viri Domini Marchionis Jo. Baptiſtę Provera Patricii Papienſis: de quibus contractis Sponſalibus, idem Dominus Marchio Joannes Baptiſta Provera Nos certiorem fecit, data Epiſtola ſub die

12. d. Menſis Martii.

Hinc Nos ſummopere lætamur, atque gaudio magno valde gaudemus, ſperantes quod mediante hujuſmodi Matrimonio, Domino benedicente, Agnationis noſtræ Torellę etiam in Papiæ Civitate, prout huc uſque Decus jugiter floruit, ita etiam conſervabitur.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur idem Argumentum de Equitibus Armatis, & recenſentur Cæremoniæ, quæ antiquitus obſervabantur in eorum creatione, juxta temporum diverſitatem: exponiturque Ritus ille, ablutionis in Balneo, adeo celebris, & oſtenditur illius Praxis, longe antequam in Anglia inſtituerecur Ordo Equitum Balnei, & explicantur Moralitates, quæ includebantur in veteribus Cæremoniis.

SUMMARIUM.

1. *Mores armandi in Equitem fuerunt varii juxta varia tempora: aliquando per Balthei, vel Enſis præcinctum creabantur.*
2. *Juramenti tamen forma fuit ſemper eadem, Cingulus, & Enſis.*
3. *Carolus Magnus anno* 800. *fuit à Leone III. creatus Imperator.*
4. *Cæremoniæ in creandis Equitibus in Germania, & Gallia, quę obſervabantur temporibus Caroli Magni*, & n. 5.
6. *Aliis ſubſequentibus temporibus quæ Ceremoniæ adhibebantur*, & n. 7. 8. 9. 10.
11. *Balnei uſus, quantum ſit antiquus, & quomodo adhibebatur*, & n. 12. 13. 14. 15. 16., e 17.
18. *Cæremoniæ ſervabantur, & quæ* n. 19., & 20.
21. *Dicti Equites Balneati non conſtituebant Cœtum, ſeu Ordinem, ut Equites Balnei in Anglia*, & n. 22.
23. *Enumerantur aliæ Cæremonię*, & n. 24. 25. 26. 27.
28. *Adducuntur verba Cęremonialis Chriſtophori Marcelli Archiepiſcopi Corcyrenſis, quoad Benedictionem Enſis in Nocte Nativitatis Domini.*
29. *Armandi Equites modus eſt expeditior ille, qui nunc ſervatur, hoc eſt præcingitur Enſis, & aptantur Calcaria.*
30. *Baltheo Militari, & Gradu Militari debent inſigniri Profitentes in Militaribus Religionibus in gradu Militis.*
31. *In Religione Hieroſolymitana niſi alias fuerint armati*, & n. 32.
33. *In Religione S. Mariæ Teutonicorum.*
34. *In Religione S. Benedicti de Avis.*
35. *In Religione Jeſu Chriſti in Luſitania.*
    Quę Cæremonię ſint ſervandæ in Ordine Sanctæ Marię de Monte Carmelo.
36. *Admiſſi ad Religiones Militares in gradu Capellanorum, & Servientium non tenentur armari Cingulo, & Inſignibus Equeſtribus.*
37. *Neque Sacerdotes Nobiles in Ordine Sancti Stephani Papæ, & Martyris.*
38. *Moralia deſumpta ex Cæremoniis adhibitis in creatione Equitum*, & n. 39. 40. 41.
42. *Adducuntur aliæ Cæremoniæ Sacræ in Eccleſia peragendę, cum aliis inſuper, quarum Morales explicationes adducuntur*, & n. 43. 44.
44. *Arma, & Veſtes, & Perſonæ Militum, & Equitum benedicuntur, & quomodo*, & n. 45.
46. *Equites retroactis Seculis creabantur in loco Sacro, & per Miniſtros Sacros.*

47

47. *Adducitur id quod tradit Cæremoniale Chriſtophori Marcelli quoad Benedictionem Enſis in Nocte Nativitatis Domini, quæ fit à Summo Pontifice*, & n. 48. *Ubi etiam de Benedictione Roſæ*.

49. *Adducitur Moralis explicatio Indumentorum, & Armorum Equitum*.

DISCURSUS VII.

CReandi, & Armandi Equites, varii retroactis Seculis viguere mores, juxta Principum, Nationum, Temporum, Locorumque varietatem; modo enim Enſis, vel Balthei præcinctu ſolum conſtituebantur E-
1. quites, modo aliæ adhibitæ fuerunt Cæremoniæ. *Card. De Luca in Volumine Il Cavaliere cap. 5. n. 2. ac ſeq.*, *& cap. 9. n. 5.*, *& ſeq. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus in Volumine Gallico Idiomate: Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques, ſur la Chevalerie &c. Diſſert. 2. per totam*.

Advertit autem dictus *Cardinalis de Luca dicto cap. 5. n. 2.*, quod licet
2. diverſæ fuerint pro locorum moribus in creandis Equitibus Cęremonię, tamen quoad Juramenti præſtationem, & in ſumendo Cingulo, ac Enſe, concordabant.

Cœterum à temporibus uſque Caroli Magni, qui anno Domini 800. a
3. Leone tertio renunciatus fuit Imperator Occidentis, & coronatus, ut ſcribit *Platin. in Vita Leonis III. Chron. poſt ipſum ſub* Anno 800. Chriſti, In Gallia, & Germania infraſcriptę
4. Cæremoniæ ſervabantur: cingebatur videlicet novus Eques Baltheo magno, & auro, lapidibuſque pretioſis ornato, eidem figebatur Oſculum pacis, in gena ſiniſtra leviter colaphizabatur, utque utamur terminis tunc uſitatis, illi dabatur palma-
5. ta una ſupra maxillam in memoriam habiti honoris. Ille, qui Cæremoniam peragebat, iſta pronunciabat verba -- Ad honorem *Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Ego te facio Equitem*: poſtmodum Eques adhuc ſtans genuflexus, præſtabat Juramentum fidelitatis. En Cæremonias, quibus Carolus uſus eſt tunc quando Ratiſbonę creavit Equitem filium ſuum Ludovicum, dictum Pium. *Pater Honoratus ubi ſupra pag. 335.*, *& ſeq.*

A dicto Anno 800. uſque ad Annum
6. 1200., & ſic per ſpatium quatuor ſeculorum, vel nil fuit innovatum, vel nil apud Scriptores reperitur circa cęremonias in creandis Equitibus.

Poſt initium autem Seculi 1200., & ab eo uſque ad 1500., aut 1600. plures
7. Cæremoniæ adauctæ fuerunt. In primis ſiquidem, & ante omnia Scutifer ille, qui inarmari debebat in Militem, tenebatur Deo preces fundere, ut ſuam gratiam largiretur, & benedictionem: item jejunare in Vigilia Feſtivitatis electæ pro Solemni-
8. tate recipiendę Militiæ; Peccatorum Confeſſionem ſimiliter emittere, ac Communionem Corporis Chriſti Domini recipere; vigiliam quoque Armorum peragere, hoc eſt noctem tranſigere orando in Eccleſia, ſuper cujus Altare majus Gladii reponebantur: & ita fuiſſe in uſu tempore *Sancti Galli Monachi*, qui vivebat ſeculo XII., & qui ſcripſit Vitam Caroli Magni, ut proſequitur *d. Pater Honoratus pag. 336. Comes in Koden Sapieha Annot. Hiſtoriæ de Origine, Antiquitate &c. in Regno Poloniæ Ordinis Aquilæ Albæ impreſſ. Colonię apud Adamum Cholinum anno 1730. cap. 1. à pag. 4. cum ſeqq.*

Vigi-

Vigilandi in Eccleſia, poſitis Armis ſuper Altare, Cæremoniam *Froiſſa. in Hiſtor. Caroli VI. Galliarum Regis Vol. 4. cap. 63. teſte d. P. Honorato ubi ſupra pag. 336. vers.* Eſte Ceremonie.

Qui Carolus VI. vivebat in initio Seculi 1400. cæpit namque regnare in Galliis anno 1380., ut habetur apud *P. Graveſon Hiſtor. Eccl. Tom. 9. continen. Tabulas Chronologicas, in Tabula Chronologica Galliæ Regum ſuper Tertia Stirpe Francorum Regum, qui Capetani appellantur.* §. *Carolus hujus nominis VI. pag.* 144. *juxta impreſſ. Romę Typis Ludovici Tinaſſi, & Hieronymi Mainardi anno* 1722. *Loſch. Compend. Hiſtoriæ Delle Caſe Regali di Francia cap.* 9.

Et de hac ipſa Cæremonia habetur in Vita Sancti Ignatii Lojolæ apud *Ribadeneira, Flos Sanctorum.*

Poſt Armorum Vigiliam longus Sermo habebatur ad Militem creandum ſuper Fidei Miſteriis, ſuper Pręceptis
9. Divinis, aliiſque ad Catholicam Religionem pertinentibus: *d. Pater Honoratus lib. 2. Differt. 2. Art. 1. d. pag. 336.*

Ipſo autem die quo quis Miles creandus erat, Balneum ingrediens lavabat ſe, ablutuſque, & egreſſus e Balneo, ſplendideque indutus, duceba-
10. tur ad eum, cui munus ſpectabat creandi Militem: *d. Pater Honoratus ubi ſupra pag.* 337. Quique ducebant, aliquando erant proximiores Conſanguinei. *d. Pater Honoratus ubi ſupra pag.* 337.

Cęterum quoad uſum Balnei in creandis Equitibus, ut hiſtorica rei ſeries integrè explanetur, neceſſe eſt exponamus, Monumentis conſtare Cæremoniam hanc abluendi in Balneis ad Gradum Equeſtrem Promovendos, eſſe antiquiſſimam: unde legimus, quod uſque de anno 1573. deputati fuerunt à Magno Etruriæ Duce Viri eruditiſſimi ad correctionem Textus Bocacci, qui in Novel. 9. della Giornata 8., quando da Bruno, e da Buffalmacco gli fu detto la *Conteſſa intende di farvi Cavalier Bagnato alle ſue ſpeſe*: Qui viri plura antiqua Documenta de his Equitibus Balneatis invenerunt, quæ refert *Franciſcus Rhedi in ſuis Annotat. Italicis ad ſuum Dytirambum*, cui Titulus *Bacco in Toſcano, juxta novam impreſſ. Venetiis* 1712. *pag.* 26., *& ſeqq.* nam *Jo. Monacus Major Monaſt. lib.* 1. *Hiſt. Gofredi Ducis Norman.* tradit Cæremoniam hanc fuiſſe ſervatam, quando iſte Princeps, qui alio in loco per *d. Patrem Honoratum pag.* 346. vocatur Adegavenſis, & à *Rhedi in notis ad ſuum Dythir.* vocatur Gaufridus Filius Fulconis Comitis Andegaven., & poſtea Hieroſolymorum Rex, ducturus in Uxorem filiam Ducis Normundiæ, ab hoc factus fuit Miles die Pentecoſtes anni 1127. *d. Pater Honoratus pag.* 436. *d. Franciſcus Rhedi in ſuis Annot. Italicis ad ſuum Dytirambum*, cui Titulus *Bacco in Toſcano*, juxta novam impreſſionem Venetiis anno 1712. Typis Jo. Gabrielis Ertz pag. 203. Volumen Gallico Idiomate ſub titulo *Hiſtoire Des Ordres Militaires, ou Des Chevaliers Tom.* 2. *A Amſterdam chez Pierre Bruotei* 1721. *pag.* 31. ubi refert per extenſum hanc Hiſtoriam. *Monachus quoque S. Galli in Vita Caroli Magni dicit*: *Hac die mos eſt, ut nocte praeceden. te Vigiliis factis, Gladiis ſuper Altare Majus poſitis, & benedictis poſt Vigilias, & Balneos, novi Milites, Cingulo, & Torque aureo decorentur*: Iſtaque in more fuiſſe, dicti Monachi Sancti Galli, initio ſcilicet Seculi XII.

XII., notat idem *Pater Honoratus pag.* 336.

Mentionem fieri quoque hujus Cæremoniȩ Balnei, in quo novi Milites ablui debebant, in Vita Caroli Sexti Regis Francorum, addit *d. Honoratus pag.* 337., qui Carolus VI. inſanus evaſit anno 1391. *d. Graveſon. d. pag.* 144. *tom.* 9., & *d. Loſchi in Compen. Hiſtor. pag.* 9.

Similiter eandem referri in Poemate Heroico inſcripto -- *Il Guarino* (*Le Roman de Garin*) cujus verſus refert prædictus *Honorat. pag.* 337. ibi. *Cum fuit ablutus, aſcendit ad Palatium, fuit bene indutus.*

Exempla hæc ponuntur a d. *Patre Honorato* ſub Seculo Duodecimo; ſed illud quod refertur in Vita Caroli VI. transferendum eſt ad ſeculum XIV. ex prænotatis.

Sub XIII. ſeculo adeſt exemplum Ildebrandi Giratalca, qui in Equitem
13. creatus fuit, de anno 1240. ex relatu *d. Redi in Notis ad ſuum Dithyrambum pag.* 205. *uſque ad* 212. Ubi affertur Documentum, quod infrà referemus; & ſub eodem, nempe de anno 1247., affert *d. P. Honoratus pag.* 347. aliud Guillelmi Comitis Hollandiæ, electi Romanorum Regis, quem hunc morem ſervaſſe aſſerit recolligi ex quodam Flandriæ Chronico, in quo dicitur eum creatum fuiſſe Militem, ſecundum Chriſtianorum inſtitutionem, hoc eſt, confiteri, noctem tranſigere orando, in Eccleſia ſe abluere &c.

Sub XIV. ſeculo eaſdem fere Cæremonias, ac ſervabantur in antecedentibus, aſſerit *d. Pater Honoratus ubi ſupra pag.* 349. *vers. les Ceremonies*, ſed nullum allegat, qui expreſſe mentionem habeat de prædicta Balnei Cæremonia.

Adduci poteſt *Joannes Boccacius die* 8. *ejus Libri*, cui Titulus -- *Decamerone*, quem, teſte inter cæteros *Patre Daniele Bartoli* in Libro inſcripto, *Il Torto, e il Dritto ad Lectores pag.* 15. vers. Gio. Boccacci, publicȩ mandavit curioſitati de' anno 1353., inquit enim -- *Quando da Bruno, e da Buffalmacco gli fu detto, la Conteſſa intende di farvi Cavalier Bagnato alle ſue ſpeſe.*

Et duo exempla relata à *d. Redi pag.* 216. nempe Gualterii Panciatici ſub die 25. Aprilis 1388., & duorum Filiorum Ludovici primi Galliæ Regis de anno 1389.

Sed notandum hic adeſſe Æquivocum, quia Ludovicus Primus, fuit filius
14. Caroli Magni, & floruit ſeculo IX., Ludovicus autem ſecundus Siciliæ Rex, & Carolus ejus Frater Tarenti Princeps, fuerunt filii Ludovici Primi Andegavenſium Ducis, & Siciliȩ, non Galliæ Regis, ut ex Arbore Domus Regiæ Galliȩ apud *Loſchi Pater Graveſon. Tom.* 9. *continen. Tabulas Cronologicas, octava Tabul. Chronolog. quoad ſecundam Stirpem pag.* 132. Cumque ſupradicta Cæremonia ablutionis in Balneo, ſit ex prȩcipuis Ritibus antiquorum Temporum in creandis Equitibus, ut hȩc percipiatur clare, ſubdimus, quod Equites Balnei antiquitate ce-
15. lebres, Nobilitate, & Fama præclaros fuiſſe, non obſcure Monumenta demonſtrant; & nuncupant Scriptores, ut in Relatione, quam exararunt eruditi Viri, qui ab Æṭruriæ Magno Duce deputati fuerunt, anno 1573. ad correctionem Textus Boccacci, qui in *Novel.* 9. *della Giornata* 8., *quando da Bruno, e da Buffalmacco gli fu detto, la Conteſſa intende di farvi Cavalier Bagnato alle ſue ſpeſe*: quod refert d. Vocabular. della Cruſca, ubi ſupra; ſubditq.

qui per iſcherzo inteſo in ſentimento equivoco. Quamque relationem refert *Franciſ. Redi Nobilis Aretin. in ſuis Anot. Italicis ad ſuum Dithyrambum*, cui Titulus -- *Bacco in Toſcana* juxta novam impreſſ. *Venetiis anno* 1712. *typis Gabrielis Ertz ſup. pag.* 26. *V.* 24. ibi *Cavalier*.

Ad hunc Equeſtrem gradum, magno apparatu, plurimiſque Cęremoniis adhibitis promovebantur, inter quas prima erat Balnei uſus, proindeque nuncupati fuerunt *Equites Balnei*, Italice *Cavalieri Bagnati*, reſque ſequenti methodo peragebatur.

Solemne in Eccleſia Balneum parabatur ſtatuta die ab aliis Equitibus Balnei, qui in tali Æra Patrini munus obibant. Candidatum Balnei Aquis abluebant, mundabantque, deinde Candidatum eundem byſſo retorta indutum in lecto albo nitidoque reponebant, mox cyclade auro texta induebatur, ac Clamyde purpurea, Caligis holoſericis calciabatur, & etiam induitur lorica Caligis ferreis, Calcaribus aureis ad pedes aptatis, Clypeo muniebatur, Capiti Caſſis pretioſa imponebatur, Haſta Fraxinea, ferrum Pictavienſe prętendens ei tradebatur, & Enſis. Sic indutus, armatuſque Equum aſcendebat, & totum diem in Ludi bellici exercitio tranſigebat. Ritus recenſitos ſervatos fuiſſe Rothomagi 1128. in creatione Gauffridi filii Fulconis Comitis Andegavorum Regis, antequam nuberet cum Filia Henrici primi Anglorum Regis, liquet ex *Joanne Monaco di Marmonſtier lib. primo* Hiſtoriæ Godifredi Ducis Normandiæ, per extenſum relatus a d. *Redi* ubi ſupra *pag.* 203., & in Volumine Gallico Idiomate cui Titulus -- *Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers des Milites Seculieres, & Regulieres de l'un, & de l'autre ſexe impreſſ. Amſterdam chez Pierre Brunel anno* 1721. *tom.* 2. *pag.* 31.

16.

Præterea aliis occaſionibus aliæ quoque Cæremoniæ in hujuſmodi Equitum creatione adhibitę, ſervata tamen Balnei ablutione: nam occaſione qua Ildebrandus Girataſca ſumptibus Populi, & Communitatis Aretinæ Civitatis fuit anno 1240. in Equitem creatus. Primo, Ildebrandus Fidelitatis Juramentum Civitati, & Sancto Protectori Aretii, cum ſex Domicellis de Palatio, & Tibicinibus honorifice præſtitit. Secundo, petiit Eccleſiam, ac benedictionem accepit. Tertio, ivit ad prandium, quod conſtitit in pane & aqua, & ſale, ſecundum legem Militiæ, & Socii prandii fuerunt quidam Ridolphus, & duo Eremitæ Camaldulenſes, & poſt prandium Senior ex ipſis Eremitis illi ſermonem de Officio, & Obligationibus fecit. Quarto, Ildebrandus in ſuo Cubiculo ſe recepit per horam, poſtea Senior ex Monachis S. Floræ Cubiculum intrat. Ildebrandus ei Confeſſionem Peccatorum emiſit, & abſolutionem recepit, & pœnitentiam illi impoſitam adimplevit. Quinto, Barbitonſor caput, & barbam Ildebrando curavit, & omnia ad balneationem neceſſaria ordinavit. Sexto, comitantibus Nobilibus, duo Ildebrandum ſpoliaverunt, & collocaverunt eum in Balneum: alii duo illi dederunt optima documenta de munere, & officio novi Militis. Septimo, Poſt horam unam Balnei fuit poſitus in Lecto mundo, in quo lintea erant albiſſima, & finiſſima de muſſali, & papilio, ac cœtera de Drappo ſerico albo erant, in quo Lecto per horam permanſit, & cum jam Nox appropinquaret, fuit veſtitus de media Lana alba, cum Capucio, & fuit cinctus

17.

18.

cum

cum cinctura coriacea. Octavo, ſumpſit refectionem ex ſolo pane, & aqua, & poſtea cum viro nobili ivit ad Eccleſiam, & per totam noctem vigilavit in Capella orando Deum, & Sanctiſs. Matrem Virginem, & Sanctum Donatum, ut faceret eum bonum Militem et plenum, & juſtum. Aſtiterunt illi per totam noctem cum magna devotione duo Sacerdotes Eccleſiæ, & duo Clerici Minores, item quatuor pulchrę, & Nobiles Domicellæ, & quatuor Dominę Seniores nobiliter indutæ, quæ per totam noctem oraverunt Deum, ut hæc Militia eſſet in honorem Dei, & Sanctiſſimę Matris ejus Virginis, et Sancti Donati, et totius Sanctæ univerſalis Eccleſiæ: Cęteri receſſerunt. Nono, Orta jam Aurora, Sacerdos benedixit Gladium, et totam Armaturam à Galea uſque ad Solereſtas ferreas, poſtea celebravit Miſſam, in qua Ildebrandus Sanctiſſimam Eucharistiam ſumpſit, deinde obtulit unum magnum Cereum viride, et libram unam argenti bonorum denariorum Piſanorum; itemque obtulit pro Suffragio Animarum Purgatorii libram unam argenti bonorum denariorum Piſanorum. Decimo, apertis Eccleſiæ Portis omnes petierunt Domum Ridolphoni, in qua Domicelli de Palatio nobilem, & divitem refectionem præparaverant cum magna quātitate Trageę, diverſis generibus Tartararum, & aliis ſimilibus, cum optima Guarnaccia, et Tribiano. Sumpta refectione Ildibrandus ivit aliquantulum ad dormiendum. Undecimo, Somno ſurgens indutus fuit ex Drappis omnibus albis ſericeis cum cinctura rubra auro diſtincta, & cum ſimili Stola, et Tibicinibus, Jaculatoribus, & Meſtrellis ſua Inſtrumenta tangentibus, et cantantibus varias ſtamp iras in laudem Militiæ, et novi futuri Militis, omnes iverunt ad Eccleſiam, cum magna Militum, et Nobilium caterva, et Populi vociferantis *vivat*, *vivat*. Incepit Miſſę Magnę, & ſolemnis celebratio, & ad Evangelium tenuerunt Enſes nudos. Poſt Evangelium Ildebrandus juravit alta voce, quod ab illa hora in antea foret fidelis, & Vaſſallus Dominorum Communis Aretii, et Sancti Donati; juravitque quod juxta ſuum poſſe defenderet ſemper Dominas Domicellas, Pupillos, Orphanos, & Bona Eccleſiarum contra vim, & potentiam injuſtam, potentiam Hominum, & contra illorum gualdanas. Duodecimo, Amphoſus Buſdragus cinxit Calcare Ildebrandum calcare aurato in Pede dextro, & alter cinxit eum Calcare aurato in Pede ſiniſtro. Decimotertio, poſtmodum pulchra Nobilis Domicella Gladium illi cinxit. Decimoquarto, Ridolphonus de more dedit illi Guactaram dicens -- *Tu es Miles Nobilis Militiæ Equeſtris, & hæc Guactara eſt in recordationem illius, qui te armavit Militem, & hæc Guactara debet eſſe ultima injuria, quam patienter acceperis*. Decimoquinto, cum Tubis, & Tympanis omnes redierunt ad domum Ridolphoni. Ante Portam Ridolphoni ſtabat duodecim pulchræ, & Nobiles Domicellæ cum ghirlandis de floribus, & herbis contextis, & hę Domicellæ facientes Serralium, nolebant, quod novus Miles intraret in Domum Ridolphoni. Novus autem Miles dono dedit illis divitem anulum cum Roſa aurea, & dixit quod juraverat ſe defenſurum eſſe Domnas, & Domicellas, & tunc illæ permiſerunt illi ut intraret: poſtquam autem intravit Domum, magnum prandium factum eſt. Decimoſexto, completo prandio Ildebrandus indutus

præfata Armatura benedicta, aſcendensque Equum album, & concomitantibus aliis Nobilibus ſimiliter armatis, in Platea habitum fuit magnum Torneamentum prius de corpore ad corpus, poſtea cum evaginatis Enſibus, in quibus novus Miles fortiter ſe geſſit, & d. novus Miles primum præmium promeruit, illudque dono miſit per duos Scutiferos Nobili, & pulchræ Domicelię, quæ in Eccleſia cinxerat ipſi Enſem Militiæ. Habuerunt etiam ſua Munera Domnæ, & Domicellæ, quæ in noctæ vigiliæ Ildebrando adſtiterant. Hactenus recenſita late apud d. *Redi à pagina* 205. *uſque ad* 212., *& per externum documentum*, *et à pag.* 213. *cum ſeqq.* refert aliam in Equitem creationem Florentię habitam Joannis, & Gualterii Panciatici cum iiſdem ſupra relatis Ritibus 25. Aprilis anno 1388. ibique exponuntur diſtinctim moralia Documenta, quæ in qualibet ex dictis Cæremoniis includuntur.

Idemque *Redi* ubi ſupra à pag. 216. cum ſeqq. ex Chronica manuſcripta, cujus verba tranſcribit, & refert non diſſimiles Cęremonias fuiſſe obſervatas anno 1389. in Sancto Dionyſio in Gallia, quando armati fuerunt equites Lodovicus II. Rex Siciliæ, & Carolus ejus Frater Filii Ludovici I. Galliæ Regis. Tandemque prædictus *Redi* refert integraliter morem tentum in Anglia à pag. 221. *cum ſeqq.*

Narratione eſtratta da una Antica Cartapecora, che ſi conſerva tra le ſcritture del Sig. Priore Franceſco Seta di Piſa.

CUM Domino Anno 1260. die octava Aprilis in Conſilio Generali congregato more ſolito, ad ſonum Campanæ, & Tubarum Domini Domini conſtituerunt, quod
20. ſecunda Dominica Menſis Maii factus eſſet Miles ad expenſas publicas Nobilis, & Fortis Vir Ildebrandus vocatus Girataſca. Venta igitur die ſecunda Sabbati Menſis Maii, valde mane præfatus nobilis, & ſtrenuus Vir Ildebrandus bene, & nobiliter indutus cum magna maſnada ſuorum ingreditur Palatium, & juravit fidelitatem Dominis Dominis, & Sancto Protectori Civitatis Aretii in manus Notarii, & ſuper Sancta Dei Evangelia: poſtea honorifice ivit ad Matrem Eccleſiam, ut haberet benedictionem, & pro honore ejus adfuerunt ſex Domicelli de Palatio, & ſex Tibicines de Palatio. In hora prandii fuit ad prandendum ex deliberatione Dominorum in Domum Domini Ridolphoni. Pro prandio fuit Panis, & aqua, & Sal, ſecundum legem Militiæ, & Comenſales fuerunt cum eo dictus Ridolphonus, & duo Eremitę Camaldulenſes, quorum Senior poſt prandium fecit illi Sermonem de Officio, & Obligationibus Militis. Poſt hoc Ildebrandus ingreſſus eſt cubiculum, in quo ſtetit ſolus per horam unam, & poſtea ingreſſus eſt ad eum Senex Monachus Sanctę Floræ, cui devote, & humiliter confeſſus fuit peccata ſua, & accepit ab ipſo abſolutionem, & fecit pœnitentiam impoſitam. His peractis ingreditur cubiculum Barbitonſor, qui concinne caput, & barbam ejus curavit, & poſtea ordinavit omnia, quæ neceſſaria erant ad Balneationem. Rebus ſic ſtantibus ex deliberatione Dominorum venerunt ad Domum Ridolphoni quatuor Strenui Milites, Andreaſtus filius Marabuttini, Albertus Domigianus, Gilfredus Guiduternus, & Ugus de Sancto Polo cum maſnada nobilium Domicellorum, & cum

Turba

Turba Focalariorum, Meneſtreliorum, & Tibicinum. Andreaſtus, & Albertus ſpoliaverunt Ildebrandum & collocaverunt eum in Balneum; Gilfredus autem Guiduternus, & Ugus de Sancto Polo dederunt illi optima documenta de munere, et officio novi Militis, & de magna dignitate. Poſt horam unam Balnei poſitus fuit in Lecto mundo, in quo lintea erant albiſſima, & finiſſima de muſſali, & papilio, & alia neceſſaria Lecti de Drappo ſerico albo erant. Permanſit Ildebrandus per horam unam in Lecto, & cum jam nox appropinquaret, fuit veſtitus de media Lana alba cum Capucio, & fuit cinctus cinctura coriacea. Sumpſit refectionem ex ſolo Pane, & Aqua; & poſtea cum Ridolphono, & quatuor ſupradictis ivit ad Matrem Eccleſiam, & per totam noctem vigilavit in Capella, quæ eſt à manu dextra, & oravit Deum, & Sanctiſſimam Matrem Virginem, & Sanctum Donatum, ut facerent eum bonum Militem, honoris plenum, & juſtum. Adſtiterunt illi per totam noctem cum magna devotione duo Sacerdotes Eccleſiæ, & duo Clerici Minores; item quatuor pulchræ, & nobiles Domicellę, quatuor nobiles Domnę ſeniores nobiliter indutę, quæ per totam noctem oraverunt Deum, ut hęc Militia eſſet in honorem Dei, & Sanctiſſimæ Matris ejus Virginis, & Sancti Donati, & totius Sanctæ Univerſalis Eccleſiæ. Ridolphonus, & quatuor alii ſupradicti jverunt ad dormiendum, ſed ante auroram redierunt. Orta jam aurora Sacerdos benedixit Gladium, & totam Armaturam à galea, uſque ad Soleretas ferreas, poſtea celebravit Miſſam in qua Ildebrandus accepit à Sacerdote humiliter, & cum magna devotione Sanctiſſimum, & Sacratiſſimum Corpus, & Sanguinem Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Poſt hoc intulit Altari unum magnum Cereum viride, & libram unam Argenti bonorum Denariorum Piſanorum; Itidem obtulit pro redemptione Animarum Sancti Purgatorii libram unam argenti bonorum Denariorum Piſanorum. His peractis Portæ Eccleſiæ apertę fuerunt, & omnes redierunt in Domum Ridolphoni, in qua Domicelli de Palatio nobilem, & divitem refectionem paraverant, ponendo ſupra unam Tabulam magnam quantitatem trageæ, diverſa genera tartararum, & alia ſimilia, cum optima Guarnaccia, & Tribbiano. Facta refectione Ildebrandus ivit aliquantum ad dormiendum. Interim cum eſſet jam hora redeundi ad Eccleſiam, novus Miles futurus ſurrexit è Lecto, & fuit indutus ex Drappis omnibus albis ſericeis cum cinctura rubra auro diſtincta, & cum ſimili Stola. Interim Tibicines de Palatio, & Foculares, & Meneſtrelii tangebant ſua Inſtrumenta, & canebant varias ſtampitas in laudem Militiæ, & novi futuri Militis. Poſtea omnes iverunt ad Matrem Eccleſiam cum magna Turba Militum, & nobilium Domicellorum, & magna quantitate Plebis vociferantis vivat, vivat. In Eccleſia incepit Miſſa magna, & ſolemnis. Ad Evangelium tenuerunt Enſes nudos, et elevatos Ludovicus de Odomeris, Antonius à Mammi, Cercaguerra illorum de Cioncolis, & Guillelmus Meſerangeſchi. Poſt Evangelium Ildebrandus juravit alta voce, quod ab illa hora in antea foret fidelis, & Vaſſallus Dominorum Dominorum Communis Civitatis Aretii, & Sancto Donato. Item alta voce juravit quod juxta ſuum poſſe defenderet

deret ſemper Dominas Domicellas, Pupillos, Orphanos, & Bona Eccleſiarum contra vim, & potentiam injuſtam potentium Hominum, & contra illorum Gualdanas juxta ſuum poſſe. Poſt hoc Amphoſus Buſdragus cinxit Ildebrandum calcare aurato in pede dextro, & D. Teſta dictus Lupus cinxit eum calcare aurato in pede ſiniſtro. Poſt hoc pulchra Nobilis Domicella, Alionora filia Berengarii gladium illi cinxit. Poſtea Ridolphonus de more dedit illi Guatatam, & dixit illi, Tu es Miles Nobilis Militię Equeſtris, & hæc Guatata eſt in recordationem illius, qui te armavit Militem, & hæc Guatata debet eſſe ultima iniuria, quam patienter acceperis.

Finita celebratione Sacroſancti Sacrificii Miſſæ, cum Tubis, & Tympanis redierunt omnes ad Domum Ridolphoni. Ante Portam D. Ridolphoni ſtabant duodecim pulchræ, & nobiles Domicellæ cum Ghirlandis de floribus in capite, tenentes in manibus Coronam ex floribus, & herbis contextam, & hæ Domicellę facientes Serralium nolebant quod novus Miles intraret in Domum Ridolphoni. Novus autem Miles dono dedit illis divitem Anulum cum roſa avrea, & dixit quod juraverat ſe defenſurum eſſe Domnas, & Domicellas; et tunc illæ permiſerunt illi, ut intraret in Domum, in qua à Domicellis de Palatio magnum Prandium paratum fuerat, in quo multi Milites, et Seniores ſederunt. In medio Prandii Domini Domini miſerunt dives donum novo Militi, ſcilicet duas integras, et fortes armaturas ferreas, unam albam cum clavellis argenteis, alteram viridem cum clavellis, et ornamentis avratis, duos nobiles, et grandes Equos Alemanicos, unum Album, alterum nigrum, duos Roncinos, et duas nobiles, et ornatas veſtes armaturæ ſuperimponendas. Inter prandendum projecta fuit ex feneſtris ad Populum, qui erat in ſtrata magna quantitas trageæ, multi panes maſtucei, multæ Gallinæ, ex Pipiones, et magna avium quantitas, unde magna, et incredibilis Lætitia in tota illa contrata erat: et Populus exclamabat Vivat, Vivat, et orabat ut frequentius hæc feſtivitas fieret, cum jam eſſent plures, quam viginti anni quod facta non fuiſſet. Poſt Prandium novus Miles Ildebrandus Armatura illa tota alba, quę benedicta fuerat in Miſſa ad Auroram armatus fuit, et cum eo armati fuerunt multi nobiles Homines. Poſtea Ildebrandus aſcendit in Equum album, et ivit ad Plateam poſitus in medio à Luchino Tattanis ſupra nomine dicto Peſcella, et à Farolpho Cattenaccio, vocato Squarcina, cum ornatis Scutiferis, Lanceas, et ſcutos deportantibus. In Platea præparatum erat magnum Torneamentum, multęque Domnę, & Domicellæ in Feneſtris erant, et multa Turba populi in Platea. Sex Judices Torneamenti fuerunt Brunus Bonajutæ, Naimirius de Totiſa, Ubertus de Palmiano dictus Poleſſa, Guidoguerra Montebuonus, Bartoldus, olim Cenei vocatus Barbaquadra, et Nannes de Fatalbis vocatus Mangebolzonus. Haſtiludium prius factum fuit de Corpore ad Corpus cum Lanceis abſque ferro acuto, ſed cum trappellis obtuſis, in quo novus Miles bene, et fortiter ſe geſſit, et cucurrit primo de Corpore ad Corpus contra Jacobum à domo Bovacci, ſecundo contra Inghilfredum Guaſconis ſupra nomine vocatum Scannaguelfos, tertio contra Godentium

tium Taglia boves . Poſtea fuit factum Torneamentum cum evaginatis Enſibus, & res fuit pulchra, et terribilis; et tanquam vera guerra eſſet, et per gratiam Dei nihil mali, vel damni accidit, niſi quod in brachio ſiniſtro leviter vulneratus fuit Philippus illorum à Focognano. Magnam autem virilitatem monſtravit Pierus Paganellus, cui cum ex ictu Enſis projecta eſſet galea de capite, et remanſiſſet cum capite nudo, et abſque Biretto ex maſculis, noluit tamen ex torneamento exire, ut honeſtè poterat, ſed intentus ad bene agendum, et ad gloriam acquirendam ſcuto cooperiebat caput ſuum, et in majori folta pugnantium ſe ſe immiſcebat. Appropinquante jam veſpere cum magno ſtrepitu tubarum indictus fuit finis torneamenti; et Judices primum præmium dederunt novo Militi, ſecundum Piero Paganello, tertium Vico de Puntaneto, qui currens de corpore ad corpus, cum Toniaccio illorum de Boſtolis, lancea illum de Equo projecerat, licet multi dicerent, quod hoc non fuit ex defectu Toniacci, ſed Equi ipſius; tamen Toniaccius de Boſtolis non potuit ſe ſe eximere, quin deportaretur in Barella deriſoria facta de Fuſtis. Novus autem Miles ſuum præmium dono miſit per duos ornatos ſcutiferos nobili, et pulchræ Domicellæ Alionoræ, quæ in Eccleſia cinxerat ipſi Enſem militiȩ, et prȩmium fuit unum Braccium de drappo ſerico vermiculato. Poſt hoc cum jam eſſet nox alta, novus Ildebrandus cum quantitate luminarium, & cum Tubis, et Buccinis rediit in Domum Ridolphoni, ubi cœnavit cum Amicis, et Conſanguineis, et poſt Cœnam diſtribuit honorifica munera Ridolphono, et omnibus illis, qui aliquam operam præſtiterunt. Habuerunt etiam ſua munera Domnȩ, et Domicellæ, quæ in noctȩ vigiliæ Ildebrando adſtiterunt.

Hæc ſcripſi ego Pierus filius Matthȩi à Pionta Clericus anno ætatis meȩ 50. qui vidi aliam ſimilem Solemnitatem, quando anno milleſimo ducenteſimo, et quadrageſimo, Domno Papa Gregorio ſedente, & Domno Friderigo Imperatore Sereniſſimo imperante, factus fuit Miles Corradus Maſnaderius in Eccleſia Sancti Pieri; ſed illa ſolemnitas non fuit tam magnifica, quam fuit iſta Domini Ildedrandi, quæ vere fuit magnificentiſſima.

Eſtratta dal Tomo terzo delle Opere di Franceſco Redi nelle ſue Annotazioni al Bacco in Toſcana pag. 205. & ſeq.

Ex hactenus recenſitis narrationibus ex Scriptorum Teſtimonio de antiquiſſima Cæremonia ablutionis in Balneo promovendorum ad gradum Equitis, motivum ſumpſere Auctores nonnulli de hac re tractantes ad aſſerendum Ordinem Equitum à Balneo in Anglia celebrem viguiſſe longe ante tempora Henrici Quarti Anglorum Regis, quem Scriptores alii teſtantur circa Annum Chriſti 1400. inſtituiſſe ad Militiam Equitum Balnei, & de quo Ordine ſuo peculiari Diſcurſu agemus.

At de facili Æquivocationes de medio tollentur: ſiquidem certum eſt quod Milites illi abluti, lavati, ſive dicere
21. malimus Balneati, non fuerunt Milites unum corpus, unamque Societatem ſeu Ordinem conſtituentes, ut erant Milites de Balneo efformantes peculiarem Ordinem à Balneo nuncupatum, ſed erant Milites ſingulariter creati à variis Principibus, aliiſque ad hoc facultatem habentibus in variis Provinciis, & Regnis,

in

22. in quorum Equitum creatione inter varias Cæremonias illa etiam adhibebatur ablutionis in Balneo, ſed non ideo vocabantur Equites Balnei, vel à Balneo, qua nuncupatione appellati fuerunt Equites Ordinis de Balneo inſtituti à Ricardo Secundo, vel Henrico Quarto Angliæ Regibus, qui regnaverunt poſt introductum uſum Balnei in creandis Militibus, ut infra in ſuo particulari Diſcurſu oſtendemus.

Loco dictarum Cæremoniarum aliæ etiam adhibebantur in armandis Equitibus elapſis Seculis: ſcribunt enim Auctores quod publico Edicto per
23. aliquot dies ante denunciabatur dies, qua Rex armare volebat in Equitem talem Virum, conſueverat autem ſtatui dies Feſtus præcipuæ ſolemnitatis. In Eccleſia itaque in tali loco majori contignatione conſtructa erigebatur. Altare ſuper quo tot ponebantur Enſes, quot erant illi, qui in Equites armandi erant. E latere ejuſdem Altaris Sedes aderant pro Rege, pro Regina, magno Baronum Magnatum, Equitum, nobiliumque Comitatu. Aderat etiam Faldiſtorium Epiſcopi.

Sedentibus omnibus, ille, vel illi qui
24. armandi erant in Equites viridi panno induti, in Scamno viridi ſerico, & argenteo panno ſedentes examini ſubiiciebantur ab aliquibus Equitibus antianis coram Teſtibus, an ſani, & incolumens eſſent corpore ad Bellum apti, & ad Equeſtria exercitia diſpoſito: Receptoque affirmativo reſponſo, ducebantur ad Epiſcopum ſedentem in Faldiſtorio, in Habitu Diaconali manibus tenentem Librum Evangeliorum apertum, ſuper quo Candidati Juramentum ſolemne præſtabant fidelitatis Regi, aut Principi, ejuſque ſucceſſoribus, & de non belligerando contra illos, niſi militarent cum ſuo Principe naturali, & niſi prius reſtituto Cingulo, quem ab ipſis erant accepturi. Parique modo fidelitatem jurabant Eccleſiæ, Reverentiam Sacerdotibus, quodque erunt Patriæ Defenſores Juſtitiæ, Honoris Fœminarum, Viduarum, & Orphanorum, cœterarumque miſerabilium Perſonarum, atque oppreſſarum.

Hujuſmodi præſtito Juramento iidem
25. Candidati à duobus Equitibus antianis ducebantur ad Regem, coram quo flexis genibus Rex Enſis cuſpide leviter caput Candidati, aut humeros tangebat, dicens: *Deus vos faciat bonos Equites*. Statimque tres Puellę ex Reginæ Aula, in albis veſtibus Cingulos deferebant Regi, qui Candidatos illos pręcingebat, ac ſucceſſive eędem Puellę ſumptis ex Altari Enſibus, eoſdem Enſes ſingulis Candidatis præcingebant.

Poſt modum nonnulli ex Equitibus pedibus calcaria aptabant. Tandem Regina manum illis porrigente, ſur-
26. gebant è genibus, & ad ſedendum in dicto Scamno pergebant, ibique Nobilibus Viris illis, qui Regem aſſociaverant, de gradu recepto congratulationes recipiebant, ut videre eſt apud *Card. de Luca d. cap. 5. n. 2.*

Conſimiles Cæremonias de Seculo duodecimo parum immutatas refert etiam *Franciſ. Sanſovinus dell' Origine de' Cavalieri lib. 2. pag.* 20. ubi ſubdit quod peractis ritibus ſuperius recenſitis, delatoque per duos ex præclarioribus Equitibus, ad Regem Candidato, Rex ſupra caput Candidati Enſem imponebat, eidemque dicebat: *Deus te bonum Equitem faciat, & Sanctus N. N.* nominando Sanctum dicti Regis Patronum, deinde ſeptem Virgines albis veſtibus indutę, per quas ſignifi-

gnificabantur SS: Virginis Mariæ ſeptem Gaudia, dictæque ſeptem Virgines dicto Candidato Enſem accingebant: ſucceſſive quatuor ex dignioribus Equitibus, per quos quatuor Evangeliſtæ exprimebantur, calcaria apponebant.

„ Trovo, che nel crearſi de' Cavalieri, „ ſi uſava per li Principi, già cinquecento anni ſono, l' infraſcritta „ maniera. Era deliberato il giorno, „ nel quale il Re doveva far Cavalieri. Vicino, o nella Chieſa principale della Città Reale ſi faceva „ un Catafalco. Quivi dentro in „ luogo rilevato ſi conduceva il Gentiluomo, che chiedeva il grado, „ e lo mettevano a ſedere in una „ Cattedra tutta d'argento, coperta „ di ſeta verde. L' eſaminavano, „ volendo ricever l' Ordine della Cavalleria, s' era ſano de' ſuoi membri, e ſe foſſe ben diſpoſto per „ poter entrare in battaglia. Lo ricercavano parimente de' ſuoi coſtumi, e trovandolo come ſi doveva, ed avuta l' informazione neceſſaria da teſtimonj degni di fede, „ veniva il Veſcovo, o Arciveſcovo „ di quella Città veſtito da Diacono „ col Meſſale aperto dinanzi a quel „ Gentiluomo, e quivi alla preſenza „ del Re, e di tutti gl' altri circoſtanti gli diceva queſte parole. „ Voi Gentiluomo, che volete ritener l' Ordine della Cavalleria, giurate a Dio ſopra queſti Sacroſanti Evangelj, che non verrete „ mai in modo alcuno contra l' altiſſimo, ed eccellentiſſimo Re, che „ vi fa Cavaliero, ſe già voi non „ foſſi col voſtro Signor naturale, „ che in tal caſo, reſtituendoli prima il colore, e la diviſa, che il „ Rè coſtuma di dare a ſuoi Cavalieri, potrete far guerra contra „ di Lui, che neſſun buon Cavaliero „ non vi potrà a ragione riprendere, altrimente facendo caderete in „ bruttiſſimo nome d' infamia, e preſo nella guerra anderete a pericolo della morte. Giurate parimente, che a tutto voſtro potere „ manterrete, e difenderete Donne, „ Donzelle, Vedove, Orfane, Sconſolate, ed Abbandonate. Il medeſimo farete per le Maritate, ſe „ vi addomanderanno ſoccorſo, e „ porrete la perſona ad ogni pericolo, entrando in campo a buona „ guerra finita, ſe quella, o quelle „ avranno ragione che vi domandano ajuto. Fatto il giuramento, „ due Signori de' più graduati che „ vi foſſero, lo prendevano per l' uno „ de' bracci, e lo conducevano alla „ preſenza del Rè, il quale poneva „ la Spada ſopra il capo del Gentiluomo, e diceva: Iddio ti faccia „ buon Cavaliero, e il Signor noſtro „ Monſignor S. Michele, o S. Giorgio, o qualunque altro ſi foſſe il „ Santo Avvocato del Rè. Appreſſo „ queſto venivano ſette Damigelle „ veſtite di bianco, le quali ſignificavano i ſette gaudj di Noſtra Signora, e queſte li cingevano la „ Spada: dappoi venivano quattro „ Cavalieri di maggior dignità che „ vi foſſero, i quali rappreſentando „ li quattro Evangeliſti li calzavano „ gli Speroni. Allora giugneva la „ Reina, e lo pigliava per lo braccio deſtro, ed una Ducheſſa per lo „ ſiniſtro, e lo conducevano dinanzi ad uno ricco, ed onorato Tribunale, ſopra del quale lo mettevano a ſedere, e poſtoſi il Rè dall' „ uno de' lati, e la Regina dall' altro col Cavaliero in mezzo, e „ tutti gli altri Cavalieri, e le Donzelle intorno a coſtoro (ma trè „ gradi più baſſi) compariva una ſuper-

„ ſuperbiſſima collatione , la quale
„ finita, era finita la cerimonia del
„ Cavaliere .

De Enſe in Nocte Nativitatis Domini dando , & benedicendo .
Ex Sacr. Cæremon. Chriſtophori Marcelli Archiepiſcopi Corcyren. libro primo Sect. ſeptima , cap. ſexto .

IN nocte Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti , conſueverunt Romani Pontifices Enſem benedictum cum
28. quodam capello Ducali ornatum candidis margaritis in formam Columbę alicui magno Principi , ſi pręſens eſt, dare , vel ſi non ſit præſens, ad aliquem Regem , vel alium Principem per aliquem ex ſuis tranſmittere . Sed quamvis enſis benedictus vocatur, non tamen reperi ejus benedictionem . Sixtus Papa quartus aliqua verba ordinavit cum enſis datur, dicenda , quę ſubiiciam . Benedictio autem poterit fieri hoc modo , ſi placebit . Pontifex indutus alba , cingulo , amictu , & ſtola , antequam ſumat cappam purpuream , qua in hac Nocte uti ſolet, benedicit enſem , quem Clericus cameræ in manu tenet, dicens :

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini . ℟. Qui fecit Cœlum , & Terram . ℣. Dominus vobiſcum . ℟. Et cum Spiritu tuo .

O R E M U S .

Benedicere digneris quæſumus Domine Jeſu Chriſte , hunc Enſem in defenſionem Sanctę Romanæ Eccleſiæ , & Chriſtianæ Reipublicæ ordinatum , noſtræ bene✠dictionis officio ad vindictam malefactorum , laudem verò bonorum : ut per eum qui te inſpirante illo accingetur , vim æquitatis exerceas, malumque iniquitatis potenter evertas, & Sanctam Eccleſiam , ejuſque Fideles , quos ut pretioſo Sanguine tuo redimeres, hodie in terris deſcendere , & carnem noſtram ſumere dignatus es , ab omni periculo protegas , atque defendas : & famulum tuum , qui hodie gladio in tuo nomine armatus erit , pietatis tuæ firma cuſtodia munias , illęſumque cuſtodias . Qui vivis , & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus , per omnia ſæcula ſęculorum , Amen .

Aſpergit deinde gladium , & capellum Aqua benedicta , & Incenſo adolet : deinde accipit Cappam , & præcedente Clerico cameræ cum Enſe benedicto immediate ante crucem , Pontifex deſcendit ad capellam , & cœtera ſervantur , ut in officio Noctis Nativitatis Domini dicetur . Cum vero Pontifex dat Enſem prædictum alicui pręſenti , dicit hæc verba , quę , ut diximus , Sixtus quartus inſtituit . Solent Romani Pontifices in præclara Natalis Domini celebritate Chriſtianiſſimo , clariſſimoque alicui Principi ornatum Enſem dare , aut deſtinare : quæ res profecto non caret myſterio. Unigenitus namque Dei filius , ut humanam naturam ſuo reconciliaret Auctori , eam aſſumere dignatus eſt , ut inventor mortis Diabolus per ipſam , qua vicerat , vinceretur : quæ quidem victoria per Enſem congrue deſignatur . Fuerunt inſuper infideles Ariani , qui non veriti ſunt Dei Filium puram creaturam affirmare , cum tamen hodierni Evangelii ſcriptura teſtetur , Deum omnia feciſſe per Verbum . Largitur igitur præſenti die maximus Pontifex Enſem , Dei infinitam potentiam ſignantem in Chriſto Deo vero , Patrique ęquali , & vero homine reſidentem , per quem facta ſunt omnia , juxta Davidicum illud . *Tui ſunt Cœli , & tua eſt*

eſt Terra: orbem Terræ, & plenitudinem ejus tu fundaſti, Aquilonem, & Mare tu creaſti. Sedes denique Dei, Apoſtolica videlicet Sedes à Chriſto ſuum ſumpſit ſtabilimentum, extititque præparata Dei juſto Judicio præmio atque juſtitia, quibus Salvator noſter Jeſus verus Deus, & Homo profligavit Sedes ipſius, adverſarios, hęreticos videlicet, & tyrannos, juxta id quoque propheticum, *juſtitia, & judicium præparatio ſedis tuæ.* Figurat denique Pontificalis hic gladius poteſtatem ſummam temporalem à Chriſto Pontifici ejus in terris Vicario collatam, juxta illud. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Et alibi: *Dominabitur à mari, uſque ad mare, & à flumine, uſque ad terminos orbis terrarum.* Quam, & declarat cappa illa ſericea, quam Pontifices geſtare ſolent in Nocte Nativitatis Domini. Nos ergo volentes, ut æquum eſt, approbatas Sanctorum Patrum conſuetudines obſervare, ſtatuimus, & Principem Catholicum, Sanctęque Sedis à Deo utrumque gladium habentis filium devotiſſimum, hoc noſtro prę-claro munere inſignire, nec non & hoc pileo in ſignum muniminis, & defenſionis adverſus inimicos fidei, & S. R. E. protegere. Firmetur igitur manus tua contra hoſtes Sanctæ Sedis, ac Chriſti nominis, & exaltetur dextera tua, eos veluti ipſius aſſiduus, intrepiduſque propugnator de terra delendo, & armetur caput tuum Spiritus Sancti per columbam figurati protectione adverſus eos, in quos Dei juſtitia, atque judicium pro Romana Sancta Eccleſia, & Apoſtolica Sede præparatur. Quod tibi præſtare dignetur idem Dei Filius, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Princeps, qui Enſe donatus eſt, ut primum illum de manu Pontificis accepit, pedem, & manum ejus oſculatur, & pro tempore gratias agit: deinde diſcedens deducitur ad domum habitationis ſuę à familiaribus, & domeſticis Prælatis Papæ, & ab Amicis oratoribus, & nobilibus, qui voluerint illum honorare. Servientes armorum præcedunt illum, qui Enſem cun pileo ante Principem præfert; & in hoc actu ipſi debent habere pręcipuam ſtrenam, ſicut curſores in roſa.

De Dicto Enſe, & Pileo in Vigilia Nativitatis D. N. I. C. à Summo Romano Pontifice benedictis, breve Opuſculum ſcripſit *D. Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapihea Eques Ordinis Aquilæ Albæ*, quę brevis notitia habetur poſt *Corolarium* in præcedenti noſtro Diſcurſu allegatum, atque ad eruditionem hæc tranſcribimus, videlicet *De Pileo, Enſe, & Roſa*.

Magis autem expeditus armandi Equitis modus, qui etiam hodie adhibetur,
29. ille eſt, quod hanc poteſtatem habens armandi Equitem, illi Enſem præcingit, & pedibus aptat Calcaria, hęcque omnia dicuntur Cingulus, & ornamenta Militiæ, Inſignia Equeſtria, & gradum conſtituunt Militarem, & Equeſtrem.

Hoc Militari Baltheo, & Equeſtri Gra-
30. du debent eſſe inſigniti illi omnes, qui in claſſe Militum admittuntur ad Habitum, & Profeſſionem in Religionibus Militaribus, ut diximus præcedenti Diſcurſu.

De Cæremoniis, quę adhibentur in Re-
31. ceptione ad Habitum Religionis Hieroſolymitanę, late *P. Honoratus à pag.* 343. *ad* 345. qui dicit eas extraxiſſe ex Cæremoniali, & Statutis hujus Ordinis.

Super

Super iſto autem præciſo Statuti Hieroſolymitani *Tit. 2. numero ſive artic.* 2. habemus annotationem factam *à P. Honorato pag.* 387., eaque eſt, quod Cæremoniæ demandatæ in receptione Militis omittuntur, quando
32. iſte talis jam eſſet Miles creatus, ut puta Ordinis Aurei Velleris, Sancti Michaelis, & Spiritus Sancti, aut alterius Ordinis conſimilis ut in §. 3. vers. *Ceſte conjecture*, *&* *verſ. Quoi qu' on ne puiſſe;* verſiculo verò *Or quicumque* refert verba Statuti.

Hęc Militarium, & Equeſtrium Ornamentorum collatio ſervatur in impoſitione Habitus, & in prima Profeſſione in Religione Sancti Stephani Papæ, & Martyris, ut in *Statuto ejuſdem Ordinis tit. 2. cap. 6.*

Pariter in Religione Sanctæ Marię Teu-
33. tonicorum debet prius armari Miles, & Eques, ut in Statuto.

In Religione Sancti Benedicti de Avis,
34. ut in Statuto.

In Religionie Jeſu Chriſti in Luſitania,
35. ut in Statuto.

De aliquibus Ceremoniis ſervatis in Ordine S. Mariæ de Carmelo *P. Honoratus pag.* 345. vers. *Il n' ya rien*, & verſic. *Quand on Donne la Croix.*

Vers. autem *On trovve* ſubdit in genere, quod reperiuntur in Statutis aliorum Ordinum conſimiles inſtructiones
36. pietatis, conſiſtentes in Brevibus, Benedictionibus, in Ceremoniis, & in Inſtrumentis quoque inſervientibus huic ſolemnitati.

Diximus admittendos in Religionibus Militaribus in Claſſe Militum eſſe armandos Cingulo Militari, & Equeſtribus inſigniis, unde hujuſmodi præcinctio Cinguli, & Inſignium Equeſtrium non eſt neceſſaria, nec eſt in
37. uſu quo ad illos, qui admittuntur in Claſſe Capellanorum, & Servientium Armorum, ut advertit allegatum Statutum Religionis Hieroſolymitanę *d. tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli ſub n. 2.*

Statutum Religionis S. Stephani id pariter advertit.

Et hoc etiam ſi agatur de Sacerdotibus Nobilibus, qui in d. Religione S. Stephani eandem Nobilitatis probationem faciunt, ut faciunt Milites, adhuc quo ad iſtos Sacerdotes Nobiles in profeſſione non adhibetur d. Cinguli pręcinctio, & inſignium Equeſtrium, ut loquitur d. Statutum S. Stephani *Tit. 2. cap. in fine.*

Moralia autem documenta, quæ in ſingulis Cæremoniis ſuperius recenſitis continentur ſunt. Caput, & Barba
38. renovantur, ut pulchrius appareat: quam prius intrat Balneum in ſignum lotionis peccati, & cujuslibet vitii, & puritatis, prout eſt puer, qui exit de lavacro. Statim poſt Balneum intra lectum pulchrum, & novum in ſignum magnę quietis, quam quis debet acquirere virtute militię, & per Militiam: e lecto exit, & veſtitur drappo albo, & ſerico in ſignum nitiditatis, quam debet cuſtodire. Miles libere, & pure induitur roſa vermiglia pro ſanguine, quem miles debet fundere pro ſervitio Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & pro Sancta Eccleſia: calceatur caligis brunis in ſignum terræ, quia omnes ſumus
39. de Terra, & in Terram redibimus. Surgit incontinenti, & cingitur nova cinctura alba, in ſignum Virginitatis, & puritatis, quam Miles multum debet inſpicere & procurare, ne fœdet Corpus ſuum. Calcaria aurea, ſive inaurata ſunt in ſignum promptitudinis ſervitii Militaris, & per Militiam requiſiti. Enſis cingitur in ſignum ſeveritatis contra Diabolum, & duo Galii ſignificant directuram, & legalitatem

prout

prout eſt defendere pauperem contra divitem, & debilem contra fortem. Alba infula in Capite, in ſignum eſt, quod ſicut debet facere opera pura, & bona, ita debet reddere animam puram, & bonam Domino Noſtro. Hæc Cęremonia omittitur, ſi non adſit Infula in tali loco. Alapa datur pro memoria ejus, qui Militem fecit, & in Documentum, quod non debet Miles, aliquid villanum,
40. vel turpe facere, timore mortis, vel carceris: Miles enim ad quatuor generalia tenetur. Primo, quod non ſit in loco, in quo falſum Judicium detur. Secundo, Non de proditione tractare, & inde diſcedere, niſi alias poſſet reſiſtere. Tertio, Non ubi Dama, vel Damigella ex conſilietur, ſed conſulere recte. Quarto, Jejunare die Veneris in memoriam Domini Noſtri Jeſu Chriſti, niſi valetudine, vel mandato Superioris &c. vel alia juſta cauſa &c. Quę ſuperius recenſuimus, habentur per extenſum in Documento impreſſo penes *Redi a pag.* 205. uſque ad 212.

Proſequuntur explicationes Cęremoniarum ad ſenſum moralem, quod in Balneo ponebantur, ut ita diſcerent mundandam eſſe prius à peccatorum
41. ſordibus conſcientiam; deinde albis veſtibus induebantur, ut poſt peccatorum abſolutionem ſcirent gratiæ candorem ſumpſiſſe. Poſtea rubeo indumento veſtiebantur, ut inſtruerentur eos eſſe obſtrictos ſanguinem effundere pro Deo, pro piiſſima Matre Sancta Eccleſia. Inde nigris caligis calceantur, ut ſe mortales agnoſcant. Aliquo etiam temporis ſpatio ad ſtandum obſtringebantur Zona alba cincti documenta ſumentes, ne Mulierum honor deturpetur: biretum album eorum capitibus imponebatur, ut inſtructi maneant, quod vigore Equeſtris Ordinis obligationem ſuſcipiebant moriendi pro Deo, pro Juſtitia, & in defenſionem pauperum Mulierum eorum auxilium expoſtulantium. Legimus etiam aliis temporibus veteres conſueviſſe alios ritus obſervare, hoc eſt in pervigilio diei, quo quis creari debebat Eques, nocte in Sacello Cathedralis Eccleſiæ continve orabat Dominum, ut bonus Eques eſſe poſſet. Surgente Aurora à Regiis Scutiferis armabatur, ſicque armatus ſacrum Miſſę Sacrificium au-
42. diebat, & Auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſumebat Sacramentum: deinde in quadam argentea Sede ſublimi loco ſita ſerico viridis coloris tegmine cooperta ſedebat, ibique examen habebatur, an Candidatus eſſet corpore ſanus, viribus pollens, & ad certandum generoſus, habitoque affirmativo Reſponſo, Civitatis Epiſcopus in Diaconali Habitu Sancta porrigebat Evangelia, ut juramentum præſtaret de non bellando contra proprium Principem, qui Equitem creabat, & in caſu contrario, quod prius Torquem Equeſtrem reſtituet. Item jurare ſe ad mortem uſque defenſurum, tum Mulieres, tum Viduas, Puellaſque, ac Orphanas ſubſidio deſtitutas, ac auxilium expoſtulantes, quo pręſtito juramento duo Equites illum deducebant ad Regem, qui Enſem ſuper caput ponebat, dicebatque eidem: *Deus, & Sancti Ordinis Patronus te bonum Equitem faciat.* Succeſſive ſeptem Virgines in albis, ſeptem Virtutes ſignificantes, tres nempe Theologales, Fidem Spem, & Charitatem, & quatuor Morales, Juſtitiam, Prudentiam, Fortitudinem, ac Temperantiam, quæ ſeptem Virgines Enſem ei præ-
43. cingebant. Poſtmodum quatuor ex Principalioribus Equitibus Calcaria

pedibus

pedibus aptabant, intendebantque ſub illis quatuor Equitibus quatuor Evangeliſtas indicare. Comparebat Regina, quam aſſociabat Ducilla, indicantes activam vitam, & contemplativam, & prima quidem manu dextera, altera manu ſiniſtra apprehenſum Candidatum deducebant ad Regem, qui accipiebatur pro ſupremo humanarum actionum Judice, mediuſque ſedebat inter Reginam, & Regem, atque inferius cœteri ſedebant Equites. Et lautum jentaculum tandem magnifice, opipareque inſtructum parabatur, quo functioni terminus conſtituebatur ſub ſimbolo atque allegoria Æternæ Gloriæ, Æternæque Quietis, quemadmodum exponit: *Jo. Soranzo l' Idea del Cavaliere par. 2. à p. 29. cum ſeqq.*

Rurſus conſtat, quod in armando Equite Enſis illi tradebatur pellucidus, qui Enſis ex Altari ſumebatur; Cingulo quoque albo præcingebatur, Calcaria pedibus, ut diximus, aptabantur, Veſte rubea induebatur; Enſis quippe Armorum genus eſt directum, non arquatum, ſicut falx, ut ſcilicet Eques non oblique, aut injuſte dolis vel proditionibus diſcat operari, ſed actiones ſuas recto tramite, palam, & ad Juſtitiæ tramites dirigere in ſui, proximique defenſam. Ab Altari deſumebatur Enſis, ut ſciret Eques, ſe Chriſtianum Militem eſſe. Cingulum album morum candorem ſignificabat. Calcaria illius militiam eſſe Equeſtrem denotabant, & ab Equite manu armata regendum eſſe Equum fortem, velocem, & generoſum Bello aptum, & ſic etiam ediſceret ſub Equitis allegoria ſenſus domitare rebelles. Rubea veſtis indigitabat generoſitatem, virilem animum, atque ardentem Charitatem, prædictaque omnia videri poſſunt penes *Franciſcum Sanſovinum dell' Origine de' Cavalieri par. 1., & 2. locis ſupra allegatis. Joannem Soranzo l' Idea del Cavaliere à pag. 212. cum ſeqq. Card. de Luca il Cavaliere, e la Dama cap. 9. art. 4. cum ſeqq., & cap. 16. n. 10.*

Tandem legi poſſunt ea, quæ *Frater Jacobus de Ceſtele* Ordinis Sancti Dominici ſcriptum reliquit in ſuo Volumine *del Giuoco degli Scacchi* manuſcripto, quod aſſervatur in Bibliothe-
44. ca Doctoris Joſephi de Teglia, cujus particulam refert *d. Redi pag. 231.* inquit autem *d. Pater de Ceſtele*, loquens de his Equitibus Balnei ſic: *Queſti cotali Cavalieri quando ſi fanno cingere la Spada della Cavalleria ſe ſi bagnano in prima, acciocchè menino nuova vita, e novelli coſtumi. Veggiano la notte, che ſono bagnati in orazione, addimandando da Dio, che per grazia doni loro, quello che manca loro dalla Natura. Per mano di Rè, o di Principe ſon fatti Cavalieri novelli, acciocchè da colui di cui debbono eſsere Guardiani ricevano la dignità, e le ſpeſe. In loro dee avere Sapienza, Fedeltade, Liberalitade, Fortezza, Miſericordia, Guardia de' Pupilli, Zelo delle Leggi, acciocchè quelli che ſono armati d' armi corporali, ſiano ſplendenti di coſtumi; perocchè quanto la dignità de' Cavalieri avanza gli altri, in riverenzia, e in onore, tanto dee egli più riſplendere di coſtumi, e di virtudi, e di ſoperchiare in ciò l' altre perſone, concioſiacoſachè l' onore non è altro che rendimento di riverenzia in teſtimonianza di virtudi.*

Hinc pro coronide hujus materiæ Armorum, & Veſtium Militarium, & Equeſtrium addimus, quod Catholici Milites Duces, & Equites pie, ac religioſiſſime curant eorum Vexilla,
45. Arma, Habitus, & Perſonas ab Epiſcopis

Epiſcopis, & Sacerdotibus benedici, unde in ipſo *Pontificali Romano* habetur Titulus -- *De Benedictione novi Militis, ac Enſis*, & alius Titulus -- *De Creatione Militis Regularis*.

Diximus, quod piè, ac religioſiſſime expoſtulatur prædicta Benedictio, nam Arma ſic benedicta per Eccleſię preces, & benedictionem efficaciora ſunt ad Victoriam, abiguntur magicæ Artes, quibus ſæpe hoſtes, ope Dœmonis ſe fecerunt invulnerabiles; ut appoſite obſervat eruditiſſimus *à Lapide 2. Machab. cap.* 15., ubi refert caſum Italici, qui Equis, Curruque ſuo à Sancto Hilarione benedictis, in Circenſi certamine vicit Adverſarium ſuum Magicis Marnæ Dei ſui artibus utentem, factumque deſcribitur à Divo Hieronymo in vita ejuſdem Sancti Hilarionis ibi: *Rogatus inquit, Sanctus Hilarion à Fratribus ſcyphum fictilem, quo bibere conſueverat, aqua juſſit impleri, eique tradi, quem cum accepiſſet Italicus, & Stabulum & Equos, & Aurigas ſuos, Rhedam, Carcerumque repagula aſperſit. Mira vulgi expectatio, nam, & Adverſarius hoc ipſum irridens diffamaverat, & Fautores Italici ſibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato ſigno hi advolant, iſti præpediuntur, ſub horum Curſu clamor fit vulgi nimius, ita ut Ethnici quoque ipſi concreparent, Marnas victoria Chriſto eſt.*

Ex pręmiſſis Hiſtoricis Narrationibus, conſtat, quod uſque a retroactis Sę-
46. culis Equites in loco Sacro per Eccleſiaſticos Miniſtros, ac Prælatos, pluribuſque Eccleſiaſticis Ritibus creabantur. Hinc, cum ut pariter diximus, in ipſis Ordinibus Militaribus ſucceſſive ob varias cauſas ſtatutum ſit, quod ſolemniter Miles armetur in Equitem,
46. argui poteſt, quod iiſdem Ordinibus nomen ſacrarum Militiarum fuerit tributum, juxta ea quæ tradit *d. Juſtinianus d. p. 2. cap.* 15. *Mà gia p.* 5.

Cumque moralis adſit explicatio Indumentorum, & Armorum, quæ in Equitum promotione ab Equitibus ſumuntur, ne hæc ignoretur, hic tranſcribere duximus ſeriem, quam re-
47. fert ſupra allegatus *Franciſcus Sanſovinus dell' Origine de' Cavalieri Lib.* 1. *pag.* 4., *& ſeq.*

„ Quanto all' armi difenſive del Cavaliero, dicono ch' elle ſono tutte ſignificative di qualche coſa, in queſta maniera. Vogliono, che la corazza che copre tutto il corpo, dinoti la Chieſa, la quale dee eſſere tutta chiuſa, e murata dalla difeſa del Cavaliero, che debbe animoſamente andare a difenderla contro tutte le genti, e ſiccome l' elmo ha da ſtare nel più eminente luogo del Corpo umano, così l' animo dee ſtare elevato, ed in alto, per difendere, e mantenere il Popolo, acciocchè nè Rè, nè alcun altro gli faccia male. Li bracciali, e li guanti di ferro, fanno che ſignifichino, che non ſi mandi altri alle ſante difeſe delle coſe di Dio, ma che con le proprie braccia, e con le proprie mani ſi combatta, conſervando li buoni, ed eſtirpando gli empj Uomini, e ſcelerati. Gli ſchinieri vogliono che ſignifichino, che il Cavaliero quando ſente che alcuno voglia nuocere alla Chieſa, deve andare a mantenerla, ſe non può a Cavallo per Terra. Dell' offenſive laſciarono ſcritto, che la lunghezza della lancia s' intende per la lungezza della Chieſa, e che però il Cavaliero è tenuto a far tornare addietro

„ addietro tutti coloro , che ſono
„ ſuoi nemici , con la lunghezza
„ della perſeveranza in così nobile
„ penſiero. La ſignificazione della
„ Spada, che offende in trè modi,
„ cioè con due tagli, e con la pun-
„ ta, vuol dire anco trè coſe, che
„ il Cavaliero difenda la Chieſa con-
„ tro Pagani, che la difenda contro
„ gli Eretici, e che fuori (ſiccome fa
„ la Spada tutto quello dove eſſa
„ aggiugne) cioè ſenza miſericordia
„ ruini, e mandi in precipizio i ne-
„ mici di S. Chieſa. La Coreggia
„ della ſpada dinota, che ſiccome
„ il Cavaliero ſe la cinge intorno,
„ così dee cingere i lombi di caſti-
„ tà. Il Pomo della ſpada è ſigni-
„ ficativo del modo, perciocchè il
„ Cavaliero dee difendere il giuſto,
„ e l'oneſto per tutte le parti del
„ Mondo, facendone profeſſione al-
„ la guiſa de' Cavalieri Erranti intro-
„ dotti appunto de' favoloſi Romani
„ così Franceſi, come Spagnoli.
„ L' Elzo dinota la Croce di No-
„ ſtro Signore, la quale il Cavalie-
„ ro dee portare per onor di Dio.
„ Il Cavallo ſignifica il Popolo,
„ che dee eſſer tenuto dal Cavaliero
„ in vera pace, ed in vera giuſtizia,
„ perchè ſiccome eſſo ſi sforza di
„ conſervare il Cavallo quando vuo-
„ le entrare in battaglia, acciocchè
„ neſſuno l'offenda, così dee con-
„ ſervare il Popolo, acciocchè neſ-
„ ſuno gli uſi forza, e violenza.
„ E dee avere il cuor forte, e co-
„ ſtante contro coloro, che ſono falſi,
„ e di poca pietà, e dall' altra par-
„ te tenero, e molle per aver mol-
„ ta pietà degli Uomini buoni, e
„ che vivono lealmente, ed in pa-
„ ce. Gli Sproni indorati ſignifica-
„ no due coſe: la prima è, che per
„ l'oro che si mette a piedi del
„ Cavaliero, ſi dinota, che ſiccome
„ l'oro peſa più di tutti gli altri
„ metalli, ed è di grazioſa veduta
„ fra tutte le altre coſe, così il Ca-
„ valiero dee peſatamente procedere
„ nella ſua vita, facendoſi vedere
„ fra gli altri il più grato, non per
„ malignità, per tradimenti, o per
„ cotali altri diffetti, che imbrattano
„ l'onor della Cavalleria, ma per
„ bontà, per corteſia, per modeſtia,
„ e per ogni altra virtù, che richie-
„ de ad ogni Uomo onorato. L'
„ altra è che per l'acutezza degli
„ Speroni, che ſono pungenti per
„ far correre, e galoppare il Ca-
„ vallo, ſi moſtra, che il Cavalie-
„ ro dee pungere, e ſtimolare il Po-
„ polo a vivere oneſtamente, e ca-
„ minar per la via della virtù, per-
„ ciocchè ſiccome un Cavaliero va-
„ loroſo può farne molti valoroſi,
„ così ſe ſarà virtuoſo, potrà nell'
„ animo altrui deſtar deſiderio di o-
„ perar coſe illuſtri, e piene di glo-
„ ria, e di onore.
„ Nell' entrar parimente che fà il Ca-
„ valiero nell' ordine, tutte le Ceri-
„ monie anno qualche ſignificato,
„ perciocchè dopo il bagno ſi veſte
„ di panni lini bianchi, li quali ſi-
„ gnificano la nettezza, e la purità
„ del Corpo, che debbe eſſer nel
„ Cavaliero. Dopo ſi veſte di una
„ robba di ſcarlatto, il qual dinota
„ ch' egli è tenuto a ſpargere il ſan-
„ gue per ſervizio di Dio, e per e-
„ ſaltar Santa Chieſa. Si mette poi
„ le calze nere, per ricordarſi ch'
„ egli è compoſto di terra, e che
„ come terra ſi dee diſſolvere, e che
„ però penſi alla morte. Stà un
„ pezzo in piedi cinto con una cin-
„ tura bianca, la quale dinota, che
„ egli ſia caſto del corpo. Ed in
„ capo riceve un berettino bianco,

„ per dimoſtrarli, ch' egli ſi dee con „ ogni penſiero volgere a Dio per „ rendergli l' anima (quando ſia „ tempo) pura, e netta da ogni „ macchia, e da ogni bruttura.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Exponitur, qui ſint Equites Torquati, vel Baltheo, Teniis, Amphriſiis, Numiſmate, vel alio Signo Honorario decorati, Equites Aurati, & Calcaria Aurea gerentes. Et demum agitur de Equitibus Literariis, ac Togatis, Laureatis, vel in aliqua Nobili Arte peritis.

SUMMARIUM.

1. *Equitis, & Militis nomen quid ſignificet. Et ſic Ordo Equeſter & Militaris quando dicatur.*
Principes ſemper decorarunt Viros benemeritos aliquo exteriori ſigno, ut Torque & n. 2., & 4.
3. *Torquati alii erant Torque majori, alij minori, ſic dicebantur Duplares, & Simplares.*
Torques aureas Auxiliaribus, & Exteris Romani dabant, argenteas Civibus.
4. *Titus Manlius Torquatus cur ſic fuerit dictus.*
5. *Romani Imperatores obſervaverunt morem exornandi benemeritos Torquibus.*
6. *Equites Torquati ſunt illi, quibus Principes donant Torques Collo deferendas.*
Quibus debentur Torques, & quas ob cauſas.
7. *Torques aliquando ſunt, quæ habent aliquod Numiſma appenſum cum Figura alicujus Sancti, vel Imaginem Principis.*
8. *Torquati Equites antiquitus dicebantur Balthеati. Torques, ſive Numiſmata, & alia Inſignia Equeſtria ſignificabant dignitatem Equeſtrem,* & n. 9., & 10.
11. *Principes non ſolum particulares Torquatos Equites creant, ſed etiam horum Collegia.*
Itali vocant hos Ordines Ordini di Collana.
Hi Ordines à quibus enumerentur.
12. *Fuiſſe ſeptem de illius tempore, ſcribit* Jo. Soranzo.
13. *Multo plures eſſe, patet in præſenti Volumine, ubi plura adducuntur exempla.*
14. *Equitum Torquatorum Cœtus, præcedunt omnes alios.*
15. *Aureorum, ac Calcarium aureorum Equites qui ſint*, & n. 16.
17. *Equites* di Toga, e Lettere *an revera adſint, & refertur Hiſtoria* n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24., & n. 30.
23. *Omnes Officiales Perpetui in Regno Neapolis, ſine ulla Ceremonia extolluntur ad dignitatem Equitis per literas Patentes Principis.*
Militis Titulo in Literis nuncupantur.
Qui ſint Officiales perpetui.
24. *In Eccleſia Lugdunenſi in Gallia ſeptem adſunt Doctores Equites.*
Ita in Ordine S. Michaelis deputatur in Cancellarium Ordinis Doctor in Theologia, & Jure Canonico.
Ita in Ordine Sancti Spiritus, per ſolam deputationem in Præſides, fiunt Equites.
25. *Equitis Dignitas, in Armis, & Legibus cumulatur in uno.*
26. *Dictæ Dignitates non conſtituunt duas Dignitates, ſed ſolum duos Titulos Equeſtres.*
27. *Equites* di Lettere *adſunt in Hiſpania.*
28. *Doctores qui legerunt Legem Civilem ſpatio decem annorum, efficiuntur Milites, juxta* Bartolum.

Imo ſecundum antiquiores Auctores vocantur Equites Juſtitiæ Literarii Equites Clerici.

29. *In Militaribus Religionibus Melitenſi, Conſtantiniana, Sancti Stephani Papę et Martyris, Sancti Spiritus in Gallia admittuntur Eccleſiaſtici, Prælati, et S. R. E. Cardinales.*

30. *Quod Equites Literarii, & Togati ſanguine Nobiles, & Virtutibus inſtructi, ac Juſtitia, & Animi fortitudine dicantur veri Equites*, & n. 31. 32. 33. 34., et 35.

33. *Qui non eſt Virtutibus ornatus, non poteſt eſſe verus Eques, ſive Togatus ſive armatus*, & n. 34., et ſeq.

35. *Togati, Laureati in Medicina, & Poetæ celebres, ac in Arte liberali Periti aliquando creantur Equites.*

36. *Remittitur Lector ad lecturam Comitis Pomponii Torelli.*

37. *De Materiis Equeſtribus Studium, an debeat nuncupari Scientia*, et n. 38. et 39.

40. *Scientia, Facultas, Studium, Diſciplina, vel Doctrina Equeſtris famulatur Morali Civili legi, & Sacroſancta Chriſtianæ Religioni*, & n. 41.

42. *In hac Doctrina Equeſtri ſequi debemus opinionem communem, & univerſalem ad Juris tramites*, & n. 43.

44. *Quæ Studia congrua ſint Equitibus, & vulgo* alle Dame, *explicat Card. de Luca in Tractatu* il Cavaliere, e la Dama.

DISCURSUS VIII.

Ontinvando Diſcurſum de Gradibus, ſeu Nuncupationibus Equitum, in pręſenti ſermo erit de Equitibus Torque, Teniis, Niceteriis, Baltheo, Amphriſiis, Numiſmate ornatis, Aureatis, ac Aurea Calcaria gerentibus, Togatis Viris Laureatis, vel in aliqua Nobili, & liberali Arte Peritis Titulum Equitis habentibus, ac gaudentibus, & in ſequenti Diſcurſu Nono ſermo erit de Equitibus Cruce ſignatis, ac demum de Mulierum Ordinibus Equeſtribus.

Pro vera intelligentia autem prædictorum omnium Graduum Equeſtrium, neceſſe eſt in memoriam revocemus ea, quæ expoſuimus in noſtro *Diſcurſu II. à n. 44. cum pluribus ſeqq. pag. 62., & 63.* ubi diximus nomen Equitis, & Militis, juxta varios Seculorum mores, idem ſubſtantialiter importare. At quoad ſpecifica munera, magnum inter eos diſcrimen intercedit, & licet omnes ſint, & dicantur Equites, non tamen omnes dicuntur, vel ſunt Equites Milites: Atque ita quamvis omnes ſint Equeſtres Ordines, & Religiones, non tamen omnes ſunt Equeſtres Militares, ſed alii ſimpliciter Ordines Equeſtres ſunt, veluti munera, & Officia tantum honorifica obeuntes: Alii
1. appellantur Ordines ſimpliciter Militares, quia verſantur in rebus ad Militiam ſpectantibus: Alii demum dicuntur ſimul Equeſtres, & Militares, qui incumbunt, & rebus Militaribus,& non Militaribus, ut ſunt præcipuè Religiónes, & Ordines, qui conſtant Militibus Bella gerentibus, ac Viris Religioni,Operibus Pietatis jugiter addictis.

Cumque Nos in noſtro Opere agamus de omnibus, idcirco Volumen hoc Noſtrum inſcripſimus *Armamentarium Hiſtorico-legale Ordinum Equeſtrium & Militarium.*

Primo de Torquatis loquamur Equitibus: conſuevere ſiquidem omni tempore Principes, de Republica meritos honorifico externo decorare ornamento, ut notavimus in noſtro *Diſcurſu I. n. 65., & ſeqq., & n. 79.*

79. & n. 82. pag. 19. cum ſeqq. ubi exemplum allegavimus Balthaſſaris Regis Torque Danielem exornantis.

Uſus idem viguit apud Romanos, qui Torquibus ſtrenuos Milites nobilitabant, quemadmodum veteribus Monumentis adductis refert *Franciſcus Sanſovinus -- Dell' Origine de' Cavalieri* lib. 2. pag. 15., & ſeqq. *Jo-*
2. *annes Soranzo -- Idea del Cavaliere* par. pr. pag. 127. *Auguſtinus Paradiſius -- Atenso dell' Uomo Nobile* tom. 1. par. pr. cap. 22. à n. 18. eleganter *Dominus Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Caſtellanus Trocenſis &c. Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, in ſuo Volumine in præcedentibus* Diſcurſibus allegato, cui Titulus *Adnotationes Hiſtoricę de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ* impreſſo Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730. *in Diſcurſu Præliminari de Equitibus, & in cap. 1. de Ordinibus Heroicis in Genere pag. 9. 12. 14., & 15.*

Torquati alii dicebantur Torque majori, alii Torque minori donati, hoc eſt, quæ tradebantur, vel in majori, vel minori gradu exiſtentibus, vel
3. merito decoratis, ſive alii Duplares erant, Simplares alii, quibus reſpective Torquis aureus ſolidus in præmium Virtutis, & ulterius duplex aſſignabatur Annona, ita ut alii duplicem, alii ſimplicem conſequerentur annonam, ad tradita per *Vegentium lib. 2. Sanſovinum ubi ſupra pag. 12., & 13. Soranzo l' Idea del Cavaliere, d. pag. 127. & ſeqq. d. Comes in Koden Sapieha d. cap. 1. pag. 12., & ſeqq.*

Hoc Romani diſcrimen obſervabant, quod Auxiliaribus tantum, & Exte-
4. ris aureas Torques, Civibus autem argenteas ſolum donabant. *Plinius lib. 33. cap. 2.*

Torques quippe honorificentiam ſemper circumtulit, unde Titus Manlius, qui ad Anienum Gallum, qui illum provocaverat occidit, Torquem aureum ab eo detraxit, ſibique Collo impoſuit, indeque prodiit Nomen Torquatorum, ad Poſteros derivatum, ejus enim Deſcendentes Torquati ſunt appellati, ut referunt etiam *Marc. Tullius Cicero 3. Officiorum; d. Sanſovinus pag. 12. à tergo, Joannes Soranzo Idea del Cavaliere par. pr. pag. 127. d. Comes in Koden Sapieha d. cap. 1. pag. 11.*

Morem hunc exornandi Viros aurea, & præclara Torque, ob præclara Bello
5. geſta obſervarunt Romani Imperatores, juxta allegatos ſuperius Scriptores *Sanſovinum, & Soranzo.*

Hinc Torquati Equites nuncupantur illi, quos Principes Torquibus donant. Pluribus autem ex cauſis Principes Torquibus Collo geſtandis decorant Viros prerogativa aliqua
6. diſtinctos, vel Artium Liberalium inventores, aut in eis præclaros Viros Illuſtres Hiſtoriographos, Doctores in Lege, aut Nobiles in Haſtiludiis, ac Militaribus exercitiis in pręmium eorundem præſtantię, quemadmodum etiam Legatos Principum, cæteraſque Perſonas emeritas.

Torques autem ex auro, gemmiſque fabrefactæ ſunt, à quibus aliquando Numiſma pendet ſculptum vel alicujus Geroglifici, vel Sancti Figuram repręſentans, aut Principis Imaginem referens, vel egregio penicillo Principis vultum, ad vivum exprimens,
7. ut advertit laudatus *Comes in Koden Sapieha in Corollario Celebriores in Chriſtianitate Heroicos Ordines enumerans, in Verbo Torquati Equites pag. 341. quod Corollarium eſt impreſſum poſt Volumen ejuſdem Auctoris, cui Titulus Adnotationes Hiſtoricæ de Origine*

gine &c. Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, ubi ingenioſo erga Principes amore ſubdit, quod in *his Torquibus, plurimi coloratos Principis Vultus geſtant in pectore, utinam omnes in corde reponant.*

Imo prædicti Equites Torquati, retroactis ſeculis appellabantur Equites Balthei militaris, & Equites Baltheati, & generaliter Balthêa. Tales autem Equites Balthcati dicebantur illi, qui à Principe Torquem aureum receperant, quem Collo deferebant,
8. aut ad latus diagonaliter gerebant. Sicuti etiam aliæ notę Equeſtris gradus, ſive eſſent Torques, ſive Teniæ alicujus coloris, Bindę, Stolæ, Amphriſię, Cruces, Gladii, aut Geroglifica, vel Numiſmata, & his ſimilia, paſſim vocabantur Balthea: ita qui illas, aut illa deferebant, Baltheati dicebantur Equites, ut refert *d. Comes in Koden Sapieha in antedicto Tract. de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilę Albæ in Regno Polonię cap. 6. pag.* 80., *& d. Corollario in verbo Balthei Militaris pag.* 245. *impreſſo in calce prędicti Tractatus.*

Idemque *Comes in Koden Sapieha in præallegato ſuo Tractatu de Origine Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ cap. 6. pag.* 81. per hęc forma-
9. lia ſcribit, *quod ideo* additur *Baltheo Epithetum Militaris, quia ejuſmodi Dona ſtrenuiſſimis tantum Bellatoribus propter grandium meritorum præſtantiam in Sago, ac Toga comparatorum, pręcipue tamen ob heroicam quampiam actionem coronati remuneratores largiebantur.*

Ergo Balthei Militaris nuncupatio priſcis temporibus apud varias Nationes omnes cujuſcumque qualitatis Eque-
10. ſtres Gradus amplectebatur, præcipue apud Polonos, ut exempla numerando oſtendit *d. Comes in Koden Sapieha d. cap. 6.* per totum, & in *d. Corollario in Verbo Balthei, ſeu Bindę Rubræ, vel Albæ.* Vide noſtrum Diſcurſum *de Ordine Bindæ.*

Hinc *d. Comes in Koden Sapieha in allegato Corollario in Verbo* Balthei Militaris Equites pag. 244. exempla prębet: quod Balthei Militaris Equites in Suetia aderant, quorum inſtitutio Guſtavo Primo tribuitur anno 1528., & 1560. quodque jam extinctus ſit, & tradimus in Diſcurſu Ordinis Enſium.

Sic idem *Comes in Koden Sapieha dicto Corollario* in verbo *Balthei Militaris* inquit, quod dicebatur in Polonia anno 1325. Ordo Aquilæ Albę.

Idemque in eodem Corollario in verbo Balthei, ſeu Bindæ rubrę, vel ut aliis placet Albæ in Hiſpania ſubdit, hunc Ordinem inſtitutum fuiſſe ab Alphonſo II. Caſtellæ Rege 1332. de quo videri poteſt noſter *Diſcurſus de Ordine Bindę.*

Principes autem non ſolum particulariter Torquatos creabant, & creant Equites, nullum Collegium formantes, ſed etiam eorundem Torquatorum Equitum Societates, Ordines, vel Religiones conſtituerunt, quas Nos Itali dicimus *Ordini di Collane.*
11. Imo ejuſmodi Torques diverſis formis, ac materiis conficiuntur, ac paſſim, ut diximus ſuperius, Numiſmate aliquo, vel alicujus Sancti, vel Principis referente Imaginem, vel Geroglificum exornantur, & ſic vocantur Ordines, ac Equites *di Medaglia* dicti Sancti.

Hinc Ordines Equitum Torquatorum inventi fuerunt ab antiquis Principibus, qui animadvertentes Torques, quæ ab ipſis Honoris Gratia Militibus bene de Republica meritis tradebantur, ſummopere in pretio, & æſtimatione haberi, ut diximus in antecedenti

cedenti Diſcurſu, excogitaverunt erigere Ordines, vel Collegia, vel Claſſes Virorum, qui ea qualitate pollerent, ob quam Nobilibus decorari Inſigniis, vel Torquibus digni eſſent, ex quibus Fideles Aulici, ſolertes Conſiliarii eligebantur, ut proſequitur *d. Joannes Soranzo in d. Libello -- L'Idea del Cavaliere par. pr. pag.* 126. *cum ſeqq.*

Hujuſmodi Ordines enumerat *d. Franciſcus Sanſovinus* in laudato Opere *dell' Origine de' Cavalieri. d. Comes in Koden Sapieha a pag.* 80., *& ſeq.*

Et ſeptem eſſe de ſuo tempore inquit
12. *Jo. Soranzo d. par. pr. pag.* 128., *&* 136. ſubdens, quod ex ipſis Fideles Aulici, ſolertes Conſiliarii eliguntur.

Et conſonant tradita in noſtro Diſcur
13. ſu *De Equitibus armatis*. Et multo plura patent ex Catalogo Equitum Torque, Tænia, & Numiſmate ornatorum, quos ordinatim ſub ſuis nuncupationibus in præſenti Volumine referemus.

Et in ſpecie quod Ordo Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ fundatus anno 1325. Ordo Bindę rubrę vel albę in Hiſpania Ordo erectus anno 1332., Ordo Gladiorum in Svecia inſtitutus anno 1528. dicantur Ordines a Baltheo, tradit *d. Comes in Koden Sapieha in dicto Corollario pag.* 244. *& ſeqq.* ubi quod retroactis ſeculis omnes Tęniæ, Gladii, Numiſmata, & his ſimilia, Balthea paſſim nominabantur; Equites vero, Baltheati. Imo quod etiam Cruces Balthea nuncupabantur, ut ſupra oſtenſum eſt.

Imo, quod etiam apud Mexicanos, & quidem in novo Mexico, ut Hiſpani vocarunt, uſus vigeat creandi Equites Torquatos Numiſmate Geroglificum continente, patet ex traditis per *Joannem Boterum in ſuis Relationibus univerſalibus par.* 2. *lib.* 4. *pag.* 131. ibi -- *Da un Paeſe Settentrionale, ove ſi è ſcoverto queſti Anni paſſati una Provincia ricca, e ben populata, che li Spagnuoli chiamano nuovo Meſſico, il principale Onore conſiſte nell' Arme, e con eſſe ſi nobilitavano. Montezuma, che fu l'ultimo Rè, inſtituì alcuni Ordini di Cavalieri, de' quali altri ſi chiamano Principi, altri Leoni, altri Aquile, altri Pardi: a queſti era lecito il portar oro, e argento, ed il veſtir di Cotone, e l'andar calzati, e il tenere vaſi dorati dipinti, coſe tutte vietate alla Plebe, & ignobili.*

Certum eſt quod Ordines, ſive Religiones Equitum Torque ornatorum, omnes alios præcellunt, eo quia nonniſi à Principum manu Vi
14. ri Principes, vel eorundem Conſanguinei, ad talem honoris gradum admittuntur, ut heroicis prefulgeant virtutibus: ut præcipuos hujuſmodi Ordines enumerando, proſequitur laudatus *Sanſovinus*, *& Soranzo locis prallegatis*.

Adſunt quoque Equites Aureati, ac Calcarium aureorum, quos Nos Itali
15. appellamus *Di Sperone*, quoſque Nos itidem in allegato *Diſcurſu ſexto de Equitibus Armatis ſub n.* 123., & aſſerimus poſſe recenſeri inter Equites Armatos.

De his Equitibus Aureatis, ac Calca
16. rium Aureorum *Del Sperone d' oro* videatur noſter Diſcurſus de *Ordine Equitum Aureatorum, ſeu Calcaris Aurei, ac Ordinis Conſtantiniani*.

Poſtremo loquamur de Viris, vel Cœtibus Honorario Equitum Titulo gaudentibus; adeſſe ſiquidem Viros, Nobileſque Cœtus, qui Virtutum meritis inſignes, ac præclaro munere fungentes Literis, ſtatim Equeſtrem Titulum, & nuncupationem nanciſcuntur a Lege, vel à Principe, nemo

igno,

ignorat, meritòque Honorarii, ut
17. dicitur Equites di *Toga*, *e Lettere* appellantur, de quibus meminimus in precedente *Diſcurſu II. ſub n.* 20. Nam ſicut retroactis Seculis, Comites numerabantur Armorum exercitio incumbentes, ac etiam Equites Literarum ſtudiis Operam Dantes, ita pari modo patens eſt adfuiſſe Equites Armigeros, ac Equites Literis, Togæque addictos, juxta Pragmaticam Imperatoris Theodoſii Junioris Sanctionem, de qua *Lib. 6. Tit.* 21. *de Profeſſor. in Cod. Theodoſiano*, quem allegat *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Lib.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 6. *pag.* 164. *juxta impreſſionem Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718.

Hinc antiquitus, & de præſenti adfuiſſe legimus, & reſpective ſcimus, adeſſe Viros Togatos in Academiis, vel ſtudiorum Univerſitatibus aliquo
18. Annorum curriculo publice Jus Civile legentibus inſignitos, & inſigniti etiam Titulo Militis, vel Equitis, teſtatur etiam *d. Pater Honoratus pag.* 164., *& ſeqq.*, & preclara eſt *Bartoli ad Lib.* 1. *C. de Profeſſor. Theorica Doctorem in Jure Civili per decennium actualiter legentem effici Militem* ipſo facto.

Dictus autem *Pater Honoratus* loco ſuperius allegato, horum Equitum di *Toga*, *e Lettere* Originem, & poſtremis temporibus, renovationem, ſequenti methodo *pag.* 164., *& ſeqq.* exponit. Poſtquam, inquit ipſe, Equeſtris Gradus apud Chriſtianos Principes florere incepit, major Urbium pars, earum Magiſtratus Equitis Di-
19. gnitate decorari voluerunt, ut ita eorum augeretur auctoritas: hinc illis in locis, quibus excluſis Nobilibus, populare regimen vigebat, ad Equeſtrem Dignitatem Cives, Mercatores, Numularii, Virique Mechanici evecti fuerunt; hujuſmodique generis Equites plures in Italia, Gallia, & Germania aderant, itaut tempore Concilii Conſtantiæ à Civitatibus, ad idem Concilium miſſi, pene omnes Equites eſſent.

Videntes ergo Viri Literarum ſtudiis addicti, & præcipue Juris Conſulti, quod ex hujuſmodi Equeſtris Gra-
20. dus abuſu, & ſub illius pretextu Juris Conſultorum decus Cives, & Mercatores peſſumdabant, eandem Equeſtrem Dignitatem aſſequi curarunt à Principe, eorumque petitiones Juſtitiam bonumque Jus, ipſius Imperatoris Juſtiniani verbis in principio Inſtitutionis fulciebant, non obſcure Militarem Equeſtrem Gradum in Literis, ac Legibus æqualem Gradui Militum armatorum indicantibus: verba autem Imperatoris autem ſunt -- *Imperatoriam Majeſtatem, non ſolum Armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, ut utrumque tempus, & Bellorum, & Pacis, recte poſſit gubernari, & Princeps Romanus, non ſolum in hoſtilibus Preliis Victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat, tam Juris Religioſiſſimus, quam victis Hoſtibus triumphator magnificus*.

Arſerunt etiam in pluribus Italiæ Civitatibus inter Doctores, & Equites ſubortæ de præcedentia contentio-
21. nes; proinde Viri Literati, ac Juris Conſulti à Principibus, Regibus, & Imperatoribus expoſtularunt, ut ipſi quoque Equitis Gradu inſigniti redderentur, ut ita duplici graduatione decoratis, quecumque de præcedentia Diſputationes de medio tollerentur.

Scimus

Scimus anno 1463. Collegium Juriſconſultorum Civitatis Alexandriȩ recurſum habuiſſe ad Franciſcum Sfortiam Mediolani Ducem, contra Equites Juniores præcedere prætendentes antiquos Doctores, in eorundem prȩjudicium, & contra praxim in aliis Civitatibus ſervatam, & præcipue in Civitate Papiæ, ubi cautum erat, quod quiſque ſuam ſervaret antianitatem, juxta promotionem ad ſuam Dignitatem Doctoris, aut Equitis.

Verum ſæpe laudatus *Pater Honoratus* ubi ſupra *pag. 165., & ſeq.* erudite ſubiungit, & comprobat exemplis, ex Hiſtoriis longe antiquioribus depromptis, in Italia, Hiſpania, & Gal-
22. lia, aliiſque Regnis conſtare plures Theologiæ, & Legum Doctores, vel in Tribunalibus, & Magiſtratibus ſedentes, juſque dicentes fuiſſe Gradu Equeſtri decoratos.

Quoad Italiam in Regno Neapolis omnes Officiales perpetui, ut Regentes Cancellariæ, Conſilii Præſes, Locumtenens Cameræ Conſiliarii, & Præſidentes, citra neceſſitatem adhibendi
23. ullam Cæremoniam in eorum creatione, extolluntur ad Equitis Dignitatem, vigore Literarum patentium Principis, qui eos declarat in Literis, nuncupatque Titulo Militis, ut inquit *Camillus Turini* -- *Dell' Origine e Fondazione delle Leggi cap.* 14. quem refert, & ſequitur *d. P. Honotus pag.* 170., *& ſeq. Auguſtinus Paradiſi Ateneo dell' Uomo Nobile Tom. 1. par. 3. cap. 5. n. 1.*

Quod Galliam uſus Equitum Doctoratu inſignitorum liquet; nam in Eccleſia Lugdunenſi ſeptem aderant Do-
24. ctores Equites. In Articulo XXI. Ordinis Sancti Michaelis ſtatutum fuit, ut in Cancellarium deputetur Doctor in Theologia, aut Jure Canonico. Sic in Ordine Sancti Spiritus: ſic in Parlamento Præſides, ſola in Præſides deputatione Equites fiunt. *d. Pater Honoratus pag. 169., & ſeq.*

Matthæus autem *Paris* ſuper Anno 1251. ſcribit, Henricum de Bathonia fuiſſe Equitem de Lettres ibi -- *Henricus de Bathonia Miles Literarius Legum Terrȩ peritiſſimus*. Et ſuper Anno 1251. nominatur quidam *Robertus Dela Ho Miles Literatus. Froiſſart Primo Volum. cap.* 179. diſtinguit ſimiliter Equites in Legibus, ab Equitibus armatis, inquiens, *ut parceret, ne morerentur tres Equites, quorum duo erant armati, & tertius in Legibus Eques, hicque erat Simon de Buccii*.

Gemina hæc Equeſtris Dignitas prȩfata cumulari poterat in Viro aliquo,
25. ut teſtatur d. Scriptor *Froiſſart*, qui nominat *Raynerium de Sens* Equitem in Legibus, & Armis, Philibertum *de Arces* Virum Nobilem, ex Delphinatu Baſtiȩ, Dominum Bajulivum *de Bloe* Equitem in Legibus, & Armis, exprimiturque in ſuo Sepulcrali Epitaphio: *Chevalier en Armes, & en Loix*.

Equeſtres hæ Dignitates duas non conſtituebant revera Equeſtres Dignitates diſtinctas, ſed ſolum duos Titulos di *Cavalleria*, qui duo Tituli ſtate poterant ſeparati. Aderant itaque Juſ-
26. riſconſulti, qui Equites erant, ratione eorum Doctoratus, ut de quodam Orlando de Graffio vigente circa Annum 1323. qui vocatur Juris utriuſque Profeſſor, & Miles. De alio autem, qui ratione Nobilitatis erat Miles, ut de Joanne de Sancto Claro circa medium Seculi XV. Nobili Equite, & in Legibus Doctore, ut exprimeret, quod ratione Militaris Nobiliratis erat Eques, exponitur,

Nobil

Nobil Cavaliero, *e buon Addottorato in Legge*.

In Hiſponia quoque viguerunt Equites *di Lettere*, ut proſequitur *d. Pater*
27. *Honoratus d. pag.* 166. In Cronica enim Petri IV. Aragonię Regis lib. 3. cap. 12. exprimitur Miſſer Rodrigo Diez, que era *Dottor*, *&* *Cavalier*.

Et tandem *Pater Honoratus*, ubi ſupra pag. 167. teſtatur, quod idem Rex Angliæ Georgius nonnullos ex Univerſitate Oxfordienſi, Equitis Titulo, nuncupavit Theologos Sectæ Presbyterali.

Hujuſmodi Equites *di Lettere* Legumque Doctores, non ſolum juxta ſenſum *Bartoli*, ipſo facto Milites efficiuntur, poſtquam docuerunt Legem Civilem ſpatio decem annorum, ſed
28. etiam, ut ſentiunt Auctores, referente *d. Patre Honorato pag.* 167. antiquiores appellantur Equites Juſtitię, Equites Literarii, Equites Clerici, ibi, Milites Juſtitię, Milites Literati, Milites Clerici.

Quæ omnia comprobata manent ex inconcuſſa praxi Chriſtianorum Principum, qui in tot Ordinibus Equeſtribus Militaribus, pene ſemper apponunt Viros Eccleſiaſticos. Sic in Re-
29. ligione Hieroſolymitana in ipſo Militum Gradu, ex conceſſione Summi Pontificis, paſſim admittuntur Prælati, ipſique S. R. E. Cardinales ampliſſimi. Rurſus in eadem duo adſunt Prælati Magna Cruce ornati, Prior namque Eccleſię, & Epiſcopus Melitenſis. In Religione Conſtantiniana adſunt Equites Eccleſiaſtici. In Religione Divi Stephani Papæ, & Martyris, quæ tribus conſtat Gradibus, Militum nempe, Capellanorum, & Serventium Armorum. In primo gradu Militum includuntur etiam Beneficiati Nobiles, qui tenentur eaſdem Nobilitatis probationes conficere, ut conficiunt Milites Laici. Sic in Equeſtri Ordine Spiritus Sancti in Gallia adſunt Abbates Prælati, & S. R. E. Cardinales. Sic paſſim etiam in aliis Ordinibus Equeſtribus Sancti Mauritii, & Lazari.

Hactenus recenſitæ Hiſtoricę Narrationes adamuſſim cum Theoricis concordant, quas tradit noſter *Comes Pomponius in ſuo Tractatu* -- *Del Debito del Cavaliere par. pr. a pag.* 5. *cum ſeqq.* cujus verba per extenſum retulimus in Primo noſtro *Diſcurſu n.* 55. ubi Deſcriptio illius adducitur Gradus Equeſtris, Italice *Cavalleria*. Siquidem
30. præſuppoſito, hos Equites Togatos eſſe Viros Sanguine Nobiles, de ſe patet eſſe Virtutibus inſtructos, & Juſtitiæ, ac Fortitudinis Animi, cæterarumque Virtutum præſidio munitos ad manutenendam, & defendendam Juſtitiam, ad Reipublicæ commodum, & utilitatem, ſibique honorem comparandum, quod ſane à Vi-
31. ris Literariis, Togatiſque in Legibus optime verſatis, ac in ipſis Bellicis Negotiis, ad Pacem firmandam Conſilio Juſtitiæ in Legibus fundato, propriè præſtari, nemo ſapiens ignorat.

Quadrat hic ejuſdem *Comitis Pomponii concluſio d. par. pr. pag.* 17. *à tergo*, in qua ſic monet -- *Quindi appare il grave errore di quelli*, *che ſtimano non conſiſtere l' eſercitio del Cavaliero in altro*, *che in menar le mani*, *eſſere attorniato da Satelliti*, *& ſpregiando Dio non haver altro intento*, *che d' ingiuriare il proſſimo*, *onde di Cavaliero*, *lo fanno un notabiliſſimo Aſſaſſino*: hęcque ipſa verba legimus apud *Vannozzi tom.* 2. in Monitione 1035. *non conſiſtere*, inquit ipſe, *in altro l' Eſercizio del Cavaliero*, *che in menar le mani*, *eſſere attorniato da Satelliti*, *& ſpregiando*

giando Dio non aver altro intento, che d'ingiuriare il Proſſimo, onde di Cavaliero lo fanno un notabiliſſimo Aſſaſſino: magiſque ſubiungit -- *Un indegno di nome, non ſol di Cavaliere, ma d'Uomo*; præfatumque *Vanozzi* refert D. Comes Canonicus Joſeph Antonius Caſtiglione in Volumine -- *Dodici Concluſioni Criſtiane Morali Legali, e Cavallereſche, Concluſione I. Dubbio 2. pag. 16. juxta impreſſionem Mediolani Typis Marci Antonii Pandolfi Malateſta* 1715.

Quoties ergo in his literariis Togatiſque Viris requiſita neceſſaria ad Equeſtrem
32. gradum conſtituendum concurrunt, prout concurrere jam oſtenſum eſt, digne Equitis Titulus tribuitur.

Quibus requiſitis deficientibus, non ſolum Viri Togati, ſed ipſi etiam ar-
33. mati Viri Equitis gradum tenere non poſſunt.

Et revera, quod in ſubſtantia *d. Comitis Pomponii Doctrina*, in hoc propoſito, excludendi ab Equeſtri gradu Literatos, & Togatos, intelligenda
34. ſit, quoties in eis recenſita Equeſtria Requiſita ſubſtantialiter deficerent, non autem, quoties illa conjunctim verificantur, ut legentibus ejus verba liquet: Verba autem ſunt, quæ hìc tranſcribuntur, & ſunt in dicto ſuo Volumine -- *Trattato del Debito del Cavaliero lib. 1. par. pr. à pag. 8. cum ſeqq.*

„ Nelle gran Corti nell' adunanze pu„ bliche preſſo tutti i Principi chiun„ que è nato Nobile, mentre che „ fornito d'armi, la Nobiltà del ſuo „ Sangue con generoſe operazioni và „ mantenendo, Cavaliere ſi chiama. „ Che ſe lo ſteſſo, laſciate l'Armi, „ di eſſere chiamato Dottore ſi di„ lettaſſe, non più il nome riterrebbe, „ poichè tal profeſſione di abbando„ nare gli piacque; il che ſimilmen„ te gli avverrebbe, quando a Dio „ votandoſi, o tra più ſtretti Reli„ gioſi, o tra Prelati annoverato eſ„ ſer voleſſe.

35. „ Ne quì mi ſi opponga, che mol„ ti, & Dottori, & Prelati Cava„ lieri ancora ſono chiamati; che „ queſto più toſto per la Famiglia „ loro avviene, che per la profeſſio„ ne, moſtrandoſi che la loro nobil„ tà Cavallereſca ſia; ſono dunque „ detti Cavalieri, come da Cava„ lieri per longo Ordine diſceſi, & „ perciò con la loro Nobiltà ani„ mo ritengono di Cavaliero, in „ altra profeſſione però, non nella „ propria di Cavaliero: & ſe bene „ eſercitando altro meſtiero in eſſo con „ gli ſpiriti del ſangue produrranno „ operationi, ch' altri di diverſa „ ſchiatta non produrrebbe, queſto „ ſarà come acceſſorio alla profeſ„ ſione loro nuova, & non proprio „ di quella, che tralaſciarono: alla „ quale profeſſione, perchè il fine, „ & debito ſono congiunti, & non „ al nome improprio, di queſto co„ me alieno, poco cura quì ſi ter„ rà, & in ciò ſeguitaremo l'auto„ rità dei generoſi Portugheſi, che „ 'l capo del Cavaliero in Affrica „ nominarono, come raccontaſi nel„ la Vita del Re D. Giovanni Secon„ do, non perchè da Cavaliero ſco„ perto foſſe, ma perche, chi lo „ ſcoperſe, da valoroſo Cavaliero „ vi combattè. Ne molto in queſto „ noſtro trattato ſi cureremo di queï „ Cavalieri, che ſenza merito di Ca„ valleria, ſono di cotal nome da „ Principi onorati, & in ciò ſegui„ remo la ragione, riſerbando però „ l' onore, che ſi deve alle Perſone „ di quelli che gli creano, ma non „ abbracciando già in tal caſo la „ loro autorità. Ne meno diſcorre-

„ rò di quelli, che Dottori, & Cavalieri vogliono eſſere chiamati, „ poichè queſto titolo, è loro più „ toſto di carico, che di Dignità; „ e rende più toſto ſprezzabile il nome „ di Cavaliero, che a queſti tali „ apporti alcun onore preſſo gl' intelligenti. Non nego gia che a „ Principi grandi, & per loro mezzo ad „ altri non ſia data l'autorità di crear „ Cavalieri, ma dico bene, che „ queſto lor privilegio preſuppone „ il merito della Perſona, poſcia „ che ogni agente ſempre preſume la „ materia ben diſpoſta, & proportionata a quella forma, ch'egli „ cerca d'introdurvi, il che ſe per „ lo più a Dio (che tutto potendo „ può con l'onore aggiungere il merito) piacque di fare, & pur Egli, ſe vuole fa la Perſona, & honorata, & nello iſteſſo inſtante „ meritevole, nondimeno ciò rare „ volte dalla ſua onnipotenza vediamo „ eſſere avvenuto, & la Natura ſua „ miniſtra ſempre lo ſteſſo ordine „ inviolabilmente ſerva; come potranno i Principi far quello, che „ la Natura principale ancella del „ Sommo Motore fare non può? Leva Dio dal fango un Huomo abbietto, ma inſieme lo privilegia di „ meriti, ma i Principi non poſſono già fare, che uno meriti, o „ che di meriti ſia privo, & ſe di „ grado lo ſublimano, non innalzano la perſona, ma con la indegnità della perſona abbaſſano „ quel grado, anzi col grado aggiungono alla perſona maggior „ vergogna dell' indegnità ſua. I titoli „ ſono premii d' operationi degne, „ & ſe il grado del Cavaliero quel „ merito include, biſogna che neceſſariamente preſupponga la dignità della perſona, & a quel titolo corriſponda. Ne qui meno „ ſtarò a riprovare quell' uſanza che „ nelle leggi pur pare che ſi fondi „ (ſe però la Legge può pervertire „ l'ordine di Natura) la quale ſecondo alcuni pare che poſſa „ dar titolo di Cavaliero, a Dottore, che per una quantità d'anni abbia letto in Studio pubblico, „ & queſto potria parer falſo ciò, „ che s'è ſtabilito, che il Cavaliero „ parte ſia della Militia: queſto privilegio da ſe ſteſſo ſi riprova, e „ tanto più è ridicolo, quanto meno conoſce la dignità di chi lo „ deve ricevere, della quale, o non „ contento per troppa ambitione, „ o per poca cognizione di ſe ſteſſo „ non bene iſtrutto, con onorarſi „ di quello, che non ſe gli conviene, ſi procaccia più toſto carico „ di ritornare ſcolare nella Militia, „ che premio di moſtrarſi veterano „ nelle leggi. Ma perchè non paja, ch' indarno ſi ſia conceſſa l' „ autorità a' Principi di far Cavalieri, diremo, che queſta è l'iſteſſa „ poſſanza, che hanno di creare „ Dottori, onde come queſti prima „ che conſeguiſcano la laurea, fanno prova della Dottrina loro, „ così biſogna, che di quelli ſia eſperimentato il valore, prima che „ di sì onorato grado ſiano fatti degni.

Addimus quod in Medicinæ Scientia Laureati, qui ut inquit *Guido Papa Dec.* 394. Legum Nobilibus Doctoribus æquiparantur, eorumque Doctoratus Nobilitatem confert, multoque magis preexiſtentem conſervat, indubitanter accedente loci conſuetudine, juxta ea, quæ tradit *Auguſtinus Paradiſi: Ateneo dell' Uomo Nobile tom.* 1. *par. pr. cap.* 12. *à n.* 7. *cum ſeqq.* De qua materia Nobilitatis Medicorum

tum, etiam ad effectum admiſſionis ad Religiones, & Ordines Equeſtres plura cumulamus in Diſcurſibus de Nobilitate in ſequenti Volumine regiſtrandis, ex Principum largitione Equitis Titulo decorantur.

Sicut etiam in Poeſi celebres Poetæ, ac demum qui in liberali aliqua Arte Periti ſunt, ut Pictores, Architecti, quandoque Equeſtri Teſſera nobilitantur, ſicut de prædictis omnibus, reſpective adductis exemplis, oſtendit allegato *Vaſario in Vitis Pictorum Ugurgerio Pompe Seneſi Tit.* 33. dictus *Pater Honoratus à Sancta Maria Libro* 1. *Diſſert.* 7. §. 6. *pag.* 176. *& ſeqq.*

Porrò ad Equeſtris hujus rei dilucidationem, utque ab Equitibus eorum Gradus, Honor, Onuſque agnoſcatur, & ſic quomodo ſe gerere debeant, ac proprii muneris partes probe ſciant adimplere; hic primo opportune monemus Lectores noſtros, ut diligenter, & attente perlegant No-
36. ſtrum Agnatum *Comitem Pomponium Torellum in ſuo docto Tractatu -- Il Debito del Cavaliere impreſſo Venetiis Typis Jo. Baptiſtæ Ciotti Senenſis* 1596.

37. Secundo prenotandum duximus, non levem inter Scribentes diſputationem excitari, an de materiis Equeſtribus Studium nuncupari jure debeat Scientia.

Negativam, cœteris omiſſis, ſuſtinet erudite Nobilis Dominus *Marchio Scipio Maffejus* in famigerato ſuo Volumine -- *Della Scienza Cavallereſca.*

Cui multifarie, multiſque modis reſpondere nititur in his materiis verſatus Nobilis Dominus Comes Ca-
38. nonicus Joſeph Antonius Caſtiglione in laudato Libro -- *Dodici Concluſioni, Concluſione Prima, Dubbio Primo pag.* 8., *&* 9. ubi prætermiſſo formali, plenoque examine, ſuper hoc puncto ſolide firmat, nuncupando ſimpliciter Artem, aut ſtudium, ſive Doctrinam, vel facultatem, aut Diſciplinam ibi -- *Sarem di buona voglia diſpoſti a chiamare queſta noſtra ſemplicemente, o Arte, o Studio, o Dottrina, o facoltà, appunto, o Diſciplina, Dottrina, anzi ci indurremo più frequentemente a chiamarla, dopo che tale la chiama lo ſteſſo ſtimabiliſſimo Autore nel ſuo Manifeſto, contro il Conte Emilio pag.* 76.

Hujuſmodi vel Ars, aut Studium, ſive Facultas, aut Diſciplina, ſive Doctrina ſolidiſſimis æque, ac antiquiſ-
39. ſimis innixa eſt principiis: ſi enim principiis careret, vel cum falſis principiis procederet, nequaquam Ars, ſive Studium, ſive Facultas, aut Diſciplina, vel Doctrina vocari poſſet. Doctrina ergo, & facultas Equeſtris, ſua habet particularia etiam principia, in quantum ſua evadunt particularia principia, illa, quę ſunt Concluſiones in facultate Superiori, ut proſequitur late *d. Comes Canonicus Caſtiglione pag.* 10. 11., *&* 12.

Quemadmodum etiam certum eſt quod Ars prefata, Studium, Facultas, Di-
40. ſciplina, vel Doctrina Equeſtris, in totum famulatur verę Morali, Civilibus Legibus, & Sacroſanctę Chriſtianę Religioni, ſicut per omne genus probationis ratiocinatur *d. Comes Canonicus Caſtiglione, Concluſione pr. Dub.* 2. *pag.* 13., *& ſeqq.*, *& pag.* 17. ibi -- *Da condannarſi, da abborrirſi, e da eſterminarſi onninamente dal Mondo, ſarà ſempre qualunque Idea di Cavalleria, che in minima parte, e in minimo modo ſubordinata non ſia alla vera Morale, ed alle ben ordinate Leggi, e ſopra tutto alla Religione Criſtiana.*

Tamque patens eſt relata concluſio, quod Doctrina Equeſtris omnino à

Legibus Civilibus, & Juriſprudentia
41. Morali, & Chriſtiana Religione pendeat, ut Scriptores Claſſici ſanę Doctrinæ illam tradiderint, ac illam quoque referant ipſi Scriptores, qui eo infelici tempore ſcripſerunt, quo deteſtabilis Duelli uſus, nondum erat eliminatus, ſicuti oſtendit *d. Comes Canonicus Caſtiglione Concluſione ſecunda pag.* 27. *cum ſeqq. & Concl.* 12. *cum Dub.* 1., *&* 2. *à pag.* 419. *uſq. ad* 444.

Quoad hanc Doctrinam Equeſtrem, illam ſequi debemus, quæ communis, & univerſalis eſt, & pro tali recepta, non vero ſectari Opiniones illas particula-
42. res ac extravagantes, ſicut demonſtrat ſæpe laudatus *Comes Canonicus Caſtiglione Concluſ.* 2. *Dub.* 2. *per totum, & pręcipue pag.* 47.

Ex quibus clarum eſt, quod in his Materiis, ut occurrentes in dies caſus
43. ad juris tramites decidi poſſint, non ſemper ſufficit ſimplex ipſa naturalis Prudentia, vel naturalis Diſcretio, ad fuſe perpenſa ab eodem *Domino Comite Canonico Caſtiglione Conclus.* 12., *& Dubio primo, & ſecundo à pag.* 429. *cum ſeqq. uſque ad finem.*

Cæterum quæ Scientię ac Studia con-
44. grua ſint Equitibus, vide *Card. de Luca in Volumine -- Il Cavaliere, e la Dama cap.* 18., *&* 19., *cum ſeqq.* ubi agit de Profeſſione Legiſtarum, & Medicinæ. *Et in cap.* 29. loquitur de Scientiis quoad Mulieres, vulgo *Dame.*

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

De quo tempore fuerint inter Chriſtianos fundati Ordines Cruce ſignati, vel Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, aut aliorum Sanctorum Imaginibus. Qui Ordines dicantur Religiones, & an poſſit eſſe Religio Militaris, & an Legatum Pium dicatur, quando relictum fuit Equiti, vel illi qui debebat eſſe Eques.

SUMMARIUM.

1. *Inter claſſes Equitum illuſtriores ſunt quę militant ſub Sanctæ Crucis Vexillo, vel ſub Titulo SS: Virginis Marię, vel Sanctorum.*
2. *Ordines Militares appellantur Militares Equeſtres, Ordines Militares Equeſtres, Religiones Equeſtres Militares, Habitus Militares, Societates, Fraternitates Equeſtres,* & n. 3., & 4.
5. *Quonam ſeculo inceperit uſus horum Ordinum, & Religionum,* & n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18., *e* 19.
20. *Oſtenditur Ordinum Militarium Equeſtrium Originem ante duodecimum Seculum fruſtra quæri,* & n. 21.
22. *Id intelligitur de Ordinibus proprie ſumptis, non autem de illis improprie ſumptis, prout dici poſſunt exempla ſuperius adducta.*
23. *Religionis conſtitutiva quæ ſint. Religiones Militares revera dantur,* & n. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.
31. *Omnes Ordines Militares, an ſint proprie Religiones,* & n. 32.
33. *Ordines Religioſorum quotquot ſunt, in eſſentialibus conveniunt, & ſolum differunt in accidentali Regularum ſuarum diſcrimine.*
34. *Religioſi Milites non tenentur ad Horas Canonicas.*
35. *Antiquitus Religiones inſtituebantur, & approbabantur ſola auctoritate Ordinarii,* & n. 36.
37. *Sed in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III., & Lugdunenſi ſub Gregorio X. ſtatutum fuit eſſe neceſſariam approbationem Summi Romani Pontificis.*
38. *Ad veram Religionem conſtituendam*

dam requiritur emiſſio trium Votorum ſubſtantialium, perpetuæ Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientię ſub ſuo Prælato & n. 39.

40. *Religio Hieroſolymitana, quidquid aliqui dicant in contrarium, ſecundum veram opinionem eſt vera Religio, et Milites veri Religioſi* & n. 41.

42. *Amplia, tam in favorabilibus, quam in odioſis.*

43. *Limita in caſibus ibi adductis.*

44. *Teutonicorum Religio eſt vera Religio.*

45. *Sic olim Ordo Templariorum.*

46. *Ordines Militares, in quibus dicta tria Vota ſubſtantialia non emittuntur, an ſint proprie Religiones,* & n. 46. 47. 48.

49. *Diſtinctione componuntur inter ſe contrariæ Opiniones.*

50. *Militares Ordines, qui ſunt verę Religiones* & n. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58.

59. *Legatum relictum alicui, ut fiat Eques, vel alicui jam creato Equiti, quando dicatur legatum pium,* & *n.* 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. & 68.

69. *Simonia an ſit vendere Habitus Equeſtres Militares.*

70. *An fas ſit Equitibus Militaribus intereſſe Ludis illis in Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Regnis celeberrimis, Taurorum ſcilicet agitationi.*

DISCURSUS IX.

INter conſpicuas Equitum Claſſes venerabilior, & illuſtrior illa eſt, quæ Auguſtiſſimo Sanctiſſimæ Crucis irradiata Signaculo incedit; ſunt quippe Equites magis ſingulariter Catholicæ Fidei augmento, & ſplendoribus addicti, ac glorioſe mancipati. Profecto plurimi, imo fere omnes Ordines, & Religiones Crucis Teſſeram deferunt, cum & illæ, quæ ſub Sanctiſſimę Virginis nomine, & pro-
1. tectione, cæterorumque Sanctorum militant Vexillis, in iiſdem, Crucis Imaginem quoque extollant. Tredecim Religiones, ſive Ordines Cruceſignatos enumerat *Joannes Soranzo* -- *L' Idea del Cavaliero in Titulo, & Fronte Voluminis, & in par. pr. ejuſdem pag. 66. juxta impreſs. Mediolanenſem Typis Petri Martyris Locarni 1609.*

Sed adeſſe multo plures liquet ex ſerie, quam adducimus in præſenti noſtro Volumine, in quo de quocumque Ordine, vel Religione Equeſtri, vel Cœtu Equitum, ſive Armatorum, Torquatorum, Numiſmate ornatorum, vel Cruce ſignatorum peculiaribus Diſcurſibus agemus. Et pro Generali dilucidatione Narrationum,
2. intelligentia uocabulorum, & terminorum, quibus Scriptores in his materiis pertractandis utuntur, prænotamus, quod promiſcue Auctores Equeſtres hos Ordines nominant Militias Equeſtres Militares, Religiones Equeſtres Militares, Habitus Militares, Collegia Societates, Fraternitateſque Equeſtres.

Dicta autem Vocabula retulimus in primo noſtro *Diſcurſu à n. 49. cum ſeqq.* Sic Itali ſub his Titulis Volumina ediderunt: *Paulus enim Morigia* ſic Opus ſuum inſcribit -- *Iſtoria dell' Origine di tutte le Religioni con l' Origine ancora delle Religioni Militari. impreſs. Venetiis typis Hæredum Petri da Fino* 1575.

Andreas Guarini ſub Titulo -- *Origine, e Fondazione di tutte le Religioni, e Milizie di Cavalieri. impreſſ. Vicentiæ typis Dominici Amadii* 1614. *Abb. Bernardus Juſtinianus* utitur Titulo -- *Iſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari, e di tutte*

te le Religioni Cavallereſche impreſſ. Venetiis Typis Combi, e la Noù *1692*. *Pater Philippus Bonanni*, *e Societate Jeſu in ſuo* Volumine *Ordinum Equeſtrium*, *& Militarium Catalogus Latine*, *& Italice exaratus*, *& Romæ impreſſ. Typis Georgii Plachi* 1711.

3. Hiſpani ita ſcripſere *Pater Andreas Mendo Luſitanenſis*, *e Societate Jeſu De Ordinibus Militaribus*, *ſecunda editione Typis Horatii Boiſſat*, *& Georgii Remeus Lugani* 1668. ubi nominat in Corpore Voluminis Habitus Equeſtres, Militias Equeſtres.

4. Galli Collectores ſic inſcripſerunt quatuor Volumina impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Bruneli 1721. *Hiſtoire des Ordres Militaires*, *ou des Chevaliers des Milities Seculieres*, *& Regulieres de l' un*, *e de l' autre ſexe*. *Pariter Hermant ita opus ſuum duobus Tomis* inſcripſit -- *Hiſtoire des Religions ou Ordres Militaires de l' Egliſe*, *& des Ordres de Chevalerie* impreſſ. in ſecunda Editione Rothomagenſi Typis Joannis Baptiſtę Beſogne 1726. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques*, *& Critiques ſur la Chevalerie Ancienne*, *& Moderne Seculiere*, *& Reguliere avec de Notes impreſſ. Pariſiis Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *Pater Joſeph Franciſcus Fontana Clericus Regularis Congreg. Matris Dei Mediolanenſis* in Hiſtoria à Gallo ſcripta, & per eum in Italicum Idioma translata cum Titulo -- *Storia degli Ordini Monaſtici*, *Religioſi*, *e Militari*, *octo Voluminibus impreſſis Lucæ Typis Joſephi Sulani*, *& Vincentii Giuntini* 1737. ſimiliter Ordinis Vocabulum in eorum ſcriptis adhibuerunt.

Poloni, nempe *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albę in Regno Poloniæ hunc prefixit Titulum* -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. in Regno Poloniæ*, *Ordinis Equitum Aquilæ Albæ*. *In hujus calce* Voluminis adeſt *Corollarium celebriores in Chriſtianitate Ordines &c. enumerans impreſſ. Colonię Typis Adami Cholini* 1730.

5. Multiplex quoad iſtos Equeſtres Militares Ordines oritur Diſquiſitio. Prima eſt, quonam Eccleſiæ ſeculo hujuſmodi Ordines, & Religiones floreſcere cæperint. Paſſim ſane Scribentes narrant Militarem Ordinem, & Equeſtrem, Aureorum Calcarium, & Conſtantinianum primum locum tenere, quem aiunt inſtitutum fuiſſe ab ipſo Imperatore Conſtantino Magno ſub ingreſſu seculi quarti: de quo Ordine adſunt noſtri *Diſcurſus* peculiares ſub Titulo *Aureati*, *ſeu Calcaris Aurei Conſtantiniani*, *vel Sancti Georgii*, ad quos Diſcurſus Lectorem noſtrum remittimus.

6. Secundum locum, ſcribunt alii, tenere Ordinem Sancti Sepulcri in Hiſpania à S. Elena Auguſta, a Conſtantino Magno inſtitutum (imo ſunt aliqui qui aſſerunt conſtitutum fuiſſe à Divo Jacobo Apoſtolo, in quorum ſenſu Ordo eſſet omnium antiquiſſimus).

7. Tertium aſſignant locum Ordini Sancti Antonii Abbatis in Æthiopia, veluti fundato anno 370.

8. Quartum Ordini Canis, & Galli Gallinacei in Gallia, erecto Anno 449.

9. Quintum Sacræ Ampullę, ſeu Sancti Remigii anno 449.

10. Sextum locum Ordini Cygni, & Ciconiæ in Flandria anno 711.

11. Septimum Ordini Quercus in Regno Navarrę inſtituto anno 722.

12. Octavum Ordini Canis in d. Navarræ Regno anno 729.

13. Nonum Ordini Ginettæ in Gallia anno 739.

Decimum

Decimum Ordini Coronæ Regiæ in Ger-
14. mania anno 802.
Undecimum Ordini à Guilelmo Aqui-
15. taniæ Duce anno 887. inſtituto.
Duodecimum Rutæ Ordini S. Andreę
16. apud Scotos anno 924.
Decimum tertium Ordini Sanctorum
17. Coſmæ, & Damiani in Palęſtina anno 1030.
Decimum quartum Ordini Sancti Joan-
18. nis Baptiſtæ Acconitani erecto anno 1099.
Sicuti de dictis Ordinibus ſingulariter
19. agimus in hoc noſtro Volumine locis ſuis.
Verum tam vetuſtam Militarium Equeſtrium Ordinum Originem, penitus
20. reprobant communiter Auctores, clamantes, ante duodecimum ſeculum Militarium Ordinum, ſive Religionum Originem in caſſum quęri: unde *Pater Joſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſ. Congregationis Matris Dei in Hiſtoria Gallice ſcripta, & per eundem in Italicum idioma tranſlata* ſub Titulo -- *Storia degl' Ordini Monaſtici &c. Religioſi, e Militari tom. 1. cap. 31. pag. 260. juxta impreſſ. Lucę Typis Joſephi Sajani, & Vincentii Giuntini* 1737. refert, quod *Pater Papebrochius* penes *Bolland. tom. 2. Aprilis pag.* 155. *de Ordine Conſtantiniano loquens*, ſcriptum reliquit -- *Fallunt, aut volentes falluntur, adulatorio ſtudio placendi abrepti, quicumque Militarium Religionum principia ante ſeculum duodecimum requirunt;* ſubditque proinde opus modernæ manus eſſe Lapideam Tabellam illam in Urbe, ut aſſeritur repertam, in qua ſculptus cernitur Conſtantinus Imperator imperiali Solio Teſſeram Ordinis Militaris pluribus Equitibus imponens, quæquæ Tabella habetur apud *Abb. Bernardum Juſtinianum in ſuo Volumine -- Iſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari par. pr. cap. 2. pag.* 18. *juxta im-*
21. *preſſ. Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692. Adeſtque in ea ſequens inſcriptio -- *Conſtantinus Magnus Imperator poſtquam mundatus à Lera per medium Baptiſmatis, Milites, ſive EquitesDeauratos creat in tutela Chriſtiani Nominis.*
Quapropter ſub d. Reſponſione moderni Scriptores Critici refellunt Auctores Militaribus Ordinibus initium tribuentes ante duodecimum Eccleſię ſeculum. At diſtinctione ſermo
22. componitur, ſi aſſeratur, Scriptores tribuentes Ordinum Originem primis Eccleſię ſeculis, loqui de Ordinibus ſeu Cœtibus generice ſumptis, non vero loqui de Ordinibus, vel Religionibus perfectis, ac proprie ſumptis, ſed de large ſumptis, & citra rigorem, ac de ſimplicibus Ordinibus Equeſtribus Confraternitatem, ac Societatem conſtituentibus tantummodo, ut bene explicat *d. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. lib. 1. Diſſert. 5. Art. 3. pag. 78. juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giſart* 1718.
Ad plures effectus diſputant Scribentes, an Ordines Equeſtres Militares eſſe poſſint proprie Religiones, ita ut fruantur omnibus, & ſingulis Privilegiis, quibus fruuntur, & gaudent Religiones, & Religioſi. Primo autem loco examinemus, an Militares Religiones revera inſtitui poſſint. Et quidem ratio, & auctoritas affirma-
23. tivam Opinionem ſolidiſſime comprobant: ſiquidem in hujuſmodi Militarium Ordinum inſtitutione adamuſſim perfectio illa verificatur, quæ
eſt

eſt conſtitutiva ſtatus Religionis, qui definitur -- *Fidelium ad Chriſtianæ Charitatis perfectionem tendentium, editis Votis perpetuę Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientię ſtabilitus in communi vivendi modus ab Eccleſia approbatus:* de quo *Layman Oper. Moral. de ſtatu Religionis Tract. 5. cap. 1. n. 1.* Nam Bellum, quod Militares Religiones gerunt, non eſt ſimpliciter juſtum Bellum, ita ut tendat ad ſolum finem temporalem, ſed eſt Bellum pro cultu, & defenſione Fidei, & ad Catholicæ Religionis conſervationem, & pro communi ſpirituali ipſius bono, ſicque tendit ad finem ſupernaturalem, & perfectionem, quam intendunt ipſi Milites Religioſi, quem finem ſupernaturalem, & non terrenum, tenentur Religioſi Milites illi totis viribus, mediiſque opportunis aſſequi: media autem certe ſunt tria illa ſubſtantialia Religionis Vota, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, ut de ſe patet; cum Caſtitas hominem magis robuſtum reddat, & terrenis amoribus non implicatum, qui a Militia ſummopere retrahunt. Paupertas manum, & mentem retrahat à rapinis, & furtis, ad quæ proclives ſunt Milites. Obedientia tandem undique neceſſaria eſt Militibus, ut latius expoſuimus in Diſcurſibus peculiaribus de prænominatis tribus Votis.

24. Hinc de plano ſequitur, quod trium Votorum muniti præſidiis Religioſi Milites, finem ab ipſis intentum, tuendi Fidem contra Infideles, publicamque utilitatem, finemque ſupernaturalem conſequi poſſunt, ut prędictis, cæteriſque rationibus perpenſis, ratiocinatur lato calamo *Pater Dominicus Maria Curione d. Aſſo Mediolanenſis Lector Theologus Ordinis Prędicatorum* in ſuo Volumine cui Titulus -- *Il Glorioſo Trionfo della Sacroſanta Religione Militare de' Nobili, Valoroſi, e Invitti Cavalieri di S. Giovanni Geroſolimitano detti prima Oſpitalieri, e poi di Rodi, ed ultimamente di Malta* impreſſ. Neapolis Typis *Scipionis Bonini Anno* 1619. *lib. 1. cap. 1. pag. 3., & ſeqq.* & cum *Fagnan. in cap. Sane n. 43. de Regular. Azor. Inſtit. Moral. Tom. 1. Lib. 13. cap. 3. clar. me. Eminentiſ. Petra ad Conſtit. Apoſtol. Tom. 2. ad Conſtitut. 2. Anaſtaſii IV. Sect. 1. n. 20.*

In prędictorum ſequelam Veteris legis exemplum habemus, videlicet Machabæorum, qui pro Patriis legibus, & pro Religione certabant, *ut in Lib. Machabæor.*

25. Urgent in nova lege tot exempla Bellorum, ſuaſione, & præcepto Summorum Pontificum peractorum, tum ad Terræ Sanctę recuperationem, tum pro liberatione Hiſpaniarum à Mauris, contra hæreticos, alioſque nefarios Viros, de quibus in Diſcurſibus inferius regiſtrandis: & demum urgent exempla tot Religionum Militarium expreſſe Apoſtolicis Conſtitutionibus confirmatarum, & in propoſito proſequitur *d. Pater Dominicus Maria Curione d. Aſſo in allegato Volumine lib. 1. cap. 1. pag. 7., & 8. d. Em. Petra d. Tom. 2. ad Conſtitut. 2. Anaſtaſii IV. Sect. 1. ſub n. 19.*

26. Facili proinde negotio corruunt fundamenta contrarię opinionis, quod non poſſit inſtitui Religio cum fine Militię, ac multo minus cum Voto, ſub motivo, quod Militiæ munus repugnet Religioſo, qui perfectionis Scholam profitetur, & in Militia imperfecti mores bacchantur, continuę peccandi occaſiones, communicatio cum Hominibus perverſæ naturæ, facilitas luxuriandi, raruſque virtutum uſus, juxta Poetæ dictum -- *Nulla*

Nulla fides, Pietaſque Viris qui Caſtra ſequuntur. Preterea quod Militis Officium ad irregularitatem tendit, & ſic videtur non poſſe eſſe ſubiectum Religionis.

Ad hæc enim omnia reſpondetur, quod Eccleſiaſticis Viris Militia illa interdicta eſt, quę circa Bonorum temporalium conſecutionem unice verſatur, ſecus illa, quæ Bonum
27. ſpirituale conſervationis Fidei reſpicit, & ulterius trium, quæ Milites Religioſi emittunt, Votorum ſubſidio fortius evitare poſſunt ſcelera illa, in quæ miſere impingunt Milites Seculares, atque ita actus in ſe bonus, & approbandus exiſtit. Poſtremo conſideratio irregularitatis non officit, quia hæc quidem à Clericis, non à Laicis incurritur: At hæc non eſt peccatum, ſed impedimentum ad ſu-
28. ſcipiendos, vel exercendos Ordines Eccleſiaſticos. Cum ergo Militares Religiones pro fine primario habeant tueri fidem, ita ut Chriſtianos à Barbarorum tueantur incurſu, vel ipſos ad culturam poſſint Chriſtianæ Fidei provocare, ſicut inquit *Innocent. III. in Confirmatione Regulæ Ordinis Divi Jacobi*, & pro fine Sacerdotium non habeant, non videtur illud impedimentum curare, ut per ſupradictas rationes reſpondit in puncto *d. Pater Dominicus Curione d. Aſſo in d. Volumine -- Il Glorioſo Triovfo d. lib. 1. cap. 1. pag. 3. & ſeqq.* d. clar. mem. *Em. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. Tom. 2. ad Conſtit. 2. Anaſtaſii IV. Sect. 1. n 21.*

Similiter corruit altera opinio, quod Religio Militaris non ſit ſimpliciter vera Religio, ſed ſecundum quid,
29. prout tenet *Sarmient. in ſuo Defenſorio p. 1. monit. 57., & Lib. de Redit. Eccles. p. 4. cap. 1., & mon. 16. Sot. de Juſt. Lib. 7. art. 3. in 4. Diſput. 27. q. 1. art. 1.*

Quandoquidem hinc recurrunt ſuperius allatæ rationes, quibus comprobatum
30. eſt vere dari poſſe Militares Religiones; atque ideò d. opinio vera eſſe poteſt quoad aliquas Militares Religiones in particulari, ut infra dicemus.

At enim recenſitas Concluſiones in evidentiam tranſire faciunt ea, quæ leguntur in Epiſtola, quam nuper ſub die 13. Octobris 1745. Sanctiſſimus D. N. Dominus Benedictus Papa XIV. ſcripſit Em. Domino Cardinali Portucarero. In ea Summus Pontifex, qui revera in omni Scientiarum genere, & diſciplinarum doctiſſimus eſt, ſumma de more eruditione materiam Crucis Octogonæ, ac Habitus Equitum Melitenſium enucleat: in paragrapho autem inquit -- *Che eſſendo Voi Cavaliere di Malta Profeſſo &c. Nulla giovando il dubbio da alcuni propoſto, non potere eſſere vero Religioſo, e Frate, chi ha per inſtituto il maneggiare l' Armi, e combattere: eſſendo chiara la Dottrina di S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 188. Artic. 3. Che non repugna allo Stato di vera Religione l' inſtituto di combattere per la difeſa del Culto Divino, della publica ſalute, o de' Poveri, ed Oppreſſi, che è per appunto l' inſtituto di Malta, come ben ſapete, e come ancor Noi abbiamo accennato nella noſtra Opera* de Canonizatione Sanctorum ad Lib. 3. cap. 36. n. 16. *Opera che volentieri nominiamo a Voi, perchè ſappiamo, che volentieri la leggerete.* Hanc Sanctitatis Suæ Epiſtolam integre regiſtramus in calce noſtri Diſcurſus de Ordine Sancti Joannis Hieroſolymitani.

Prædictis rationibus firmato, quod Militares Religiones poſſunt legitime, & canonice inſtitui; diſcutiendum

dum nunc ſecundo loco, an omnes idcirco Ordines Militares, de quibus in preſenti Volumine, dici poſſint, & ſint veræ, & propriæ Religiones: & pro materiæ dilucidatione, Canonicas concluſiones ab ovo referemus, repetendo, quod Status Religionis
31. definitur -- *Fidelium ad Chriſtianæ Charitatis perfectionem tendentium, editis Votis perpetuę paupertatis, caſtitatis, ac obedientię, ſtabilis in communi vivendi modus, ab Eccleſia approbatus*, juxta allegat. *Layman lib.* 4. *Tract.* 5. *de Statu Religion. cap.* 1. *n.* 1.

Sicque Status Religionis dicitur Status perfectionis, non eo ſenſu ſumptus, quod omnes Religioſi perfecti eſſe debeant (ex illis enim quidam ſunt incipientes, quidam proficientes) ſed quod omnes ad Chriſtianam perfectionem, & unionem cum Deo tendant, ex Status ſui obligatione, & tanquam propoſitum ſibi finem, ad tradita per *Divum Thomam ſecunda ſecundæ quæſt.* 186. *art.* 1. *in reſpons. ad* 3., & *Art.* 2. *ad primum. Layman. d. cap.* 1. *n.* 1.

Cumque perfectio Chriſtiani Hominis in eo conſiſtat, ut Deo per charitatem inhęreat, & huic tria obiiciantur impedimenta, & veluti tres laqueos
32. Mundus tendat, ad auertendum animum hominis à Deo, hoc eſt per concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ, ab his liberatur per voluntariam caſtitatem, paupertatem, & obedientiam. Uerum non ſatis eſt, quod adſit propoſitum ſervandi tria Evangelica conſilia, ſed ut ſtatus Religioſus aſſumatur, neceſſe eſt Primo, quod adſit obligatio perſonalis per tria Vota Deo edita caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, & quidem non ad tempus determinatum, ſed in perpetuum ad vitæ uſque terminum, abſque ulla reſiliendi ſpe. Secundo neceſſe eſt, ut ſit Sacra quædam Congregatio, ſeu communitas, in qua ſpiritualis quædam adſit juriſdictio, moduſque vivendi ſub certa Regula ab Eccleſia approbata. *ad Text. in cap.* 1. §. *preſentis de Voto in* 6. *Layman. d. cap.* 1. *n.* 2. & 3.

Patet ergo Religioſorum Ordines quot-
33. quot adſunt, in eſſentialibus convenire, licet inter ſe accidentali regularum, & functionum ſuarum diſcrimine differant, ut bene advertunt *d. Layman, ſæpe allegato cap.* 1. *ſub n.* 3., & *cap.* 3. *per totum.*

Si itaque, ſecundum ea quæ hactenus diximus, in Eccleſia Dei Militares Ordines adſunt, non abs re quæritur, an Religioſi Milites teneantur ad re-
34. citationem Horarum Canonicarum. Et in promptu reſponsio eſt, quod Religioſorum Profeſſorum duplex eſt claſſis. Prima eorum, qui ad Chorum ſunt deputati, & ii ad Horas Canonicas tenentur: claſſis altera Religioſorum Profeſſorum eſt eorum, qui ad Chorum deputati non ſunt, veluti Religiosi Societatis Jeſu, & ii ad Horas Canonicas non tenentur, cum ſolum obſtringantur ad illas ex obligatione communi, quatenus ſcilicet in Sacris conſtituti ſint. Et pari modo dicendum eſt de Religiosis Militantibus, Militiæ, non Choro addictis, ex. gr. de Equitibus Melitensibus, qui ad Horas Canonicas non obligantur, nisi poſſideant Beneficium, vel aliunde obligentur ex Sacris Ordinibus. Quin imo dicti Equites nec tenentur ex obligatione mortali ad recitandum Officium Beatę Virginis, nec ad alias Orationes illius loco, ut cum *Caſtropal. Tit.* 1. *Diſp.* 1. *de Orat. par.* 1. *n.* 1. docet *Pater Thomas Tamburinus O-*

per.

per. Moral. ſuper Explicat. Decalog. lib. 2. cap. 5. de Horis Canonicis §. 1. *n. 6.* & diximus *in Diſcur. de Sacra Hieroſolymitana Religione* §. *Attentis Ergo*.

Antiquitus ad Religioſa Inſtituta conſtituenda Epiſcoporum locorum expreſſa inſtitutio, & approbatio ſuffi-
35. ciebat, cum Romanus Summus Pontifex non repugnaret, neque Eccleſia, ſed ſumme laudarent, ut de Religionibus SS: Antonii, Baſilii, Auguſtini, Benedicti, quę poſtmodum Apoſtolicas obtinuerunt confirmationes, teſtatur *Pater Suarez de Relig. Tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 17. *d. Layman ubi ſupra d. cap.* 1. *n.* 3. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar Diſq.* 2. *quæſt.* 2. §. 5. *n.* 97., *& ſeqq.*

Et ab Epiſcopis fuiſſe approbatas Religiones Militares, ut de aliquibus Or-
36. dinibus in Hiſpaniis videre eſt apud *d. Mendo d. Diſq.* 2. *quęſt.* 2. *n.* 97., *&* 99. §. 5.

At poſtmodum in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III., & Lugdonenſi ſub Gregorio X. prudentiſſime ſtatutum fuit, ne novus Religioſus Ordo introduci, aut in eo Habitus
37. aſſumi poſſit, niſi fuerit à Summo Romano Pontifice expreſſe approbatus, ut videre eſt *in cap. ult.*, *& cap. Ne nimia de Religioſ. Domibus*, *& in cap. Unico eod. Tit. in 6. Pater Mendo d. Diſq.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 99. §. 5. *Layman d. cap.* 1. *ſub n.* 3. *n.* 99.

Ut ergo Ordo aliquis ſubſtantialiter ſit vera Religio, requiritur, ut in eo
38. Tria Vota perpetuę Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ ſub Prælato emittantur, & idem Ordo ſit à Summo Pontifice approbatus. *Tex. in cap. ad Apoſtolicam*, *& cap. Cum ad Monaſterium de ſtat. Monachorum*, ibique omnes Repetentes: *Layman in anted. cap.* 1. *n.* 3. clar. me. *Em. Petra ad Conſtit. Apoſtol. Tom.* 2. *ad Conſtit. V. Alexand. III. Sect. Unica n.* 2.

Quibus ſic præmiſſis de plano ſequitur cognitio, qui Ordines Militares ſint
39. veræ, & propriæ Religiones, & qui non. Illi ſiquidem Ordines, in quibus tria ſubſtantialia Vota emittuntur, & ſupra recenſitis pollent Requiſitis, & in illis integer Novitiatus peragitur annus, & canonica ætate ſolemnis emittitur Profeſſio, maxime ſi Religioſi habeant Conventum, in quo Pacis tempore morentur, nec non etiam Presbyteros eorum Religionis, pro rebus Spiritualibus, ut facilis ſit regreſſus ad Opera Spiritualia ex ſtrepitu Militari, procul dubio vere, & proprie Religiones ſunt, ut monet *Card. de Luca in Italico Volumine*, *Il Cavaliere*, *e la Dama Diſcur.* 7. *n.* 2.

Ideoque, quidquid in contrarium dixe-
40. rint allegati per *Azor. Inſtitut. Moral. Tom.* 1. *Lib.* 13. *cap.* 3. §, *Sciendum ſub litt. B. Petr. Gregor. Tholoſanus Syntag. Juris Univers. lib.* 15. *cap.* 34. qui ſcribit, Milites Sancti Joannis Hieroſolymitani non eſſe vere Religioſos, ſed Laicos, utpote non contemplationi, & orationi, ſed ſecularibus negotiis, & Militię addicti Arma tractent, aut ſaltem non proprie, ſed largo modo tantum ſint Religioſi. *Vivius Dec.* 446. *n.* 10.

Vera tamen opinio eſt, & omnino tenenda, quod Hieroſolymitani Milites ſunt vere Religioſi, nam Militaris Ordo
41. Sancti Joannis Hieroſolymitani eſt à Summis Pontificibus confirmatus, & ejus Milites tria Vota ſubſtantialia Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ emittunt, cœteraque verificantur Requiſita: adeſt quippe Con-

ventus in Inſula Melitæ, adſuntque Preſbyteri Crucem deferentes Ordinis, & expreſſe profeſſi ſunt, ejuſque Mi-
42. lites veri, & proprii Religioſi ſunt tum in favorabilibus, tum in odioſis, ut notant d. Doctores Theologi, Canoniſtæ, & Legiſtæ *P. Dominicus Maria Curia d. Lib. 1. cap. 1. pag. 3., & ſeqq. Azor. Inſtit. Moral. Tom. 1. Lib. 14. cap. 3. §. Verum enim, et cap. 4. §. quarto. Layman. in anted. cap. 1. n. 5. Suarez de Relig. Tom. 4. Lib. 1. de Varietat. Religion. in Genere cap. 3. n. final. Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. Queſt. 5. n. 126.* ubi plena manu cumulat Auctores. *d. Cardinal de Luca in d. Volumine. Il Cavaliere d. cap. 7. n. 3. Pater Vitus Pichler in Jure Canonic. lib. 3. Tit. 31. de Regular. ſub n. 2. Maſcard. de Probat. concl. 959. n. 3. Ceval. Tract. de Cognit. per Viam Violentia par. 2. Quaſt. 148. n. 19. Bobadil. Lib. 2. Polit. cap. 19. n. 11. Pignatel. Conſult. Tom. 5. Conſult. 13. n. 2. Em. Petra Tom. 2. ad Conſtitut. 2. Anaſtaſii* IV. *Sect. 1. à n. 18. uſque ad 21., & Sect. 2. n. 2. & ſeqq.*, ubi reſpondit aſſerentibus eam eſſe Religionem ſecundum quid, ac in favorabilibus: idem ad *Conſtit. 5. Alex. III. Sect. Unica n. 6.* & Nos de iſta Religione dicemus in peculiari *Diſcurſu*.

Verum nihilominus eſt, quod non ſem-
43. per in odioſis comprehenduntur ſub Religioſorum vocatione, quoniam hi Milites, vel habent ſpeciale privilegium, ut in odioſis non comprehendantur, juxta ea quæ tradit *Pax. Jordan. Elucubr. Tit. 11. lib. 3. n. 21. in fine. Emanuel Rodriquez Quaſt. Regul. Tom. 1. q. 1. art. 6.* Quod tamen privilegium, ac Diploma nunquam viſum fuiſſe, inquit *Sperel. Decis. 21. n. 15.* Vel dicendum eſt, hos Milites non venire aliquando ſub nomine Religioſorum, quia diſpoſitio non eſt eis adoptabilis ratione Militiæ, quam exercent, & ſic ex voluntate diſponentis non videntur ſub certa diſpoſitione includi, ut totidem verbis docet *d. Petra ad d. Conſt. 2. Anaſtaſii IV. Sect. 2. n 6.*

Pariformiter vera Religio eſt Ordo Sanctæ Mariæ Teutonicorum, confirmatus
44. à Summis Pontificibus, in quo illius Milites tria ſubſtantialia Vota emittunt, qui veri Religioſi ſunt, ut patet in *Diſcurſu.* ſuper d. ordine. Ordo Sancti Antonii in Æthiopia quouſque in Catholica Religione conſtans fuit, Religio vera erat, ut dictum eſt in *Diſcurſu.* ſuper eod. ordine.

Olim Ordo Templariorum ſimiliter Re-
45. ligio vera erat. *Em. Petra ad d. Conſtit. 2. Anaſtaſii IV. Sect. 1. ſub n. 19.*, & legitur in noſtro *Diſcurſu.* de eo.

Reſpectu vero Militarium Ordinum, qui ſunt quidem Ordines approbati ab Eccleſia, ſed in illis dicta tria ſubſtantialia Vota non emittuntur, ſed vel ex eorum fundatione, vel ob diſpenſationes Apoſtolicas emit-
46. titur ex. grat. Votum ſimplicis Caſtitatis Conjugalis, non adeſt Votum paupertatis, ſed quilibet Miles poteſt particulariter poſſidere, & Teſtamenti factionem activam, & paſſivam habet, & de quibus Ordinibus fuſe in hoc Opere agemus, certant Scribentes, an hi Militares Ordines ſint Religiones proprie. In qua Diſputatione pro utraque opinione affirmativa, & negativa, plurimas auctoritates, plurimaſque rationes late recenſet *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 2. quaſt. 2. in quatuor §§. diſtinctas*, in cujus tertio §. ſub *n. 61.* indeciſam relinquit Queſtionem, teſtaturque, quod anno 1652. Matriti coactæ fuere

fuere Capitula Generalia trium Ordinum Militarium, quibus Comitiis Ordines Militares ſupplicem Libellum Philippo IV. Hiſpaniarum Regi obtulerunt, in quo fundamentis, & rationibus pro ſua Juriſdictione cumulatis, enixe poſtulaverunt, ut eorum exemptionem à Juriſdictione Seculari Regia firmiter ſtabiliret. Rex autem Fiſcali commiſit, ut rem totam examinaret, prout perfecit luculenta Conſultatione, ad hoc collimante, ut nihil innovaretur, ſted ſtylus antiquus ſervaretur. Rex Philippus diſtulit cauſam decidere, diſſolutiſque Comitiis, Generalibus Ordinum reſpondit, hanc Controverſiam mature ſe examinaturum cum Regio Senatu Caſtellę, & cum graviſſimo Conſeſſu, ex doctiſſimis Viris conflato, unde adhuc indeciſa res pendet. *Quæſtionem ergo* cum his verbis inquit *d. Mendo, quam Rex ipſe diſtulit adhuc authoritative decidere, nec mihi licet opinative decernere.*

Ponderent autem Lectores rationes hinc inde libratas *à d. P. Andrea Mendo*:

47. Noſque pręter ibi adductas, reaſſumpta compendiarie ſuper hac materia diſcuſſione, dicimus quatuor vigere Opiniones, quarum prima abſolute negat hos Ordines, veluti carentes requiſitis ſubſtantialibus Religionis, de quibus ſupra egimus, non eſſe Religioſos. *Pater Lezana in Summa Quæſt. Regular. Tom. 2. cap. 5. n. 6.* ubi quod qui ſolum duo ex dictis Tribus ſubſtantialibus Votis emittunt, ex. gr. Obedientiam, & Caſtitatem Coniugalem, prout Milites Sancti Mauritii, & Sancti Stephani abs dubio verè Religioſi non ſunt. Secunda tuetur eos eſſe veros Religioſos, ob illas rationes, quod ſi agatur de hujuſmodi Ordinibus in Hiſpania, & Luſitania vigentibus, pene omnes in eorum origine includebant expreſſe tria ſubſtantialia Vota Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientię, quæ poſtmodum Diſpenſationibus Apoſtolicis fuerunt modificata: ſi vero ſermo ſit de aliis conſimilibus Ordinibus extra Luſitaniam, & Hiſpaniam inſtitutis, iſti cum hujuſmodi modificatis per ſedem Apoſtolicam Votis, conſtituti fuere; unde ſubſiſtit undequaque, quod Ordines, vel in eorum creatione habent ſubſtantialia Vota Religionis, aut quod per Apoſtolicam conceſſionem ſic modificata, à principio habuerunt, ſemperque ſubſtitit, vel in ſe, vel vigore Diſpenſationis Apoſtolicæ, quæ rei ſubſtantiam non tollit, quod verificantur ſubſtantialia Vota Religionis.

Ruſus in Bullis Pontificiis Religioſi appellantur, ſicque meritò vere eos

48. eſſe Religioſos, pręter Auctores allegatos *à Patre Mendo*, ſuſtinent alii, quos adducit clar. me. *Em. Petra ad Conſt. Apoſtol. Tom. 2. ad Conſtit. 5. Alex. III. Sect. Unica n. 1. Pater Lezana in d. Summa Quæſt. Regular. Tom. 2. cap. 5. n. 6.*

Tertia Opinio tuetur eſſe Religioſos, ſed cum additamento Militares, ita ut Privilegiis gaudeant Religioſorum. *Garz. de Benefic. par. pr. cap. 4. n.* 20. quem allegat. clar. me. *Em. Petra ad d. Conſtit. 5. Alex. III. Sect. Unica ſub n. 1.*

Quarta Opinio inquit, eos Milites, qui ut ſupra, conjugalem tantummodo vovent Caſtitatem, Clericorum Immunitatem habere in iis, quæ Romani tribuere Pontifices, non autem in cœteris, quia hujuſmodi Milites non ſolum Arma tractant, ſed ut Laici incedunt cum ſola Crucis delatione, carent Tonſura, in Aulis Principum degunt, in ſuis Domibus, cum Uxoribus, Filiiſque vivunt, Familiamque admi-

adminiſtrant, & sic ratiocinatur *Azorius Inſtitut. Moral. Tom.* 1. *Lib.* 13. *cap.* 3. §. *Verum litt. C.*

Aſt diſſonæ inter ſe Scriptorum Opiniones, ea diſtinctione ad concordiam revocantur, quod negantes qualitatem Religionis, loquantur de propria, & vera Religione pollente
49. ſubſtantialibus Requiſitis, quæ ſuperius enumeravimus. Affirmantes autem loquantur de Religione generice ſumpta, & ſecundum quid: atque ita concluſionem firmamus; Claſſes horum Militarium Ordinum improprie, & largo modo eſſe, & vere dici Religiones, quatenus ſcilicet ſub unius Superioris gubernio uniti vivant, ſerventque aliam gubernii Regularis formam, & à Sancta Sede Apoſtolica, uti pura, pia Inſtituta approbata fuiſſe, ac Fratres, & Religioſos lato modo dictos fuiſſe in Textibus, & Bullis Pontificum, qui plura illis conceſſere Privilegia, quę conveniunt cum Statu Eccleſiaſtico, & voluerunt illis gratificari. *Garz. de Benefic. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 20. *&* 21. *Lezana in Sum. Quæſt. Regul. Tom.* 2. *cap.* 1. *n.* 14., *& ſeq. Em. Petra ad d. Conſtit.* 5. *Alex. III. Sect. Unica n.* 2. *& ſeqq.* ubi quod hæc opinio non ſolum eſt verior, ſed etiam receptior, pluribuſque innititur rationibus.

Militares Regulares Religiones, & Ordines ſunt, vocanturque illi, &
50. illæ, in quibus tria Religionis Vota ſubſtantialia Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientię emittuntur, & ad militandum contra Infideles inſtituti ſunt, & obligati. *Pater Lezana in Sum. Quæſt. Regular. Tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 1., *&* 6.

Hinc ex Religionibus Militaribus, in quibus generaliter recenſita tria Vota emittuntur, ſunt Religiones San-
51. cti Joannis Hieroſolymitani, & Sanctæ Mariæ Teutonicorum, & olim dum vigebat Ordo Templariorum. Profeſſos itaque in prænominatis Religionibus, in comperto eſt eſſe veros Religioſos, & tradunt *d. Lezana d. Tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 5.

Rurſus cum Ordines Militares in Regnis Hiſpaniarum Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Montetię, & in Regno Portugalliæ Ordines JESU
52. Chriſti, Sancti Jacobi, & Sancti Benedicti de Avis tria hominum genera contineant, hoc eſt Virorum Nobilium, qui ut Sacri Milites, & generoſi Equites pro Fide, ac Lege Chriſti Domini certant; Clericorum, qui in ipſorum Ordinum Domibus Divinas laudes in Choro canunt, Miſſas celebrant, Fidelium Confeſſiones audiunt, præficiunturque Eccleſiis, quę ipſis Ordinibus ſubiectæ ſunt; & demum aliorum, qui dictis Militibus, Clericiſque inſerviunt eo modo, quo Converſi Religionum Mendicantium, & Monachorum inſerviunt domeſticis obſequiis, certum eſt, quod pręnominati Clerici horum Militarium Ordinum ſunt verè Religioſi, quia iidem Caſtitatem ſimpliciter, Paupertatem, & Obedientiam vovent. *Lezana d. Tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 2. *Salmanticenſes Tom.* 3. *Tract.* 12. *de Juſt.*, *& Jure cap.* 12. *Punct.* 12. §. 3. *n.* 191.

Et ob eandem rationem votorum, quę emittunt, Religioſæ ſunt Moniales Crucigeræ Ordinum prædictorum,
52. ut cum *Rodriquez Tom.* 1. *Quęſt. Regular. Quæſt.* 1. *Art.* 6. *Azor. Inſtit. Moral. Tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 2. §. *Sciendum* proſequitur *Lezana d. Tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 2. *verſ. Idem dico.* Ubi ſubdit quod de Novitiis tam Virorum, quam fœminarum philoſophandum eodem modo, ac de Novitiis Viris

Viris ſeu Fœminis aliarum Religionum.

Diximus, quod Clerici in dictis Militaribus Ordinibus profeſſi, vere Religioſi ſunt: quid autem aſſerendum de Converſis, hoc eſt de Inſeruientibus ipſis Militibus, modo ſupra ex-

53. preſſo. Profecto quoties antedicti Converſi emittant recenſita tria Vota, ut Clerici, vel Milites ipſi emittunt, & ſub regula approbata profiteantur, remanent veri Religioſi, quemadmodum ſunt ipſi Clerici, & Milites reſpective.

Quoties autem dicta Vota non emittant, neque vivant ſub Regula approbata, nullo modo cenſentur Religioſi. *Lezana d. Tom. 2. cap. 5. n. 4.*

Ex hac ultima Claſſe reputantur illi, qui in Ordine Sancti Ioannis Hieroſolymitani Mediam Crucem albam ſolummodo gerunt: cum enim illi

54. ſine Regula, & cum ſuis Bonis & Vxoribus vivant, uti meri Seculares cenſentur, ideoque nec gaudent Fori Privilegio, nec ſunt exempti a Tributi ſolutione, iuxta opinionem *Rodriquez Tom. 2. Quæſt. Regular. q. 62. Art. 18. Bobadilla in Politic. Tom. 1. Lib. 2. Can. 18. n. 233. de qua Lezana Tom. 2. cap. 5. n. 4.*

Sed contrarium tenent alii, firmantes, etiam iſtos mediam Crucem albam gerentes, frui Fori Privilegio ſub ea ratione, quod illi etiam militant ſub Religione habente huiuſmodi Privilegium, iuxta *Aloys. Riccium in Prax. Tom. 4. Reſol. 177. n. 3.*, quem refert idem *Lezana d. Tom. 2. cap. 5. n. 4.*

Idcirco Profeſſio in Sacra Hieroſolymitana Religione cum emiſſione Trium Votorum diſſoluit Matrimonium ratum, non conſumatum præcedens,

55. re etenim vera cum ſit verum, & ſolemne Votum Religionis approbatæ, gaudere debet Privilegiis hujuſmodi Voti, *Azor. Inſtit. Moral. Tom. 1 Lib. 13. cap. 6. §.* Quarto queritur, *Lezana in Sum. Quæſt. Regul. Tom. 2. cap. 5. n. 7.*

Ad differentiam Voti, quod emittunt alii Equites aliorum Militarium Ordi-

56. num; cum enim Votum horum Militum ſtare poſſit cum Matrimonio, hinc ſequitur non diſſolvi per illud precedens Matrimonium ratum. *Suarez de Relig. Tom. 4. Tract. 9. Lib. 1. cap. 4. n. 28. d. Lezana d. Tom. 2. cap. 5. n. 7.*

Vovens ingredi Religionem ſatisfacit ingrediendo Religionem Militum S. Joannis Hieroſolymitani, quia illa eſt vera Religio. *Pignatel. Tom. 5. Conſult. 13. n 3.*

Et ſicut Caſtitatis Votum Equitis Hieroſolymitani, quia eſt ſolemne, dirimit

57. Matrimonium ſubſequens, ita e converſo Votum Caſtitatis in aliis Ordinibus Equeſtribus, & limitatum ad Caſtitatem Coniugalem, non dirimit. *Lezana d. Tom. 2. cap. 5. n. 9.*

Uxoratus Religionem ingredi poteſt, ſi Uxor etiam ipſa recipiatur in Monaſterium, aut ſi ſenex ſit, maneat in

58. ſeculo cum Voto Caſtitatis. *Cap. Cum ſit, & cap. Apoſtol. de Converſ. Coniug.* in quibus juribus, cum de utroque Coniuge ſermo ſit, poteſt etiam Uxor ingredi Monaſterium, Viro Religionem etiam S. Joannis Hieroſolymitani, ut docet *Pontius de Matrim. lib. 9. cap. 12. n. 1.* Contra *Sanchez de Matrim. lib. 7. Diſput. 32. n. 4.* ingrediente, vel manere in ſeculo, ſi ſenex ſit, ideſt annorum ſexaginta, aut ſecundum *Bonacinam q. 3. puncto 4. n. 4.* ætatis, quæ ex prava valetudine annis 60. reſpondeat &c. *Si Frater Caſſianus à S. Elia Arbor Oper. Moral. Verbo* Maritus §. 7. *n.* 98.

Hinc oritur illa inſpectio, an relictum a-

licui

licui, vel jam Equiti creato, vel ut fiat Eques alicujus Militaris Religionis, ex. gr. Sancti Joannis Hieroſolymitani, vel Sancti Stephani, dicatur Legatum Pium. Pro cujus reſolutio-
59. ne prænotandum, quod ut cognoſcatur an legatum ſit Pium vel non, inſpici, & attendi debet Cauſa à Teſtatore expreſſa, & finalis, non autem tacita, & per conjecturas eruta, ob Legalem rationem, ne plus tacito, quam expreſſo tribuatur. *Bottiglier. de Succeſſ. ab Inteſtat. Theorem.* 104. *ſub n.* 21. *vers. Omnes; & cœteris cumulat. S. Rot. Dec.* 143. *n.* 14. *cor. Lancetta*.

Unde quoties cauſa finalis, & expreſſa legati eſt gloria, & caducus ſplendor, qui heu quantum ad diſponendum homines impellit, nequit admitti alia cauſa Pietatis non expreſſa, nec cognita. *Rot. d. Dec.* 143. *n.* 13. *cor. Lancetta*.

Imo neque dicitur Legatum Pium, licet habeat in aliqua tenui parte onus ex. gr. celebrationis unius Miſſæ, ſed requiritur ad hunc effectum, quod abſorbeat majorem partem, non autem modicam legati partem, ut ſequendo *Dec.* 573. *n.* 1. *cor. Cerro*, firmat *Rot. d. Dec.* 143. *n.* 28. *cor. Lancetta*.

Bene verum eſt, quod cauſa Pietatis non eſt neceſſaria, quod deducatur ab intentione, quæ reſpicit meritum actus quoad Deum, ſed ſufficit
60. quod illa deſumatur ex cauſa in quam fuit legatum, & ex ipſo opere, quod in ſe Pietatis augmentum contineat, quodque de per ſe dicitur Pium, reſpicitque Catholicæ Eccleſiæ utilitatem abſque ulla legantis intentione, ut eſt Inſtitutum Militarium Religionum inſtitutarum ad defenſam Eccleſiæ Catholicæ, & pugnandum contra Infideles, ut admittit *d. Dec.* 143. *n.* 18. 19., & 20. *cor. Lancetta*.

Maxime quando Teſtator iniunxit onus Legatario aſſumendi nomen, & cognomen Teſtatoris, qui in proœmio expreſſit hoc facere, ut ipſius nomen, & cognomen ſervetur, & ad ſui honorificentiam; tunc dicitur factum in cauſam prophanam: cauſa enim in proœmio expreſſa, unica dicitur, & finalis, & ab ea debet regulari, & ſumi interpretatio totius diſpoſitionis: unde cum diſpoſitio non fuerit directa ad finem Pietatis, non poteſt
61. dici Legatum Pium, ut generaliter oſtendit *Menoch. de Præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 115. *n.* 9. *Ventrigl. in Prax. Eccl. p.* 1. *Annot.* 28. §. 1. *n.* 10.

Et in puncto Legati, poſtquam quis talem Habitum Equeſtrem Militaris
62. Religionis, vel Sancti Joannis Hieroſolymitani, vel Sancti Stephani, firmat *Rot. d. Decis.* 143. *n.* 5. *& ſeqq. cor. Lancetta*.

Eoque fortius, quando Teſtator d. cauſam mundanæ honorificentiæ repetiit in diſpoſitiva, demandando, quod ille talis, prius quam aſſumpſerit cognomen, & Arma Teſtatoris, abſque miſtura, ſuper hac aſſumptione conficeretur Inſtrumentum, ſub obligatione Camerali, & aliis pœnis,
63. & ſub obligatione reſtitutionis, etiam pro una ſolum vice; ex qua gemina expreſſione propriæ honorificentiæ, & Nominis arguitur Teſtatorem, non ad Pietatem, ſed ad eandem propriam honorificentiam reſpexiſſe. *d. Dec.* 143. *n.* 9., & 10. *cor. Lancetta*.

Atque ita diſtingui debet caſus: Si legatum factum ſit, ut quis fiat Eques, & Habitum aſſumat alicujus Militaris Religionis, tunc dicitur legatum Pium, quia Pietas deſumitur ex cauſa, in quam fuit relictum legatum, & in ipſo opere continente in

ſe Pie-

ſe Pietatis augmentum, cum reſpiciat Catholicę Eccleſiæ utilitatem, quę reſultat ex inſtituto hujuſmodi Militarium Religionum, pugnandi nempe contra Infideles, & Apoſtolicam Sedem defendendi, ut admittit *d. Dec.* 143. *à n.* 19. *cum ſeqq. cor. Lancetta*.

Si vero Legatum factum ſit, ut dicitur, *Per ajuto di coſta* alicui jam Equiti,
65. & adſcripto Ordini Militari talis Religionis, vel poſtquam in tali Religione Militari jam fuerit admiſſus, non dicitur Pium, ut diſtinguit *Rot. d. Dec.* 143. *n.* 21. *cor. Lancetta*.

Potiſſime, quando conſtat Legatum non fuiſſe factum univerſali Religioni, aut talis Ordinis intuitu, ſed ad effectum gratificandi Perſonam ab ipſo
66. electam, vel ab ejus heredibus: hæc enim verba excludunt ſubintellectam rationem Pietatis, & magis legati cauſa, quam Legatarii Perſona eſt inſpicienda *d. Dec.* 143. *n.* 22., *& ſeqq. cor. Lancetta*.

Unde etiam videmus, quod Legatum uſus fructus factum filio Monacho, ſub conditione, quod non acquira-
67. tur Monaſterio, non dicitur Pium Legatum *d. Dec.* 143. *n.* 26, *cor. Lancetta*.

Ad normam igitur harum theoricarum. Primo patet, quod in terminis Legati facti tali Perſonæ, poſtquam Habitum Equeſtrem talis Religionis Militaris aſſumpſerit, & quidem ad honorificentiam talis Perſonę, & ad mundanum honorem, & ut dicitur
68. *Per ajuto di coſta*, cum legatum hoc non dicatur Pium, circa hoc non intrant Facultates Reverendæ Fabricę Sancti Petri ejdem tributæ à Conſtitutione Papali Sancti Pii V. in Ordine *Bullarii la* 96., *&* 97. *tom.* 2. Hujuſmodi quippe Facultates limitatæ ſunt, quoad illa Legata, quæ vere pia ſunt, utpote relicta Eccleſiis, vel Locis Piis, aut Eccleſiaſticis Perſonis cum onere celebrationis Miſſarum, vel Divinorum Officiorum, Eleemoſynarum erogatione, & ſimilium. *Rot. d. Dec.* 143. *n.* 3., *& ſeq. cor. Lancetta*.

Et idcirco, ut Fabrica fundatam habeat illius intentionem, probare debet Legatum fuiſſe relictum intuitu Pietatis, ut pluribus allegatis advertit *d. Dec.* 143. *n.* 4. *coram Lancetta*.

Ex recenſita Diſquiſitione de qualitate ac natura Militarium Ordinum, an ſcilicet omnes ſint proprie Religiones, oritur Diſputatio, an & quando venditio, & emptio Habitus ex
69. dd. Ordinibus, ſicut etiam emptio, & venditio Commendarum eorundem Ordinum Simoniam involvat: ſuper quibus videatur noſter *Diſcurſus de Commendis*.

Potiſſime pro degentibus in Regnis Hiſpaniarum, & Luſitaniæ, ubi celebres ſunt Ludi publici, cum agitationibus Taurorum, ac aliarum Fe-
70. rarum Beſtiarum, labor improbus non erit hic annotare, quod Sanctus Pius V. in ſua Conſtitutione edita anno 1567. incipiens *De Salute Gregis*, ſub excommunicationis pœna omnibus Clericis Regularibus, & Secularibus Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, aut in Sacris Ordinibus conſtitutis, pręcipit, ne Taurorum, aliarumque Ferarum Beſtiarum agitationibus interſint: ſupradicta vero Conſtitutio eſt in *Bullar. Laertii Cherubini Tom.* 2. *la* 48., ſicut alia confirmatoria, & declaratoria Clementis VIII. ſub anno 1596. de quibus *Lezana in Sum. Quæſt. Regul. Tom. pr. cap.* 10. *n.* 7.

Quę Conſtitutio Clementis comprehendit etiam Religioſos in Sacris non conſti-

conſtitutos, licet Piana non comprehenderet. *Rodriquez Tom. 3. Quæſt. Regul. Quæſt. 68. Art.* 2. Et quidem recenſitæ Conſtitutiones obligant, licet poſſent Religioſi intereſſe citra ſcandalum, & notam; nam quoties lex eſt de re juſta, & honeſta, etiam ſine ſcandalo obligat ad ſui obſervantiam, ut ratiocinatur idem *Lezana d. Tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 7. vers. *Obligat*, ubi ſub verſ. *Cum autem* advertit, quod excommunicatio non incurritur ipſo facto à Religioſis hujuſmodi agitationibus aſſiſtentibus, qui tamen peccant mortaliter: Excommunicatio quippe major, etiam ferenda, neceſſario ſupponit peccatum mortale; *Et præſertim* quod non ſolum *Seculares ſcandalum ex eo capiant, ſed & ipſa Taurorum agitatio pluribus videatur barbara, & gentilis conſuetudo, jure optimo à pia, & catholica Hiſpania releganda, quæ felicius, & fructuoſius milliaria Hominum, & Equorum, qui in iſtis congreſſibus occiduntur, in Fidei dilatationem contra Infideles exponeret.* Sic per hæc verba loquitur *d. Pater Lezana eruditus Religioſus Carmelita Natione Hiſpanus, Patria Matritenſis*, cujus dictum quoad ſtragem Hominum in dictis Ludis intelligendum eſt de Hiſpania, de qua ipſe loquitur, nam in Regno Portugalliæ nulla vel rariſſima ſequuntur homicidia in hujuſmodi Taurorum agitationibus; adeo Ludi peraguntur ſtipati cautelis, ſuper quibus & alias oculi noſtri fuerunt Judices.

Cœterum Pœnæ, & Cenſuræ in prædicta Piana Conſtitutione contentæ, in Regnis Hiſpaniarum quoad Laicos, & Fratres Milites, quarumcumque Militarium Religionum revocatæ ſunt à Gregorio XIII., quoad Religioſos tamen in ſuo robore permanent, ut in Bulla d. Clementis VIII., & tradit *d. Lezana ubi ſupra d. Tom* 1. *cap.* 10. *n.* 7. *verſ. Licet autem.*

Videatur noſter Diſcurſus de Sacra Religione Hieroſolymitana.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM

Juxta multiplicem Equitum Claſſem Jure Sanguinis, nempe Armatorum, Torque exornatorum, Togatorum, & Cruce ſignatorum, de quibus in mox extenſis Diſcurſibus egimus, oſtenditur in præſenti etiam Mulieres gaudere hujuſmodi Gradibus, Titulisque Equeſtribus. Explicantur Vocabula *Gentildonna*, *e Dama*, & quid importent. adducuntur exempla Mulierum Gradu Equeſtri ornatarum: comprobatur ipſas contuliſſe Ordines Equeſtres Viris, & inſtituiſſe novos Equeſtres Ordines tam pro Viris, quam pro Fœminis, & Principes ipſos ob egregia Fœminarum facta inſtituiſſe Ordines Equeſtres pro Fœminis.

SUMMARIUM

1. F*œminæ, ſicut & Viri, ſunt capaces Titulorum, & Ordinum Equeſtrium, & ad eoſdem ſemper admiſſæ fuerunt, & de præſenti admittuntur*, & n. 2. 62. 65. 67.
2. *Equitum Dignitas ſemper viguit in Orbe, licet ſub diverſis vocabulis*, & n. 11.
3. *Mulieres natalium, & virtutum Dotibus conſpicuæ honorificis Titulis ſemper in Urbibus, & Principatibus fuerunt diſtinctæ, & Pace, & Bello, & ſic Gradum Equitis tenuerunt in ſubſtantia.*
4. *Adducuntur Exempla*, & n. 5. & 6.
5. *Matronæ Romanæ aderant Nobiliſſimæ Natalibus, quæque proinde ad probandam antiquitatem Generis Lunulas Bullas geſtabant.*
6. *Lunula erat ornamentum ambiens Collum.*

7. *Ma-*

7. *Matronæ aderant primores Civitatis.*
8. *Mulieres aderant etiam ad Cuſtodiam Principis, & ad Pacis munera addictæ.*
9. *Patriciatus Dignitas erat conſpicua, & illam Principes cupiebant tempore Imperatorum Orientis.*
10. *Mulieres in Aula Auguſtarum fuerunt decoratæ Patriciatus Dignitate.*
11. *Joanna Darcia dicta Puella Aurelianenſis, quæ fuerit, & quæ Bello præſtiterit Galliarum Regno.*
Hæc à Carolo VII. Galliarum Rege ob illius merita cum ejus Patre, Matre, Fratribus, Conſanguineis, & eorum Poſteris fuit aggregata Ordini Nobilium, mediante Regio Diplomate.
12. *Fœminæ poſſunt eſſe Equitiſſę ex omnibus quatuor Claſſibus Equitum, hoc eſt Jure Natalium, Armatorum, Torquatorum, & Cruce ſignatorum,* & n. 13; & 14.
15. *Equitiſſæ, & Militiſſę Titulus tributus fuit Fœminis, quorum Parentes, Conſanguinei erant Equites, & Milites, & adducuntur exempla.*
16. *Sic Uxores Equitum, & Militum nominatæ fuerunt Equitiſſę, & Militiſſę, & allegantur exempla.*
17. *Idem mos retroacta ætate ſervatus fuit in hac Civitate Forolivii.*
18. *Principes aliquando crearunt Equites Viros Nobiles intuitu, & contemplatione Uxorum, & adducuntur exempla.*
19. *Gentilis Homo quid ſignificet, agitur in* Diſcurſu 4.
20. Dama, *hoc vocabulum eſt familiare Italis, Gallis, Hiſpanis, & Luſitanis.*
Dicta vox Dama, *eſt correlativa reſpectu Fœminarum, voci* di Cavaliero, *quoad Maſculos.*
21. *Quæ dicuntur* del Cavaliere, *intelliguntur* della Dama & n. 54; & 55.
22. Dama, *hæc dictio derivat à Græca dictione* Damar *fœminam ſignificante.*
23. *Contrarium quod non inde ſignificet Mulierem Nobilem diſtinctę Nobilitatis, quæ proprie dicitur* Dama.
24. Dama *ſignificat Mulierem nuptam, quam Græci, & Latini antiquitus Dominam vocabant, ſubinde per ſincopem* Domna *dicta, & corrupta voce ab Italis nuncupata* Donna, *& tandem efformata Vox* Dama.
25. *Impugnatur dicta explicatio à Cardinali de Luca,* & n. 26. à d. n. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 37.
27. *Exponitur derivatio dictionis* Dama *ſecundum explanationem Cardinalis de Luca in Tractatu il* Cavaliere, e la Dama.
35. Madmoiſelles *in Gallia, & in Italia* Donzelle, *vocantur Puellæ illæ, quæ ſunt Natalibus Nobiles, ſed innuptæ.*
36. Gentildonna *hæc nuncupatio inventa fuit ad diſtinguendum Mulieres Nobiles à ſimplicibus Mulieribus quæ vocantur* Donne, *compoſitumque fuit Vocabulum anteponendo ejdem hanc dictionem* Gentil, *& efformando vocabulum* Gentildonna.
37. Gentildonne *Titulus in Fœminis correſpondet Titulo* di Gentiluomo *in Maſculis.*
38. Gentildonna, e Dama *ſunt vocabula conflata ex miſtione Latini, Gallici, & Hiſpanici Idiomatis.*
39. *Damma Latine ſignificat Capram ſilveſtrem, Italice Daino Damma.*
40. Dama *titulus, non ſemper ubique ſumitur in eadem ſignificatione.*
Noſtra Dama *per excellentiam vocatur Sanctiſſima Virgo Maria Dei Genitrix.*
41. Dama *hodie communiter nuncupatur Mulier ornata.*
42. *Sic apud Luſitanos.*
43. *Venetiis ſub nomine* Dame, *intelliguntur*

liguntur Mulieres inhoneſtæ.

Venetiis Uxores Senatorum, & Nobilium vocantur Gentildonne.

44. *In Civitate, & Regno Neapolis, ſicut & in Urbe, aliiſque Civitatibus, quamvis Titulus* di Dama *detur Fœminis Magnatitiis, viget tamen in hoc corruptela.*

Madame *Titulus in Gallia, & aliis Regnis competit ipſi Reginæ, & Principibus Fœminis.*

Tribuitur tamen Fœminis longe inferioribus, forſan ironice.

45. Dama, *aut* Damigella *tribuitur Fęminis addictis ſervitio Principiſſæ, ſive Dominæ.*

46. *Matronæ titulus erat apud Romanos præclarus.*

47. *Hodie etiam in Urbe, & alibi datur Mulieribus ętate provectis, famulatui, & cuſtodię rerum domeſticarum addictis.*

48. *In Hiſpaniarum Regis Aula* Dame *vocantur Mulieres ſervitio Reginæ addictæ.*

49. *Uxores Magnatum appellantur* Signore.

50. Dama *ſumitur etiam pro Damma, Italice Daino.*

51. Dama *eſt etiam quidam Ludus.*

52. *Deſcribitur Ludus di* Dama.

53. Dama, *hæc qualitas importat conditionem magnatitiam, et primi Ordinis.*

54. Cavaliere, Dama *ſunt correſpectivi.*

55. *Equitis jure natalium, et Gentilis Hominis vere talis Titulus eſt idem, niſi adſit in aliquo loco Statutum, vel conſuetudo in contrarium legitima.*

56. Dama, & Gentildonna *proprie talis non differunt inter ſe. Gentilis Mulier eſt illa, quæ generoſa Natalium Nobilitate pręfulget.*

57. Gentildonna *Italice ſignificat* Donna Nobile, *latine Nobilem Fœminam, Nobilem Matronam.*

58. *Sunt Synonima hęc vocabula* Dama, Gentildonna.

59. *Fere ab omnibus in Italia promiſcue utuntur dictis duobus Vocabulis, ſed Venetiis magis frequens eſt Vocabulum* Gentildonna.

60. *In hoc dari non poteſt Regula fixa, ſed ex circumſtantiis temporum, caſuum, et locorum deſumenda eſt*, & n. *61.*

62. *Fœminæ poſſunt Equeſtrem gradum conſequi, ut poſſunt Viri* & n. *66.*

63. *Fœminę aliquando fuerunt armatę in Duces exercitus*, & n. *64.*

64. *Fœminæ aliquando ſe ipſas Equites vocaverunt cum dictionibus generis Maſculini*, & n. *66.*

65. *De Fęminarum bellica ſtrenuitate qui agant, & exempla recenſentur.*

66. *Eliſabeth die, qua Anglię Coronam accepit ſe Equitem armare fecit.*

67. *In Ditione Leodienſi leguntur ſepulcrales Inſcriptiones Dignitatem Equitis in Fęminis explicantes.*

68. *Ordines Equeſtres Torquati plures fuerunt à Fęminis inſtituti cum magnæ Magiſtræ titulo apud ipſas*, & n. 85. 86.

69. *Religiones Equeſtres Cruce ſignatæ plures conſtitutæ fuerunt pro Fęminis, ubi enumerantur*, & n. 85.

70. *In aliquibus locis Fœminæ creantur Canoniſſæ, & deinde Equitiſſę.*

71. *Fœminę aliquando creaverunt Milites, et ſic Equites, et n.* 72. *adducuntur exempla.*

73. *Adducuntur exempla* n. 74. 75. 76. 77. 78. 79; & 80.

74. *Ordines Torquati aliquando pro Maſculis et Fęminis inſtituti fuerunt, et n.* 81. & 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. & 91.

93. *Fęminę ſuccedentes in Regnum ſuccedunt etiam in jure conferendi Militares*

tares Ordines.
94. *Et in Regnis Hiſpaniarum in Adminiſtratrices*, & 95.
96. *An ſuſcipiendo Equeſtri Habitu requiratur conſenſus Uxoris, et reſolvitur affirmative*, & n. 97. 98. 99. & 101.
103. *In d. Habitu ſuſcipiendo dicta interrogatio conſenſus Uxoris, quomodo fiat in conſtructione Proceſſus*, & n. 104.
105. *Et quod d. Licentia præſumatur*, & n. 106. 107. 108; & 109.
110. *Uxores Equites gaudent Privilegio Fori, aliiſque ſervata proportione.*
111. *Ampla, etiam poſt mortem Viri.*
112. *Secus ſi tranſeant ad ſecunda Vota.*
113. *Admonentur omnes Religiones, vel Ordines Equeſtres, & Militares ingredientes, ut ſerio conſiderent, quid agant.*
114. *Admonentur, ut legant probos Auctores, & nonnulli indicantur.*
115. *Adducuntur verba Co. Pomponii.*
116. *Quomodo, & quando remittantur Equeſtria inſignia Principi, qui illa contulerat.*
117. *Equites ob crimina commiſſa degradantur, & Equitum inſigniis expoliantur.*
118. *De Ordinibus Equeſtribus in particulari agere, magni laboris, & n.* 119.
120. *Auctor rurſus Divinum implorat auxilium pro conſervatione Valetudinis.*
121. *Auctoris Ætas refertur, & quando fuerit creatus Epiſcopus, & n.* 122.
123. *Auctor eſt Decanus omnium Epiſcoporum Provinciæ Romandiolę, ac etiam Sudecanus omnium Epiſcoporum Solio Pontificio Aſſiſtentium, & Decanus eſt D. Epiſcopus Parmæ, & n.* 124.
124. *Auctor pluries vidit renovatos Provinciæ Epiſcopos. Enumerantur iidem, & laudantur. Sic omnes Epiſcopi Provincię nunc exiſtentes laudantur, & n.* 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132., & 133.

DISCURSUS X.

IN præſenti Diſcurſu perpendendum modo eſt, An ad præfatos Honorificos Equeſtres Gradus, juxta quatuor ſupra relatas Claſſes, admiſſæ fuerint, & admittantur Fœminæ. Dicimus ergo, quod Mulieres, non ſecus ac Viri, capaces ſunt Equeſtrium Ordinum, Titulique equeſtris, & ad illos, & quemlibet eorum
1. ſemper admiſſę fuerunt, ac reſpective de præſenti admittuntur, ut peculiariter ratione, ac antiquis, moderniſque exemplis comprobat erudite *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in ſuo Volumine Gallico Idiomate -- Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Diſſert.* 11. *lib.* 1. *Art.* 1. *& ſeq. à pag.* 267. *juxta impreſſ. Pariſiis Typis Chez Pierre Francois Giffart, Libraire, & Graveur rue Saint Jacque, alla Image Sainte Thereſe* 1718. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires ou des Chevaliers Tom.* 2. §. 24. *pag.* 250. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunei* 1721. ubi quod ſi Equeſtris Dignitas eſt Honoris Titulus, in Sanguinis Nobilitate, in Meritis, & Principis Gratia fundatus, hæc omnia ęque in Maſculis, ac Fœminis optime verificantur: rurſuſque idem *Collector ibidem à pag.* 260. *cum ſeqq.* refert Diſſertationem peculiarem *Sur la Chevalerie des Dames*, & late demonſtrat rationibus, & exemplis omnium prędictorum Equeſtrium

ſtrium Graduvm Fœminas eſſe capa-
ces .

Omni ſane tempore Equeſtrium Ordi-
num ſplendoris participes fuere Mu-
lieres, eo modo ac Maſculi ; ſicut
2. enim oſtendimus , ab antiquiſſimo
tempore diverſis licet ſub nuncupa-
tionibus, viguiſſe in Orbe Terrarum
quoad ſubſtantiam, & quidditatem
Equitum Dignitatem , hoc eſt Viros
prænobiles à cæteris diſtinctos, juxta
comprobata *in Diſcurſibus* præmiſſis;
Ita parimodo aſſerimus in Urbibus, &
Principum Aulis ſemper honorificis
3. Titulis Pacis, Belliqque temporibus,
Mulieres Natalium, & Virtutum do-
tibus conſpicuas fuiſſe diſtinctas, &
ſic in ſubſtantia Gradum Equitis, te-
nuiſſe: etenim in Sacris legimus Hiſto-
4. riis bellica geſta Deboræ, in *Libro
Judicum cap.* 4. nec non ſtrenua facta
Judith in Lib. Judith cap. 13. Amazones
certando conſpicuas fuiſſe teſtatur
Virgil. Lib. 12. *Æneid.* -- *Pulſant , &
pictis bellantur Amazones Armis.*

Apud Romanos Matronæ aderant No-
5. bilitate conſpicuæ, quę proinde *ut
ad Evandrum Arcadeſque* genus re-
ferrent, lunulas, bullas *ſcilicet* lunę
inſtar geſtare conſueverunt : *erat* au-
tem lunula Muliebris mundus , *col-
6. lum* ambiens, & in formam orbicu-
larem circumpoſitus, quem ſibi Mu-
lieres circumponebant , ut collum
palam oſtenderent, ut totidem verbis
inquit *Corradinus in Latio Veteri
tom.* 1. *cap.* 7. quem refert etiam *O-
ctavianus Gentilis de Patriciis lib.*
1. cap. 11. *ſub n.* 4.

Inter ipſas Matronas aderant etiam
7. Matronæ primores Civitatis, de qui-
bus idem *Titus Livius Hiſtor. Ro-
man. Tom.* 2. *Decad.* 3. *lib.* 9. *cap.*
12. *vers. finem* : De Cleria cui in
Urbe decreta fuit Statua Equeſtris ,
ſcribunt Hiſtoriæ .

8. Plura de Mulieribus Bello præclaris,
et ad Principum cuſtodiam ſtatutis ,
ac Pacis muneribus addictis , tradit
*Auguſtinus Paradiſi in ſuo Ateneo
dell' Uomo Nobile p.* 1. *cap.* 5.
9. Tempore Imperatorum Orientis ,
cum Dignitas Patriciatus adeo con-
ſpicua præfulgeret, ut Viri Principes
ſummis votis exoptaverint, quemad-
modum explicat *d. Octavianus Gen-
tilius de Patriciis lib.* 1. *cap.* 10.
10. conſtat in Aula Auguſtarum ipſas
Mulieres Patriciatus munere fuiſſe e-
xornatas, et Patricię Dignitatis am-
plitudine decoratas , ut fuſe probat
d. Gentilius d. lib. 1. *cap.* 11. *de Pa-
triciatu Fœminarum* ,
11. Nonne celeberrima in Gallia ; tem-
pore Caroli VII. Regis floruit Puel-
la Aurelianenſis nuncupata Joanna
Darcia, ruſticana quidem natalibus
in agro Tullenſi, Jacobo patre Agri-
cola, & Iſabella Matre orta, quæ de-
inde adeo bellica Virtute præfulſit, ut
Regem Carolum VII. à potentiſſimis
Hoſtibus Anglis , totumque Gallia-
rum Regnum ab imminenti ruina ,
vindicaverit? De hujus vita late agit
*Pater Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſt.
Tom.* 6. *Colloq.* 1. *à pag.* 45; *cum ſeqq.*
Unde egregia illius facta, & in Regem
totumque Galliarum Regnum merita,
d. Rex Carolus VII. Regio Diplomate
comendavit, eoque mirabilem illam
Puellam, ejus Patrem, Matrem, Fra-
tres, Conſanguineos, ac eorum Po-
ſteros ad Nobilium Ordinem , An-
no 1429. evexit teſte *Dionyſio , Gode-
frido , in ſuis Obſervat. ad Hiſtoriam
Caroli VII.*, qui Regium illud Di-
ploma refert, de quo meminit *Gra-
veſon d. Colloq.* 1. *d. pag.* 45.

Antiquitate Gradus Equeſtris quoad ſub-
ſtantiam, diverſis licet Vocabulis , e-
tiam reſpectu fœminarum comproba-

ta manente ad tradita in d. peculiari Diſſert. apud *d. Collectorem Gallum d. Tom. 2. à pag. 260.*

Patens eſt etiam quod circa ipſas fœ-
12. minas conſiderari poſſunt quatuor illæ Equitum Claſſes, quas ſuperius reſpectu Virorum enumeravimus, hoc eſt Equitum Jure Natalium, Equitum Armatorum, Equitum Torquatorum, & Equitum Cruce ſignatorum. Quatenus igitur ſpectat ad Fœminas jure ſanguinis, & conditione familiæ Equitiſſas, ea omnia militant; quæ de Viris diximus Diſcurſu 4.

Nulli enim dubium eſt Fœminas Eque-
13. ſtri Dignitate inſigniri per eadem media, quibus decorantur Viri, & ſic jure Natalium. *d. Collector Gallus d. Tom. 2 pag.* 250., & in d. Diſſertatione apud eundem *Collectorem Gallum à pag.* 260., ut præter allegatos in d. Diſcur. quoad Viros in terminis Fœminarum fuſe notat *Pater Honoratus à S. Maria, Diſſert.* 11. *Lib.* 1. *Art.* 1. *pag.* 267., *& cap. ſeq.* ut adductis exemplis, & aucto-
14. ritate bene *Chepin lib. de Romanio*, 29., *ac Hemericour cap.* 10. *de Nobilibus Leodicenſibus* advertit, quod pluries Fœminæ Equitiſſæ, & Militiſſæ Titulus tributus fuit, ex quo illarum Parentes, & Conſanguinei Equitis, Militiſque gradu erant inſigniti, ut de Eliſabetha Sorore Hen-
15. rici de Hornes, nuncupata Equitiſſa, nupta Joanni de Merode, & de Maria alia ejuſdem Henrici Sorore ſimiliter Equitiſſa nuncupata, & de duabus filiabus Domini de Waroux Bretone Seniore, Equitiſſis appellatis. Item de Umbero filio ſecundo dicti Domini de Waroux, qui duas filias Equitiſſas habuit. Sic Equitiſſæ & Militiſſæ nominatæ fuerunt Uxores
16. Equitum, & Militum, ut de Joanna de Bethune habente Maritum Equeſtri ornatum dignitate, & nominata Militiſſa anno 1379., & de Uxore Joannis de Roya vocata Militiſſa, quia ejus Vir Joannes Miles erat, ac pariter conſtat in Regiſtris de Molines anno 1741. Catharinam Bauu Uxorem Joannis Van Milerit fuiſſe appellatam Militiſſam, ideſt Equitiſſam, ut cum *Ducheſnea* in probatione Hiſtoriæ Bethun pag. 202., ac proſequitur *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. Diſſert.* 1. *Art.* 1. & reaſſumit d. Collector Gallus in d. Diſſert. d. Tom. 2. pag. 260.

In noſtra hac Patria retroacta ætate,
17. Uxores Equitum, vel Torquatorum, vel Cruce ſignatorum paſſim nominabantur *Equitiſſæ*.

Quin imo exemplis conſtat fuiſſe à Principibus creatos Equites Viros Nobiles intuitu, & contemplatione Uxo-
18. rum. Sic legimus Carolum V. Imperatorem S. R. I. Equitem creaſſe Lucam de Broyart, Dominum de Grimeni Maritum Henricæ de Naſſau filiam Comitis de Naſſau cum ſuis Filiis, & Succeſſoribus, Mariti ſque earumdem filiarum, juxta Imperatoris Diploma Bruxelles expeditum 24. Septembris 1540., de quo teſtatur cum Auctore Libri *ſub Titulo -- Juriſprudentia Politica*, & cum *De la Roque Traitè della Nob.*, *cap* 107. *Pater Honoratus à Sancta Maria* loco ſupra laudato *Art.* 1. *& in d. Diſſer. penes Collector. Gallum d. Tom.* 2. *à pag.* 260.

Hinc ſicuti quoad Titulum Equitis Jure Sanguinis, reſpectu Virorum, late egimus in antecedentibus Diſcurſibus de Vocabulo Gentilis Hominis:
19. Ita quoad Fœminas reſpectu ejuſdem Tituli Equitiſſæ Jure Sanguinis pari methodo procedendum eſt, ut bene notatur *d. Diſſert. apud Collect. Gallum*

Gallum, ſolumque ſupereſt ut circa Vocabulum Italicum *Cavalereſſa* ſubdamus quod habetur in Vocabulario Etruſco *Degli Accademici della Cruſca Tomo* 1. *in Littera Cavalereſſa*; ſic ibi legitur .- *Cavalereſſa Moglie di Cavaliere Gentildonna voce per lo più uſata in baja, ed in iſcherzo, come Dottoreſſa, Medicheſſa, e ſimili, non eſſendo queſti regolarmente Gradi, ne Uficj da Donna.* Lat. *Matrona. Bocc. Novel.* 15. -- *Fu cagione di farci fuggir di Chieſa, quando io aſpettava eſſere la maggior Cavalereſſa che mai in quell' Iſola foſſe* Tac. Dau. Ann. 4. 94. *Perchè Sejano tu erri ſe credi di poterti ſtar ne tuoi panni, e che Livia ſtata Moglie di un Gajo Ceſare, e poi di un Druſo voglia invecchiare Cavalereſſa Romana*: Cœterum nunc de Vocabulo *Dama*, vel *Gentildonna* loquamur. Hujuſmodi enim dictio *Dama* famigerata eſt apud Nos Italos, ſicuti Gallos, Luſitanos, & Hiſpanos: cor-
20. relativa quippe eſt dictio *Dama* reſpectu Fœminarum, alteri dictioni *Cavaliere* quoad Maſculos; ita ut proportione ſervata, quæ dicuntur
21. *del Cavaliere*, dicta intelligantur della *Dama*, ut inquit *Card. de Luca* in peculiari *Italico Tractatu* -- *Il Cavaliere, e la Dama, cap.* 27. *n.* 6. *&* 8., *& cap.* 28. *n.* 17; *&* 18.

Aſſerunt ergo aliqui hanc dictionem *Dama* derivare à græca dictione *Da-*
22. *mar* fœminam ſignificante, unde *Pater Benedictus Pereyra in Vocabulario Bilingui Latino, & Luſitano*, in verbo *Damar* inquit *A Mulher, a Dana, a Amiga, a Namorada.*

Contrarium tamen, quod ſi dicta di-
23. ctio *Damar* ſimpliciter ſignificat fœminam, non explicet quidditatem *di Dama*, ſub qua intelligitur Mulier Nobilis diſtinctæque Nobilitatis, ſubdit idem *Card. de Luca in d. Tractat., cap.* 27. *ſub n.* 1.

Tenent alii quod antedictum nomen *Dama* ex eo proveniat, quod Mu-
24. lier nupta, quam latini *Uxorem* vocant, & nos Itali *Moglie* antiquitus apud Græcos, ac Latinos appellabatur *Domina*, & ſubinde per ſincopem *Domna*; & rurſus per linguæ corruptionem italice etiam *Donna*, nova tandem vocabuli alteratione ſuperventa, dicta fuit *Dama*.

Sed hanc quoque derivationem impu-
25. gnat *d. Card. de Luca loco ſuperius allegato d. n.* 1. ea ratione, quod ſimplex Titulus *Domina* competit cujcumque Mulieri ordinariæ Nobilitatis, & paſſim etiam hodie in domi-
26. bus nuncupantur Uxores, *La Patrona, la Signora*, ideoque non comprehendit ſpecificam qualitatem Mulieris, quæ in *Dama*, hoc eſt diſtinctæ Nobilitatis fœmina.

Involutam rem hanc ingeniose explanat idem *Card. de Luca* hoc modo, videlicet, certum eſt, inquit, quod tempore antiquæ Romanorum
27. Reipublicæ in Urbe, ſicuti præclariores Nobiles, hoc eſt ex Ordine Senatorio, Patres appellabantur, & ab illis Deſcendentes Patricii, ita etiam fœminæ conſpicuæ, non generice Mulieres, aut Fœminæ dicebantur, ſed Matronæ, ita ut, quemadmodum earum Mariti Patres nominabantur, ſic ipſæ Matres dicerentur. Exploratum quoque eſt quod, ob Barbararum Linguarum miſſionem vel in totum, vel magna ex parte, latini idiomatis puritas conſpurcata, ipſiuſque Romani Imperii Gubernii modus immutatus fuit, quamobrem prædictorum Vocabulorum Patrum, Patriciorum, & Matronarum uſus interiit, ſed poſtmodum, aliquantiſper Barbarorum ruſticitate ſublata, civi-

lium

lium morum cultus refloreſcere cœ-
28 pit, atque ita reaſſumptus fuit anti-
quus mos Equites creandi, et ſolem.
niter illos armandi, juxta ea, quæ
cumulavimus *Diſcur.*

Porrò hujuſmodi Equitibus inter cœte-
teras honoris prerogativas tribueba-
29. tur titulus *Domini*, qui titulus idio-
mate Italico ex dicta linguarum mi-
ſtione ſuborto, exprimebatur ſub
verbis *Meſſere*, atque hinc eorun-
dem Patrum, et Senatorum Uxores
nactæ fuerunt titulum *Dominæ*,
hicque titulus ob ejuſdem Italicæ
linguæ corruptelam, vel per rudem
30. ſyncopem commutatus fuit, ſive
expreſſus cum dictione *Donna*, ut
tradunt *Benedictus Varchi Lect.* 114.
Vocabular. degli Accademici della
Cruſca in Verbo *Donna* §. 1. *&* 2; et
quemadmodum reſpectu Virorum titu.
lus *Meſſere* duas complicatas dictio-
nes continet, *Mio*, *e Sire*, hoc eſt,
mio Signore, ut notat etiam *Vocabu-
larium Etruſcum*, *nuncupatum Cru-
ſca*; ita etiam quoad fœminas eidem
dictioni *Donna*, ſuperaddita fuit
conſimilis dictio *Mia*, expreſſa tamen
cum eliſione litteræ *I*, efformando di.
31. ctionem *Ma*, eaque præmiſſa di-
ctioni *Donna*, compoſita fuit dictio *Ma-
donna*, *d. Vocabul. della Cruſca*, verbo
Madonna; ubi quod eſt nomen hono-
ris. Temporis autem curſu, cum hic
Titulus *Madonna* in obſequium glorio-
ſiſſimæ Virginis Mariæ Dei, et Salva-
toris noſtri Jeſu Chriſti Genitricis
32. fuerit eidem reſervatus *d. Vocabu-
lar. della Cruſca in verbo Madonna*
§ 1. Galli ſubinde, Hiſpani, aliæque
Nationes exteræ corrupta, & altera-
ta pronunciatione recenſitæ dictionis
Donna, illam expreſſerunt cum dictione
Dama: et quemadmodum Vir Eque-
33. ſtri dignitate preditus nominabatur
cum dictione *Meſſere*, duas continen-
te dictiones, ut premiſimus, ita
ejus Uxor, retenta additione præfati
monoſyllabi *Ma*, appellata fuit *Mada-
ma*, quoties de aliqua particulari per-
34. ſona loquebatur. At cum generaliter
de Cœtu harum Mulierum ſic qua.
lificatarum ſermo eſſet, obtruncato
primo monoſyllabo *Ma*, dicte fuerunt
Dame.

Puellæ autem innuptæ, ſed Natalium no-
bilitate conſpicue in Gallia dicuntur
35. *Madmoiſelles:* Nos vero Itali innup-
tas Puellas vocamus *Donzelle*.

Utque aliæ Mulieres Nobiles quidem,
ſed extra ſtatum Magnatitium, ipſa
etiam nuncupatione, à ſimplicibus
fœminis, ut ſupra dictum eſt, nun-
36. cupatis *Donne* diſcriminarentur, di-
cto nomini *Donne*, antepoſita fuit ex.
preſſio *Gentil*, et conflatus titulus
Gentildonne, qui titulus correſpon-
det Nobilium Virorum Titulo *Gentil-
uomini*.

Sic itaque probabili diſcurſu, et inge-
37. nioſo ratiocinio originem nominis
di *Dama*, *e Gentildonna* exponit lau-
datus *Dard. de Luca* in d. Tractatu:
Il Cavaliere, *e la Dama* d. cap. 27.
per totum.

Hoc certum, quod vocabulum *Gentil-
38. dona*, *Dama*, non eſt latinum, ſed
ex Latini, Gallici, & Hiſpani idioma-
tis miſtione conflatum, ſiquidem a-
pud latinos dictio *Dama* ſignificat ge-
39. nus ſylveſtris Capræ, italice *Dai-
no Damma*, *Calepinus in verbo Dam-
ma*; *d. Vocabular. della Cruſca ver-
bo Damma*, juxta illud *Virgilii Eg-
log.* 8.

*Cum Canibus timide veniunt ad pocu-
la Damæ.*

Et Martial. lib. 13. *Distic.* 86.

*Dente timentur Apri, defendunt cornua
Cervos,*
Imbelles Damæ, quid niſi preda ſumus.

Nunc de uſu prædicti vocabuli *Dama*

 loqua-

loquamur, quandoquidem dictio hæc, & titulus *Dama* non ſemper, & ubique in eodem ſumitur ſenſu; nam
40. per excellentiam ſic Sanctiſſimam Virginem Mariam Dei Matrem vocamus *Noſtra Dama*, ipſaſque aliquando Eccleſias eidem Deiparæ ſacras appellamus *Noſtra Dama talis loci*, prout videre eſt in d. *Vocabulario della Cruſca* in verbo *Dama* §. 1; & 2., ubi ex *Bocc. Novel.* 2. 12. ponit exemplum -- *E a noſtra Dama di Parigi con lui aſſieme andatoſene ec.*

Hodie etiam appellatione di *Dama*
41. communiter venit Mulier ornata, juxta illud -- *Ma sfortunato, perchè co' denari*
Giocando egli a perduto, a neo la Dama.

De quo *Malm.* 43. relat. a d. *Vocabulario della Cruſca verbo Dama* §. 3.

42. Sic apud Luſitanos, ut in *Vocabulario Bilingui Latino, & Luſitano, Patris Benedicti Pereira verbo Damar.*

Venetiis autem ſub nomine di *Dame*
43. intelliguntur Mulieres illæ inhoneſtę ſui corporis copiam facientes, unde Senatorum, Nobilium Venetorum Uxores vocantur *Gentildonne*, ut notat *Card. de Luca d. cap.* 27. *n.* 5.

In Civitate Regnoque Neapolis, in Urbe aliiſque Civitatibus, licet no-
44. men di *Dama* Fœminis detur Magnatitiis, adhuc tamen corruptela viget in hoc, ita ut idem Titulus *Madama*, qui in Gallia, aliiſque Regnis ipſi Reginæ, ac Principibus Fœminis competit, Mulieribus etiam longe inferioris notæ, imo etiam famulabus Domorum, ironice forſan, tribuatur, ut ſubdit *Card. de Luca d. cap.* 27. *n.* 5.

45. Sic Titulus di *Dama*, aut di *Damigella* Mulieribus tribuitur civili Principiſſæ obſequio, aut Domi-
46. næ addictis. Ac Titulus di *Matrona* penes antiquos Romanos tantopere præclarus, jam hodie etiam in Urbe, ac alibi Mulieribus datur
47. ætate provectis, quæ & ſervitio, aut famulatui ſint mancipatę, ac cuſtodiæ rerum domeſticarum, ac ut dicitur *delle Signore, e delle Dame giovani*, ut advertit *Card. de Luca d. cap.* 27. *n.* 5., *&* *d. Vocabul. della Cruſca in verbo Dama* §. 1.

Rurſus in Hiſpaniarum Regis Aula *Da-*
48. *me* Mulieres illę vocantur, quę in Aula Reginæ ſervitio ſunt adſcriptæ, & proinde Uxores Magnatum ap-
49. pellantur *Signore*: idem *Card. de Luca d. cap.* 27. *ſub n.* 5.

Nec omittimus recenſere, quod *Dama*
50. dicitur etiam pro *Damma*, hoc eſt Italice *Daino* ad ea, quæ canit *Dant. p.* 4. *Si ſi ſtarebbe un cane intra due Dame*, quem allegat *d. Vocabularium della Cruſca*, verbo *Dama* §. 6. & diximus ſupra n. 39.

Tandem hoc nomine exprimitur qui-
51. dam ludus, quem nos itali dicimus *Dama, fare à Dama*, qui ludus peragitur in Tabula, nuncupata *Scacchiere:* Tabula vero eſt quadrata in 64. partes quadratas æquales, alternatim duobus coloribus pictas. Super hac Tabula Rotulis numero 24. qua-
52. rum duodecim uno pictę ſunt colore, vocanturque *Pedine*, quibus ex una parte, & reſpectivè ex alia diſpoſitis incipit ludus, ut explicat idem Vocabularium verbo *Dama* §. 4., *&* 5., & in verbo *Scacchiere*.

Ex hucuſque dictis ſupereſt ut examinemus, quid vere importet qualitas di *Dama*, & an diſcrimen adſit inter
53. *Dama, & Gentildonna*. Qualitatem *di Dama* importare magnatitiam, & primi Ordinis conditionem firmat *Card. de Luca in pluries laudato cap.* 27.

Ve-

Verum quidquid ſit in ſtricto Juris rigore de rationibus ab eo adductis, cum ex eodem *Card. de Luca*, ut pręmiſi-
54. mus, hi duo Tituli *Cavaliere*, *e Dama* correlative ſe habeant, reſpectu ti-
55. tuli *Dama* recurrunt, quę comprobavimus quoad Equites, & Gentiles Homines ſupra *Diſcurſ.* 4. *à n.* 30. *cum ſeqq;* & firmum ſtat, quod ſicuti ſubſtantialiter (niſi forte in aliquo particulari loco, Statuto vel conſuetudine legitima contrarium cautum ſit) Titulus Equitis jure natalium non differt à titulo *Gentilis Hominis* revera talis; & proprie, ac ſtricte, non vero generice ſumpti, juxta Theoricas diſcuſsas in allegato noſtro *Diſcur.* 4. *à n.* 37. *cum ſeqq;* ita in ſubſtantia hi termini *Dama*, *e Gentildonna* non differunt, quo-
56. ties agatur de vere, & proprie ſumpta Gentili Muliere, Natalium ſcilicet generoſa Nobilitate fulgente, ut expoſuimus in antedicto *Diſcurs.* 4. *n.* 39. Titulus quippe di *Gentil-*
57. *donna* italice ſignificat *Donna Nobile*, Latine *Nobilem Fœminam*, *Nobilem Matronam*, ut habetur *in Vocabulario della Cruſca*, verbo *Gentildonna*; Ita ut ſynonima ſint hęc duo Vocabula, prout pro ſynonimis exponit *d. Vocabularium della Cruſca* in vebo *Dama* ibi .. *Donna ſe bene nell' uſo ſi dice per* Donna Nobile *Gentildonna*, Latine *Matrona*.

Et de facto ſcimus fere jam ab omnibus in Italia promiſcue Nobiles fœ-
59. minas vocari D*ama*, aut *Gentildonna*. Diximus fere ab omnibus ita vocari, nam Venetiis, ut pręnotavimus, magis frequens eſt nomen di
60. *Gentildonna*, & fortaſſe idem erit in aliis Civitatibus ſtylus, ac idcirco concludimus, quod in hac materia regulę generales ſtatui non poſſunt omnibus locis aptabiles, neque allegari ulla fixa, & intrinſeca ratio,
61. quia omnia à circumſtantiis caſuum, locorum, & temporum unice pendent, quemadmodum clamat pluries laudatus *Card. de Luca d. cap.* 27., *n.* 7.

Conſtat pariformiter fœminas fuiſſe E-
62. quites, ſeu Equitiſſas Armatas, Torquatas, & Cruce ſignatas, & ſic in Mulieribus ea omnia concurrere poſſe, quæ requiruntur in Viris, ut recipiantur in Equites, & ſignanter animi robur, & exercitium Armorum. Legimus etiam, quod ipſę Mulieres armabantur, & in Duces exercitus creabantur; Clorindę enim
63. ab Alladino Rege Hieruſalem ſupremum totius Militię regimen demandatum fuit, ut Magnus Italorum noſtrorum Poeta canit *Torquatus Taſſus in Poemate* .. *Geruſalemme liberata*, *Ottava* 48.

Soura i noſtri Guerrieri, a te concedo
Lo Scettro, e Legge ſia quel che comandi.

Legimus ipſas Mulieres ſe vocaſſe Equi-
64. tes: ſic ſe appellavit d. Clorinda, parvi faciens incantationes Iſmeni, dum apud d. Poetam Cant. 2. Octava 51. habetur.

Faccia Iſmeno incantando ogni ſua prova
Egli, a cui le malie ſon d' armi invece.
Trattiamo il ferro pur Noi Cavalieri:
Queſt' arte è noſtra, e in queſta ſol ſi ſperi.

In propoſito autem nominandi fœminas cum dictionibus generis Maſculini, hic referimus, quod ſcriptum reliquit *Ægidius Menagio* in ſuis annotationibus circa Carmina *Joannis Della Caſa*, quæ impreſſa habentur in Volumine, cui Titulus .. *Opere di Monſig. Gio. della Caſa*, editione Veneta noviſſima Tom. 1. *in Venezia* ap-

preſſo Angelo Paſſinello 1728. *pag.* 216. ſub Titulo -- *Annotazioni del Sig. Abbate Egidio Menagio Gentiluomo Franceſe, Accademico della Cruſca alle Rime di M. Gio. della Caſa alla Canzone* 3; in Verbo -- *Ver la Giudice mia*, Verbo *Giudice mio*, *direi più toſto come nella ſtanza precedente, Quaſi Giudice mio, e conforme all' uſo de' Latini, i quali diſſero di Femina Dux, Auctor, Fidejuſſor ec. con il Boccaccio Vincitore Donna diſſe nel Labirinto Guitori di Arezzo anch' egli in ſuo Sonetto, che comincia -- Non per mio fallo, Ma pregherolla pietoſamente ch' ella, mi dica perchè m' è guerrero; e l' iſteſſo Caſa nel Galateo: Perciò, che l' uſanza troppo poſſente Signore.*

Cæterum Bellica Fœminarum geſta deſcribere, & Maſculæ earundem Virtutis exempla recenſere longum, arduumque Opus aggrederemur. Si quis ſcire cupit, adeat *Jo. Raviſium Textorem in Officina tit.* 4. *pag. Nobis* 88. *juxta impreſſ. Venetam* 1598. *Typis Melchioris Seſſæ*, ac Volum n *Aloyſii Contarini*, cui Titulus *Il vago, e delicioſo Giardino* ſub Titulo -- *L' Origine, ed Impreſe dell' Amazone, i varj, e Maraviglioſi Eſempj delle Donne a pag.* 334. *cum pluribus ſeqq. Paradis. Ateneo dell' Uomo Nobile parte Seconda cap.* 5. *à n.* 20. *cum ſeqq.*

Duas hìc Nobis indicaſſe ſufficiat. Primo Mariam de Ubaldinis vulgo dictam Cia Uxorem Franciſci de Ordelaffis hujus Patriæ Domini, de qua *Pater Daniel Bartoli in ejus Opuſculo -- Il Torto, & il Dritto n.* 146. Et Matth. Villan. Lib. 7. cap. 64; qui inquit -- *Ella ſola rimaſa Guidatore della Guerra, e Capitana de' Soldati. Bonoli Storia Forol. lib.* 1. *pag.* 142. 155. *uſq. ad* 159. *Eques Sigiſmundus Marcheſius in Supplement. Hiſtor. Forol. Lib.* 5. *pag.* 281.

Secundo Urſinam Vicecomitem Uxorem Guidonis Familiæ noſtræ Torelle, ex Ramo Comitum Montis Claricoli in Ditione Parmenſi, de quo *Paulucius Diſſert. Legal. Tom.* 3. *Diſſert.* 110. *art.* 1. *à n.* 40. 53., *& ſeqq.* Generoſa hæc Mulier ſuis ſtipata Militibus, armata manu Guaſtallam à Venetis obſeſſam, inſigni certamine reportata Victoria liberavit, & Berſellum ab Hoſtium Manibus eripuit. Rem totam deſcribit *Pater Joannes Baptiſta Benamati, in Volumine cui Titulus -- Storia della Città di Guaſtalla à pag.* 47. *cum ſeqq.*

Quin imo ſubdimus quod Rex di Motapa in Æthiopia Superiori juſſit ſtatui partem Militiæ ad ſui cuſtodiam corporis, ex Mulieribus, à tenera ætate arma tractare aſſuetis, ſequens fortaſſe Socratis, & Platonis opinionem, de qua *Auguſtinus Paradiſius in ſuo Atheneo par.* 2. *cap.* 5. *n.* 19.

Sed prædictorum Philoſophorum ſententiam ex profeſſo impugnat *Divus Thomas Angelicus Præceptor in Opuſcul.* 20. *de Regim. Principum Lib.* 4. *cap.* 5; *&* 6

Rurſus cum Fæuda antiquitus nonniſi à Maſculis fuerint retenta, prout multa ſunt etiam de præſenti in Ger-
65. mania, ac Italia ob illam rationem, ut Maſculi illa poſſidentes in Equites armari poſſent, ad eorundem defenſionem certare, & aliquoties Principis Indulto Fœuda fuerint conceſſa Fœminis, dicendum omnino eſt eaſdem Fœminas qualitatem Equitis, ſeu Equitiſſæ aſſumpſiſſe, ut ratiocinatur laudatus *Pater Honoratus à Sancta Maria dicta Diſſert.* 11. *Art.* 1. *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *d. pag.* 263.

Ideoque Eliſabeth Angliæ Regina eo
66. die, quo Regiam Coronam ſumpſit,

ſe

ſe Equitem armare fecit, ut caput Equitum in Anglia evaderet: *d. Pater Honoratus à S. Maria d.* Diſſert. 11. *Art.* 1. *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 263. Ubi apposite notat, quod in Ditione Leodienſi, ac contermi- nis Regionibus in Sepulchralibus In-
67. ſcriptionibus Dignitas Equitis tribuitur Feminis etiam innuptis, nuptiſque Viris, qui Equites non ſunt.

Quod Fœminę Equitiſſæ, Torquatę adfuerint, patens eſt, & variis Ordinibus, qui à Feminis inſtituti fue-
68. runt, vel pro Fœminis conditi fuerunt, ut de Ordine *A Cruce*, *A Securi*, *Bindæ*, *Famulæ Virtutis*, *Funiculorum*, de quibus omnibus, ac conſimilibus ſuis locis particulatier agemus, & de quibus meminit *d. P. Honoratus à S. Maria d.* Diſſert. 11. *Art.* 4., §. 1. *cum ſeqq. d. Collect. Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 263. *& ſeq.*

Tandem Religiones Equeſtres Cruce ſignatas pro fœminis adfuiſſe, antiquiſſimis etiam Seculis, imo contemporanee inſtitutioni Religionum
69. Militarium pro Viris, & de pręſenti adeſſe, manifeſtum redditur ex Nomenclatura earundem Religionum, quæ tradetur in noſtro præſenti Volumine, in quo agemus de Equitiſſis Religionis Sancti Joannis Hieroſolymitani, Alcantarę, Calatravæ, Sancti Jacobi de Spatha in Hiſpania, aliiſque Religionibus Sanctæ Roſaliæ, Sancti Stephani Papæ & Martyris, aliiſque Ordine Alphabetico, & de quibus agit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d.* Diſſert. 11. *Art.* 5 *à* §. 1. *cum ſeqq; & d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag:* 251; *& ſeqq.*

Præterea in nonnullis locis, ipſas Fœminas, Canoniciſſas, eſſe Equitiſſas,
70. crearique poſt earum receptionem Equitiſſas, ut de lo Nivellæ, & Sancti Quirini de Neuu ſcribit idem *Pater Honoratus à Sancta Maria d.* Diſſert. 11. *Art.* 5; §. 4

Tamque certum eſt Equeſtria Jura, Gradum, & Dignitatem Equeſtrem, quocumque modo ſumptam in Fœ-
71. minis ſubſiſtere, illiſque aptari, ut liquido conſtet, Fœminas ipſas plu- ries creaviſſe Milites, videlicet Equites, dicente *Olderico Vitale lib.* 2. *pag.* 825. ibi, *A Fœminis interdum Militare Cingulum indultum Militibus reperitur*: de quo meminit *dict. Pater Honoratus à Sancta Maria d.* Diſſert. 11. *Art.* 2. *lib.* 1; *Art* 2. *à pag.* 269. *d.* Collector *Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 263.

Hinc legimus Cæciliam filiam Philippi Primi Regis Franciæ Viduam celebris
72. Tancredi, Antiochiæ Principis, creaviſſe Equitem Gervaſium filium Simeonis Comitis de Dol, & cum eo plures alios circa annum 1115., ut ſcriptum reliquit prælaudatus *Olderico*, ubi ſupra: *La Roque Tract. de Nobilitate cap.* 99. quos ſequitur *d. P. Honoratus d.* Diſſert. 11. *Art.* 2. *Lib.* 1, *Art*, 2, *d. Collector Gallus d. Tom.* 2, *pag.* 264.

Blancam Reginam Galliarum Divi Lu-
73. dovici Galliarum Regis Matrem paulo antequam moreretur, anno ſcilicet 1251. Equitem creaviſſe Dominum di Santyon, ut refert *d. P. Honoratus d.* Diſſert. 11. *Art.* 2. *lib.* 1. *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 264.

Joannam Reginam Neapolis 24. Mar-
74. tii 1343. à Rege Andrea illius Marito ad Equeſtrem Dignitatem promovere feciſſe Jacobum Lapanum, ut ſubdit pariter *d. Pater Honoratus d. Diſſert.* 11. *Art.* 2. *Lib.* 1. *Art.* 2.

Sic pariter Anno 1678. Regalem Sa-
75. baudiæ Duciſſam pluribus Torquem Equeſtris Ordinis Sanctiſſimæ Annunciatæ contuliſſe, teſtis eſt *dic. Pater Honoratus ubi ſupra d. Diſſert.* 11.

11. *Art.* 2., *Lib.* 1. ubi ſubdit An-
76. nam Angliæ Reginam, uti Ordinis
Periſcelidis Gubernatricem, plurimos
ad eundem Ordinem promoviſſe. Ma-
77. riam quoque filiam Henrici octavi
Regis Anglię, uti Ordinis Periſelidis
Gubernatricem, creaviſſe Equitem d.
Ordinis Periſcelidis Philippum Secun-
dum Hiſpaniarum Regem illius Ma-
ritum.

Pluries etiam Eliſabetham Angliæ Re-
78. ginam, variis temporibus pluſquam
quinquaginta Equites pręfati Ordinis
Periſcelidis creaviſſe, & inter hos Ma-
ximilianum Secundum Imperatorem,
Carolum Nonum, Henricum Ter-
tium, Henricum Quartum Galliæ Re-
ges, Federicum Secundum Daniæ
Regem, Jacobum Sextum Regem
Scotiæ, ac multos Imperii Electores
teſtatur *d. Pater Honoratus d. Diſſert.*
11. *Art.* 2 *Lib.* 1. *Art.* 2. *pag.* 270.
d. Collector Gallus d. Tom. 2. *pag.*
264.

79. Adeſt Ordo Calvariæ humanæ etiam
pro fœminis inſtitutus anno 1652. à
Silvio Ninarot Duce Vitembergenſi
in Sileſia, ut diximus in Diſcurſu de
d. Ordine.

80. Noviſſimum habemus exemplum in
Sacra Regia Majeſtate Mariæ There-
ſiæ Valburghæ Arciduciſſæ Auſtriæ,
& Magnæ Duciſſæ Ætrurię, ac Re-
ginæ Hungariæ, & Boemiæ Filię glo-
rioſiſſimæ in ævum recordationis Ca-
roli VI. Romanorum Imperatoris:
poſtquam enim Regina hæc profecto
undequaque Auguſta die 15. Junii
1741. in Civitate Presburghi in Col-
legiata Eccleſia Sancti Martini, ſo-
lemni pompa in Hungarię Reginam
Regali Diademate fuit redimita, ad
Eccleſiam Patrum Minorum Obſer-
vantiæ ſe contulit, ibique a Su-
premo Jurium Regni Hungarię Ju-
dice, alta voce lecta, & publicata
fuerint nomina eorum, quos Regina præventive in ſuo Palatio Equites Sancti Stephani Hungarię Regis deſignaverat, qui Equites ſic creati, & deſignati, & publicati ad Tronum Reginæ acceſſerunt, dumque ad genua Reginæ provoluti eſſent, Magnuſque Regni Cancellarius porrexiſſet Reginę Enſem Sancti Stephani Primi Hungariæ Regis, eodem Enſe Sancti Stephani Regis Hungariæ Regina Equites ibi genuflexos in ſcapulis, tribus vicibus percuſſit: Equites autem, quos Regina creavit, numero fuerunt quinquaginta octo, hoc eſt ſexdecim ex Claſſe Magnatum, reſiduumque ex Claſſe Nobilium: Integra vero ſeries Pompæ habitæ occaſione Coronationis in Reginam Hungariæ per Nos inſerta fuit in Diſcurſu de Ordin. S. Stephani Regis.

Imo plures Equeſtres Ordines pro Fœ-
minis, ac pro Maſculis Fœminas ip-
81. ſas inſtituiſſe, ac fundaſſe in com-
perto eſt, ut ſupra innuimus: Ordi-
nem quippe Fœminarum Hoſpitala-
riarum Anno 1080. in Civitate Hie-
ruſalem inſtituit Nobilis Mulier Ro-
mana, nomine Agnes: Ordinem del-
82. le *Cordeliere* Anna Britanniæ Filia
Franciſci Secundi Britanniæ Ducis Ca-
roli VIII. Regis Galliæ Vidua anno
1498. Ordinem Famularum Virtutis,
83. Ordinem Crucis in Civitate Vien-
næ in Auſtria Eleonora Gonzaga Vi-
dua Imperatoris Ferdinandi Secundi
erexit. Ordinem Monialium Hoſpita-
84. lariarum inſtituit Galleotta de Val-
liac ex Provincia Aquitaniæ. Ordi-
85. nem Calvariæ Humanę jam fere col-
lapſum reſtauravit Ludovica Eliſabeth
Vidua Philippi Ducis Saxomerburgen-
ſis anno 1709., ea conditione, ut
ſuprema Magiſtra Ordinis ſemper eſſet
Principiſſa de Domo Virtenbergica.

Ordinem pro fœminis, ſcilicet Ordinem

86.

86. *Solitudinis* inſtituit anno 1709. in Saxonia Chriſtina Everchardina de Domo Brandeburgica Bareyt Auguſti Secundi Regis Poloniæ Conſortis.

87. Ordinem Sanctæ Catharinæ in Moſcovia anno 1715. inſtituit Petrus Moſcoviæ Czar, communicata poteſtate illum diſtribuendi ejus Uxori.

88. Pro Maſculis Ordinem Amarantæ inſtituit Chriſtina Svecorum Regina.

89. Ordinem ſeu Congregationem Sancti Joannis Nepomuceni, inſtituit anno 1706. Eliſabeth Imperatrix. Ordinem Alexandri Neventis Czari quondam Moſcorum, inſtituit anno 1725.

90. Catharina Vidua Petri Primi Czari Moſcoviæ.

Pro Fœminis autem & Maſculis, Prin-
91. cipes Fœminas inſtituiſſe Equeſtres Ordines, liquet exemplis, ut in inſtitutione Ordinis Amarantę à Regina Suetię Chriſtina Anno 1645. fundati: *Ordinis Apis*, quem Duciſſa Ludovica Benedictina Borbonia Anno 1703. inſtituit. *Ordinis Charitatis Proximi in Germania* pro utroque ſexu erecti Anno 1708. ab Eliſabetha Chriſtina Imperatrice, & nunc clar. me. Caroli VI. Imperatoris Vidua.

De quibus omnibus cœteriſque agemus in pręſenti Volumine in Nomenclatura Alphabetica Ordinum.

Quemadmodum etiam late referemus Equeſtres Ordines inſtitutos favore Mulierum, ob egregia earundem Mu-
92. lierum facta: de quibus Ordinibus meminit ſœpe laudatus *Pater Honoratus lib.* 1. *Diſſert.* 11. *Art.* 3. *à pag.* 271.

Ex prĕmiſſis ſequitur, quod fœminę in Regnum ſuccedentes, ſuccedant etiam
93. in Jure conferendi Militares Ordines, ſicuti liquet ex factis ſuperius recenſitis tum antiquis, tum modernis temporibus.

Imo ex Pontificia Bulla Adriani VI. conſtat, quod in conſtituendo Hiſpaniarum Reges perpetuos Militarium
94. Ordinum ibi florentium Adminiſtratores, ſi fœmina in Regno Hiſpaniarum ſuccedat, conceditur, quod Regina Fœmina adminiſtrationem Ordinum Militarium retineat, ſicuti Rex retinet, ut late probat *Pater Andreas Mendo de Ordinib Militaribus Diſp.* 6. *Quæſt.* 1. *a n.* 1. *cum ſeqq.*

Unde notabilia hæc ſubduntur, quod ſicuti Rex perpetuus Ordinum Militarium Adminiſtrator non poteſt, ita nec Regina, ſi eſſet Adminiſtratrix,
95. poſſet veluti Perſonis Secularibus, immediate per ſe præcipere Equitibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, eo quia tale præceptum eſt quid ſpirituale, ſeu requirens Juriſdictionem Eccleſiaſticam: & Pontifex iniungit, quod reſpectu ſpiritualium, & ſpiritualibus annexorum, Rex deſignet Religioſum, qui illa præcipiat, & peragat. Tamen ſi Pontifex Regi, & Reginæ expreſse juriſdictionem Eccleſiaſticam pro foro externo conceſſiſſet, poſſet Rex, & Regina reſpective d. Præcepta in virtute Sanctæ Obedientię iniungere, ut late probat, *d. Mendo d. Diſput.* 6. *Quæſt.* 1. *n.* 5.

Ne noſter hic Diſcurſus nimius videatur, ſeraque coronide longus, in hac Fœminarum Nobilium materia quoad Equeſtres Gradus, nonnullas breviter addamus Legales concluſiones, quarum prima eſt, quod Coniugati
96. cupientes admitti ad Equeſtres Militares Ordines, tenentur habere licentiam Uxorum, ut Ordinem ingrediantur, & profeſſionem emittant: urget enim ratio, certum eſſe, quod *Mulier* ſui corporis poteſtatem non habet, ſed *Vir*: ſimiliter autem, & Vir ſui corporis poteſtatem non habet,

bet, ſed Mulier, ut monet *Divus Pau-*
97. *lus prim. ad Corinthios*, *cap.* 7.

Certum quoque eſt, quod ingredientes
Ordinem Militarem Deo, & Ordini
ſe mancipantes, ſub obedientia ſe con-
ſtituunt Magni Magiſtri, qui poteſt
de illis, juxta terminos Statutorum,
98. libere diſponere: at ipſo Magno
Magiſtro diſponente, ecce imminu-
tum, & prejudicatum remanet pre-
xiſtens Uxoris jus, & merito Uxor
conqueri poteſt. Ut igitur querela-
rum anſa de medio tollatur, de pla-
no fatendum eſt, neceſſe eſſe, ut
Uxor conſentiat, & juri cedat, quod
in Marito habet, non in totum ce-
dat, ſed mediante licentia aſſumendi
99. Habitum Militarem conceſſa Ma-
rito, cedat partialiter, ad effectum,
ut citra Uxoris querelas, Maritus
munera Militaris Habitus adimplere
queat. Hinc ſuppoſita dicta Uxoris
licentia, & ceſſatione juris ſui, Jus
Uxoris remanet alteri Juri ſubordi-
natum, ita ut idem Jus Uxoris,
100. intelligatur reſervatum, ad uten-
dum, quoties ex obedientia Eques
non fuerit detentus in adimplendo
ea, quæ à Militiç ſuç regula fuerint
injuncta. Sic in puncto re perpenſa,
cum *Didaco Mota de Confirmat. Or-
dinis Divi Jacobi Lib.* 2. *cap.* 2 §. 2.
n. 13., *&* 19. *n.* 19. late compro-
bat *Pater Andreas Mendo de Ordine
Milit. Diſp.* 3. *Quæſt.* 16. *per tot. à
n.* 161. *cum ſeqq.*

Et per eaſdem rationes valide ſubſi-
ſtit Matrimonium contractum cum
101. eo, qui poſt profeſſionem duxit
Uxorem, ut proſequitur *d. Mendo
d. Diſp.* 3. *queſt.* 16. *n.* 163.

Expreſſe proinde in Interrogatoriis,
quç fiunt petentibus admitti ad Ordi-
102. nes Militares in Regnis Hiſpania-
rum, ea continetur Interrogatio: An
ſuſcepturus Habitum Ordinis Milita-
ris ab Uxore licentiam petierit, teſte
d. P. Mendo d. Diſp. 3. *quæſt.* 16.
n. 161.

Quo vero ad praxim, faciendi nempe
Candidatis ſuper hac re ſpecificum
Interrogatorium, hoc pendet ex le-
ctura formularii cujuslibet Ordinis. In
Statuto Sacrç Religionis Sancti Ste-
103. *phani Tit.* 2. *Del modo di ricevere
cap.* 6. adeſt Interrogatorium per hçc
verba -- *Siate Voi obbligato a perſona
di maniera che non vi poſſiate ob-
bligare ad altri?* Sub qua verborum
formula imbibita videtur interrogatio
etiam ſuper Uxore. At cum ſimilis
interrogatio habeatur etiam in eodem
104. *Statuto* ubi ſupra ſub §. *Modo di
dare l' Abito alli Cavalieri Sacerdo-
ti*, & hæc aptari non poſſit Candi-
dato quoad Uxorem, fatendum vide-
tur Statutum in recenſitis verbis in-
tellexiſſe de obligatione totali, ſervum
quodammodo conſtituente talem obli-
gatum.

Cæterum hæc Uxoris licentia habetur,
non ſolum quoties expreſſe præſtatur,
105. ſed etiam quoties tacite concur-
rit, & interpretative, & una, vel al-
tera ſufficit. *Mendo d. Diſp.* 3. *quæſt.*
16. *n.* 168.

Quin imo eadem licentia ſemper ſup-
ponitur, eo quia Uxores nunquam
invitæ ſunt in rebus his, decus,
ſplendorem, ornamentumque, &
106. Maritis, & Familiis Maritorum
ſecum ferentibus, ſed illud exoptant,
& communiter ambiunt, ut proſe-
quitur *d. Mendo Diſp.* 3. *d. queſt.* 16.
n. 168, ubi exemplificat, quod fœ-
mina v. g. in Indiis exiſtente, & rem
ignorante, ſi Vir in Hiſpania degens
ſuſciperet Habitum Militarem, nihil
contra ejus Jus fieret, cum deberet
ſupponi eam præbere licentiam, ac
ratum habere, & juri ſuo, modo ſu-
pra relato, voluntarie, & libere ceſ-
ſiſſe

ſiſſe, nec conqueſturam de iniuria ſibi illata, ſed lætam de honoris augmento Marito ſuo tributo futuram.

Porrò licentia Uxoris ad ſuſcipiendum Habitum Militarem conceſſa, extenditur conſequenter ad Profeſſionem emittendam, tanquam quid conſecu-
107. tivum Novitiatus, quo peracto obligatur Novitius Profeſſionem emittere, neque nova licentia eſt neceſſaria: *Mendo ubi ſupra d.* Diſp. 3. *quæſt.* 16. *n.* 169.

Idemque procedit ſi Fœmina Matrimonium contrahat cum Equite Novitio; cenſetur enim licentiam conceſſiſſe,
108. & contentum, ut etiam profeſſionem emittat. *Mendo d.* Diſp. 3. *quæſt.* 16. *n.* 169.

Quæ diximus de præſumenda licentia quoad ſuſceptionem habitus Militaris, pari paſſu ambulant quoad licentiam ad effectum emittendi Profeſſionem, & ſi nova licentia requi-
109. reretur ad Profeſſionem emittendam, adhuc hęc quoque præſumptionibus probatur, & tacite concurrere poteſt, ut ſuperius diximus. Eo fortius, quia per Profeſſionem non ſolum vere redditur Eques habilis ad Commendas, obſequia, & munera Militiæ ſecum ferentia ſplendorem, utilitatemque familiæ, quorum non eſt capax ſimplex Novitius, ſed ulterius ipſi Uxori Maritale emolumentum accreſcit, & Maritalis fides debita roboratur, quoniam Vir ſic Profeſſus, novo Caſtitatis Coniugalis vinculo obſtringitur, non appetendi aliam Fœminam, niſi Uxorem propriam, quod retrahit valde à copula; præter ſiquidem Divinum præceptum peccata luxuriæ, atque adulterii prohibens, urget id ipſum Votum Coniugalis Caſtitatis, cujus vi ſi Vir peccat, etiam Sacrilegium committit, ut egregie ratiocinatur ſæpe laudatus *Pater Mendo d. Diſp.* 3. *quæſt.* 16. *n.* 169.

Secunda concluſio eſt, quod Equitum
110. Ordinum Militarium Uxores gaudent privilegio Fori, aliiſque Privilegiis proportione ſervata, ita ut non intelligatur de aliis privilegiis perſonaliſſimis, ex. gr. de privilegiis Equitis, ne hac, vel illa pœna ob delictum mulctetur, ſive ne ob hanc, vel illam cauſam cuſtodię publicę tradatur, ut pluribus cumulatis rationibus, & Auctoritatibus comprobat *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſp.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 71., *&* *n.* 77.

Idque procedit non ſolum conſtante Matrimonio, ſed etiam in Statu Viduili. *Mendo d.* Diſp. 2. *quæſt.* 2. *n.*
111. 71., ubi advertit, quod licet *Pater Thomas Sanchez de Matrimonio* oppoſitum ſenſerit de Viduis, poſtea ſe
112. ipſum correxit *in Opuſculo*. At ſi ad ſecunda Vota tranſeat, ceſſat Privilegium: *d. Mendo Diſp.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 77.

Et quoad Viduas Equitum Sancti Spiritus in Gallia, ex confirmatione & privilegio Regis Ludovici XIII., inquit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Libr.* 2. *Differt.* 6. *Artic.* 2. *pag.* 422.

Generaliter hic monitos volumus omnes quotquot inſigniri ſatagunt Militarium Ordinum Teſſera, ut in ſuſceptione Habitus, & Profeſſione emittenda ſerio recogitent, quo animo,
113. & intentione Militarium Ordinum Habitus aſſumere debeant. Siquidem Militares Ordines, vel proprie Religiones ſunt, vel ſaltem generice ſumptę tales: quapropter ad illas admitti cupientes debent perfectionem intendere Evangelicam per ea media, quæ ſunt opportuna. Inſtituto

to

to, ſicque neceſſe eſt, attendant ab eis aſſumi ſtatum; in quo perfectio Virtutum intenditur, & ſint expediti ad implendum Divina Præcepta, & Conſilia Evangelica, ad terminos Regulæ, & ſtabilimentorum Ordinis, nempe mediante Militia, ad defenſionem Eccleſiæ, & Fidei, labores Belli ſuſtinendo, & uſque ad ſanguinis effuſionem pugnando, & Orationes ſtatutas peragendo; Indeque ſequitur, quod ſi Equites, nihil de perfectione cogitent, & in animo habeant ad illam non tendere, unde ſolum honoris, & lucri cauſa, Militares habitus Ordinum, maxime ſi vere, & proprie Religiones ſint, ambiunt, manifeſte abuterentur eorum fine, ac Inſtituto, quod illis in emittenda Profeſſione proponitur, atque ita operarentur illicite, ut rem perbelle explicat *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 3. quæſt. 17. per totam* ubi *n.* 173. invehit in eos, qui in Equeſtri Habitu ſuſcipiendo unice honores, titulos, ſplendorem, & lucrum appetunt, nec ad alium finem reſpiciunt, ita ut nec recordentur ſe Religioſos ullo modo eſſe, niſi forte ad Privilegia obtinendum.

Pro Coronide demum dicem horum Prohęmialium Diſcurſuum noſtrorum cunctos, ſinguloſque tum jure Natalium, tum Armatos, Torquatos, Numiſmate inſignitos, & Cruceſignatos Equites, ut eorum munerum partes implere valeant, enixe hortamur, ut probos Auctores legant Equeſtres

114. Materias catholice enucleiantes: *Franciſcum Sanſovinum in prædicto Volumine della Origine de' Cavalieri: Jo. Soranzo L' Idea de' Cavalieri impreſ. Mediolani Typis Petri Martini Locarni 1609. Clar. me. Jo. Baptiſtam de Luca Il Cavaliere. d. Patrem Honoratum à S. Maria Carmelitam Excalceatum* Diſſert. *Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne impreſ. Pariſiis Typis Petri Franciſci Giffart 1718. & in ſpecie Lib. 2. Diſſert. 5. ab art. 1. cum ſeqq.* precipue autem nocturna verſare manu, verſare diurna non omittant Agnatum noſtrum Comitem Pomponium Torellum, quem non immerito ſæpius adduximus allegato ſuo Volumine *Il Debito del Cavaliere* per totum, ac in ſpecie *Parte Quinta De i Debiti d' Huomini d' al-*

115. *tre Profeſſioni, ma nati Cavalieri à pag. 164. cum ſeqq.* ubi ita ratiocinatur.

„ Ma perche aſſai ſi è parlato del Debito di quel Cavaliero, che di ſangue, & opere, è tale, ſeguirebbe forſe, che ſi parlaſſe di quelli, che eſſendo nati di ſangue Cavallereſco, a profeſſione diverſa, come di Leggi, facendoſi Dottori, come ſi uſa in qualche Città, o facendoſi Preti à Religione ſi ſono applicati, o in Corte di Principi grandi, ſi ſono poſti, o per proprio eſercitio hanno eletto il Meſtiero della Guerra. A queſti tali laſciando da parte, ciò che per la ſua Profeſſione loro di fare ſi ſpetti, due ſoli Documenti, come a nati Cavalieri pare a me, che baſtino. Il primo è, che ſi ricordino del fine, e che perciò, ſbandito ogni intereſſe, ciò che fanno, facciano per l' onore: non dico già che per mezzo non curino il guadagno, perchè a ciò, & in pace, tra le leggi, & in guerra per trattenerſi, e nella ſervitù, la neceſſità gli può conſtringere. Non voglio, che moſtrino ſempre che queſto non è il fin loro, & che perciò fuggano ogni indignità, ogni mendicità, & avanzino ogn'

„ ogn' altro in ſoffrire ogni diſa-
„ gio, & tollerar la povertà ſenza
„ fare nè aggravio a men potenti,
„ nè torto alli amici, nè cerchino
„ giammai per intereſſe il danno al-
„ trui, e con la verità per-ſcorta,
„ & la libertà nell' opere, moſtrino
„ la forza, e vigore del ſangue di
„ Cavaliero, che ricchi ne diveran-
„ no d'Amici, come non ſaranno
„ ſenza virtù, et avendo l' occhio
„ all' onore, e ripoſto ogni penſiero,
„ e ſperanza in Dio, non ſarà chi
„ poveri riputar gli poſſa.
„ Il ſecondo ricordo abbraccia la
„ Magnanimità, e l' altezza dell'
„ Animo, che ſe una è la forma
„ della Cavalleria, l' altra è la for-
„ ma del Cavaliero Criſtiano, come
„ in queſto trattato accennai, e più
„ eſattamente ho nelle Lettioni Ac-
„ cademiche diſputate diſcorſo.
„ Con queſta il Cavaliero in ogni
„ Profeſſione non cercherà altro,
„ che il debito proprio, in queſto
„ ſforzeraſſi d' avanzar gl' altri, e
„ poi ſempre ſe ſteſſo: Perciò ſe ſa-
„ rà Religioſo Clauſtrale, con una
„ altiſſima umiltà aurà l' Obedienza
„ per ſcopo, e compatirà ad o-
„ gni Perſona, tollererà non ſolo
„ le fatiche, ma ſprezzati gli Ono-
„ ri per maggior gloria s' innalzerà
„ come Cavaliero ſopra gl' altri nel-
„ la Profeſſione, che s' aurà eletto.
„ Se ſarà Cortigiano, non alle re-
„ munerationi, ma a meritarle aurà
„ la mira, e più ajuterà i Virtuoſi
„ preſſo il Padrone, e parlerà per i
„ Poveri, che non farà per gli ſuoi
„ negocj, avanzandoſi in opere, e
„ ſprezzando ogni oſtentazione, et
„ con la Fede, ch' è propria di
„ quella Profeſſione, ſuperando gl'
„ altri, non aſpetterà che l' obblighi
„ con le grazie, & favori il Princi-
„ pe, ma penſerà a quanto è tenu-
„ to per debito proprio, al quale,
„ ancorche poco favorito, e mal
„ viſto vorrà pienamente ſodisfare.
„ Se ſarà Dottore, penſi che dop-
„ piamente è obligato alla giuſtizia,
„ e come Dottore, et come nato
„ Cavaliero; però maggiormente ſi
„ aſtenga di difendere Cauſe, ove
„ ſia ſoſpetto di torto, e più le
„ cauſe de' biſognoſi, che dei ricchi
„ abbracci, et con maggior animo
„ contra potenti, difendendo la ra-
„ gione delli oppreſſi, moſtrandoſi
„ alieno da ogni deſiderio di pre-
„ mio, et di goder molto del bene
„ de' Clienti, et poco dell' utile che
„ da loro gli poſſa provenire. Se
„ ſarà Soldato, proceda ne' perico-
„ li con maggior ſprezzo che gli
„ altri, aſpiri a grandi onori, et ſi
„ moſtri alieno da ogni ingordigia
„ di preda. Sopra che è un belliſſimo
„ eſempio nell' Italia liberata del
„ Triſſino in Achille, e Sertorio,
„ e Sindoſio, che nella preſa di Na-
„ poli Città Regia, mentre gli altri
„ et Soldati, et ornati di Titolo di
„ Cavalieri erano intenti a ſaccheg-
„ giare le ricchezze di quella deli-
„ cioſa Città, eſſi ſoli, poichè non
„ trovorono più contraſti, i Gotti,
„ ſi ricoverarono alla Piazza, al lo-
„ ro Generale Beliſſario, onde per
„ Cavalieri veri ne furono lodati di-
„ cendo eſſo Libro ſettimo

Leggiadri Cavalier, che ſete albergo
D' ogni rara virtù d' ogni coſtume
Pietoſo, e Santo, che ſi trovi al Mondo,
Non vi ſia grave andar per la Cittade
Et ajutar i miſeri Innocenti,
Che ſon mandati indegnamente a morte:

 Ove

„ Ove ſi vede, che come veri Cavalie-
„ ri ſi erano moſtrati per lo ſprezzo
„ della preda, così dal giudicioſo
„ Capitano furono eletti ad opera
„ Cavalleresca, cioè a proibire le
„ rapine, et le occiſioni dei diſarma-
„ ti, ch'erano lecite a' Soldati, ma
„ non a' Soldati Cavalieri, e però
„ eſſi in quel ſacco non guadagno-
„ rono, ma reſtorono ricchi d'ono-
„ re di gloria. Così deve fare un
„ Cavaliero, che Soldato ſia, pre-
„ mendo aſſai più nell' eſſere, che
„ nel parere (come altrove ſi è det-
„ to) et fuggendo ogni crudeltà,
„ come propria d' animi baſſi, et
„ aggradiſca la pietà, moſtrandoſi
„ ſempre miſericordioſo, e pieghe-
„ vole a perdonare.
„ Seguiria, che de' Cavalieri ſegnati di
„ Croce ſi trattaſſe, che doppia-
„ mente Cavalieri ſono, et per pro-
„ feſſione commune agli altri, et per
„ la particolar profeſſione dell' Abi-
„ to. Ma perchè nella Cavalleria
„ convengono, hanno ancora nel de-
„ bito commune conformità. Ma
„ maggior debito loro s' aggiunge,
„ eſſendo tenuti alle Regole, & ſta-
„ bilimenti loro. Et ſiccome il de-
„ bito ordinario del Cavaliero all'
„ honore, & all' attioni honorate
„ ci obliga, così il debito della Re-
„ ligione, congiungendo con la Fe-
„ de, la Speranza, & la Carità l'
„ Opere Criſtiane, à Dio honorata-
„ mente ci conduce, accioche non
„ ſolo, & Cavalieri, & nel mondo
„ honorati ſiamo, mà con l' honor
„ Criſtiano procedendo in queſta vi-
„ ta, ſiamo veramente honorati in
„ Cielo, e ſiccome le Virtù morali
„ ſono indirizzate alle heroice, co-
„ me più perfette, così il debito,
„ & le doti dei Cavalieri ordinarii
„ a più perfetto grado, quale è quel-
„ lo delle Croci, riſguarda, come
„ a più eccellente termine, e ſtato
„ di Vita. Perciò prima che ſi
„ dia la Croce, ſi dà il grado di
„ Cavalleria, per moſtrare che que-
„ ſto ſerve alla Religione. Fra qua-
„ li Religioni, come quella che ti
„ ſei eletto di San Giovanni Giero-
„ ſolimitano per antichità è la prima,
„ che con opere heroiche abbia
„ mantenuto lo ſplendore de' ſuoi
„ primi Padri, così è di ſtabilimenti
„ tali ripiena, che in eſſa affatican-
„ doti, come ſei tenuto, e le leggi
„ ſue ſervando, non dei dubitar
„ punto di quanto ti promettono.
„ Frà tanto conſerverai queſti miei
„ pochi ricordi, & tornandoti ſpeſ-
„ ſo a memoria ciò, che in queſto
„ Trattato è ſtato, come coſa ſopra
„ l'altre neceſſaria molte volte, &
„ accennato & detto. Et hor per con-
„ chiuſione, come la più importan-
„ te ſi replica, che il fine, & il de-
„ bito della Filoſofia morale, cioè
„ de' coſtumi, della quale queſta è
„ una parte, non in ſapere ſolamen-
„ te conſiſte, ma nel porre in ope-
„ ra, ciò che s' ha imparato. Affa-
„ ticati dunque nell' operare intorno
„ al debito di Cavaliero, ſe brami
„ d' acquiſtare il pregio di Cavalie-
„ ro honorato; il che Dio ti con-
„ ceda.

Hucuſque de omnibus Equitum ſpeciebus in decem his Diſcurſibus actum eſt. Ut autem Equeſtris hæc materia in omni ſui parte tangatur, cogimur hìc duo ſubiungere. Primo, quod quandoque rationabiles cauſæ impellunt Equitem ad Gradum Equitis ſponte dimittendum, ut quando
116. Eques addictus ſervitio alicujus Principis vult ſe transferre ad ſervitium alterius Principis, vel ex impulſu Religionis, & perfectioris vitæ

Mundo

Mundo renuncians ad Clauſtralem Profeſſionem tranſire cupit: in his enim caſibus praxis eſt, quod ille Eques congruentibus modis, debitaque cum reverentia Torques, & Inſignia Equeſtria remittit Principi, qui eundem inſigniverat, ut pluribus adductis exemplis ſcribit laudatus *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Lib. 2. Diſſert. 7. Art. 4. De la Renunciation. à la Chevalerie pag. 438. juxta impreſſ. Pariſien. præallegatam.*

Secundo dicimus, quod ob humanarum rerum viciſſitudines, & malitiam, ita exigentibus criminibus turpiter patratis ab Equitibus, Equites damnantur ad mortem, ſed antequam ſupplicio tradantur crimi-
117. noſi Equites, ad inſtar Degradationis illius, quam Sacri Canones præſcripſere Eccleſiaſticis, qui in crimina ruerunt, Equites degradantur mediante ignominioſa expoliatione Equeſtrium Inſignium, quibus ſe indignos reddidere. Hinc Torque, Cingulo, Enſe, Habitu expoliantur, et ſic Equeſtri Gradu, & Dignitate denudati ſupplicio traduntur: hujuſmodique Ritus refert cum ſuis exemplis *d. Pater Honoratus à S. Maria ubi ſupra Art.* 3. & antecedenter *Art.* 1., & *Art.* 2. ubi plura exponit circa Degradationem Equeſtrem tam antiquo Romanorum tempore, quam attentis Statutis variorum Ordinum, veluti Aurei Velleris, Sancti Michaelis, Sanctæ Magdalenæ, Sancti Ludovici, Sancti Spiritus, & Ordinis Melitenſis, & *d. Cap.* 2. §. 4. de Degradatione Equitum in Anglia. De Degradatione Equitum Romanorum prius pariter idem *Pater Honoratus* egit *Lib.* 1. *Diſſert.* 3. *Art.* 5.

Nos autem de his plura ſcripſimus in noſtro ſecundo Volumine, ubi varia Ordinum Statuta perpendimus.

De Re Equeſtri, Sacriſque Militaribus Equeſtribus Ordinibus generice materiam decem Diſcurſibus abſolvere, in neceſſariis curavimus. Modo Opus in particulari, ac in ſpecie progrediamur, neceſſe eſt, ac ſuper quolibet Ordine, ſeu Religione, vel
118. Cœtu Alphabetica methodo Diſcurſus exponamus. Ingens ſane argumentum aggredimur: Ampla ex Documentorum latitudine colligenda ſeges eſt, varii antiquitatum exhavriendi Theſauri, ac Mare magnum navigandum ingredimur, in quo ſcopuli occurrunt, ob veteriorum, & neothericorum Scriptorum obſcuras pugnanteſque narrationes.

In hoc quippe noſtro Volumine, non ſolum eos Equeſtres, & Militares Ordines, Societates, & Cœtus recenſemus, qui ex profeſſo enumerantur
119. in Voluminibus, *Patris Andreæ Mendo, e Societate Jeſu de Ordinib. Militaribus Diſq.* 1. *à Quæſt.* 2. *cum §§. ſequentibus a pag.* 4 *cum ſeqq. juxta impreſſ. Lugduni Typis Horatii Boiſſat, & Georgii Remeus* 1668. *Abb. Bernardi Juſtiniani -- Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari ec. Tom.* 1., & 2. *impreſſ. Venetiis Typis Combi, & Là Noù* 1692. *Patris Philippi Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtrium impreſſ. Romæ Typis Plachi* 1711. *Collectoris Galli in quatuor Voluminibus* ſub *Titulo -- Hiſtoire des Ordres Militaires, ou Des Chevaliers, impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Bruneli* 1721. *Domini Hermant Hiſtor. Des Religions Tom.* 2. *impreſſ. Rothomagi Typis Beſogne* 1726. *Patris Honorati à Sancta Maria Carmelitæ Excalceati Diſſert. Hiſtoriques &c. ſur la Chevalerie &c. impreſſ. Pariſiis Typis Petri*

tri Franciſci Giffart 1718. *Laurentii Vigilii de Nicollis in Prax. Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *ſub Litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica ſub* §. *Notitia, & Series Ordinum Equeſtrium Militarium à pag.* 734. *cum ſeqq. juxta impreſſionem Salisburgi Typis Joannis Joſeph Mair* 1729. *Comitis Jo. Friderici in Koden Sapieha in ſuo Corollario Omn. Ordin. impreſſ. in calce Tractatus ejuſdem Auctoris de Ordine Aquilæ Albę in Regno Poloniæ Typis Adami Cholini* 1730. *à pag.* 221. *cum ſeqq.* Ac poſtremo *Patris Joſeph Franciſci Fontanę Mediolanenſis Congregationis Matris Dei, in Hiſtoria Omnium Ordinum &c. Militarium, ex Gallica Lingua in Idioma Italicum tranſlata, &* 8. *Tomis comprehenſa Lucæ impreſſis ſub Annis* 1737., *& ſeqq. Typis Salani.*

Sed & præterea cœteri Cœtus, & Ordines, quos prædicti Scriptores non referunt, licet Ordines antiqui ſint, vel demum ex poſt editi, cuncti a Nobis referuntur, & de omnibus fit ſermo. Non ſine idcirco labore, ac ſudoribus negotium perfici poteſt.

Iterum, iterumque ergo cœleſte implo, ramus præſidium, & expoſcimus opem, ut clementiſſimus Deus, inter-
120. cedentibus Sanctiſſima Virgine Maria ab Igne, cęteriſque Divis Protectoribus noſtris, Ingenii Corporiſque noſtri vires ſervare ea miſeratione dignetur, qua hucuſque continvata benignitate, tam conſtanti valetudine, firmoque robore ſervare dignatus eſt. Ad Dei enim Optimi Maximi Gloriam, nulla, ingenue teſtamur, hactenus Senectutis ſentimus, aut ſenſimus incommoda, vel onera.

Orti ſiquidem ſumus die 30. Januarii
121. Anno 1673., impoſitis in Sacro Baptiſmali Nobis Fonte, Thomæ, Aloyſii, Sylvii nominibus, de quibus videre eſt apud bo. me. *Marcum Antonium Paulutium Diſſert. Legal. Tom.* 3. *Diſſert.* 110. *Art.* 1. *n.* 110. Anno autem 1714. de Menſe Novembris, cum æternę in ęvum memorię Summus Pontifex Clemens XI., Nos in Epiſcopum hujus noſtræ Patriæ elegiſſet, & noſtræ Epiſcopalis Conſecrationis munus peregiſſet clar. me.
122. Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Fabritius Paulutius die 25. Novembris dicti Anni 1714., ac idem Sanctiſſimus Clemens XI. die 6. Januarii immediate ſequentis 1715. inter Epiſcopos Solio Pontificio Aſſiſtentes cooptaſſet, ut ſupra retulimus in *Primo noſtro Diſcurſu ſub n.* 67. Hìc repetimus, quod nuper in publica noſtra Allocutione, quam habuimus in noſtra quarta Synodo Diocœſana in Cathedrali celebrata, die octava præſentis Menſis Junii currenti Anno 1750., ibi palam diximus, quod dilectiſſimæ Patrię hujus noſtrę ex ipſa die, qua Paſtorale Sacrumque regendæ munus accepimus, *Septima jam pluſquam quinquennis Olympias acta eſt.*

Dei igitur ſuperno munere, & bene-
123. ficio temporis omnium hujus Provinciæ Romandiolæ Epiſcoporum non ſolum ipſa ætate, à vitæ exordio computatis annis, perpenſa, ſed ipſa etiam menſione ſervata temporis, quo Epiſcopalis Dignitas ſuſcepta fuit, Decani Gradum tenemus. Faſque Nobis ſit hìc ſubdere omnium Epiſcoporum Solio Pontificio Aſſiſtentium Subdecanum eſſe, quorum Epiſcoporum Decanus emeritus eſt Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Camillus Marazani Patricius Placentinus Placentiæ natus 12. Decembris 1680. creatus Epiſcopus Parmenſis 9. Maii 1711., & 29. Junii d. Anni

1711.

1711. creatus Epiſcopus Solio Pontificio Aſſiſtens Antiſtes laudatiſſimus.

Quin imo in qualibet ejuſdem Provinciæ Romandiolę Epiſcopali Sede, ſive per obitum, ſive per renunciationem, pluries renovatos Antiſtites aſpeximus.

In Archiepiſcopali Ravennæ Sede præclariſsimos vidimus Archiepiſcopos bo. bo. me. mem. Ferettum, & Criſpum, qui Archiepiſcopatui renunciavit, & poſtmodum à Sanctiſsimo Domino Noſtro Benedicto XIV. promotus fuit ad Archiepiſcopatum Ferrariæ ejus Patriæ, ubi in Domino obiit.

Succeſsit autem in Archiepiſcopatu Ravennatenſi bon. mem. Mapheus Farſettus Patricius Venetus, qui Sponſę ſuæ Ravennatenſis Eccleſię æſtuans amore, Decus, & Ornamentum zelans, ære proprio, liberali manu, novæ Fabricę Metropolitanæ Eccleſiæ conſtruendæ Opus à fundamentis excitavit, & extulit magnifice: cunctis vero ob hoc perennem nominis ſui Gloriam collaudantibus, ac ominantibus religioſiſsime Davidica verba Pſalmi 113. reſpondebat: *Non Nobis Domine, non Nobis, ſed nomini Tuo da Gloriam*. Dumque Sacro Ædificio, Colophonem, ut dicitur addere, & ſummam Operi manum imponere ſtatuerat, in morbum incidit dignus Antiſtes, & ſucceſsive obdormivit in Domino Anno 1741.

Vidimus ejuſdem Archiepiſcopatus Ravennatenſis in Adminiſtratorem à Ss. Domino noſtro Benedicto XIV. ſtatutum fuiſſe Illuſtriſsimum, & Reverendiſsimum Dominum D. Ferdinandum Romualdum Guiccioli Patricium Ravennatenſem, Ordinis Camaldulenſis, & Ravennę natum 28. Decembris Anno 1686. creatum Epiſcopum Licopolis in Partibus, 19. Martii 1741. & deinde 5. Aprilis 1745. translatum ad d. Archiepiſcopatum Ravennæ ejus Patrię, plaudentibus Ravennatibus, & die 28. Junij d. Anno 1745. inter Epiſcopos Solio Pontificio Aſsiſtentes, adſcriptum. Hic ſcientia præditus, & prudentia Metropolim ſuam gubernat, & regit, Metropolitanæ Fabricę coronidem munifice impoſuit, jamque in ea Miſſæ celebrantur, & Eccleſiaſticæ functiones decoroſe peraguntur, & Anno 1749. habita fuit Dioceſana Synodus.

In Adriæ Epiſcopali Sede vidimus Pręſulem præter Vairan, ejuſque Anteceſ-
125. ſorem Tortum Nobilionem, Soffietum, Petrum Mariam Suarez Venetum Romæ natum 4. Novembris 1690. omnes Præſules clariſsimos, qui poſtremus nuper obiit, & de præſenti ſuffectum ei videmus Illuſtriſſimum, & Reverendiſsimum Dominum Canonicum Ferro Paduanum Virum eruditum.

In Ariminenſi Epiſcopali Sede poſt clar. me. Eminentiſſimum S. R. E. Cardinalem A Via, bo. mem. Renatum Mazza Neapolitanum, 4. Novembris 1691., creatum Epiſcopum de Menſe
126. Decembris 1726. defunctum Anno 1745. Et de præſenti ſedentem videmus Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Alexandrum Guiccioli Patricium Ravennatenſem, natum Ravennę 30. Januarii 1680., creatum à Ss. Domino noſtro Bened. XIV. Epiſcopum 21. Junii 1745., & creatum etiam Epiſcopum Solio Pontificio Aſſiſtentem 28. Junii dicto Anno 1745. quem Sanguis, Literarum Scientia, & Epiſcopalis Dignitas, pręlaudati Domini Archiepiſcopi Ravennatenſis vere faciunt eſſe Germanum.

127. In Sede Epiſcopali Britinorienſi vidimus Religioſiſsimum Antiſtitem

bo,

bo. mem. Joannem Baptiſtam Miſsirolium, Patricium Britinorienſem Britinorii natum die octava Januarii Anno 1657., qui Literarum Studiis Ravennæ, & Forolivii operam dedit; Romæ autem, ne quid ad animi culturam ſibi deeſſet, Juris utriuſque Lauream obtinuit, ac poſt varia Eccleſiaſtica munera exercita in Britinorienſi Patria, in ea à ſa. me. Clemente XI. ejuſdem Civitatis Britinorien. creatus fuit Epiſcopus Anno 1701. Epiſcopalia munia egregie complevit, & tandem annis, & meritis plenus in odorem ſuavitatis diem ſuum clauſit extremum, die 26. Januarii Anno 1734. de cujus geſtis mentionem facit *Dominus Romualdus Maria Magnani Sacerdos Faventinus in ſuo ſatis erudito Volumine -- Vite de' Santi, Beati, Venerabili ec. della Città di Faenza, impreſſo Faventiæ Typis Archi* 1741 *à pag.* 403.

Subinde vidimus Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Præſulem Cajetanum Calvani natum in Terra Maſſæ Diœceſis Piſcien. 29. Octobris 1689. à ſa. me. Clemente XII. creatum Epiſcopum Britinorienſem 24. Martii 1734. Hic Epiſcopatui renunciavit Anno 1747. At continve Præſul idem Scientiarum Studiis, etiam modo indefeſſus incumbit.

De præſenti videmus eidem in Britinorienſi Sede ſucceſſiſſe Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Fran· ſcum Mariam ex Comitibus Columbanis, Patricium Forolivienſem Forolivii natum 3. Julii 1717. hujus noſtri Capituli Ex-Canonicum, à Sanctiſſimo Domino noſtro Benedicto XIV. inter Cubicularios Honoris collocatum, deinde Britinorii creatum Epiſcopum 20. Novembris 1747., & ſic in ipſo flore Juventæ Infula redimitum, nuncque ſuper Gregem ſuum vigilanti zelo nemini ſecundum.

In Cervienſi Epiſcopali Sede vidimus bo. me. Præſulem Camillum Spretum Patricium Ravennatenſem, modoque
128. aſpicimus Illuſtriſsimum, & Reverendiſsimum Dominum Fratrem Gaſparem Pizzolantem Ordinis Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, natum in loco Leucate Diœceſis Girgenti 14. Februarii 1674. Ex-Generalem ſui Ordinis, creatum Epiſcopum à ſa. me. Benedicto XIII. 25. Junii 1727. in tuendis Epiſcopatus ſui Juribus invicti roboris Præſulem.

129. In Epiſcopali Sede Cæſenatenſi primum vidimus bo. me. Antiſtites Joannem ex Comitibus Fontana Mutilianenſem, ex Renunciatione clar. me. Cardinal Denhoff Anno 1697. obiit piiſsime die 2. Martii 1716.

Marcum Battaglinum Ariminenſem, poſt Nucerinam Eccleſiam in Umbria per Annos 25. optime gubernatam ad Cæſenatenſem translatum: deceſsit Menſe Septembris 1717.

Franciſcum Xaverium ex Nobili Progenie de Guicciardis in Rethia ab Epiſcopatu Narnienſi Anno 1718. translatum ad Cæſenatenſem: obiit die 28. Januarii 1725.

Jo. Baptiſtam ex Comitibus Urſis Patricium Forolivienſem, & attenta ejuſdem bo. me. Jo. Baptiſtæ Renunciatione Anno 1734., nunc videmus Illuſtriſsimum, & Reverendiſsimum Dominum Guidonem, ex Comitibus Urſellis Patricium Forolivienſem natum Forolivii 1. Septembris 1685., jam Archidiaconum hujus Cathedralis Eccleſiæ, creatum Epiſcopum à ſa. me. Clemente XII. die 17. Novembris 1734., & à Sanctiſsimo Domino Noſtro Benedicto XIV. cooptatum inter Epiſcopos Solio Pontificio Aſsiſtentes die 6. Martii 1746. Qui revera, quemadmodum antecedenter

publica

publica, ſumma laude ſibi demandata munera exercuit, ita & in Paſtorali vigilantia emicat: & de quo mentionem fecimus in noſtro Diſcurſu *de Ordine à Cruce*, *Italice della Crociera*.

In Comaclenſi Sede Epiſcopali vidimus bo. me. Epiſcopum Franciſcum Bentini Patricium Faventinum creatum
130. Epiſcopum de Menſe Martii 1714. cui datus fuit Coadiutor bon. me. Frater Joannes Antonius Chevedo Minor Obſervans S. Franciſci, creatus Epiſcopus Eucarpiæ 3. Octobris 1729. & defuncto d. Bentino ſucceſſit in d. Epiſcopatu Comaclenſi; & demum eo mortuo, creatus fuit Comaclenſis Epiſcopus die 8. Martii Anno 1745. Illuſtriſſimus, & Reverendiſsimus Dominus Chriſtophorus Lugareſi natus in Terra Lugi, Imolenſis Diœceſis, Præſul ornatiſsimus.

In Epiſcopali Faventina Sede vidimus clar. me. Julium Piazza S. R. E. Cardinalem Patricium Forolivienſem, & natum die 13. Martii 1663., cujus Vitæ ſeriem compendiarie deſcribit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Do-
131. minus Eques Georgius Marcheſius, modo Aulæ Romanæ Prælatus in ſuo Volumine ſub Titulo -- *Vita Virorum Illuſtrium Forolivienſium Lib. 5. ſub cap. 5. à pag. 92. cum ſeqq., & in Append. pag. 451. juxta impreſs. Pauli Sylvæ* 1726. eoque Domino Cardinali Defuncto, creatum vidimus Faventiæ Epiſcopum bo. me. Thomam Cervionum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, & eo promoto ad Archiepiſcopatum Lucanum, tandem tranſlatum ad munus Sacriſtæ ſa. me. Clementis XII. In prædicto autem Faventiæ Epiſcopatu vidimus promotum bo. mem. D. Nicolaum Lomellinum Patricium Januenſem, ex Congregatione Somaſcorum à ſa. me. Benedicto XIII. 7. Februarii 1729., & poſt obitum ejuſdem videmus a Sanctiſſimo Domino noſtro Benedicto XIV. creatum Epiſcopum Faventinum 17. Decembris 1742. & die 23. Decembris inter Epiſcopos ſolio Pontificio Aſſiſtentes locatum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Antonium ex Comitibus Cantoni Patricium Faventinum, & Faventiæ natum die 7. Auguſti 1709. Præſul hic in Summi Pontificis Aula Cubicularius Honoris fulgebat, & Sacrorum Canonum peritiam oſtendit in ſua prima Synodo die 25. Menſis Iunii Anno 1748.

In Sede Imolenſi vidimus clar. me. Eminentiſſimum Joſeph Gozadinum S.R.E.
132. Cardinalem à ſa. me. Clemente XI. creatum Epiſcopum die 14. Februarii Anno 1710. iſtoque Defuncto, creatum fuiſſe Epiſcopum Imolæ die 12. Aprilis 1728. à ſa. mem. Benedicto XIII. clar. mem. Eminentiſſimum Joſeph Accoramboni S. R. E. Cardinalem in Scientiis clariſſimum, & præſtantiſſimum Cardinalem, qui Epiſcopatum renunciavit; & eidem in Imolenſi Sede ſucceſsit Illuſtriſsimus, & Reverendiſsimus Dominus Thomas Maria Marelli Patricius Taurinenſis, natus Taurini 2. Iulii 1673. creatus Archiepiſcopus Urbinaten. à ſa. mem. Clemente XI. de Menſe Novembris 1716., & creatus Epiſcopus Solio Pontificio Aſsiſtens 1. Januarii 1717. ab Archiepiſcopatu Urbinatenſi ad Eccleſiam Imolen. tranſlatus die 23. Februarii 1739., qui ſicut Urbinatenſem Eccleſiam ſpatio annorum 23. circiter egregie gubernavit, & rexit, ita pari methodo nunc Imolenſis Eccleſiæ regendæ munus perfecte gerit.

In Epiſcopatu Sarcinatenſi vidimus bo.
133. mem. Jo. Baptiſtam Braſchi Patricium

tricium Cęſenatenſem, & creatum Epiſcopum de Menſe Maii 1699. qui poſtmodum Epiſcopatum dimiſit, & creatus fuit Archiepiſcopus Niſibi, ac Subdatarius à ſan. mem. Benedicto XIII. Et Sarcinatenſis Epiſcopatus datus fuit in adminiſtrationem bon. me. Pichio Epiſcopo Civitatis Ducalis. Deinde creatum vidimus Epiſcopum Sarcinatenſem bon. mem. Joannem Bernardinum Vendeminii Patricium Cæſenatenſem, natum Cæſenæ 27. Aprilis 1679., & creatum Epiſcopum 11. Maii 1733., eoque defuncto videmus à SS: Domino noſtro creatum Epiſcopum die prima Novembris 1749. Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Jo. Paulum Calbetti, natum in Terra Civitellę, Nullius, Provinciæ Romandiolę die 11. Novembris 1691. Præſulem etiam in Forenſibus ſcientiis inſignem.

DE ORDINE
AB AGNO DEI
IN SUETIA
DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM
Patet ex Summario

SUMMARIUM.

1. *ENumerantur Ordines di Collana, & Crucis*, & n. 2.
3. *Alphabetico Ordine apponuntur Diſcurſus, ob cauſam fugiendi lites de præcedentia, & ob faciliorem modum percurrendi Volumen.*
4. *Ab Agno Dei Ordo, vel Cętus Equitum primo loco ponitur.*
5. *In Hiſtoria omnium Ordinum impreſſa Amſtelodami, nulla fit mentio de Origine hujus Ordinis, neque de habitu Equitum.*
6. *Reges, & Principes ex variis cauſis creant Equites, & Ordines Equeſtres, & etiam tempore eorum coronationis.*
7. *Ab Agno Dei Equitum Cœtus inſtitutus fuit a Joanne III. Rege Suetiæ anno 1564.*
Notatur æquivocum impreſſoris penes Patrem Bonanni, qui cum in columna Narrationis italico ſermone expreſſerit verum Inſtitutorem fuiſſe Joannem Regem Suetiæ, poſtmodum in columna latinę Narrationis poſuit Joannem Regem Scotiæ Inſtitutorem fuiſſe Ordinis.
8. *Torques Equitum deſcribitur*, & n. 9.
9. *Pater Helyot è Societate Jeſu eſt Auctor Hiſtorię gallico idiomate ſcriptæ, quam in linguam Italicam tranſtulit* Pater Joſeph Franciſcus Fontana.
10. *Torquis Figura apud quos Auctores exiſtat.*
11. *Torques cum Figura Agni Dei tribuit nomen Equitum Cœtui.*
12. *Figura Equitis cum veſte bellica, & dicta Torque apud quos habeatur*, & n. 10.
13. *Hic Ordo Equitum amplius non exiſtit.*
14. *Adducitur Catalogus Regum Suetiæ.*

DISCURSUS XI.
DE ORDINE
AB AGNO DEI.

PRęcedentibus de Re Equeſtri decem Diſcurſibus exaratis, & continuando numerum, iam in hoc XI. Diſcurſu ad nomenclaturam venimus Diſcurſuum particularium omnium Equeſtrium Militarium Ordinum; ſuper quolibet enim ſinguloque Ordine, Religione, Cœtu, vel Sodalitate, nulla Claſſium diſtinctione habita, an con-

continеant Equites ſimpliciter armatos, ac Baltheatos, an Cruce ſignatos, an Torquatos utriuſque ſexus, & ut Nos dicimus di *Collana*, qui cum Torquis traditione à Supremis Principibus creantur, & non immerito præ ceteris nobilem locum tenent, teſte *Franciſco Sanſovino in Libello Della Origine de' Cavalieri lib.* 2. *pag.* 16., *& ſeqq.*, *& lib.* 2. *pag.* 28. *&* 46., *& ſeqq.* juxta impreſſionem Venetam *Hæredum de Marchio Seſſa anno* 1570., ubi ſervato tempore, earundem inſtitutiones enumerat, & pręcipuas Torques; illam ſcilicet della *Gartiera* in Anglia, Sanctiſſimę Annunciationis in Sabaudia, Bindę in Hiſpania, Tabulæ Rotundæ in d. Anglia, Velleris Aurei in d Hiſpania, Sancti Michaelis in Gallia: quorum Ordinum Stemmata delineata, cum relatione Statutorum tradit *d. Sanſovinus lib.* 3. *à pag.* 47., *uſque ad* 111.

Nec conſideramus, an agatur de Ordinibus Equitum Cruce Signatorum, qui Militiam Eccleſiaſticam, & Equites Religionis, & Eccleſię componunt, ut inquit *d. Sanſovinus d. pag.* 16. enumerans has Religiones Militares, ſicut Melitenſium, Templariorum jam abolitorum, Teutoni-
2. corum, Sancti Jacobi de Spata, Calatravæ, Alcantaræ, Sanctæ Mariæ Redemptionis, Monteſiæ, Sancti Sepulchri, Matris Domini Jeſu Chriſti, Sancti Lazari, Sancti Stephani Papæ, & Martyris, cum aliis plurimis, quæ addi poſſent. Neque diſtinguimus, an ſint Equites Calcaris Aurei tertium Ordinem conſtituentes, ut proſequitur *d. Sanſovinus ubi ſupra*.

Nulla omnino diſtinctione habita, nulla Ordinis, vel Cœtus, vel eorum fundationis temporis conſideratione
3. perpenſa, ſeu qualitate Perſonarum, in texendo Diſcurſuum Catalogo ſimpliciter ſequemur Ordinem Alphabeticum, ob rationes in præcedentibus Diſcurſibus enumeratas; ſcilicet, ut de pręcedentia contentiones evitentur, & facilius Lector valeat invenire quod deſiderat. Quamobrem primo loco ponimus Cœtum Equitum
4. *Ab Agno Dei* nuncupatum, *ob Agni Dei* figuram, quam in Torque pendentem deferebant, ut infra deſcribemus.

Sane quamvis hic Equitum Cœtus non admodum vetuſtus ſit, & de eo extare facile poſſent Monumenta, nihilo tamen minus de illo pauci ſunt, qui ſcripſerint Auctores, & hi pauca. Hinc in Hiſtoria omnium Ordinum Militarium lingua gallica Anno 1699. Amſtelodami impreſſa *ſub*
5. *n.* 104. refertur hic Ordo, ſed nil dicitur de illius Origine, nilve de peculiari horum Equitum Habitu, ut notat etiam *Pater Philippus Bonanni in Catalogo n.* 1. Ex paucis igitur Scriptoribus, non niſi pauca colligere potuimus, quæ infra recenſebimus, & pro hujuſmodi diſcurſus, ac cæterorum dilucidatione, hic non incongrue repetimus, omni tempore Imperatores, Reges, Principes, variis ex cauſis, Viros Nobiles, & bene de ipſis meritos, Equeſtri dignitate
6. graduque decorare conſueviſſe, ipſoſque Equeſtres Ordines inſtituere, ut diximus in diſcurſu de Equitibus armatis. Potiſſime hæc geſta ſunt occaſione felicis inaugurationis eorum ad Thronum: Hanc ob cauſam inſtitutum fuiſſe hunc Ordinem memoriæ proditum eſt. Joannes III. ſiquidem cognomento Magnus, vel Bonus Suetiæ Rex in ſolemni Coronationis ſuę die decima Julii Anno 1564. Upſaliæ plurimos Aulæ ſuæ

Proceres de ipſo optime meritos Nobili Torque decoravit, quemadmodum inquit *d. Pater Bonanni d. n.* 1. qui columna narrationis Lingua Italica inquit, Joannem Regem Suetiæ, ſed erronee columna latino ſermone inquit, Joannem Scotorum Regem, cum quo errore, quod d. Joannes fuerit Rex Scotorum, ſcribit *Laurentius Vigilius de Nicollis*, *in ſuo Volumine Praxis Canonicæ*, *ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *litt. S. de ſum. Trinit.*, *& Fide Catholica: Notitia*, *& Series Ordin. Equeſt. n.* 1. *pag.* 734. *Typis Joannis Joſephi Mayr Salisburgi* 1729. Re enim vera Joannes fuit Rex Suetiæ, & ita referunt *Hiſtoria Ordin. Monaſticorum*, *& Militarium Gallice ſcripta*, *& in Italicam linguam translata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei Tom.* 8 *cap.* 43. *pag.* 308. *juxta impreſſionem Lucæ Typis Joſephi Salani*, *& Vincentii Giuntini* 1739. *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha*, *Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ*, *in ſuo Corollario Alphabetico Omnium Ordinum*, *in verbo Agni Dei in Suetia*, *quod eſt impreſſ. poſt Tract. ejuſdem Auctoris*, *ſub titulo Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. in Regno Poloniæ Ordinis Aquilæ Albę pag.* 221. *Collector Gallus Tom. IV. Hiſtoire des Ordres Militaires &c.* §. 95. *Les Chevaliers de Agneau di Dieu En Suede pag.* 151. juxta impreſſ. *Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721., ubi quod Equites tunc creati fuere Henricus Guſtavus Baneer, Pontus della Gardie Comes Paſſe, Stephanus Baneer, Joannes Slyke, Andreas de Fordao, eoſdemque enumerat *d. Pater Fontana d. pag.* 308. *& ſeq.*

Guſtavus Carloſon Odlerfelt de Ordinibus Equeſtribus, *Diſquiſitionis Sectio Poſterior de Ordinibus Equeſtribus Suetię Anno* 1696. ſic loquitur.

§. V.

Ordo Equitum ab Agno Dei.

„ DEnominationem ſuam ſortitus
„ eſt hic Ordo ab inſigni, quod
„ Equites hos ab aliis diſtinguit. Eſt
„ autem hic alter ille, nam primus
„ fuit Salvatoris Ordo, de quo huc
„ uſque nihil fere certi novimus.
„ Latuit, & Nomen, & Torquis,
„ quare hos acceptos referamus
„ merito Clariſſ. Dn. Brenner: Ille
„ enim utroſque reſtituit, ac in lu-
„ cem produxit primus. Sed ut de
„ Inſtituto hoc pauca exponam,
„ ſciendum eſt Joannem III. Suetiæ
„ primum dediſſe his Equitibus or-
„ tum. Movebat vero illum ma-
„ xime ſpectata ſuorum Virtus. Oc-
8. „ caſione proinde accepta Anno vi-
„ delicet 1565. die 10. Julii (*Claud*
„ *Ernhielm Vit. Pont. De la Gardie*)
„ cum Upſaliæ celebraretur ejus
„ Coronatio magno ſumptu, præter
„ Comites Baroneſque, quos creavit,
„ etiam ſequentes fecit Equites Au-
„ ratos Ericum Gaſtari, Gaſtarum
„ Banar, Pontum de la gardie, Ca-
„ nutum Peſſe, Stenonem Baner, Jo-
„ annem Pyhle, & Andream Foor-
„ dane.
„ Hos ergo omnes, quo magis ab aliis
„ diſtinguerentur Equitibus, aureo,
„ pretioſoque donavit Torque. Pre-
„ fert nunc ipſum Nummus ille ar-
„ genteus, quem cudi fecit Rex, cu-
„ jus alterum latus Imaginem refert
„ Regis hac inſcriptione: Joannes
„ III. D. G. Goth Vand Rex.
„ In altera vero parte Inſignia Regni
Svetię,

„ Suetiæ, quæ cinguntur ab Ordinis „ hujus Collari, Litteriſque I. R. „ cum Symbolo .. *Deus Protector noſter* expreſſa ſunt, & quoad „ Torquem attinet, & qui ejus fun- „ dus eſt, unde *Agnus Dei*, qui no- „ men Ordini dedit, pendet, perſo- „ na Servatoris noſtri Ovali quadam „ Lamella exhibetur: hanc ab utra- „ que parte in genibus poſiti tenent „ Angeli, quos Inſignia Illuſtriſſimæ „ Veterum Familiæ Capitibus Sera- „ phicis recta excipiunt. His proxi- „ ma ſunt coronata ſerta utrimque, „ vel Leone, vel Dracone ſtipata, „ quę ſubſequitur iterum Inſigne il- „ lud Vaſorum, & ſic deinceps. At „ una cum Fundatore ſuo extinctus „ eſt hic Ordo.

Torques autem conſtabat Coronis ex Lauro, & circulis, coronatis Regalibus Coronis, quos Leones Enſem anteriori pede dextro habentes, cum ſiniſtro retinebant. Ex altera circulorum coronatorum parte Urſi erecti aderant expanſi, qui ex uno latere pede dextro anteriori fulciebant ipſos circulos, & altero pede tangebant Alam Cherubim Columnæ ſuperimpoſitorum.

E dicta Torque Numiſma pendebat Imaginem Salvatoris, ut diximus, habens, à duobus Angelis hinc inde ſubſtentatum, à quo Numiſmate labarum pendebat *Agnus Dei* Paſchalis, ut pingi ſolet, cum inſcriptione *Protector Noſter*, ut teſtantur ſupradicti Scriptores, idemque *Pater Fontana pag.* 309. ubi ſubjungit, quod dictæ Coronæ in eadem Torque expreſſæ ſubſtinebantur à Leonibus & Lacertis.

Si autem ſcire cupis nomen Auctoris, qui ſępius allegatam Hiſtoriam Ordinum Monaſticorum &c. & Militarium Gallice ſcripſit, & quam in Italicum Idioma tranſtulit allegatus *Pater Fontana*, vide Epiſtolam, quam Operis Impreſſor pręfigit Tom. primo, & invenies Auctorem Gallum fuiſſe *R. P. Helyot*, *è Societate Jeſu*, qui revera optime de materia ſcripſit.

10. Figura hujus Torquis cum dicto Numiſmate, & Agno Dei graphice expreſſa habetur apud *Patrem Philippum Bonanni in ſuo Catalogo Ordinum Equeſtrium n.* 1., *&* *in ſecunda Parte prædicti ſui Catalogi continente omnia Inſignia Ordinum Equeſtrium n.* 1. *pag.* 143., *&* *apud Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires Tom.* 4. *in explicat. Teſſerarum Omnium Ordinum pag.* 406. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *d. Guſtavus Carloſon*, *ubi ſupra*.

11. Ob quam Torquem denominationem accepere Equites ab Agno Dei: *d. Bonannus d. n.* 1., & allegatus *de Nicollis pariter d. n.* 1.

12. Quemadmodum figuram Equitis armati, ſerica faſcia cincti, & brevi Clamyde ex humeris pendente ornati cum d. Torque exhibet *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 52. *d. Bonannus d. n.* 1. ubi quod Scriptores nihil loquuntur de Equitum Indumento. Cumque nec verbum faciant ſub qua militaret Regula, omnibuſque aliis Requiſitis ad Ordinem conſtituendum careant Equites hujuſmodi, potius dicendum hos Equites conſtituere merum Cœtum Equitum Nobilium Virorum, & geſtare ſimplex Stigma Honoris, ſolumque generice, & improprie vocari Ordinem, ad terminos diſtinctionum, quas adduximus in *Diſcurſu VII.*

13. Quod hic Cœtus Equitum jam ſit extinctus notat etiam *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario d. pag.* 222.

Cœte-

Cęterum ſi perduraret Ordo in Suetiæ
14. Regno, Catalogus Magnorum Magiſtrorum eſſet, ut ſequitur.

Sub exordio Diſcurſus diximus, quod ratione Regulæ Alphabeticę primo ponimus hic Ordinem ab *Agno Dei* in Regno Suetię: Cœterum in eodem Regno adſunt, vel fuerunt alii Ordines *Amarantæ*, *Sanctæ Birgittæ*, *Balthei Militaris*, *ſeu Enſium*, *Nominis Jeſu*, *ſeu Seraphinorum Salvatoris*, *de quibus agimus in ſua Sede*.

CATALOGUS

Magnorum Magiſtrorum hujus Ordinis *Agni Dei* idem eſt ac Catalogus Regum Suetiæ, apud quos, ſi durationem habuiſſet Ordo, reſideret etiam jus Magiſterii: circa autem ſeriem Regum Suetiæ videantur *Pater Antonius Foreſti Societatis Jeſu*, *in Mapamundo Hiſtorico Tom. 5. Par. Sec. agens* de Vitis Regum Suetiæ; Volumen, Storia profana compoſita ab Auctore Hiſtoriæ della Chieſa Tom. 6.

I. Anno 1564. Joannes III. Rex Inſtitutor mortuus 1591., vel 1568. Hinc notandum quod Anno 1578. in manibus Patris Antonii Poſſevini, e Societate Jeſu Mantuani, dictus Rex ſecrete Lutheranam Hæreſim abiuravit, ſed ſubſequente Anno cum idem Pater Poſſevinus rurſus ad Regnum Suetiæ miſſus fuerit cum facultatibus Nuncii Apoſtolici, atque ad d. Regnum Suetiæ perveniſſet, invenit Regem Joannem in Hęreſim relapſum abſque ſpe reditus ad catholicam veritatem, ut legitur apud *d. Patrem Fontanam Tom.* 4. *cap.* 4. *pag.* 41. *juxta impreſſ. Lucæ* 1730

II. 1592. Sigiſmundus Rex mortuus.

III. 1607. Carolus Rex.

IV. 1611. Guſtavus nuncupatus Magnus.

V. 1632. Chriſtina Regina, quæ generoſe Coronam renunciavit.

VI. 1654. Carolus Guſtavus d. Reginæ Chriſtinæ Conſobrinus.

VII. 1660. Carolus XI. Guſtavi Regis Filius.

VIII. 1697. Carolus XII. Filius.

IX. 1720. Fridericus I Langravius d' Haſſia Caſſel 28. Aprilis 1716. acclamatus Rex Suetiæ 4. Aprilis 1720. Videatur *l' Iſtoria Profana* compoſita ab Auctore, ſeu *Iſtoria della Chieſa*.

De cœtero, quatenus ſpectat ad præmiſſam denominationem hujus Ordinis *Ab Agno Dei*, deſumptam à Numiſmate, in quo Icon Agni aderat, quod Numiſma à Torque pendebat, dictus autem Agnus elatum ſuſtinet Vexillum cum Cruce, ad eruditionem ſubdimus, quod antiquitus Chriſtifideles Crucem pingebant, vel ſculpebant, & ad Crucis pedes Agnum in ſimbolum Chriſti Domini, qui fuit Agnus Innocens ductus ad Victimam; de quo more ſic ſculpendi, & pingendi Chriſtum ſub dicta Figura Agni vide *Macer. in Hierolexicon*, *ſive Sacro Dictionario in verbo Agnus Dei*, *in verbo Crux* §. *& quomodo*.

In dicto autem verbo Agnus Dei refert idem *Macer*, nonnullos aſſerere, alias prohibitum fuiſſe Chriſtum Dominum depingi ſub figura Agni, allegato Canone 82. Concilii Trullenſis. At omnibus reſpondit ibidem *Macer*, & materiam explanat. Addimus id quod de re hac ſcribit *Pater Ignatius Hyacinthus Amat de Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſtica variis Colloquiis digeſta*

geſta

geſta Tom. 3. Colloq. 4. pag. 141. juxta impreſ. Romæ Typis Franciſci Gonzagæ 1717. loquens de Synodo Trullenſi, explicanſque quid ſignificet *Trullus*, inquit, *Trullum* nil *aliud eſſe quam Imperialis Conſtantinopolitani Palatii Secretarium in altum porrectum, & ſuperne fornicatum, ideſt rotundum, & concameratum: Pagina vero* 154. in propoſito Synodi Trullenſis inquit -- *Similiter non eſt ex omni parte approbatus ab Eccleſia Sanctiſſima Romana dictus Canon* 82., *quo prohibetur, ne Chriſtus Salvator depingatur in Imagine Agni, ſed tantum permittitur, ut depingatur in Imagine Hominis, qua demum omnes ſunt adimpleta Scripturę.*

Notandum eſt etiam quod in Nomenclatura Ordinum Equeſtrium adeſt Ordo *Paſſionis Jeſu Chriſti*, quorum Equites in Teſſeram Militarem gerebant Crucem rubeam, quatuor digitis latam, auroque circumdatam, & externe exornatam faſciola rubra. In ejus autem centro ſupra nigrum Oloſericum Agnus aderat Crucem tenens in Vexillo, exprimens Divinam Paſſionem Divini Redemptoris noſtri, ut in noſtro Diſcurſu Ordinis *Paſſionis Dominicæ*.

DE ORDINE
DE ALBRAC
SEU AVBRAC

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM

Exponitur Hiſtoria veteris fundationis magni Hoſpitalis de *Albrac*, *ſeu Aubrac*, & quod in eo quinque genera Perſonarum morabantur, inter quæ Equites aderant ſua Cruce Octogona cœrulei coloris exornati, & recenſetur Status, quo de præſenti exiſtit d. Hoſpitale.

SUMMARIUM

Patet ex Argumento.

DISCURSUS XII.

DE ORDINE
DE ALBRAC
SEU AVBRAC

CUM in Equeſtrium Ordinum Nomenclatura de Ordine Equitum de *Albrac*, ſeu *Aubrac*, mentionem faciant Scribentes; Nos, ut rem explicemus, Hiſtoriæ Originem exponimus.

In Galliç Narbonenſis Guiennę, & Alverniæ Provinciarum finibus in Diœceſi Rutenenſi, vulgo, *Rodez* ſeptem ab ea leucis, tribuſque à cœteris diſtans Mons extollitur *Albrac*, ſeu *Aubrac* nuncupatus, adeo excelſus, ut ob ingentes Nives, denſaſque Nubes, quibus anni curriculo octo Menſium ſpatio horride obtegitur, & aſper, ut ſæpe inacceſſibilis ſit, Sylvis, Lacunis, & vaſtę ſolitudinis medio ſitus, unde in antiquo fundationis Documento, exprimitur *in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis*.

Cum autem Alardus, ſeu Adalardus Vice-Comes Flandriæ, devota e peregrinatione Sancti Jacobi de Galitia ad Patriam rediret, circa Annum 1120. in pręnominato Monte de *Albrac* in Graſſatorum, & Latronum manus incidit; dumque in vitę diſcrimine verſaretur, votum vovit Domino, ſi è manibus impiorum eriperetur incolumis, quod eodem in loco conſtrui faceret Hoſpitale pro Peregrinis, ac inſimul curaret, ut Graſſatores hujuſmodi Montem infeſtantes, ex eodem Monte expellerentur.

E La.

E Latronum manibus Divina Ope immunis evaſit Alardus, qui memor emiſſi per eum Voti, paulo poſt ſuper eodem Monte de *Albrac* circa Annum 1120. Hoſpitale erigi, & ædificari curavit, & fundari, una cum Eccleſia Sanctiſſimæ Virgini dicata, ſucceſſiveque Aragoniæ Rex, Comites Toloſæ Rutenorum, hoc eſt *Rhodes* Valentinenſis Cominge, & Armagnac Domini de Caviilac de Caſſelnau Roquelaura, & Eſteing: ac alii munifice ſucceſſivis temporibus ſubſidia præſtiterunt, ac reliquerunt, quibus idem Hoſpitale ingentia ſumpſit incrementa.

Porro in ipſa ſui erectione Hoſpitalis prædicti, variæ Hominum Claſſes, hoc eſt quinque ejuſdem Regimini addictæ fuerunt: aderant ſiquidem Sacerdotes Eccleſiæ inſervientes, & pro Sacramentorum adminiſtratione Pauperibus. Fratres Clerici, & Laici aderant pro ſervitio Hoſpitalis; Oblati pro cura ejuſdem Hoſpitalis, & Prædiorum ad idem Hoſpitale ſpectantium. Aderant Equites ſtatuti pro directione Peregrinorum, & ad defenſam contra Graſſatores, & Latrones; Multæ demum Nobiles aderant Mulieres, quæ in Hoſpitali pariter morabantur, pluribus cum Famulis pro ſervitio Pauperum, quippe quæ Pauperum Peregrinorum pedes lavabant, veſtes mundabant, & lectos parabant.

Araldus itaque, qui ſe totum Pauperum ſervitiis dicaverat, Primus fuit Hoſpitalis hujuſmodi Superior, ſive Magiſter. Hic Hoſpitalariis vivendi Regulas præſcripſit, eoſdem ad Obedientiam Magiſtri obſtringentes, ad caſte vivendum, & in Paupertate, Diviniſque Officiis de die, & de nocte incumbendum, & ad Pauperum curam fovendum.

Regulæ præfatæ omni, vel Sedis Apoſtolicæ, vel Epiſcopi deſtitutæ erant confirmatione. Sed Anno 1162 ad Fratrum, & Sororum inſtantiam fixam præſcripſit Regulam Petrus II. qui fuit 22. Epiſcopus Rutenenſis, hoc eſt *Rhoden.* Hic in ſcriptis reduxit Statuta, in parte deſumpta ex Regula S. Auguſtini, quibus cavetur, ut in communi vivant, ſilentium in locis, & temporibus aſſignatis obſervent, aſſiſtentiam Pauperibus præſtent et infirmis, cælibem Vitam ducant, Superiori obediant, nihil in particulari poſſideant; Et quod pro Mulieribus Habitatio peculiaris exiſteret, & ut dicitur *Un' Appartamento ſeparato.*

Pœna vero contra Inobedientes ea fuit impoſita, ut convictus de Inobedientia, de Impuritate, aut quod poſſederit perſonaliter Bona, ſpatio quadraginta dierum extra Eccleſiam moretur, tuncque temporis ad Menſam non ſedeat cum Fratribus, ſed in Terra comedat, ſine mantili: Feria quarta, & ſexta, in Pane, & Aqua jejunet: inſuper non debebat comedere carnem in diebus Dominicis, neque decumbere ſuper pannis, & linteis, niſi ſuper hoc fuerit à Magiſtro diſpenſatus.

Eadem Pœnitentia plectebantur illi, qui aliquem ex Fratribus percuſſiſſent, aliaque pœnitentia plectebatur ille, qui injuriaſſet unum ex Fratribus: Pœnitentia pariter trium, aut ſeptem dierum puniebantur illi, qui inter ſe contendebant, vel de aliquo murmurabant.

Hoſpitalarii pretioſis veſtibus induti non poterant incedere, ſed veſtimentum eſſe debebat ex lana alba, aut ſubobſcura, aut nigra.

A carne, omnique alio cibo craſſo omnibus diebus Mercurii, & Veneris, diebus autem Sabbathi, omnibuſque

que ſextis Feriis jejunare debebant, niſi dicti dies in aliquem diem feſtum ſolemnem incidiſſent, vel octavam; Carnem non comedebant à Septuageſima, uſque ad Paſcha, & à Dominica prima Adventus, uſque ad Nativitatem: Fratres autem Laici, & Sorores tenebantur recitare triginta Orationes Dominicales, hoc eſt *Pater Noſter*, loco Matutini, & aliarum Horarum.

Subinde ſa. mem. Alex. III. confirmavit Regulam, imo dum in Monte Peſulano morabatur, voluit & ipſe huic Hoſpitali adſcribi, pluresque eidem Hoſpitali Indulgentias indulſit.

Hanc eandem Regulam confirmavit Lucius III. Anno 1181., Innocentius III. 1216., Honorius III. 1226. Innocentius IV. 1246., Clemens IV. 1262., Nicolaus IV. 1289., in quibus exprimitur vivere ſub Regula Sancti Auguſtini.

Hactenus recenſitas Hiſtoricas Narrationes ex Auctoribus tranſcripſimus, & ſignanter ex *Hiſtoria Ordinum Monaſticorum &c. Militarium &c. ex Gallica Lingua in noſtrum Italicum Idioma translata à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſi Congregationis Matris Dei Tom.* 3. *cap.* 19. *à pag.* 185. *juxta impreſſ. Lucæ Typis Joſeph Salani, & Vincentii Giuntini* 1738, *ex Domino Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 1. *cap.* 24. *a pag.* 394. *juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne* 1726.

Aderant alia Hoſpitalia ab hoc Hoſpitali *De Albrac* dependentia, ad ea, quæ habentur apud allegatum *Patrem Fontanam pag.* 189.

Teſſera hujus Ordinis eſt Crux Octogona, coloris cærulei *d. Pater Fontana pag.* 191., cujus formam tradit *d. Hermant* in principio *d. cap.* 24. *pag.* 394. Illamque Equites geſtabant ſuper Veſtem à parte ſiniſtra *d. Pater Fontana pag.* 191.

Hoſpitalariorum Habitus in Choro Cuculla erat nigra, longas amplaſque habens manicas, in qua è parte ſiniſtra dicta Crux aderat, ut proſequitur laudatus *Pater Fontana antedicta pag.* 191.

Sub obtentu quod d. Hoſpitale *De Albrach* nulli Ordini eſſet ſubiectum, aut fixę regulæ alligatum, de Anno 1297. Equites Sacrę Religionis Hieroſolymitanæ à ſan. mem. Bonifacio VIII. unionis Bullam favore eorum Ordinis Hieroſolymitani obtinuerunt. Verum loci Dominus, ac Hoſpitalarii *De Albrac* demonſtrantes, eos ſub regula Sancti Auguſtini militare, & confirmatam fuiſſe à Summis Pontificibus, ab eodem Bonifacio VIII. eodem Anno Bullam revocationis Unionis obtinuerunt, ut notat *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana ubi ſupra pag.* 188. ubi appoſite ſubdit, quod *Boſius in Hiſtoria Ordinis Hieroſolymitani* de hac unione mentionem faciens, exprimere quoque tenebatur ab eodem Bonifacio VIII. fuiſſe revocatam.

Rurſus, iidem Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani recurſum habuerunt ad ſa. mem. Joannem XXII. pro eadem Gratia unionis Hoſpitalis *de Albrach* ad ſuum Ordinem Hieroſolymitanum. At iterum ſupplicantibus in contrarium pluribus, rejecta fuit inſtantia dictorum Equitum Sancti Joannis, quemadmodum inquit *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana*, ubi ſupra *pag.* 189.

Poſtremo Magnus Magiſter Templariorum Oliverius de Penna Anno 1310. ſa. me. Clementi V. conſimiles porrexit Preces pro unione d. Hoſpitalis de *Albrach*, ad favorem ſui Ordinis

Templariorum. Rejecta tamen pari modo fuit hujuſmodi Magni Magiſtri petitio, & ſic teſtatur ſæpe allegatus *P. Joſeph Franciſcus Fontana* ubi ſupra *pag.* 189.

Licet autem cautum eſſet antiquitus Statutis, etiam Juramento firmatis, præcipue ſub Bouſquet 1306., & ſucceſſive 1408., 1409., ac 1419. ne Bona hujus Hoſpitalis in Commendam darentur, nec ulli Perſonæ, ſive ex Religioſis, ſive Exteris: Attamen inter Religioſos introducta fuit relaxatio, qua attenta Religioſi inter ſe bona diviſerunt, quin & ipſa Hoſpitalariorum major pars ſolemnium Votorum obligationem emittere nolebat, ſed eorum gradum in ſimplicia Beneficia recognoſcebant, cæperuntque eorum Bona aſſignari in Commendam. Proinde circa annum 1419., pro bono regimine, vigore Decreti per Commiſſarium Apoſtolicum à ſa. me. Martino V. deputatum, ſtatutus fuit numerus Religioſorum, & Religioſarum, Clericorum, & Laicorum, & diſtributus per Claſſes. Harum rerum notitia ad Magnum Ludovicum XIV. delata, ipſe Epiſcopo Rutenenſi commiſit, ut ſuper d. Hoſpitalis ſtatu verbalem Proceſſum efformaret, prout ipſe confecit, in quo Hoſpitalis fundationem exponit, Bullas Summorum Pontificum, Statuta confecta à Dominis dicti loci, quorum Originalia in Archiviis conſervabantur, quæque ex fatali caſu combuſta remanſerunt.

De hujuſmodi loco *De Albrac* Anno 1663. proviſus Cardinalis de Noailles, Gubernii modum reparare ſatagit, deindeque ad Archiepiſcopatum Pariſienſem promotus de Anno 1695. præfatam *Albrac* juriſdictionem dimiſit, in qua ſucceſſit Ludovicus Gaſto de Noailles d. Cardinalis Frater, idemque Gaſto factus Epiſcopus Cabillonenſis, vulgo Chalons, hic agnoſcens parvam ſpem effulgere firmandi inter hos Hoſpitalarios Regularem Statum, accedente Regis licentia, in eorum locum poſuit Canonicos Regulares Reformatos, de Chancellade, qui die 24. Junii 1697. poſſeſſionem cæperunt, quo tempore ibidem 22. Hoſpitalarii, unuſque aderat Eques, quibus nonnullæ aſſignatæ fuerant Penſiones, longe autem ante Sorores Hoſpitalariæ non recipiebantur: numerus autem Equitum redactus ad quatuor, ſubinde ad duos, & tandem ad unicum, juxta tradita per allegatos *d. Patrem Hermant.*, *&* *Joſephum Franciſcum Fontana d. cap.* 19. *pag.* 190., & antecedenter *pag.* 185., ubi ſcriptum reliquit, quod d. Hoſpitale *De Albrac*, aut *Aubrac* redactum eſt, & effectum in conſiderabile Beneficium, & Commendam ſub titulo di *Dommeria*, eſtque unum ex magis conſpicuis Hoſpitalibus Galliarum, ubi nunc alia habitatio non adeſt, quam mala Taberna, & ut Nos Itali dicimus, *che una peſſima Oſteria alla Porta dello Spedale*.

CATALOGUS

Magnor. Magiſtrorum, ſeu Superiorum d. Hoſpitalis, & Loci de *Albrac* conſiſtit in numero triginta trium Virorum, incipiendo ab Alardo Inſtitutore, quos inter primus Commendatarius fuit Petrus d'Eſteing verſus annum 1477. Inter Dominos Commendatarios, ultra Cardinalem de Noailles, & memoratum ejus Fratrem Epiſcopum de Chalons adfuere Joannes, & Antonius d' Eſteing Succeſſores immediati d. Petri: Cardinales Georgio de Armagnac, Franciſcus

ciſcus d' Eſcoubleau de Sourdis, & Julius Mazarini, Octavius de Bellegarde Archiepiſcopus Senonenſis, uulgo *Sens*, Anna de Levis, & Carolus Benignus Herve, prius Epiſcopus Vanincenſis, vulgo *Gan*, ex Regia proviſione anno 1706. attenta renunciatione laudati Epiſcopi de *Chalons*, juxta ea, quæ habentur apud *d. Patrem Fontanam pag.* 191.

Hinc inter poſſidentes d. Hoſpitale, & Religioſos conſtabilita fuit Concordia, ut pro dicto poſſeſſore ejuſdem Menſæ aſſignatæ eſſent quindecim mille libræ, detractis omnibus oneribus, & ſex mille libræ pro Eleemoſinis annuis, detracta menſa Religioſorum, ac neceſſariis reparationibus, quemadmodum notat *d. Pater Fontana* ubi ſupra *pag.* 18.

DE ORDINE ALCANTARÆ

Olim SANCTI JULIANI DE PEREYRO ET TRUXILLO

DISCURSUS XIII.

SECTIO I.

ARGUMENTUM.

Narratur Series Inſtitutionis Equeſtris, & Militaris Religionis Alcantaræ, olim Sancti Juliani, de Pereyro, & Truxillo: demonſtratur tempus Inſtitutionis ejuſdem, Fundatores, Teſſera Crucis exponitur, ſicut & Indumenta.

SUMMARIUM.

1. *Ordo hic fuit inſtitutus à Suero Fernandez, cum Fratre ſuo Gomez Nobili ex Familia Barriento Salamanticæ Civitatis Anno* 1156.
2. *Inſtitutionis ſeries, tempus, & modus late oſtenditur, & n.* 2. 3. 4. 5. *6.* 7. 8. & *9*.
4. *Ordo fuit approbatus ab Epiſcopo Salmanticenſi tunc Adminiſtratore Eccleſiæ Civitatenſis, illius Sede Epiſcopali vacante*, & n. 5. *6.* 7. 8. *9.* 10. & 14.
5. *Ciſtercienſem Regulam obſervandam preſcripſit*, & n. *ſeq. & n.* 15.
7. *Alcantaræ Ordo fuit à S. Sede Apoſtolica confirmatus*, & n. 8, & 9.
10. *Nomen Prioris d. Suero impoſuit Epiſcopus Salmanticæ, Magiſtri Titulum obtinuit Gomeſius illius Frater*.
12. *Gomeſius ponitur primus Magiſter. Vocatur primus Fundator, quod intelligitur de fundatore Conventus, non Ordinis, & n.* 13.
15. *Ad Fidei Defenſam, & Chriſtiani Populi*, & n. *16.*
17. *Rejicitur Joannes Soranzo ſcribens, quod Inſtitutor Ordinis fuerit Eques Calatravenſis.*
18. *Ordo hic fuit confirmatus a Summis Pontificibus.*
19. *Ordo nominatus fuit Militia Sancti Juliani* Del Pereyro, *ob Eccleſiam d. Sancto dicatam, & Magnam Pyri Arborem ibi exiſten.*
20. *Locus dicti Pierii ubi eſt ſitus.*
21. *Stemma Ordinis eſt Pyrus Silveſtris, ſine foliis, & cum patentibus radicibus in campo aureo.*
22. *Et ex cauſa Ceſſionis Calatravæ addita fuerunt vincula, quibus utebantur Calatravenſes, quæ vincula appoſita fuerunt ex utroque latere Arboris, & ab Hiſpanis vocantur Trabas*, & n. 23.
24. *Conventus Ordinis in ſuo Sigillo tenet externa parte Pyrum, & ex altera effigiem Sanctiſſimæ Virginis Immaculate Conceptæ, quam ſumme venerantur Hiſpani.*
25. *Alcantarenſis Ordo conſtat Clericis & Militibus.*

Quem Habitum geſtabant antiquitus Milites, & Clerici, & n. 26. & 27.

28. *Habitus commutatus fuit in Crucem viridem anno* 1410. *vigore Bullæ Benedicti XIII. in Hiſpania tunc pro legitimo Pontifice habiti.*

Reprobatur Boſius ſcribens Crucem viridem fuiſſe conceſſam à Joanne XXII.

29. *Crux viridis Panni liliata, quatuor extremitatibus terminat cum Lilio.*

Non bene deſcribitur in Libello .. Li Sourani del Mondo.

Nullus Commendator, vel Eques incedere poteſt ſine d. Cruce ex panno viridi.

30. *Forma d. Crucis liliatę apud quos habeatur.*

31. *Equites extra actus ſolemnes gerunt ad pectus Crucem auream liliatam ejuſdem figuræ.*

32. *Crux in Veſtibus ſuperioribus eſt ex panno viridi, juxta præſcriptum Summi Pontificis: uſus tamen invaluit, ut etiam conficiatur ex filis retortis.*

33. *In Bello deferre debent* En cima De las Armas *Crucem.*

34. *Omnes Cruces cum propriis vocabulis afferuntur à Patre Philippo Bonanno, & ab aliis Scriptoribus*, n. 36.

35. *Idem per lineas, vel puncta explicat colorem cujuſque Crucis, & Campi; idem docent alii Auctores* n. 36.

36. *Alcantarenſes Equites præter deſcriptam Crucem viridem habent etiam Magnam Veſtem Capitularem albam ex lana, qua utuntur in Functionibus.*

37. *Continue deferre debent Eſcapularem de eſtaminha, ſub pœna pecuniaria illud omittentibus*, & n. 38.

38. *Cum dicta Capitulari Toga tenentur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, & confiteri, & cum illa ſepeliuntur. Si ſine illa Sacramentum Euchariſtiæ ſumpſerint, vel fuerint confeſſi, graviter puniuntur.*

39. *Figura Equitis Alcantarenſis induti Veſte, & Habitu Solemni Capitulari, habetur graphice cœlata apud Juſtinianum, Bonannum, & Collectorem Gallum.*

40. *Alphonſus Nonus Legionis Rex donat Ordini Calatravenſi Oppidum Alcantarę, & quare.*

41. *Alcantaræ Oppidum fuit cum Regio aſſenſu per Calatravenſes ceſſum Ordini Sancti Juliani de Pereyro, ut cum hoc uterque Ordo fraterna Societate uniretur, pactis ibidem expreſſis.*

Quę Societas exprimebatur in Stemmate, quia ſubtus Arborem in Teſſeram appoſiti fuerunt Compedes, quos Hiſpani vocant Travas, *& ſunt pars Inſignium Ordinis Calatravę.*

42. *Magiſter Ordinis Pereyri Fernandez Tertius Magiſter capit Poſſeſſionem Alcantaræ, & tempore Quarti Magiſtri perfecit tranſitum ad Alcantaram, & vocatus fuit Magiſter* De Pereyro, & de Alcantara.

Quid actum ſit de Commenda Del Pereyro?

43. *Recenſentur Controverſię ortæ inter Calatravenſes, & Alcantarenſes, & adducuntur Decreta ſuper reſolutione dictæ Societatis*, & n. 44., & 45.

46. *Cur hic Ordo Alcantarenſis fuerit vocatus etiam de* Truxillo.

47. *Alcantaræ Ordo poſtea vocatus fuit, ob reſidentiam in hac Civitate.*

Alcantaræ Oppidi ſitus deſcribitur, & ejus antiquitas.

48. *Alcantaræ Ordo etiam à principio erat vera Religio, & tria ſubſtantialia*

tialia Vota Religionis in eo emittebantur, Caſtitatis, Obedientiæ, & Paupertatis.

49. *Vota prædicta modificata fuerunt à Sancta Sede, quæ illud Caſtitatis abſolutę reduxit ad Caſtitatem Coniugalem: Paulus III. in ſua Bulla.*

50. *Dicta diſpenſatio Sanctę Sedis ſemper obſervata fuit, licet in Capitulo Generali inſtitutum fuerit, ut Rex ſupplicaret Summum Pontificem pro revocatione dictæ Bullæ, cum diſcrepantia tamen ſuffragiorum.*

51. *De Materia Votorum videantur Diſcurſus de Voto Caſtitatis, Obedientiæ, Paupertatis.*

52. *Super facultate teſtandi ſervatur Bulla Gregorii XIII.*

53. *Teſtamenti factionem activam, & paſſivam in peculiaribus Diſcurſibus examinabimus, in præſenti, & alio Volumine.*

54. *Rigoroſum Vitæ genus ducebant Alcantarenſes in Victu, & Veſtitu.*

55. *Incommoda ulterius, & labores tolerabant in Bello.*

56. *Bello ceſſante religioſiſſime vivebant.*

DISCURSUS XIII.

DE ORDINE ALCANTARÆ

Olim

SANCTI JULIANI DE PEREYRO ET TRUXILLO.

DUodecimo Eccleſiæ currente Seculo, inclyta Militaris Equeſtris Alcantaræ exordium ſumpſit Religio:
1. Anno ſiquidem 1156. ut mox demonſtrabimus, Don Suerus Fernandez, cum Fratre ſuo Don Gomez ex Illuſtri Familia de Barrientos, ex Salamantica Civitate, aliique Socii, ſummopere cupientes ad Chriſtianæ Fidei tvitionem, Dei Honorem, contra Mauros Bituricam Regionem, quam Hiſpani vocant *Eſtremadura*, poſſidentes, ac finitima Chriſtianorum Loca ſæviſſime infeſtantes, certare, ferisque eorum incurſionibus, ſe obiicere, expugnare Urbes, Acies illorum profligare, ſedulo excogitabant, & quærere locum ſatagebant pro conſtructione Arcis. Menſe itaque Septembris, diluculo, & Aurora albeſcente, fortuito fortiſque beneficio, ſi dicere fas eſt, prædictis Nobili-
2. bus Viris Eremita quidam occurrit nomine Armandus, vel ut alii ſentiunt, Petrus, qui ad Eccleſiam Sancti Juliani pergebat, non longe diſtantem. Arcano hic Eremita impulſu, Suero ejuſque Sociis, ſi quæritis, inquit, locum ad Bella contra Mauros aptum, Ego oſtendam Vobis; oſtenditque illis ſitum intra fines d. Eccleſię Sancti Juliani, & è fronte Terrarum, in quibus Mauri morabantur. Cumque Suerus, & Socii, Regionem loci natura valde accomodam reco-
3. gnoverint, ſtatim ibi Arcem conſtruere cæperunt, & octo menſium ſpatio, auxiliantibus Chriſtianis, Opus feliciter perfecerunt. Arcis conſtructæ locus *San Juliano del Pereyro* vocabatur, decem ab Urbe Civitatenſi Hiſpanice *Città di Rodrigo*, diſſita leucis. Sub hujus munitiſſimę Arcis præſidio contra Mauros prælia inita fuere.
Suadente autem Armano, prælaudati Suerus, & Socii ibidem Equeſtrem Militarem Ordinem erigere ſtatuerunt: & cum tunc temporis vacans eſſet
4. Sedes Epiſcopalis Civitatenſis, hoc eſt *Ciudad Rodrigo* in Regno Legionis, intra cujus Diœceſis fines ſita erat d. Arx Sancti Juliani del Pereyro, recur-

recurſum habuerunt ad Epiſcopum Sal. manticenſem, qui vocabatur Onanus, et erat ex Religione Ciſtercienſi, & de illo tempore Civitatenſem Eccleſiam gubernabat, eundem opportune rogando, ut novum Ordinem approbare dignaretur: tunc quippe temporis Epiſcopi novos Ordines Epiſcopali Auctoritate, Apoſtolica Sede permittente, approbabant, & confirmabant, ut notum omnibus eſt. Dictus ergo Salmanticenſis Epiſcopus opus ſummopere laudavit, & Precibus Supplicantium annuens, Ordinem *Del Pereyro* approbavit, & confirmavit, normamque illis religioſe vivendi
5. injunxit, & Statutum Ciſtercienſe præſcripſit, quia ut diximus, ipſe Salmanticenſis Epiſcopus Monachus erat Ciſtercienſis. De qua prima hujus Militaris Religionis inſtitutione, juxta d. tempus late agunt Scribentes, & ſeriem integram narrat *Statutum ejuſdem Militaris Ordinis de Alcantara* in Volumine, cui Titulus *Difinciones De la Orden, y Cavalleria de Alcantara con la Hiſtoria y Origen della impreſſ. Matriti Typis Didaci della Carrera anno 1663. cap. 1. pag. 3. Origen y principio Dela Orden y Cavalleria de Alcantara.*

Quemadmodum omnes Hiſtorici, cęteri-
6. que Scribentes teſtantur, & quindecim enumerat *P. Andr. Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. Quæſt. 8. n. 155.* ubi notat quod *Angelus Mantique Tom. 2. Annal. Ciſtercien.* adducit Inſtrumentum publicum de novo repertum in Archivio Monaſterii de Aliovaza, eundem annum fundationis exponens, quod Inſtrumentum non erat notum: ideoque annus fundationis aſſerebatur poſterior. *Boſius Hiſtor. Relig. Hieroſ. lib. 8. pag. 311. juxta tertiam impreſſ. Venetam Hieronymi Albrizzi Anno 1695. Abbas Juſtinianus. Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari, Parte Seconda cap. 29. pag. 434. Collector Gallus Hiſtoire Des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom. 3. pag. 50. Impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno 1721. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 2. Volumen,* cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo* ſub Tit. *Ordini de Cavalieri in §. L' Ordine Militare d' Alcantara, o di S. Giuliano del Pereyro Tom. 4. pag. 264. juxta impreſſ. Venetam Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin. anno 1720. Laurentius Vigilius de Nicollis in ſua Prax. Canonica Tom. 2. ſub Litt. S. de Sum. Trinitat., & Fide Catholica §. Notitia, & Series Equeſtr. Ordinum n. 2. pag. 734. juxta impreſſ. Salisburgi Typ. s Jo. Joſephi Mayr. 1729. Dominus Jo Federicus Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albæ in Polonia, in Corollario Heroicorum Ordinum Chriſtianitatis, in Verbo Alcantarę pag. 223. impreſſ. poſt Volumen ejuſdem Auctoris* ſub Titulo -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. in Regno Poloniæ, Ordinis Aquilæ Albæ impreſſ. Colonię Typis Adami Cholini anno 1730. Hiſtoria Ordin. Monaſticorum, & Militarium Gallice ſcripta, & per Patrem Jo Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congreg. Matris Dei Tom. 6. cap. 5. pag. 55. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Solani, & Vincentii Giuntini 1738. ubi pag. 56.* inquit, quod Franciſcus Radex ſenſit hujus Ordinis Originem eſſe ignotam, & quod certum eſt Anno 1176. in d. Monaſterio, ſeu Conventu Sancti Juliani del *Pero* adfuiſſe Religioſos, & hoc conſtare ex Privilegio Regis Ferdinandi d. tempore conceſſo.

Hoc ipſum vetus Alcantaræ hujus Religionis

ligionis initium Pontificiæ Bullę aſtruunt. Alexander enim III. in Bulla
7. confirmationis ejuſdem Religionis, de qua *d. Volumen* -- *Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 264. Anno 1177. ſupponit Ordinem jam erectum, & ut Ordinem nuncupat, nullamque proinde Regulam pręſcribit, nec conſtat alios Pontifices præſcripſiſſe. Lucius quoque III. anno 1183. aſſerit Ordinem vigere ſub Regula S. Benedicti; ſuppoſuit ergo Ordinem ab Epiſcopo Diœceſano approbatum fuiſſe,
8. cum nullum verbum faciat de Apoſtolica approbatione. Innocentius III. in Bulla edita ſub anno 1207. confirmat Decimas, quas inquit, *amplius* quadraginta annis obtinuerant Equites del Pereyro: *Juſtinianus d. pag.* 434. *Mendo ubi ſupra n.* 157. *d. De Nicollis* ubi ſupra.

Hinc revocatis ad calculum annis, quibus expeditę fuerunt dictæ Pontificum Bullæ, jam patet, quod perpenſa Innocentii III. Bulla data ſub anno 1207. teſtante Ordinem quadraginta, & amplius Annis jus Decimarum tenuiſſe, ſi demantur anni Quadraginta, ad Annum 1167.
9. res reducitur; unde liquet, quod ſaltem decem annis ante d. Bullam confirmationis Alexandri III. anno 1177. editam, ſupponit prælaudatus Summus Pontifex Innocentius III. præextitiſſe Ordinem *Del Pereyro*, & Decimarum jus tenuiſſe. Rurſus ſi conſideretur alia dictio expreſſa in eadem Innocentiana Bulla, ſcilicet dictio *amplius*, extendens tempus ipſum quadraginta Annorum: quis non videt, quod fere percurritur pręjactum tempus fundationis, maxime, cum credendum minime ſit, quod eadem die, quo approbatus fuit Ordo, Ordinem obtinuiſſe Decimas, ſed ſolum poſtmodum, ob præclara ejuſdem Ordinis merita? & ſic egregie ratiocinatur *d. Pater Mendo allega. Diſq.* 1. *quæſt.* 8. *ſub n.* 157.

Conſtat ex prędictis manifeſte, quod Inſtitutor Alcantarę Religionis, di-
10. cto Anno 1156. fuit antedictus Suerus, cui ab Epiſcopo Salmanticæ Nomen Prioris impoſitum fuit: Nomen vero Titulumque Magiſtri, primus obtinuit illius Germanus, nomi-
11. ne Gomeſius, demortui Sueri Fratris ſucceſſor, qui poſtmodum memoratas Bullas Pontificias obtinuit: hinc in Catalogo Magiſtrorum primus ponitur idem Gomeſius, qui etiam in Documentis vocatur primus
12. Fundator, quod intelligi debet, non de fundatore Conventus, ut infra dicemus, & notatur in allegato *Statuto ipſius Ordinis Alcantaræ cap.* 10. *à pag.* 2. *&* 31. *&* 32. *d. Mendo de Ordin. Milit. Diſq.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 157., *& ſeq.*

Et cum dicta diſtinctione intelligi debent ea, quæ ſcripta reliquerunt Au-
13. ctores, ut *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ord. Equeſt. n.* 2. *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceat. Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne impreſſ. Pariſiis Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *Lib.* 1. *Diſſert.* 10. §. 3. *pag.* 264. *Collector Gallus Hiſtoire Des Ordres Militaires ou Des Chevaliers Tom.* 3. *impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel. anno* 1721. *ſub n.* 34. *à pag.* 50. *Jo Fridericus Comes in Koden Sapieha Ordinis Aquilę Albæ in Regno Poloniæ Eques in ſuo Corollario Heroicorum Ordinum* in Verbo *Alcantaræ* impreſſ. in calce Operis ejuſdem Auctoris ſub Tit. -- *Adnotationes Hiſtoricę Ordinis Equitum Aquilę Albæ* impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum anno 1730. antedictus de *Nicollis*

collis ubi ſupra, & *Auguſt. Barboſ. in Sum. Apoſtol. Deciſ. Collat.* 308. *Abbas Bernardus Juſtinianus Hiſtor. Cronolog.* Degl' Ordini Militari *parte ſeconda cap. 29. pag.* 434.

Dictus itaque Suerus, confirmante,
14. & approbante Epiſcopo Salmanticenſi, fundavit Religionem Sancti Juliani de Pereyro, poſtea vocatam Alcantaræ, ut mox dicemus. Idemque Epiſcopus Salmanticenſis, veluti Religioſus ex Ordine Ciſtercienſi, Ordinem approbavit ſub regula Sancti Benedicti, & Statutis Ciſtercienſi-
15. bus, ad Chriſtianę Fidei Defenſam, ac Chriſtiani Populi contra Saracenos, ut inquit *Statutum Ordinis Alcantaræ Origen y Principio Dela Orden y Cavalleria de Alcantara cap. 1. pag. 3. & cap. 2 pag. 5. d. Pater Mendo d. Diſq. 1. quæſt. 8. n.* 158. *Eminentiſſimus Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. Tom. 1. ad Conſtitut. 1. Paſchalis II. n.* 14.

Et quod hæc Militia inſtituta fuerit ad impugnandum Infideles Agarenos in partibus Africæ exiſtentes, ac ab illorum curſibus Orthodoxam Fidem tuendam, teſtatur ſa. me. Sixtus IV. in ſua Bulla edita anno 1483., quę
16. habetur in *Appendice poſt Statutum alligata* continente ſelectiora *Privilegia d. Militię Alcantaræ Impreſſ. Typis Didaci Dias anno* 1662.

Ac inſubſiſtens detegitur id, quod ſcriptum reliquit *Joannes Soranzo in Volumine . Idea del Cavaliero parte ſe-*
17. *conda pag.* 110. quod ſcilicet Inſtitutor fuerit Eques Calatravenſis, atque idcirco præſcripſerit Statuta Ciſtercienſia, & Ritus Calatravę à qua promanaverit Alcantarenſis, uti Rivus à Fonte.

Succeſſivis temporibus Ordinem hunc ſub dicta Regula approbaverunt, & confirmaverunt Summi Pontifices Alex. III. anno 1177. Bulla data Beneventi 29. Decembris, de quo lo-
18. quitur *Boſius in Hiſtor. Sancti Joannis Hieroſolymitani Libr. 8. pag.* 311. *juxta tertiam Impreſſ Venetam: d. Comes in Koden Sapieha pag.* 224. *Iidemque Lucius III. anno* 1183. *Alexand. IV. quorum Bullæ in Bullario Ordinis habentur, de quibus meminit etiam Mendo d. Diſq. 1. Quæſt. 8. n.* 138. *Pater Bonannus in d. Catalogo n. 2. d. Volumen* .. Li Sourani del Mondo *d. Tom. 4. pag.* 265. *de Nicollis d. pag.* 735. *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana pag.* 56.

Nuncupata fuit Militia hæc Militia *Sancti Juliani del Pereyro*, ex loco, in quo Arx erecta fuit, quæ ita vocabatur, ob Eccleſiam ibidem Sancto
19. Juliano dicatam, aderatque anteeam magna Pyri Arbor: *Statutum Ordinis Alcantaræ d cap. 4. n.* 12. & 13. *Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. Q. 8 n.* 157. *d. Boſius d. Lib. 8 pag.* 311. *Bonannus d. n. 2. Volumen cui Titulus* Li Sourani del Mondo *ſub Titulo* De' Cavalieri *in* S. Ordine Militare d' Alcantara *Tom. 4. pag.* 264. *Abb. Juſtinianus*, & *Collector Gallus, ubi ſupra, d. Pater Fontana pag.* 55., & 56.

Locus autem Pireii ſitus eſt prope Flumen Cudæ, quod Hiſpani, & Luſitani vocant *Rio Coa*, octo diſtans Leucis ab Urbe Civitatenſi, ſub cujus Diœceſi eſt, & notat *d. Sta-*
20. *tutum Alcantarę, ubi ſupra cap. 4. d. n.* 12., & 13., ibique ſubdit, quod uſque nunc cernuntur ruinæ prænominatæ Arcis, ſupereſtque Eccleſia Sancti Juliani, & prope adeſt Eccleſia Sanctæ Mariæ del Pereyro. Sane Terra ferax eſt, ac Luſitani vocant, *Pereyro do Mato*, ut proſequitur idem Statutum Ordinis.

Ordinis

Ordinis Stemma eſt Pyrus ſylveſtris, ſine foliis, & cum patentibus radicibus in campo aureo, & ut loquitur *Statutum d. Cap.* 4. *d. n.* 12. *&*
21. 13., *Un Peral Silveſtre Pardo*, *ſin hojas* cum radice *diſcubierta* in campo aureo: unde errat *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 222. *in verbo* Alcantaræ *ac Barboſa in Summa Apoſtolicar. Decis. Collect.* 308. *n.* 2. *aſſerens d. Pyri Arborem eſſe viridantibus ramis; quem proinde reiicit d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 163.

Et ex cauſa ceſſionis Calatravæ, de qua
22. infra, addidit *Las Travas* in Stemmate, hoc eſt in utroque Arboris latere exiguas Catenas, ideſt pendentia vincula, quæ in ſuo etiam Stemmate gerebant Calatravenſes, ut ita deſignaretur reciproci amoris, & fraternæ benevolentię vinculum; vincula enim Hiſpanice dicuntur *Trabas*, ut notat *d. Mendo ſub finem d. n.* 150. & tandem, ut ſubdemus, immutato Habitu, Crux viridis adhibetur: d. *Statutum Ordinis cap.* 4. *n.* 12., *&* 13. *Abb. Juſtinianus Parte Secunda Cap.* 39. *pag.* 436. *& ſeq.* ubi graphyce Pyri Arboris figura delineata habetur, ſicut & apud *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum in allegato Volumine: Additions, & Corrections Des Armas, & Des Colliers in folio alligat intra paginam ſignatam* 468. *&* 469.

Proinde in Ordinis Sigillo aderant per
23. girum verba hæc -- *Sigillum Ordinis Sancti Juliani de Pirario*, ut refert d. *Abb. Iuſtinianus d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 435. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 52.

Hodie tamen Conventus Ordinis tenet Pyrum, & in ſuperiori parte ejuſdem Imaginem Sanctiſſimæ Virginis imma-
24. culate conceptæ, quæ ſcutum amplectitur, ut refert allegatum *Statutum d. cap.* 4. *n.* 12. *&* 13.

Quanta enim Alcantarenſis Ordo Pietate, ac Religione Sanctiſſimam Virginem Immaculate Conceptam proſequatur, convincit Votum, quod in eo profitendo emittitur ab Alcantarenſibus, de quo infra agetur in §. *Religionis Habitus*.

Componitur Alcantarenſis Ordo ex
25. Clericis, & Militibus: *d. Statutum Ordinis cap.* 4. *n.* 12., *&* 13

Horum Equitum Habitum antiquitus fuiſſe ſentiunt nonnulli *apud Franciſcum Rades* cum parvo Scapulari Honeſtam Veſtem, & Capellanorum cum eodem parvo Scapulari, Veſtem Clericalem: & *Angelum Manriques* in Annalibus ſcripſiſſe Equites Sancti Juliani del Pereyro habuiſſe Habitum Religioſorum Ciſteli cum parvo Scapulari longitudinis unius palmi, cum dimidio, & latitudinis, ut eſt lata manus; quæ Veſtium forma, veluti ad bellandum incommoda, dimiſſa fuit, et eius loco Crux viridis, ut infra dicetur, aſſumpta: & de prædictis omnibus meminit *d. Pater Ioſeph Franciſcus Fontana d. Tomo* 6. *cap.* 5. *pag.* 56.

Habitus ergo Equitum erat Eſcapularium, ut loquitur Statutum *con una Capilla pequena aſſida en el*, ut gerunt Epiſcopi, in Muzetis ſuperioribus condita Veſtibus, cum quibuſdam
26. Caputiis ab iiſdem Scapularibus indiviſis, ſuper Veſtes apparentibus, coloris Monachorum Ciſtercienſium: *Statutum Ordinis Alcantaræ Origen y Principio Dela Orden y Cavalleria cap.* 1. *pag.* 7. *Boſius ubi ſupra pag.* 311.

Cœterum cum Bellicis exercitiis inopportunum eſſet Veſtium genus, ad
27. formam Habitus Ciſtercienſium, Primo immutatum fuit in Caputia

quædam

quædam, & rubras faſcias, Hiſpanice *Bandas*: *d. Jacobus Boſius in d. Hiſtor. Libr.* 8. *pag.* 312. *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 158.

Et Schoonebeck in ſua Hiſtoria Ordinum Militarium aſſerit, quod hi Milites in Ordinis exordio in Teſſeram Ordinis Cingulum rubeum gerebant, cujus Scriptoris dictum refert præfatus *Pater Fontana pag.* 57. qui tamen illum reprobat. Commutatus certo fuit antiquus Habitus iſtius Ordinis in Crucem viridem liliatam de anno 1410., ex conceſſione Benedicti XIII. qui tunc temporis in Hiſpania pro le-
28. gitimo Pontifice habebatur, & ejus Bulla habetur in Statuto Alcantaræ regiſtrata in fine Voluminis, in quo Privilegia ſelectiora dicti Ordinis ſunt recollecta per *Doctorem Fratrem Joannem Calderon de Robles, ejuſdem Familiæ Alumnum; & Regium Capellanum, impreſſ. Matriti Typis Didaci Dias anno* 1662. *pag.* 41. *Statutum Ordinis d. Tit.* 13. *cap* 14. *pag.* 198. *Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 158. *d. de Nicollis d. pag.* 734. *Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 2. *d. Fontana d. pag.* 56. *Io. Soranzo* -- *L' Idea del Cavaliere pag.* 110. *Pater Mendo, ubi ſupra, & Pater Bonannus d. n.* 2. Quæ ſic defertur etiam in Militari Vexillo: A d. Benedicto XIII. data fuit d. Crux viridis, non à Joanne XXII., ut erronee ſcribit *Boſius d. Lib.* 8. *cap.* 312.

29. Quæ Crux liliata, hoc eſt in quatuor extremitatibus cum lilio terminans, non bene deſcribitur in Libello, cui Titulus -- *Li Sovrani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 265. ubi ſic dicitur -- *Le ſue Arme ſono una Croce ſparſa di Gigli di verde caricata nel mezzo di uno ſcudo d' oro al Pero di verde.*

Hinc ſine dicta Cruce viridis Panni nullus Commendator, vel Eques incedere poteſt, & in illa forma, quam in Cappa deferunt, & Veſtitu ex latere ſiniſtro: *d. Statutum Ordinis Alcantaræ d. Tit.* 13. *cap.* 14. *pag.* 190. *Pater Bonannus d. n.* 2.

Liliatę Crucis forma expreſſa habetur
30. apud *Andream Guarinum -- Origine e fondazione di tutte le Religioni Militari pag.* 16. *impreſſ. Vicentiæ Typis Dominici Amadio Anno* 1614. *Juſtinianum Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 433. *Patrem Bonannum d. n.* 2. & in calce d. Voluminis pag. ſignata 142. *ſub n.* 2. *d. Comitem Jo. Fridericum in Koden Sapieha in d. Corollario pag.* 222. *d. Bonannum d. n.* 2. *P. Honoratum à Sancta Maria Diſſertat. Hiſtoriq., & Critiques ſur la Chevalerie &c. in explicat. Stemmatum Religion. Militar. pag.* 469. *ſub n.* 66. *juxta impreſſionem Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *Collector. Gallum Hiſtoires Militaires Tom.* 3. §. 34., *& Tom.* 4. *in explic. Stemmatum ſub n.* 2. *pag.* 406. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunei* 1721.

Extra ſolemnes actus Equites ad pectus
31. deferunt Crucem auream liliatam, prædictæ figuræ, et ut dicitur, *ſmaltata di verde*, teſte *d. Bonanno d. n.* 2. *Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8 *n.* 163. Ubi quod Equites præter Crucem, ut cæteri ſeculares incedunt ornati: Clerici vero Fratres, qui extra Communitatem gerunt, incedunt veſtiti decenti Habitu Clericali, ut cæteri Clerici.

Similiter in Collegio Salmanticę geſtant Veſtem, quam deferunt Iacobęi: intra Monaſtentium autem non differunt à Clericis. Ornantur tamen ſemper Cruce viridi, ut proſequitur *d. Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 163.

Non omittimus ſubdere, quod licet Pontifices Crucem præſcripſerint ex par-

panno in Veſtibus ſuperioribus per Equites, & Fratres Clericos deferri; attamen uſus invaluit in Ordinibus
32. Alcantaræ, ac Calatravæ, ut dicta Crux conficiatur ex filis retortis, qui uſus fuit ab Ordinibus reſpective approbatus, & per quem non videtur violatum Pontificium Præceptum, quia ſervatur ſubſtantia, & color præſcriptus, talisque Crux conſtituit ſufficiens, & manifeſtum diſtinctivum Equitum, & Clericorum Fratrum, ut ratiocinatur *Mendo Diſq.* 12. *Quæſt.* 3. *n.* 36.

In Bello autem deferre debent Alcantarenſes, ut loquitur idem Statutum, *En cima De las Armas*: Nec ſufficit, ſi auream deferant Crucem, ſub pœna Commendatoribus ſolvendi Du-
33. catos viginti, & Equitibus decem, quæ pœna applicatur Fratribus Capellanis reſidentibus in Capella Magiſtri: & Capellanus, qui ſciat dictam omiſſionem delationis Crucis, & non exigat pœnam, ſolvere debet Ducatos decem pro Ornamentis Sacri Conventus Alcantaræ, ut habetur in *d. Statuto Ordin. d. Tit.* 13 *cap.* 14. *pag.* 190.

Hic in propoſito formæ Crucis, cum Militares Equeſtres Ordines Cruce ſignati plures ſint, & quilibet Crucem peculiari forma, vel colore diſtinctam habeat, non abs re putamus ad plenam Lectorum noſtrorum eruditionem, ac intelligentiam noſtro-
34. rum Diſcurſuum, in quibus de variis Equeſtrium Ordinum Crucibus loquimur, tum quoad figuram, tum quoad colores diverſis, monitos reddere; quod ſæpe laudatus *Pater Bonannus in calce Voluminis* cui Titulus -- *Catalogus Ordinum Equeſtrium impreſſ. Romæ Typis Georgii Plachi anno* 1711. *Tabellam affert ſub pag.* 142. in qua Tabella exhibentur delineatæ fere omnes Cruces, exponiturque figura diſtinctim, una cum propriis vocabulis explicantibus nomen cujuſcumque Crucis, earumq. qualitatum Italico idiomate; ſcilicet, *Croce piana*, *Patente*, *Biforcata*, *Cortata*, *Trifogliata*, *Gigliata*, *Ancorata*, *Potentiata*, *Ricrociata*, *Doppia*, *Pomata*, *Doppia Biforcata*, *Patente*, *Troncata Fiſſa*, *Orlata*.

In eademque Tabella demonſtantur Regulæ dignoſcendi colores, quibus quælibet Crux componitur; idque tra-
35. ditur, vel per minutiſſima puncta ſcriptorio, vel librario atramento formata, quæ argentum ſignificant: vel per nullum ſignum puncti, vel lineæ, quo ſignificatur color albus: aut per tenues lineas Orizontales, cæruleum colorem importantes: vel per lineas perpendiculares, rubeum colorem ſignificantes: vel per lineas e ſiniſtro latere ductas, viridem colorem exprimentes: vel per duplices ſuperinductas lineas, demonſtrantes nigrum colorem, aut per lineas e dextero latere extenſas, purpureum colorem exprimentes: Demum per pluſquam minutiſſimas lineas, *Aurum* ſignificantes. Tandem à pag. 143., uſque ad 164. incluſive exponuntur graphice cælata omnia Inſignia, Cruceſque omnium Equeſtrium Ordinum. Similes Tabellæ ha-
36. bentur penes *Collectorem Gallum Hiſtoire Des Ordres Militaires impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunei* 1721. *Tom.* 4. *à pag.* 404. *cum ſeqq.* ſupra allegatum *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Diſſertations Hiſtoriq. à pag.* 455. *uſque ad* 471. *Tandem apud Comitem in Koden Sapieha in allegato Corollario pag.* 222.

Præter antedictam Crucem Viridem ex panno liliatam habent Equites Magnam Togam Capitularem, & ut

 dicitur

dicitur di *Cerimonia*, ex lana alba fluentem ad pedes, & deſuper Crux viridis liliata *d. Pater Mendo Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 163. *Bonannus d. n.* 2.

Quamobrem Commendatarii, Equites, & Fratres continue deferre debent *Eſcapularios de Eſtamenna*, & qui ſine illo incedit, ſolvere tenetur in
37. pœnam pro quolibet die omiſſionis Ducatos duos pro Eleemosyna Pauperibus Ordinis: *Statutum Ordinis Tit.* 13. *De los Cavalleros cap.* 14. *pag.* 198. *Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 158.

Sic deferre debent *Mantos Blancos de*
38. *Panno*, *o Eſtamenna*, ea forma confectos, qua deferunt Fratres in Conventu de Alcantara: *Statutum Ordinis Tit* 13. *cap.* 14. *pag.* 198. *Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 163. cum quibus confiteri tenentur, & Sanctiſſimum Sacramentum ſumere, & mortui ſepeliri. Qui ſi ſcapularium non deferunt, & non confitentur, & comunicant, graviter caſtigantur à Magiſtro, cum voto Antianorum, & Viſitatores invigilare tenentur, & referre Capitulo: *Statutum Ordinis Tit.* 13. *d. cap.* 14. *pag.* 198.

Figura vero Alcantarenſis Equitis induti Toga, & Habitu ſolemni Capi-
39. tulari, habetur graphice cælata apud *Abb. Juſtinianum d. Parte Secunda Cap.* 19. *pag.* 455. *Patrem Bonannum d. n.* 2. *Collectorem Gallum d. Tom.* 3. *pag.* 50.

Cum Alphonſus, non Octavus, ut nominat *Pater Bonannus in Catalogo Ord. Equeſtr. n.* 2. ſed Alphonſus Nonus Legionis Rex, juxta Chronologiam, quam tradit *Pater Graveſon Tom* 9. *in Continuatione Tabularum Chronologicarum ſub* §. *Series Regum Caſtilliæ* pag. 180. juxta Impreſſionem Romæ anno 1722. *Typis Ludovici Tinaſſi*, Victricibus Armis, e Maurorum manibus, Alcantarę Oppidum recuperaſſet, illud generoſe dono dedit Ordini Calatravenſi, ac Martino
40. Fernandes ejuſdem Calatravenſis Ordinis Magiſtro, ut in eodem Oppido Conventum extrueret ad ſui Ordinis incrementum, & ut ibi etiam aliud Ordinis Monaſterium ædificaretur, ut conſtructum fuerat in loco Calatravæ, ſicut ſcribit *d. Pater Andreas Mendo d. Diſquis.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 150. *Boſius d. Hiſtoria Lib.* 8. *pag.* 311. Quin imo, ut in d. Oppido Alcantaræ novus Conventus excitaretur, qui eſſet Caput Ordinis Calatravæ in eodem Legionis Regno, onere Equitibus Calatravenſibus adiecto, ut ipſi Oppidumque, Arcemque Alcantaræ ſtrenue adverſus Maurorum conatus tuerentur: *Mendo de Ordin. Militar Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 159. *d. Boſius d. pag.* 311. & inquit *d. Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 436.

Calatravenſes vero Equites jam obſtricti ad tuendam Calatravæ Terram, in qua Sedes præcipua Ordinis lo-
41. cata erat, immodicis proinde expenſis ſe gravatos ſentientes in tuitione etiam Arcis, Oppidique Alcantaræ, hoc cedere ſtatuerunt Ordini Sancti Juliani de Pereyro. Accedente itaque prędicti Alphonſi Regis conſilio, Calatravenſes cum Alcantaræ Oppidum quinquennii curſu circiter poſſediſſent, ut ſcribit *dictus Boſius Libr.* 8. *pag.* 311., idem Alcantaræ Oppidum ſua cum Arce, Anno 1218. ceſſere Ordini prędicto Sancti Juliani de Pereyro: *Boſius d. Lib.* 8. *pag.* 311. *Juſtinian. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 438. *d. Comes in Koden Sapieha d. Corollar. in verbo Alcantarę pag.* 224. *Bonannus d. n.* 2. *d. De Nicollis d. pag.* 734., ſub ea tamen

men obligatione, quod uterque Ordo, qui ſub eadem cæteroquin Ciſtercienſi, & Sancti Bernardi Regula vivebat, fraterna inſimul Societate uniretur; & idcirco Magiſter, Equiteſque Pireyri à Claravallenſibus viſitarentur, & reformarentur, adiecta reciproca conventione, quod nequaquam poſſent in Ordine Sancti Juliani ſtatuere Priorem Monachum, ſed ipſa Prioris electio libere ad prædictos Equites ſpectaret, qui poſſent ſeligere, vel ex proprio, vel ex Calatravenſi Ordine: Quod in electione Magiſtri Calatravæ, vocaretur Magiſter *Del Pereyro*; quodque hujus Ordinis Bona non alienarentur. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 159. *Abb. Juſtinian. d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 438. *Bonannus d. n.* 1. Hujuſmodi fraterna unio, & fœdus ſociale exprimebatur in ipſo Bellico Vexillo: nam in illo picta extollebatur Arbor Pyri ſicci, patefactis radicibus in campo aureo, & ſubtus eaſdem radices picti aderant compedes, qui ab Hiſpanis vocantur *Travas*, ſuntque pars Inſignium Ordinis Calatravæ: *Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 159. & hujus Vexilli forma non ineleganter cœlata conſpicitur apud *d. Juſtinianum d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 438., ubi ſubdit, quod poſtquam Regiæ Hiſpaniarum Coronæ unitus fuit etiam Militaris hic Equeſter Ordo, addita fuere e ſiniſtro latere dicto Vexillo Inſignia Regia Caſtellæ, & Legionis, prout idem *Juſtinianus expreſſa exhibet*.

Vigore ſuperius recenſitæ ceſſionis, Regio conſtabilitę aſſenſu, Don Nunus Fernandez Tertius Magiſter Ordinis
42. Pireyri, Fidelitatis Juramentum d. Alphonſo Legionis Regi præſtitit, & Alcantarę poſſeſſionem cœpit: de quo vero præciſo tempore Equites Pireyri migraverint ad Alcantaram, non liquet; ex Scriptoribus etenim aliqui, teſte *d. Juſtiniano* loco ſuperius allegato, tranſitum peractum fuiſſe aſſerunt tempore Tertii Magiſtri, alii tempore Quarti Magiſtri Ordinis Sancti Juliani. Sed perpenſis iis, quæ habentur in Catalogo Magiſtrorum in Statuto Ordinis relato, & Nos de illo infra verba faciemus, tollitur ambiguitas diſtinguendo initium tranſitus, & complementum, & ad concordiam reducuntur diſſonæ opiniones. Quod enim Equites ad Alcantarę Oppidum migraverint tempore Tertii Magiſtri, id procedit quoad initium tranſitus; & quod tranſiverint tempore Quarti Magiſtri, accipiendum eſt reſpectu integri tranſitus totius Ordinis ad Conventum Alcantaræ: atque ita conciliantur ea, quæ ſcribit *P. Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 160. *Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 437. *d. De Nicollis pag* 734., & videre eſt in Catalogo Magiſtrorum Alcantaræ. Vide etiam quę diximus in *Diſcurſu Calatravæ* in Catalogo Magiſtrorum ejuſdem Ordinis ſub octavo Magiſtro.

Inde Don Nunus Fernandez nomen ſumpſit, & illius ſervaverunt Succeſſores, ac Titulum Magiſtri *Del Pereyro, ę de Alcantara*, Equiteſque nuncupati fuerunt Equites *De Pireyro, & de Alcantara* uſque ad annum 1265. *d. Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 159. *Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 437. *Collector Gallus ubi ſupra*; *Bonannus d. n.* 2.

Non enim d. Ordo tunc temporis Territorium, & Bona Sancti Juliani amiſit, ſed ex eis erecta fuit Commenda ejuſdem Ordinis nuncupata *Commenda de Pireyro*, illamque poſſidens vocabatur Commendatarius *Del Pereyro*

Pereyro, & talis perduravit quouſque Dionyſius Luſitaniȩ Rex favens Joanni Infanti (qui Legionis Regnum contra Ferdinandum adhuc puerum, Caſtellæ Regnum affectabat) ſtrenuis Militum copiis Caſtellæ Regnum invaſit, ac Territorium Sancti Juliani Armis cȩpit, ſuæque Ditioni Luſitanȩ adiecit: cumque etiam de præſenti agrorum pars poſſideatur à Monaſterio Ciſtercienſium, quod nuncupatur *Nueſtra Sennora de Aguiar*, & altera pars fuerit in Commendam Ordinis Chriſti, in Luſitania florentis erecta, jam d. Commenda Sancti Juliani de Pireyro penitus ſublata eſt ab ordine Alcantarenſi. Videantur ea, quæ tradit *d. Mendo d. Quȩſt.* 8. *n.* 160. *d. Juſtinianus pag.* 440.

Non longo duravit tempore inter prædictos Sancti Juliani de Pereyro, & Calatravæ Ordines inita Societas; nam ſecuta vacatione Magiſterii Or-
43. dinis de Calatrava, hic pro nova Magiſtri Electione Equites del Pireyro, & Alcantaræ nequaquam vocavit, ut ad normam concordiȩ vocare tenebatur; atque idcirco, videntes Equites de Pereyro, & Alcantaræ, quod Calatravenſes pactis non ſtabant, nec ipſi promiſſa obſervare voluerunt: unde Viſitatores Calatravenſes recipere adeo ſolide recuſarunt, ut contentio Supremo Summi Pontificis Judicio delata fuerit decidenda. Julius itaque II. in ſua Bulla declaravit Ordinem Alcantarȩ à Calatravenſi exemptum: quam declarationem affert. *P. Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 159. ubi ſubdit, quod nihilominus adhuc Calatravenſes mordicus prætendunt durare erga ipſos ſubiectionem Alcantarenſium, eoſdemque viſitandi jus, ac proinde in ipſis Calatravenſium *Definitionibus Tit.* 19. *cap.* 3. cautum eſſe, ac iniungi Viſitationem Ordinis Alcantaræ, pro qua in Capitulis deſignantur Viſitatores; Sed Ordo Alcantaræ vigore d. Bullæ
44. Julii II. ſua gaudet exemptione, neque poſt d. Pontificis Maximi reſolutionem, ullam admiſit Calatravenſium Viſitationem, teſte *d. Mendo d. Quæſt.* 8. *d. n.* 159. *verſ. Cæterum*: *d. Volumen -- Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 265.

Ex quibus Hiſtoricis narrationibus li-
45. quet, inter Calatravæ Ordines ſolummodo reciprocam interceſſiſſe Fraternitatem, nec in facto ſubſiſtere quod ſubdit *d. Soranzo l' Idea del Cavaliere Parte Secunda pag.* 110. ubi ait, Ordinem Alcantaræ prodiiſſe ab Ordine Calatravæ, ut rivus a fonte profluit, & Inſtitutorem Ordinis Alcantaræ fuiſſe Equitem Calatravenſem: *d. Andreas Guarini Origine, e Fondazione di tutte le Religioni, e Milizie de' Cavalieri pag.* 16. Unde antiquitus Magiſter Alcantarenſis, ſi cum Calatravenſi incederet, vel obviam iret, Alcantarenſis cedebat Calatravenſi veluti ejus Superiori.

Fuerunt quidem retroactis temporibus vocati etiam *Equites de Truxillo*, vel ex quo Ordo Alcantarenſis Con-
46. ventum tenuerit in Oppido *de Truxillo*, vel ex quo Ordo Equitum *de Truxillo* fuerit Ordini Alcantarenſi unitus, ad tradita per *Patrem Mendum Diſq.* 1. *Quæſt.* 3. *n.* 101., & *Quȩſt.* 8. *n.* 160. *Abb. Juſtinianum d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 438. Et videantur ea, quæ tradimus infra in Nomenclatura Magiſtrorum hujus Ordinis Alcantaræ, ac in noſtro *Diſcurſu* quoad Ordinem *Equitum de Truxillo*.

Poſtmodum, & de prȩſenti quoque inconcuſſe nuncupati ſunt, & ſimpli-
47. citer nuncupantur Equites de Alcantara, Ordo de Alcantara ob reſiden-

tiam

tiam præcipuam, quam tenent Equites in d. Civitate: *Mendo ubi ſupra: d. Volumen - Li Sourani del Mondo d. Tom. 4. pag. 265. Bonannus d. n. 2.* cæterique ſuperius allegati. *Abbas Juſtinianus d. Parte Secunda cap. 29. pag. 439.* Eſt autem Alcantaræ Nobile Oppidum ad Ripas Tagi ſitum cum ſua Arce, antiquæ ſtructuræ, uſque de tempore Trajani Romanorum Imperatoris, & celebris, ampluſque ſuper idem flumen Pons adeſt, in quo ſequens legitur Inſcriptio:

Imp. Cæſari Divi Nervæ F. Nervæ Trajano
Aug. Germ. Dacico Pontif. Max. Trib. Potes VIII. Imp. V Cos. V P P

quam refert *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Secunda cap. 29. pag. 436.*

Militaris hic Equeſter Alcantaræ Ordo in ipſis etiam ſui Exordiis, in veram, propriam, arctamque Religio-
48. nem conſtitutus, & fundatus fuit; profitentes ſiquidem in illo tria emittebant eſſentialia, & ſubſtantialia Religionis Vota, Caſtitatis, Obedientiæ, & Paupertatis, ut teſtatur idem *Statutum Alcantaræ cap. 1. pag. 7. Boſius Hiſtoria Religionis Hieroſolymitanæ*, ubi ſupra *pag. 265. de Nicollis* pariter ubi ſupra: *Volumen - Li Sourani del Mondo Tom. 4. pag. 265. Bonannus in Catalogo Ord. Equeſtr. n. 2.*

Apoſtolica ſubinde Auctoritate Vota prædicta modificata fuere. Anno quippe 1540. die 3. Auguſti ſan. mem. Summus Pontifex Paulus III. pecu-
49. liari Bulla, tam in Religione Calatravæ, quam Alcantaræ d. Votum perpetuæ Caſtitatis, quoad Equites Milites, reduxit ad Votum Coniugalis Caſtitatis, indulſitque prædictis, ut poſſint libere teſtari de Bonis Mobilibus, & Stabilibus, quodque illis ſuccedant Filii, & Hæredes, ut prædicatur in Ordine Sancti Jacobi, ſicuti videre eſt in *Statuto Ordinis Alcantaræ Tit. 37. De los Privilegios y exemptiones cap. 15. pag. 225. cum ſeqq.* ubi habetur Hiſpanico Idiomate d. Bulla Pauli III., & in calce Voluminis dictorum Statutorum habentur impreſſa *Privilegia Selectiora ejuſdem Militiæ Alcantaræ à Summis Pontificibus conceſſa, ac recollecta per Doctorem Frat. Joannem Calderon de Robles ejuſdem Familiæ Alumnum impreſſ. Matriti Typis Didaci Dias anno 1662., & ſub pag. 153. cum ſeqq.* adeſt ad litteram d. Bulla Pauli III., de qua Pauli III. Bulla reducente Votum Equitum, mentionem faciunt omnes Scribentes Hiſtorici, *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Secunda cap. 29. pag. 461., & d. Collector Gallus ubi ſupra: Boſius in d. Hiſtoria Lib. 8. pag. 312. Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 2. d. Volumen - Li Sourani del Mondo Tom. 4. pag. 265.*

Ad normam dictæ Pontificiæ Diſpenſationis, & Indulti ab inde citra Ordo Alcantarenſis ſemper ſe geſſit,
50. licet in Capitulo Generali apud Regem inſtitutum fuerit, ut ſupplicaretur Sanctiſſimus pro revocatione dictæ Bullæ Pauli III. concedentis facultatem contrahendi Matrimonium; in eodem enim Capitulo diſparia fuere ſuffragia. Quindecim Vota concordarunt pro petitione revocationis Bullæ; Sex pro obſervantia; Duoque ſe remittebant ad Regem, ut teſtatur idem *Statutum Alcantaræ Tit. 37. cap. 16. pag. 431.*

De Materia hac Votorum videantur quæ diximus in noſtris Diſcurſibus *De*
51. *Voto Caſtitatis, de Voto Obedientiæ, de Voto Paupertatis.*

Dictum vero Pauli III. Indultum ſuper
52. facultate teſtandi, quod motu proprio

prio revocaverat Sanctus Pius V., re-
52. dintegravit ſa. me. Gregorius XIII. in ſua Bulla edita anno 1576., in qua, tollendo de medio prohibitionem Sancti Pii V., idem Gregorius Militibus Militiarum Sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, & de Alcantara concedit facultatem teſtandi. Hęc Gregorii XIII. Bulla adeſt impreſſa in *Statuto Alcantaræ*, repetita in *Appendic. Privilegiorum pag.* 163.

Super hac factione Teſtamenti *Activa*,
53. *&* *Paſſiva* in Equitibus, & Religioſis Ordinum Militarium, peculiares Diſcurſus exaravimus in præſenti, & alio Volumine, ad quos poterit haberi recurſus.

Alcantarenſes rigoroſum Vitæ genus ducebant. Non veſtiebant, nec dormiebant, ut Hiſpanice dicitur, *En*
54. *lienço:* Diebus Dominicis, Martis, & Jovis, ac in Principalioribus Solemnitatibus ſolum carnes comedebant, *y no mas*, *qua un manjar*, ideſt unum ferculum; In aliis vero diebus piſces & lacticinia *y las mas ordinarias comidas de Viernes*. A die Solemnitatis Sanctę Crucis Septembris, uſque ad Paſcha Reſurrectionis Diebus Lunę, Mercurii, Veneris jejunabant, niſi in illis inciderit dies Natalis D. N. JESU CHRISTI, Epiphaniæ, Purificationis, Feſtum Omnium Sanctorum, vel alicujus Apoſtoli: veſtiti dormiebant; ſilentium perpetuum in Eccleſia ſervabant, Choro, Dormitorio, ac Refectorio. Veſtitus erat *ageno da toda a curioſidad* Eſcapularium *con una Capilla pequenna aſſida en el*, ut faciunt Epiſcopi *nas Mucetas*, ſuperioribus Veſtibus condita, cum quibuſdam Caputiis ab iiſdem Scapularibus indiviſis, ſuper Veſtes apparentibus, coloris Monachorum Ciſtercienſium.

Prętér has Pœnalitates, Bellorum etiam
55. incomoda, laboreſque ſubibant Equites, Armis contra Mauros ſtrenue certando, Belliſque ſuſpenſis, aliquantulum in Conventu morabantur, re-
56. ligioſiſſime vivendo, quemadmodum hæc omnia exponit laudatum *Alcantaræ Statutum cap.* 3. *pag.* 9.

DISCURSUS XIII.

SECTIO II.

ARGUMENTUM

Enumerantur Ordines Equeſtres habentes Claſſem Eccleſiaſticorum, & late agitur de iſtis Fratribus Clericis, & de eorundem Privilegiis.

SUMMARIUM.

1. *Alcantaræ Ordo conſtat tribus Gradibus, Equitum Militum, & Clericorum, & Fratrum, & pro omnibus Claſſibus adſunt Statuta.*
2. *In hoc Diſcurſu ample agitur de dictis tribus gradibus.*
3. *Ordo Melitenſis habet dictos tres Gradus, & Commendas diſtinctas pro illis.*
   Magnus Magiſter Melitenſis habet Titulum Eminentiſſimi.
4. *In Ordine Hieroſolymitano, ex Claſſe Fratrum Capellanorum ſeliguntur Prelati, Epiſcopus Melitenſis, & Prior major Eccleſiæ Conventualis, & adſunt Commendæ pro unaquaque Claſſe.*
5. *Capellani, & Servientes Armorum, & Equites Magiſtrales, & ex Gratia in Religione Hieroſolymitana tenentur probare honeſtatem Natalium, legitimitatem, & Sanguinis puritatem.*
6. *Adeſt Collegium Salmanticę pro d. eodem Ordine.*
7. *In Religione Teutonicorum adeſt Claſſis Eccleſiaſticorum habens ſuas Com-*

Commendas, & pro admiſſione probant Honeſtatem Natalium, Milites vero per ſexdecim gradus probant Generoſam Nobilitatem.

8. *In Ordine Sancti Antonii in Æthiopia eadem Claſſis eſt.*

9. *In Ordine Sancti Stephani Papæ, & Martyris adeſt Claſſis Militum, & Sacerdotum Conventualium. Ipſa Claſſis Militum comprehendit Beneficiatos Nobiles, qui Nobilitatem comprobant ut Milites.*

10. *Idem eſt in Religione Sanctor. Mauritii, & Lazari.*

11. *In Ordine Sancti Spiritus in Gallia idem eſt.*

12. *Sic in Ordine Sancti Januarii.*

13. *In Regnis Hiſpaniarum Religiones Militares reſidentiam habebant in peculiaribus Monaſteriis, vel cum Monachis, vel cum eorum Magiſtris.*

14. *Religiones deſumpſerunt nomen à locis, in quibus ſiſtebant Monaſteria. Mutatis Monaſteriis, nomina quoque mutabantur, ut in Ordine Alcantaræ prius dicto Sancti Juliani de Pereyro, ob locum Pereyri, & poſtea ob Oppidum Alcantaræ, ad quod fuit translatus Ordo.*

15. *Idem Ordo, permanente utroque Monaſterio Pierii, & Alcantaræ, dictus fuit Ordo Sancti Juliani, & Alcantaræ.*

16. *Monaſteria prædicta vocabantur Ordinum Capita, & quæ in eis ſervabantur*, & n. 17, & 21.

18. *In Monaſteriis una cum Monachis vivebant Equites, qui regebantur in ſpiritualibus à Monachis.*

19. *Separatis Monachis ab Equitibus, introducti fuerunt Clerici eorundem loco, pro regimine ſpirituali.*

20. *Fratres Clerici tenentur ad Novitiatum.*

21. *Equites in dictis Monaſteriis Novitiatum per aliquod tempus agunt, Profeſſionem emittunt.*

22. *Monaſteria Equitum nonnulla enumerantur*, & n. 23., & 24.

25. *Monaſteria ſua tenent Statuta, & quæ ſint quoad Ordinem Divi Jacobi.*

26. *Fratres Clerici tenentur ad Novitiatum, & Profeſſionem.*

27. *Debent Habitum deferre in Novitiatu.*

Anno Probationis completo, debent emittere Profeſſionem.

28. *Quid dicendum de Profeſſione emiſſa in mortis Articulo*, & n. 29. 30. 31.

32. *Fratres Clerici in Ordine Sancti Jacobi, ubi poſſunt Profeſſionem emittere*, & n. 33.

34. *Fratres Clerici in Monaſteriis, & Collegiis degentes, quando poſſint ex illis ad alia loca tranſire.*

Limita ut n. 35.

36. *Clerici Fratres in Collegiis debent Scientias diſcere.*

37. *Collegia in quibus locis adſint*, & n. 38., & 39.

40. *Collegia Fratrum Clericorum habent Rectores*, & *n.* 41.

41. *Per ſuffragia Prioris, & Fratrum electio Clericorum ad Collegia mittendorum fieri debet.*

42. *Clerici Fratres poſſunt Jus Canonicum in Accademiis addiſcere, & quomodo*, & n. 44.

An Magiſterii Gradum ſuſcipere, & an publice docere etiam jus Civile?

43. *An poſſint eſſe Senatores Regii?*

45. *Ad Præbendas vacantes Collegiorum, quomodo præſententur Clerici Fratres*, & n. 46. 47. 48., & 49.

50. *In Monaſteriis Militiarum deſignantur Magiſtri, qui Moralem Scientiam Clericos Fratres doceant.*

51. *Ordines Militares gaudent communicatione Privilegiorum Sacris Religionibus conceſſorum, & ſic privativa juriſdictione puniendi ſubditos,*

& judicandi Cauſas Civiles, & n. 52.
53. *Confeſſarios aſſignare pro degentibus in Collegiis* , & n. 54., *&* 55.
56. *Et vigore Bullæ Cruciatæ ſibi ipſis Confeſſarium eligere* , & n. 59.
57. *Rectores, & Priores poſſunt ſibi deſignare Confeſſarium.*
58. *Novitii tum Equites, tum Clerici poßunt confiteri ſuis omnibus Sacerdotibus, quibus poſſunt profeſſi*, & n. 59. 60., *&* 61.
61. *Quando Equites, & Fratres Clerici poſſint Sacerdoti Seculari confiteri*, & n. 62. 63., & 64.
65. *Capellani Honorarii Regis, ex Militiis approbantur ab Ordinariis ad audiendas Confeſſiones Regularium Militarium.*
Nulli dantur Caſus reſervati in Militaribus Ordinibus.
67. *Capitula Ordinum Militarium poſſunt reſervare Caſus, ita etiam Senatus Ordinum mediate.*
Magis tamen expedit, quod non fiant reſervationes: Laudatur bo. me. Pater Fabius Cemorini.
68. *Oratorium interius ad celebrandam, & audiendam Mißam, Monaſteria Militaria habent.*
Altaris portatilis jus habent Jacobæi.
Et vigore communicationis Privilegiorum Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ.
Intelliguntur prædicta de Fratribus Clericis, & Equitibus Militiarum Sacerdotibus, intra clauſtra degentibus.
69. *Senatus Ordinum non poteſt concedere Oratorium in privatis Domibus.*
Quid dicendum in caſibus neceſſitatis?
70. *Sed dicendum tutius eſſe impetrare in hoc Indultum ſpecificum à Sancta Sede.*
71. *An Clerici Militiarum poſſint aſſiſtere Ludis illis, ſeu Spectaculis, Torneamentis, ſive Taurorum agitationibus frequenter habitis in Hiſpaniis, & Luſitania*, & n. 72.
73. *Quando Regularis, abſque ulla licentia, poſſit in Hiſpaniis acceptare Epiſcopatum.*
74. *Religioſus Militaris factus Epiſcopus, quando poſſit de Bonis ſuis diſponere.*
75. *Tenetur ad Vota Religioſa.*
76. *Frater Clericus factus Epiſcopus, decedens ab inteſtato, illi ſuccedit Monaſterium in Bonis, quę habebat ante Epiſcopatum.*
77. *Et factus Epiſcopus, ſi fuerit conſecratus, ſuccedit ad Bona hęreditaria.*
78. *Frater Clericus factus Epiſcopus, qui ſit ſaltem confirmatus, non tenetur ad obſervantias Regularis Ordinis, ſed ſolum ex decentia; ideo poteſt*
79. *Habitum, ſeu Inſigne ſui Ordinis deferre.*
80. *Crucem Militarem ſuper Veſtem deferre.*
81. *Clericus factus Epiſcopus in recitatione Officii debet ſe conformare ſuæ Eccleſiæ.*
82. *Clerici prædicti Calatravæ, & Alcantarę facti Epiſcopi, vel Cardinales, privatim recitare poſſunt Horas Canonicas juxta Breviarium Benedictinum.*
Idem in Clericis factis Parochis.
83. *Fratres Clerici facti Patriarchę, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, vel Prælati, aut Cardinales, an poſſint uti Bulla Cruciata.*
84. *Clericus, ut ſupra, factus Summus Pontifex liber eſt ab omni Regularis Ordinis obligatione.*
85. *Epiſcopus prius Frater Clericus, ſi renunciet Epiſcopatui, an teneatur ad Ordinem redire, adſunt hinc inde Opiniones: negativa eſt probabilior, & tuta*, & n. 86.

87. *Si*

87. *Si d. Frater Clericus renunciet Epiſcopatui, & ad Religionem redierit, non poteſt eligi in Prælatum, nec eſt Subditus Prælato Regulari.*

88. *Poterit diſponere de Bonis ex induſtria propria acquiſitis in caſu obitus.*

89. *Quæ diximus de Fratribus Clericis factis Epiſcopis, eadem dicenda ſunt de Equitibus Militaribus factis Epiſcopis, vel Cardinalibus.*

Et iſti poſſunt de Bonis Patrimonialibus, vel de eorum induſtria diſponere, & ab inteſtato decedentibus, ſuccedunt proprii hæredes.

DISCURSUS XIII.

SECTIO II.

Conſtat Nobilis hic Alcantarę Ordo ſuis Gradibus Equitum Mili-
1. tum, & Clericorum Fratrum, qui omnes, ut ad Habitum Religionis admittantur, pollere debent requiſitis illis, ac prærogativis, quæ Statuta Ordinis reſpective præſcribunt. Et quoniam fere omnes Militares Ordines, tum extra Hiſpanias conſpicue vigentes, tum in Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Regnis florentes, mixturam habent Clericorum, & Militum, ſub uno, vel alio vocabulo nuncupatorum, diſpertitis hinc, atque
2. hinc in unaquaque Claſſe muneribus, operæ pretium ducimus in hoc Diſcurſu generalem de hac re exponere notitiam, ne pluries hæc eadem in ſingulis Diſcurſibus ſuper unoquoque Ordine, integraliter, & ab ovo repetere cogamur. Hinc primo liquet Equeſtrem Militarem Religionem Hoſpitalariorum Sancti Joannis Baptiſtæ Hieroſolymis fundatam, ad varia loca juxta temporum viciſſitudines ſubinde translatam, & tandem fixa Sede, in Melitenſi Inſula, à qua nuncupatur Religio Equitum Melitenſium, quæ Religio unicum habet Conventum, hoc eſt Melitenſem, ut advertit etiam Rota in Fanen. Juris Tumulandi cor. Eminentis. Caltagnino, dum hęc ſcripta revidemus Sacra Purpura redimito: hæc deciſio poſt noſtrum *Diſcurſum de Sepulturis* in ſecundo Volumine regiſtratur; tribus conſtare Perſonarum Claſſibus, Militum nempe, Fratrum Capellanorum Conventualium, ac Servientium Armorum. Unaquæque ex his Claſſibus ſua tenet munera, Commendas habet, Gradus, & Dignitates,
3. ſuiſque regitur Statutis. Ex prima Militum Claſſe creatur totius Religionis Magnus Magiſter, qui Eminentiſſimi Titulo à ſan. me. Urbano VIII. fuit decoratus. Ex Claſſe Fratrum Capellanorum duo eliguntur Prælati,
4. Epiſcopus ſcilicet Inſulę Melitenſis, & Prior major Eccleſiæ Conventualis, & ab eadem dependentium. Ex Claſſe Servientium Armorum eligitur Magiſter, ut dicitur *Scudiere*, pro exequendis Mandatis Superiorum, & Concilii. Adſunt quoque Commendæ pro qualibet ex dictis Claſſibus. Statuta demum præſcribunt reſpective qualitates Probationum pro admiſſione ad Ordinem, ita ut reſpectu prętendentium admitti in Gradu Militum, teneantur probare Generoſam Nobilitatem, nec non Sanguinis puritatem: Reſpectu vero Fratrum Capellanorum, & Servientium Armo-
5. rum, ſicuti etiam Equitum Magiſtralium, & ex Gratia, requiratur probatio Honeſtorum Natalium, legitimitatis, & puritatis Sanguinis; atque ita dictæ tres Claſſes, Charitatis vinculo junctę, triplicem funiculum illum conſtituunt, qui ut inquit *Eccleſ.* 4. 12. *difficile rumpitur*, ut notat. Anonimus

nimus Eques hujus Militaris Religionis in illo Libello cui Titulus - *Breve Particolare Iſtruzione del Sacro Ordine Militare degli Oſpitalarj, detto hoggidi volgarmente di Malta, e della diverſa qualità di Perſone, impreß. pro ſecunda vice Patavii* 1724. *Typis Ioſephi Comini per Joannem Baldanum*; ceterique quos adducimus in *Diſcurſu* Religionis Sancti Joannis Hieroſolymitani. Figura vero Magni Magiſtri Equitis Militis, & Eccleſiaſtici induti Toga Capitulari, & Militari Sago; ac Veſte Eccleſiaſticorum habetur apud *Abb. Juſtinianum Parte Prima cap.* 31. *pag.* 212. 264., *& ſeq. Bonannum n.* 60. 61. 62. 63. *Collector. Gallum Tom.* 2. *pag.* 98. 99. 233., *& ſeq.*

Pro iſto Ordine Sancti Ioannis adeſt Salmanticæ Collegium: *Mendo Diſq.* 9. 6. *quæſt.* 2. *n.* 7. De Collegiis Ordinum Militarium in Hiſpania infra agemus.

Liquet ſecundo in Religione Sanctæ Mariæ Teutonicorum eandem diſtinctionem Militum, & Sacerdotum adeſſe: Milites pro admiſſione ad Or-
7. dinem teneri probare generoſam Nobilitatem per ſexdecim latera; Sacerdotes vero honeſtatem Natalium: adeſſe Commendas pro prima claſſe, Beneficia pro ſecunda, quemadmodum videre eſt in noſtro *Diſcurſu* ſuper Religione Sanctę Mariæ Teutonicorum. Gerunt Milites Militarem Togam albam, & Eccleſiaſtici cum Cruce nigra: unde Figuram Militis, & Eccleſiaſtici, nec non Magni Magiſtri exhibet d. *Juſtinianus Parte Secunda cap.* 32. *pag.* 474. 477. 513 *Bonannus n.* 16. *&* 17. *ac.* 18.

Tertio patet in Ordine Equitum Sancti Antonii in Æthiopia; qui Ordo in duas claſſes dividitur; altera earum Monachos continet, altera Mi-
8. lites. Magnus Abbas, ſive Magnus Magiſter eligitur alternatim, modo à Claſſe Militum, modo Monachorum, ita ut una vice regat & gubernet unus ex ordine Equeſtri, & altera vice ex Ordine Monachali. Figura Equitis Monachi, & Magni Maſtri habetur apud *Bonannum n.* 4. 5. 6.

Quarto in Ordine Sancti Stephani Papæ & Martyris, non ſolum adeſt Claſſis Militum, & Sacerdotum Con-
9. ventualium in Piſano Conventu commorantium, ſed et ipſa Claſſis Militum componitur ex Militibus, ac Beneficiatis Nobilibus, qui Nobilitatem probare tenentur eo modo, ac probant Milites; ſuntque capaces Commendarum, quæ ſunt ex gratia Magni Magiſtri, ut dictum eſt in *Diſcurſu de iſto* Ordine Sancti Stephani Papæ, & Martyris.

Eadem diſpoſitio habetur in Sacro Militari Ordine Sanctorum *Mauritii*, *&*
10. *Lazari*, in quo adſunt Milites Sacerdotes Nobiles, & ſimplices Capellani; juxta ea quæ diximus in noſtro Diſcurſu ſuper hoc *Ordine Sanctorum Mauritii*, *& Lazari*.

Pariformiter Quinto idem ſervatur in in Religione Conſtantiniana, juxta ea quæ tradimus in *Diſcurſu de eadem* Religione Conſtantiniana.

Sexto in aliis quoque Equeſtribus Or-
11. dinibus paſſim cooptantur Eccleſiaſtici, ut in Ordine Sancti Spiritus in Gallia: in fundamentali enim Ordinis hujus Statuto *ſub n.* 9. *& ſeqq.* expreſſe diſponitur, quod ſemper quatuor adſint Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quatuor Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut Prælati, & Regius Eleemoſynarius, juxta ea, quæ Nos tradimus in *Diſcurſu de Ordine Sancti Spiritus in Gallia*.

Septimo in Ordine Sancti Januarii
12. noviſſime per Sacram Regiam Majeſtatem Caroli, utriuſque Siciliæ Regis

Regis fundati, ponuntur Eccleſiaſtici, quemadmodum videre eſt in noſtro *Diſcurſu ſuper d. Ordine S. Ianuarii*.
Nunc ad ſpecialia deſcendentes, reſpectu Ordinum Militarium, qui in Regnis Hiſpaniarum, & Luſitaniæ apprime florent, pro ulteriori dilucidatione materiæ, generaliter referemus hiſtoricas narrationes horum Clericorum Fratrum, quæ communes ſunt, & congruvnt omnibus Ordinibus Clericos habentibus, ne repetere cogamur idem in ſingulis Diſcurſibus, in quibus proinde quoad generalia, ad hunc Diſcurſum remiſſive nos habebimus, ſolumque individuas, ſpecificaſque notitias recenſebimus deinde in ſingulis Diſcurſibus, in quibus agemus de Ordinibus Hiſpanicis.
Liquido ſane conſtat, quod in Regnis Hiſpaniarum potiſſime, ac in Luſitania Militares Religiones in earum fundationibus Monaſterium aliquod ſortitæ ſunt, in quo vel una cum Monachis clauſtraliter, vel cum
13. eorum Magiſtris (quilibet enim Ordo antiquitus ſub ſuo vivebat Magiſtro) reſidentiam habebant, moramque trahebant: hinc Ordines ipſi Militares nomen deſumpſerunt ab Oppidis, ſeu Territoriis, in quibus erecta fuerunt Monaſteria hujuſmodi,
14. quemadmodum contigit in Ordine Calatravæ, Monteſiæ, Alcantaræ, ac advertit *d. Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 2. n. 2.* ubi ſubdit quod poſita Monaſterii mutatione, nomen quoque Ordinis fuerit immutatum, juxta exemplum ejuſdem Ordinis Alcantaræ, prius nuncupati Sancti Juliani del *Pereyro*, ob Monaſterium in Territorio del *Pereyro* ſitum, & poſtmodum Alcantaræ, ob Oppidum, & Monaſterium Alcantaræ, quod primo Monaſterio extincto, nunc viget: quin imo, utroque Monaſterio permanente, vocatus fuit Ordo Sancti
15. Juliani inſimul, & Alcantaræ, ut videre eſt etiam in his, quæ diximus in præſenti Diſcurſu.
Merito proinde hæc Monaſteria erant, & appellabantur Ordinum Capita, & præcipuæ, ac unicæ Sedes Ordinum. In his Monaſteriis pro majori temporis parte moram faciebant
16. Magiſtri, quoties actuale Bellum non urgebat, vel aliis negotiis diſtenti non eſſent. Capitula celebrabantur in iiſdem Monaſteriis. Hic annum Noviciatus peragebant Tyrones, Habitum Religionis ſumebant, & Profeſſionem emittebant: *Pater Mendo Diſq. 18. Quæſt. 3. n. 22.* & antecedenter *d. Diſq. 9. Quæſt. 1. n. 1. & 2.* ubi quod hoc potiſſimum ſervabatur in Ordinibus Militaribus ſub Inſtituto Ciſtercienſi, prout eſt hoc Alcantaræ.
In his demum Ordinum Monaſteriis, quæ Capita Ordinum ſunt, Archiva ſervantur pro cuſtodia Inſtru-
17. mentorum, Bullarum, Privilegiorum, & inſimul Actorum ſuper probationibus eorum, qui fuerunt ad Habitum admiſſi, ut de Ordinibus Militaribus Hiſpaniarum: *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 1. n. 2.* & de Ordinibus JESU Chriſti in Luſitania diximus in *Diſcurſu ſuper d. Ordine*.
In dictis Monaſteriis, in quibus ade-
18. rant Monachi, & una cum Monachis convivebant Equites, tunc iſtos dirigebant Monachis in ſpiritualibus. Cum autem à Monachis ſegregati, vel ſine Monachis, ſub Magnis Magiſtris Ordinum, & juxta rigoroſam obſervantiam Conſtitutionum vitam
19. ducebant, ne deeſſent qui Spiritualia Equitibus miniſtrarent, & Animarum regimen haberent, Clericos admiſerunt in eorum Ordines, qui proinde conflantur Clericis Fratribus

tribus, ac Militibus, ſcilicet Equitibus: hinc dictos Clericos Fratres Clericos vocaverunt, qui Fratres Clerici ſunt proprie, ac revera ſtrictiſſime Regulares, & Religioſi æque primo, ac per ſe harum Militarium Religionum conſiderati, ut late probat *d. Mendo Diſq.* 12. *Quæſt.* 1. *n.* 1., *&* *Quæſt.* 7. *n.* 94. *&* *Diſq.* 18. *Quæſt.* 3. *per totam. Salmanticenſes Oper. Moral. Tom.* 4. *Tract.* 15. *pag.* 124. §. 1. *n.* 47. Tandem, quando ſupervenere Diſpenſationes Apoſtolicæ, & harum vigore vivendi methodus in ſuo rigore immutata eſt, & Vota modificata, ita ut non amplius Equites in Conventibus morarentur, ſed in propriis Domibus, remanſere tamen in Monaſteriis ſolum Fratres Clerici, qui reſident in iiſdem Monaſteriis, ibique vitam Religioſam agunt, Eccleſiaſtico cultui addicti, invigilantes in Animarum cura, Sacramentorum adminiſtratione, ac ſpirituali Equitum regimine. *Mendo d. Diſq.* 3. *Quæſt.* 1. *n.* 1. *Diſq.* 9. *Quæſt.* 1. *n.* 2., *&* *Quæſt.* 2. *n.* 6. loquens de Ordinibus Hiſpaniarum, & de Ordinibus Luſitaniæ: *d. Mendo Diſq.* 1. *Quæſt.* 11. *n.* 195

Dicti Fratres Clerici aluntur ex reditibus Monaſterii Ordinis, ad quem ſunt admiſſi: *Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 1. *n.* 3.

Tenentur Fratres Clerici Novitiatum
20. peragere in Monaſterio per integrum ſane annum in Alcantaræ, Jacobæo, & Calatravenſi Ordinibus, ibique Choro aſſiſtere, & humilitatis, obedientiæ, ac aſperæ vitæ ſpecimina, ut deinde præcedentibus omnibus requiſitis in unoquoque Ordine neceſſariis, habiles ſint ad profitendum: *Mendo Diſq.* 3. *Quæſt.* 7. *n.* 63. Vide noſtrum *Diſcurſ. de Profeſſione*. Tenentur tria ſubſtantialia Vota emittere, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ: *Mendo d. Diſq.* 2. *Quæſt.* 2. § 2. *n.* 91. ſuper quibus videri poſſunt noſtri Diſcurſus *de Voto Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ*, in quibus materiam late perpendimus.

Ex quibus patens eſt, quod Equites
21. de eiſdem Monaſteriis participant, juxta enim cujuslibet Ordinis Statuta, debent Equites in tali Monaſterio Novitiatum per aliquod tempus agere, Profeſſionem emittere, & quoties in Monaſterio Equites adſint, ſedes habent proprias in Choro, ac in Capitulis locum: quamobrem ex concurſu Equitum, & Clericorum Fratrum, cum integraliter quilibet Ordo ex his duabus Claſſibus componatur, vere remanet tale Monaſterium Caput talis Ordinis, ſicuti ratiocinatur *d. Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 1, *n.* 3.

Hinc in Hiſpaniarum Regnis nunc quoad Ordinem Sancti Jacobi, tria ſunt Monaſteria, videlicet Sancti Marci in Urbe Legione pro Regno Legionenſi; aliud in loco de Veles pro
22. Regnis Caſtellæ; aliud in Urbe Hiſpalenſi nuncupatum Divi Jacobi, quod anno 1420. erectum fuit à D. Laurentio Suarez de Figueroa, alias exemptum ab Ordine per Pontificias Bullas, quod tamen Martinus V. Anno 1419. illud conſtituit ſub obedientia ſolius Magiſtri. Anno autem 1480. in Capitulo Generali à Magiſtro D. Alphonſo de Cardenas Ordini fuit incorporatum.

Quoad Ordinem Calatravenſem adeſt Monaſterium Calatravæ: Reſpectu Alcantravenſis adeſt Monaſterium Al-
23. cantaræ: Reſpectu Ordinis Monteſiæ Monaſterium Monteſiæ: *Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 1. *n.* 4.

Quoad

Quoad Regnum Luſitaniæ pro Ordine Sancti Jacobi adeſt Monaſterium.

Reſpectu Ordinis Sancti Benedicti de Avis, adeſt Monaſterium de Avis & pro Ordine Chriſti adeſt Monaſterium in Oppido de Tamar: *d. Mendo ubi ſupra*.

Quoad Ordinem Sancti Joannis Hieroſolymitani, adeſt in Inſula, & Civi-
24. tate Melitæ Monaſterium Melitenſe Sancti Joannis, quod eſt Caput totius Ordinis: *Mendo d. n.* 4.

Et præterea in diverſis Regnis tenet, ac Majoribus Prioratibus, ut in Hiſpania Monaſterium Sanctę Mariæ de Monte in Diœceſi Toletana, in Regno Navarræ Monaſterium in Oppido *Puente la Reyna*, & in Regno Aragonię Monaſterium de Caſpe, & aliud in Luſitania, ut tradit *d. Mendo d. Diſq.* 9. *Quęſt.* 1. *n.* 4.

Pro recto horum Monaſteriorum regimine, adſunt Statuta de Monaſteriis diſponentia, & Eccleſiis reſpective eorundem Ordinum.

Profecto in Ordine Divi Jacobi ſtatutum eſt, ut in Monaſterio de Veles Prior alternative, alter eſſet ex Provincia nuncupata *Mancha*, & alter
25. ex ea quæ appellatur *La Ribera & Campo de Montiel*. Et ex quadraginta quatuor Clericis Fratribus, quorum octo in Collegio Salmantino verſantur, dimidia pars debet eſſe ex una Provincia, & dimidia ex alia, ita tamen, ut quatuor ſint ſemper ex Campo *de Montiel*: ſic inita fuit inter Fratres prædictos concordia notificata Regi anno 1648., ut ipſe eam ratificaret, & à Pontifice confirmationem obtineret *d. Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 1. *n.* 25. In Conventu autem Sancti Marci Legionenſis adeſt Concordia de Prioribus alternative eligendis ex Provincia Legionenſi, atque ex Extremadura, quod recte factum eſt, inquit *Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 1. ubi reprobat *Barboſam* contrarium tenentem in *Prax. Exigendi Pens. Libro Secundo Voto* 36.

Diximus Fratres Clericos militarium Ordinum eſſe vere, & proprie Religioſos, cum Vota ſubſtantialia emittant: tenentur proinde Annum No-
26. vitiatus peragere, & poſtmodum ſolemnem Profeſſionem emittere. Sane Novitiatus Annus debet eſſe integer, Choro aſſiſtendo, aliiſque Communitatis Actibus, & ſic experiri vitæ genus, quod aſſumere volunt: *Mendo Diſq.* 2. *Quæſt.* 2., & *Diſq.* 3. *Quęſt.* 7. *n.* 63., & *Quæſt.* 17. *n.* 172.

Nota quod tum Equites, tum Clerici Fratres, qui tempore Novitiatus Habitum non afferrent per tempus notabile, diſrumperent Annum No-
27. vitiatus, huncque ab illis peragendum fore integrum à die, quo iterum Habitum reſumant. Neque enim ſtat abſque Habitu Novitiatus, niſi ipſi Superiores in geſtatione illius diſpenſent. Verum non nimis ſcrupuloſe cum Equitibus eſt procedendum, qui laxiorem vitę normam ſequuntur, & in ſententia tuente eos non eſſe ſtricte Religioſos, rigor erit magis temperandus: ſic totidem verbis inquit *Mendo Diſq.* 12. *Quæſt.* 1. *n.* 9.

Peracto integro Probationis Anno, comprobatis omnibus requiſitis, quæ Ordo quilibet præſcribit, admittitur ad Profeſſionem: *Mendo d. Diſq.* 3. *Quæſt.* 7. *n.* 63.

Et Profeſſio emittitur ſub illis Votis, ac verborum formulis, Ritibuſque, juxta cujuslibet Ordinis, pręſcriptum in Statutis eorundem Ordinum.

Si autem labente Anno Novitiatus, in mortis periculum incidat Novitius, poterit profeſſionem emittere, licet non ſit completus Annus, ut ita Indul-

28. Indulgentias lucretur, & Gratias, quę in Profeſſione conceduntur, & cæteras, quæ Profeſſi conſequuntur in Mortis articulo, juxta famigeratum Breve Sancti Pii V. 23. Auguſti 1570. quod non eſſe revocatum per Bullam Gregorii XIII. cum *Barbos. in Collect. ad Cap. Ad Apoſtolicar. 16. de Regular.* aliiſque tenet *Mendo d. Diſq. 3. Quæſt. 7. n. 63.* ubi quod licet probabilis ſit opinio, quod d. Novitius etiam gaudeat Privilegiis, ac Gratiis Religioſorum Profeſſorum, tutius tamen, & extra opinionis contentionem, eis gaudebit, ſi Novitius tunc profiteatur.

Dicta Profeſſione ſic emiſſa, ſi decedat è vivis Novitius, abſque eo quod de Bonis ſuis legitime diſpoſuerit, in illis non ſuccedit Monaſterium, ſed ſuccedunt Conſanguinei illi, qui ha-
29. bent jus ſuccedendi ab inteſtato; ſiquidem præfata Profeſſio, ut ſupra anticipate peracta, tribuit ſolum participationem Privilegiorum, & Gratiarum ſpiritualium in Ordine ad ipſum profitentem, nec alium externum effectum producit: *Mendo d. Diſq. 3. Quæſt. 15. n. 150.*

Quod ſi Novitius, qui in mortis peri-
30. culo proximo Profeſſionem emiſit, mortem evaſerit, & reconvaluerit, Annum integrum Probationis explere debet, iterumque profiteri: *Mendo d. Diſq. 3. Quæſt. 15. n. 150.*

Porro dicta anticipata Profeſſio, ac ſub-
31. ſequens iterata Profeſſio ſemper fieri debet coram Prælato acceptante per ſe, aut per alium à ſe ad hoc deſignatum, & ita præbente facultatem ad eam emittendam: *d. Mendo d. Diſq. 3. Quęſt. 15. n. 151.*

Quapropter in Ordine Sancti Jaco-
32. bi, cum Priores Monaſteriorum, nomine Regis Hiſpaniarum acceptent Profeſſionem, eiſque commiſſę ſint Subditorum Profeſſiones, poterunt Fratres Clerici Jacobæi, de licentia ſuorum Priorum, Profeſſionem in articulo mortis emittere: *Mendo d. Diſq. 3. Quæſt. 15. n. 151.*

Non ſic in Ordinibus Calatravę, ac Alcantaræ; nam in Calatravenſi *Sta-*
33. *tuto cap. 2. Tit. 7.* cavetur, ne Fratres Clerici Profeſſionem emittant, niſi Rex Hiſpaniarum de eorum meritis, & ſufficientia monitus, licentiam eis tribuat profitendi: *d. Mendo d. Diſq. 3. Quęſt. 15. n. 151.* idemque de Fratribus Clericis Alcantarenſis Ordinis habetur, ut inquit *d. Mendo ubi ſupra n. 151.*

Fratres Clerici, qui in Monaſteriis, &
34. Collegiis degunt, ac ſive intra Communitatem exiſtant, ſive extra illam, non poſſunt ex ſe diſponere, ad alia tranſeundo Regna, abſque Prælatorum venia, & non poſſunt ab aliis, ad alia loca pergere, abſque licentia Senatus Ordinum: niſi ex Collegiis redeant ad Monaſteria, aut agatur, ad peragendum Informationes ex præſcripto Prẹſidis Senatus Ordinum; ſicut nec licet deſerere Communitatem, niſi ratione alicujus Beneficii, Capellaniæ honorariæ, Adminiſtrationis, aut muneris à Rege Hiſpaniarum, vel ab ipſo Senatu conceſſę: *Mendo d. Diſq. 3. Quæſt. 11. n. 94.*

Idem procedit quoad Equites dictarum Militiarum, ſi inſpiciatur rigor Juris, & Statutorum, ut ratiocinatur *d. Mendo d. Diſq. 3. Quęſt. 11. n. 95.* Ubi tamen ſub numero *96.*,
35. ſubdit, quod jam conſuetudine inductum eſt, ſcientibus & non reſiſtentibus Hiſpaniarum Regibus, ut Equites Milites, quo velint pergant, ex tacita licentia, & beneplacito, quemadmodum cæteri laici illi, qui non petunt licentiam tranſeundi ab

una

una ad aliam Provinciam, ab uno ad aliud Regnum. Sed cum adſint Laici, qui ratione munerum tenentur poſcere licentiam à Rege, vel Senatu Indiarum, vel ab alio, ut ſint gerentes ſpecialia munera; ſic pari modo adſunt etiam Equites, qui tenentur poſcere, & obtinere licentiam prædictam expreſſam, & ſine qua eis non licet ſe transferre ad alia Loca: illi autem ſunt Equites illi, qui ſpeciali munere Regio, ſeu ipſorum Ordinum ſunt occupati, quod abſque expreſſa licentia nequeunt omittere, ex. grat. Præſides, Senatores, Viſitatores, Fiſcales, Procuratores Generales, Prætores, Gubernatores, & ſimiles, qui ſint ex Ordinibus Militaribus.

Ut autem Fratres Clerici Militarium Ordinum apti ſint ad rite recteque Religioſa eorum munia exercendum,
36. neceſſe eſt Literis, Doctrinis, Diſciplinis, & Scientiis inſtructos eſſe; cumque ignorantia turpis quidem ſit in omnibus, ſed turpior in Viris Eccleſiaſticis, probe ſancitum eſt, quod pro Ordinibus Militaribus Collegia habeantur, in quibus Fratres Clerici Scientias diſcant. Idcirco Carolus V. Imperator, & Hiſpaniarum Rex pro tribus Ordinibus Militaribus, Divi Jacobi nempe, Calatravæ, ac Alcantaræ tria Salmanticæ erexit Collegia: *Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 9. Quęſt. 2. n. 7.*

Valentię quoque erectum fuit Colle-
37. gium pro Ordine Monteſiæ: *d. Mendo Diſq. 9. Quęſt. 2. n. 7.*

In Portugalliæ Regno Conimbricæ ad-
38. ſunt Collegia pro tribus Ordinibus Militaribus in d. Luſitaniæ Regno Nobilitate micantibus, ſcilicet Divi Jacobi, Divi Benedicti de Avis, & Chriſti Domini: *Mendo Diſq. 1. Quæſt. 11. n. 195. Diſq. 9. Quæſt. 2. n. 7.*

In d. Univerſitate Salmantina erectum
39. quoque fuiſſe Collegium Ordinis Sancti Joannis, teſtatur *d. Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 2. n. 7.*

Pro bono dictorum Collegiorum regimine memorati Ordines peculiares
40. habent Rectores, qui ſunt Superiores Collegarum Divi Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ: *Mendo Diſq. 7. Quæſt 17., & 18. Diſq. 9. Quæſt. 2. n. 8. Quæſt. 8. n. 70.*, Et de Rectoribus, & de eorum Statutis, meminit idem *Mendo* ubi ſupra *Diſq. 9. Quæſt. 2. n. 8.* Ubi quod Senatus ipſe Ordinum cordi habet hęc Collegia. Et de Juriſdictione dictorum Rectorum ad puniendum per Cenſuras, & præcepta Obedientię *Mendo in locis ſuperius allegatis.*

Porro juxta diſpoſitionem Statutorum Ordinis Divi Jacobi *Tit. 20., cap. 2., & 3.* electio Clericorum mitten-
41. dorum ad Collegium Salmantinum, fieri debet per ſuffragia Prioris, & Fratrum: & quidem eligi debent octo ex Monaſterio de Veles, octo ex Monaſterio Sancti Marci Legionenſis, duo ex Monaſterio Hiſpalenſi: *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 3. n. 20.*

An Clerici Fratres in Accademiis jus civile addiſcere publice poſſint (nam privatum ſtudium legum Civilium nemini prohibitum eſt, ut oſtendit *Pater Mendo in Tractat. de Jure Academico libr. 2. à n. 370., & de Ord. Militar Diſq. 9. Quæſt. 3. n. 15.*) perpenditur ab eodem *Patre Mendo*
42. in allegata *Diſq. 9. Quæſt. 3. d. n. 15.* ibique præmiſſa Regula generali negativa, inquit, quod Summus Pontifex Julius III. Clericis Fratribus Militiæ Sancti Jacobi indulſit, ut poſſent Jus Civile addiſcere, dummodo non eſſent Sacerdotes, quod Privilegium habetur in Statutis d. Ordinis

dinis pag. 32. juxta impreſſionem Anni 1655. Deinde ſubiungit quod Gregorius XIII. ad inſtantiam Philippi II. Hiſpaniarum Regis, & Ordinum Adminiſtratoris, abſque ulla limitatione Sacerdotum, aut non Sacerdotum, indulſit Clericis Fratribus omnium Ordinum Militarium Sancti Jacobi Calatravæ, & Alcantaræ idem Privilegium, ut teſtatur *d. Mendo d. Diſq. 9. d. n.* 15. ubi per extenſum, & ad literam refert Bullam d. Summi Pontificis Gregorii XIII., quam teſtatur non reperiri in Bullariis Ordinum, cujus Bullę vigore poſſunt dd: Fratres Clerici publice in Accademiis ſtudere Juri Civili, cum dependentia tamen Superiorum, ut rectius calleant Eccleſiaſticas leges, non autem ſeorſim à jure Canonico poſſunt Juri Civili operam dare, ita ut dumtaxat illud addiſcant. Non poſſunt idcirco Fratres Clerici nomen ſuum dare in Matriculis, ſeu Accademiæ albo. Poterit quidem Frater Clericus, completo curſu literario in Jure Canonico, uno vel duobus annis, ſolius Juris Civilis Lectiones audire, ut ita Jus Canonicum melius calleat: rurſus *d. Mendo D. ſq.* 1. *Quęſt.* 3. *n.* 26.

Prædicti Fratres Clerici poſſunt ſuſcipere Magiſterii Gradum, & Doctoratum in Accademiis, in Artibus, & Theologia: *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 3. n.* 22., *&* 23.

Unde *Statuto Divi Jacobi Tit.* 20. *cap.* 14. deſignatur quantitas, quam Monaſterium erogare debet, quando Frater Clericus Gradum Licentiatus, & Doctoratus ſuſcipit in quavis Accademia approbata, & in Salmantina, inquit *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 3. n.* 23.

Poſſunt pariter Clerici Fratres Militares publice docere Artes, Theologiam, & Jus Canonicum, & ad Bathedras harum facultatum opponi, & moderari: *Mendo Diſq. 1. quæſt. 3. n.* 24. *& Diſq. 9. quæſt. 7. n. 69.*

Non vero docere publice Jus Civile, ut probat *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 25. *&* 26.

Si tamen, dum in ſeculo morabantur, Juri Civili ſtuduerunt, poterunt Gradum Doctoratus in illo ſuſcipere, accedente licentia, de raro tamen concedenda: *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 7. n. 69.*

Et licet, prout tot fuerunt, poſſint eſſe Senatores Regii, & ſic ſententiam juxta Jus Civile ferre, id tamen procedit ex aliis motivis, exem. grat.
43. nempe ex conſuetudine à Pontifice admiſſa, aliiſque de quibus *d. Mendo d. Diſq. 9. Queſt.* 32. *& Diſq.* 11. *Quæſt.* 4. §. 1. *n* 61., *& ſeqq.*

Ex illis autem ſinguli octo debent quin-
44. que Artibus, & Theologiæ ſtudere, ceteri Canonicæ Diſciplinę incumbere, & ex duobus Hiſpalenſibus, alter primis allocetur, alter ſecundis: *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt.* 3. *n.* 20.

Calatravæ Statutum *Tit.* 3. *cap.* 3., *&* 6. diſponit quod ſtatim, ac Præbenda Collegii Salmantini vacaverit, Prior (ſeu Adminiſtrator) ſimul cum
45. quatuor Senatoribus, & cum moderatore Cathedræ Monaſterii, proponant Senatui Regio Ordinum tres, vel quatuor Clericos Fratres, qui vigeſimum quintum annum non excedant, ut Senatus ex illis unum deſignet, qui Salmanticam pergat. Si autem intra decem dies à notitia Prębendæ vacantis Clerici Fratres non proponantur à Monaſterio, Senatus, jure devoluto, deſignat quem velit. Ex Collegis autem totidem Studio Artium, ac Theologiæ, & Ca-

& Canonicę Doctrinæ tenentur vacare: debent autem illi, ad quos ſpectat electio, eligere, aut proponere magis idoneos.

In Alcantaræ *Statuto Tit. 12 cap. 3.* *adeſt Decretum* Regis Philippi II., uti Adminiſtratoris, in quo *n.* 4., *&* 47. præcipitur, quod Prior Mo-
46. naſterii de Alcantara proponat ipſi Regi, ejuſque Senatui Ordinum Fratres Clericos habiles, quoties in Collegio Præbenda vacaverit, ut eligatur aptior; in qua electione ſuffragium habet Viſitator, & ſi fuerit abſens, ſuffragium per literas clauſas tranſmittet Senatui.

Ex Collegio autem Alcantarenſi tot debent audire Artes, & Theologiam, quot facultatem Canonum.

47. Cœterum, cum Ordo reſervaverit Regi electionem Rectoris Collegii Alcantarenſis, ſimul ei reſervavit electionem Collegarum, ſeu etiam Capitulo Generali, aut Senatui Regio Ordinum, ad quem nunc electio verſatur: prędicta ad litteram habentur penes *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt.* 3. *n.* 20.

Hinc ad formam Statutorum eorundem Ordinum aſſignatur à Senatu Ordinum cuilibet Collegę ſcientia, cui incumbere debet, Juris Canonici, vel Ar-
48. tium, aut Theologiæ, & Collegæ illi ſtudere, & non alteri tenentur, ut proſequitur *d. Mendo Diſq. 9. quęſt.* 2. *n.* 9., *& ſeq.*; Qui ſub n. 11. firmat Rectorem Collegiorum ſub lethali teneri ad exquirendum, curandumque, ut quilibet Collegialis aſſignatam ſibi facultatem diligenter, & aſſidue, ac ex profeſſo audiat, & in ea proficiat; nec permittat, nec diſſimulet, quod Collegiales in aliis diſtrahantur ſtudiis: *Mendo d. Diſq. 9. quæſt. 2. n.* 9., *& quæſt.* 3. *n.* 21. Niſi in hoc adſit Senatus Ordinum diſpenſatio, quam non eſſe concedendam, vel difficulter concedendam, inquit idem *Mendo ubi ſupra*, *& quæſt.* 3. *n.* 21. ubi quod alias tenetur reſtituere Collegio expenſas factas; niſi excuſarentur, quia Religioſus eſt adhuc in Communitate degens, nihil habet proprii, & quia ſumptus facturus erat plus, minuſue in Monaſterio.

Quemadmodum etiam Collegialis ſub mortali tenetur non omittere ſtudium ſibi pręſcriptum: *Mendo ubi ſupra*.

Si contingat Collegialem diverſam facultatem à ſibi aſſignata addiſcere cæpiſſe, & unum dumtaxat annum inſumpſiſſet, novus Collegii Rector
49. eum cogere poteſt ad reaſſumendam ſcientiam ſibi præſcriptam. Si autem tres, vel quatuor anni effluxerint, cum durum eſſet ſcientiam mutare, & cum mutatione utriuſque ſcientiæ profectus amitteretur, Rector poterit diſſimulare factum, interpretando diverſimode voluntatem Religionis, ut ratiocinatur laudatus *Mendo n.* 11. *d. Diſq. 9. quæſt.* 2.

Inſuper, ut Clerici Fratres inſtruantur in Scientiis, & idonei reddantur ad munus Parochi, cum non omnes
50. ad prędicta Collegia ire poſſint, juſtiſſime ſancitum eſt, ut in iiſdem Monaſteriis Militiarum deſignentur Magiſtri, qui Moralem Scientiam Clericos Fratres doceant: unde Priores, & Superiores eorundem tenentur invigilare, ut Studium hoc floreat, & proficuum reddatur, quemadmodum monet: *d. Mendo ubi ſupra n* 13. *d. Diſq. 9. quęſt.* 2.

Quoad cognitionem Cauſarum eorundem Clericorum Fratrum in Collegiis Salmantinis degentium, materiam examinat *Pater Mendo tum in Tractatu*
51. *de Jure Accademico Lib.* 1. *ex num.* 171.,

171., *&* 486., *ac libr.* 2. *quæſt.* 31., *& lib.* 3. *quæſt.* 3 *in fine*, & in ſecunda editione *libr.* 4. *quæſt.* 3., *ex n.* 67., *tum in Tract. de Ordin. Militar. Diſq.* 9. *quæſt.* 8., *&* *Diſq.* 17. *quæſt.* 1. Idcirco ſequentia præſtrinximus. Certum eſt, quod Ordines Militares gaudent communicatione amplìſſima Privilegiorum Sacris Religionibus conceſſorum: Religionum vero Privilegia omnimodam Juriſdictionem privativam important ad puniendos Subditos delinquentes; inde ſequitur, quod Iuriſdictio conceſſa Accademiis, & Magiſtris Scholæ ad puniendum in criminalibus delinquentes, albo Accademiæ inſcriptos, cum non deroget dictis Privilegiis Regularium quoad prędictam Juriſdictionem privativam, remanet Juriſdictio criminalis in iiſdem Regularibus, & ad eos ſpectat: unde tenentur Magiſtri Scholæ Religioſorum, ſive Fratrum Clericorum, ſive Equitum in delicto flagrante deprehenſorum, illico remittere ad ſuum Prælatum, ſeu ad Senatum Ordinum, & in hoc contraria prętenſa conſuetudo, etiamſi adeſſet, non ſuffragaretur ad tollendum Privilegia: ſed vere hæc prætenſa conſuetudo non adeſt, juxta exempla, quæ allegat *d. Mendo d. Diſq.* 9. *quæſt.* 8. *à n.* 66., *& Diſq.* 11. *quæſt.* 1. *n.* 5.

Reſpectu vero omnium Cauſarum Civilium, Religioſi albo Accademiæ inſcripti gaudent foro Magiſtri Scholæ, hocque certum eſt; & notoria Praxis; tam Clerici Fratres Militiarum, quam alii Religioſi non Militares: *Mendo de Jure Accademico* locis ſuperius allegatis, & ſequitur *de Ordin. Militar. d. Diſq.* 9. *quæſt.* 8. *n.* 64.

Quo vero ad Cauſas Criminales, coram quo ſint decidendæ, & quo-
52. modo, tam reſpectu Equitum, quam Fratrum Clericorum, hinc inde rationes perpendit *Pater Mendo Diſq.* 2. *Quæſt.* 2. *per totam*.

Superius diximus in §. *Pro bono* quod Collegiorum Militarium Rectores, Superiores ſunt Collegiorum, & quidem eo modo, & forma, ac ſunt
53. alii Superiores locales, non Militares quoad ſuos Subditos, qui proinde eadem poſſunt illi, ac poſſunt iſti, & pari paſſu agere reſpective tenentur. Poſſunt ergo, & debent deſignare Collegiis Confeſſarios, qui ſint pluſquam unus, ad formam Decreti ſa. me. Clementis VIII., quod amplectitur Religioſos Ordinum Militarium, ut videre eſt apud *Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 9. *quæſt.* 8. *n.* 70., ubi notat, quod cum numerus Collegarum in unoquoque ex dictis Collegiis ſit mediocris, ſufficit deſignatio duorum Confeſſariorum.

Debent autem Rectores deputare in Confeſſarios Viros doctos, & idoneos, & ſi fieri poteſt, ſeligi debent
54. Perſonę idoneæ ex ipſis Collegiis; ſin minus, poterunt deſignari Viri Religioſi alicujus Monaſterii, aut Collegii Salmantini: *d. Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 8. *n.* 71.

Poſſuntque Rectores conſtituere in Confeſſarios plures ex ſingulis Monaſteriis, puta omnes Magiſtros, & Theologiæ Profeſſores, omnes Superiores locales, ac ſimiles: *d. Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 8. *n.* 71.

Confeſſarii à dictis Rectoribus deputati poſſunt audire Confeſſiones Fratrum Clericorum, licet non fuerint ab Ordinariis approbati, quia
55. approbatio Ordinariorum requiritur quoad Seculares, non autem quoad Regulares, ut ſunt Fratres Clerici: *d. Mendo Diſq.* 9. *Quæſt.* 8. *n.* 71., *&* 72.

Si

Si vero ipſi Collegæ Bullam Cruciatæ
56. habeant, prout communiter habent, poterunt eligere quemcumque Confeſſarium ab Ordinario approbatum, etſi non deſignatum à Rectoribus: *d. Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 8. n. 72.*

Rectores, & Priores poſſunt ſibi deſi-
57. gnare Confeſſarium quem maluerint, doctum, prudentem, & charitate preditum, etiamſi talis Confeſſarius non ſit ex aſſignatis pro Subditis: *Mendo ubi ſupra d. Diſq. 9. Quęſt. 8. n. 73.*

Novitii in Militaribus Ordinibus, ſive
58. Equites ſint, ſive Clerici Fratres, poſſunt confiteri his omnibus Sacerdotibus, quibus poſſunt Profeſſi: Novitii ſiquidem in favorabilibus veniunt Religioſorum nomine, eorumque gaudent Privilegiis: *Mendo Diſq. 12. Quęſt. 7. n. 95.*

Imo, non obſtantibus quibuſcumque
59. prohibitionibus atque Statutis Ordinum, quæ iniungant confiteri determinatis Sacerdotibus, poterunt vigore Bullæ Cruciatę ſibi eligere Confeſſarium abſque Superiorum licentia, ut eos abſolvat à peccatis omnibus, à quibus vigore Bullæ Confeſſarii ipſi poſſunt abſolvere: *d. Mendo d. Diſq. 12. Quęſt. 7. n. 95.*

Cum pro Secularium Confeſſionibus audiendis S. Concilium Tridentinum pręcipiat, Confeſſarium fuiſſe approbatum ab Ordinario, ut in *Seſſ.* 23. *cap.* 15., quoad Regularium Con-
60. feſſarios, ſufficit fuiſſe approbatos ab eorum Superioribus; & ſic etiam requiritur Superiorum approbatio, ad audiendas Confeſſiones Clericorum Fratrum Militarium: *Mendo Diſq.* 14. *quæſt.* 4. *n.* 55. loquens de Clericis Fratrum Ordinis Jacobæi.

Sane approbationem prædictam eſſe omnino neceſſariam probat ibidem *d. Mendo d. n.* 55., *&* *ſeqq.* ex Bulla Leonis X. conceſſa Monaſterio Sancti Jacobi de Veles, & Sancti Marci Legionenſis, ubi ſic inquit. *Nec non vobis, & Familiaribus veſtris, & cuilibet veſtrum, ut aliquem Sacerdotem idoneum Secularem, vel cujusvis Ordinis Regularem in veſtrum poſſitis eligere Confeſſarium.* Hinc *d. Mendo* concludit requiri pro forma requiſitum idoneitatis conſtare, vel ex approbatione, licentia, aut deſignatione Superioris, vel ex manifeſta notorietate: *d. Mendo Diſq.* 12. *quęſt.* 7. *n.* 91.

Statutum Ordinis Sancti Jacobi *Tit.* 7. *cap.* 2. præcipit, ut tempore Paſchatis (de Confeſſionibus autem per annum nihil loquitur) Equites,
61. & Fratres Clerici confiteantur Prioribus, aut Sacerdotibus Ordinis idoneis, quibus ab Ordine fuit facta licentia audiendi Confeſſiones. Et deſignantur loca, ad quę ex ſingulis Hiſpaniæ Territoriis Equites, & Fratres debent accedere ad confitendum peccata ſua. Additur tamen, quod in Feſtis Nativitatis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Deiparæ poſſint confiteri Clerico Seculari, à Prioribus facultatem habenti, dictiſque Prioribus teſtimonium de peracta Confeſſione tranſmittere debent, excepto mortis articulo, vel ſi adeo diſtent, ut nequeant petere licentiam. Iniungitur prętereа, quod Regulares ex Ordine commorantes extra Hiſpaniam, impetrent facultatem à Priore Sancti Jacobi de Veles, ut poſſint cuicumque Sacerdoti idoneo Seculari, vel Regulari confiteri: *Mendo Diſq.* 12. *Quæſt.* 7. *n.* 86. Ubi quod ſimilia fere pręcipiuntur in *Definitionibus Calatravæ Tit.* 4. *cap.* 2., *&* 3. Et in *Definitionibus Alcantaræ Tit.* 16. *cap.* 1.

Nihilo tamen minus, antedicta, ut pluri-

62. plurimum conſuetudine contraria ſunt abrogata, ut cum *Patre Quintanadvenas Tom. 2. Singular. Tract. 3. ſingul.* 10. firmat *Mendo d. Diſq.* 12. *Quæſt.* 7. *n.* 86.

Siquidem cum adeo diſperſi ſint Clerici Fratres, ac Equites degentes extra Communitatem, jam difficillimum redditur obſervare ad literam
63. diſpoſitionem relatorum Statutorum editorum tempore, quo pauciores numero erant Equites, nec adeo ſejuncti à Monaſteriis. Unde modo Equites, & Clerici Fratres extra Communitatem degentes, cuicumque Sacerdoti approbato confitentur, ut teſtatur *Mendo d. Diſq.* 12. *quæſt.* 7. *n.* 87., qui obſervat poſſe ulterius vigore Bullæ Cruciatæ, eligere Confeſſarium approbatum, qui eos abſolvat ab omnibus peccatis, & cenſuris non reſervatis Superiori, nec Sedi Apoſtolicæ. Imo dicti Equites, & Fratres Clerici, tam intra, quam extra Communitatem degentes, poſſunt eligere quemcumque Confeſſarium approbatum ad omnia peccata, & cenſuras. Quo vero à reſervatis Pontifici, nequeunt Regulares abſolvi virtute Bullæ, niſi accedat facultas Superiorum.

Poſtremo Ordines annuunt, quod E-
64. quites confiteantur cuicumque Confeſſario approbato: unde in Viſitationibus, ab eis non expoſcitur, an confeſſi fuerint cum licentia Prioris, vel Sacerdotis ex Ordine, ſed ſolum exigitur Teſtimonium de Confeſſione peracta diebus ab Ordine præſcriptis; & libera eis eſt poteſtas, non ſecus ac Secularibus, ex conſuetudine, & conniventia Ordinum, ut Confeſſario approbato ab Ordinario confiteantur: *Mendo d. Diſq.* 12. *Quæſt.* 7. *n.* 88., *&* *ſeq.*

Poteruntque Equites virtute Bullæ abſolvi etiam à reſervatis Pontifici, eo modo, quo in Bulla indulgetur: *Mendo d. Diſq.* 12. *Quæſt.* 7. *n.* 88.

Notandum, quod Capellani honorarii
65. Regis ex Militiis approbantur ab Ordinariis, ad effectum ut poſſint audire Confeſſiones Regularium Militiarum: *Mendo d. Diſq.* 14. *Quæſt* 5. *n.* 57.

In Ordinibus Militaribus nulli dantur
66. caſus reſervati: *Mendo Diſq.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 65. *Diſq.* 12. *quæſt.* 5. *n.* 68., *&* *quæſt.* 7. *n.* 87.

Poſſunt quidem Capitula Ordinum Mi-
67. litarium reſervare caſus, juxta famigeratum Decretum Clementis VIII. quoad alios Regulares, ſuper quo Clementino Decreto egregie ſcripſit bo. me. *Pater Fabius Cemorinus Religioſus Ordinis Sancti Franciſci de Obſervantia*, olimque à Confeſſionibus noſtris, in ſuo Volumine ſub Titulo *Apodixis*, & in alio poſthumo Volumine, ſub Titulo *Mantiſſa* Moralis Caſuum in Religionibus reſervabilium: *Mendo d. Diſq.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 92.

Imo etiam poterit Senatus Ordinum reſervare, non immediate, cum agatur de re mere ſpirituali, ſed ſolum mediate: & ratio eſt, quia Senatus Ordinum eſt Prælatus, & veluti Generalis Ordinum, & Juriſdictione Eccleſiaſtica gaudet, & ei immediate ſubiiciuntur Equites, & Fratres Clerici, quod intelligitur etiam de juriſdictione Eccleſiaſtica immediata, non autem ſuper re mere ſpirituali, niſi mediate: *d. Mendo d. Diſq.* 12. *quæſt.* 7. *n* 91., *&* *ſeqq.* ubi comprobat, magis expediens eſſe, quod non fiant reſervationes Caſuum, neque quoad Equites, neque quoad Fratres Clericos; quia cum tam Equites, quam Clericos Fratres contingat diſperſim vivere huc illucque in Provinciis, & Regnis, nimium difficile redderetur,

acce-

accedere pro abſolutione, vel licentia ad Priorem, vel ſpeciales Confeſſarios, cui eſſet abſolutio commiſſa, cum nec per Epiſtolam, nec per Nuncium ea eſſet licentia poſcenda; proinde daretur occaſio omittendi, aut differendi per longum tempus Confeſſionem: quod adamuſſim procedit etiam reſpectu Clericorum Fratrum. Ulterius quoad Equites, inter cœteras ſeculi illecebras more Secularium viventes, cum iſti ſubiaceant majoribus, & frequentioribus periculis cadendi in caſus reſervatos, ſane per reſervationem fræenum converteretur in laqueum, & irretirentur peccatis reſervatis frequenter, pro fragilitate Hominum inter Mundi voluptates commorantium: idemque *Mendo n. 93.* auget ratiocinium, & ſubdit, quod reſpectu Equitum inutilis redderetur reſervatio; ſi enim iſti Equites ſe conformarent opinioni, quod Equites non ſint ſtricte Religioſi, poſſent abſolvi à quolibet Confeſſario virtute Bullę Cruciatæ. Quæ Bulla Cruciatæ prohibet ſolum Religioſis, vere talibus, prout ſunt Fratres Clerici, & horum reſpectu quoad hanc materiam ſubdiſtinguendum eſt rurſus; ſi agatur de Fratribus Clericis non viventibus in Clauſtris, recurrit motivum ſuperius expoſitum de Equitibus, quod eadem cauſa non ſit expediens apponere caſus reſervatos. Si vero agatur de Clericis Fratribus in Monaſteriis, ſeu Collegiis viventibus, poterit reſervatio Caſuum admitti, & practicari, quod Priorum, & Rectoris prudentię, & Zelo eſt remittendum, prout advertit laudatus *Mendo n. 94.*

68. Omnia Monaſteria Militaria poſſunt interius extruere Oratorium, ad celebrandam, & audiendam Miſſam, hocque ex communicatione Privilegiorum cum aliis Regularibus, idque etiam in eorum Villis, ac Grangiis, ut docet *Mendo Diſq. 12. quæſt. 11. n. 132.*

Et celebrare Miſſam ante Auroram per unam horam, & per unam horam poſt meridiem, accedente juſta cauſa, ex. grat itineris, aut alterius legitimi de licentia Superioris: *d. Mendo d. Diſq. 12. quæſt. 11. n. 137.*

Imo Iacobęis hæc expreſſe conceſſa fuiſſe ab Alexandro III. in confirmatione Ordinis teſtatur *d. Mendo d. Diſq. 12. quæſt. 11. n. 132., & 137.* ubi *d. n. 132.* quod tempore interdicti etiam poſſunt facere celebrari, & *n. 138.*

Sic pariter Jacobæi habent jus Altaris portatilis à Bulla Leonis X. *Mendo d. Diſq. 12. quæſt. 11.*

Ita quoque uti poſſunt Altari portatili Clerici Fratres Militares Calatravæ, Alcantaræ, Monteſiæ, in Hiſpaniis, & Chriſti in Luſitania, vigore communicationis Privilegiorum Ordinis Ciſtercienſis, & conſequenter in eorum Cubiculis ipſis ægrotantibus: *Mendo d. Diſq. 12. quæſt. 11. n. 134.*

Prædicta tamen intelliguntur de Fratribus Clericis, & Equitibus Militiarum Sacerdotibus intra clauſtra degentibus, non extra: *Mendo d. Diſq. 12. quæſt. 11. n. 135.*

69. Unde nec Senatus Ordinum poteſt illis concedere facultatem, ut Oratoria in privatis Domibus habeant: *Mendo Diſq. 12. quæſt. 11. n. 136.*, ubi tamen ſubdit, quod poterit approbare in aliquibus caſibus, ut Fratres Clerici utantur Altari portatili, nempe ſi Bello aſſiſtant, ad Sacramenta miniſtrandum, ex communicatione conſimilis Privilegii Patribus Societatis Jeſu conceſſi: aut in alio caſu, in quo neceſſitatis ſuperiores Religionum,

num, aut Epiſcopi concederent Subditis uſum Altaris portatilis.

Sed credendum tutius eſſe impetrare
70. Indultum ſpecificum Sanctæ Sedis Apoſtolicę.

Attenta autem Religioſa qualitate horum Fratrum Clericorum Militarium Ordinum, oritur diſquiſitio, an iidem Clerici Fratres aſſiſtere poſſint ludis illis, ſive Spectaculis, ac Torneamentis, quæ mediante agitatione Taurorum, ad publicam Populi lętitiam in Hiſpaniarum, & Luſitanię
71. Regnis quandoque habentur, & Summi Romani Pontifices, ſub pœnis ſpiritualibus Perſonis Eccleſiaſticis intereſſe prohibuerunt. Nos igitur Pontificias Conſtitutiones ante oculos habentes, rem iſtam compendiarie ad ſequentes concluſiones redigimus. Primo, quod Bulla Sancti Pii V. excommunicationis pœnam infligit contra quaſvis Perſonas Eccleſiaſticas Regulares, & Seculares, qui hujuſmodi interſunt Spectaculis. Secundo quod ſan. mem. Gregorius XIII. de medio tulit omnes Cenſuras, & Pœnas inflictas quoad Perſonas Seculares, & Milites Equeſtrium Ordinum, qui non eſſent Sacris Ordinibus initiati, nihil innovans reſpectu aliorum. Tertio, quod Clemens VIII. pęnam Excommunicationis, quæ non eſt latę, ſed ferendæ Sententiæ in ſuo vigore retinuit, & renovavit reſpectu Monachorum, Fratrum Mendicantium, & cujuſcumque Inſtituti Regularium: reſpectu vero omnium aliorum, eam pœnam revocavit. Ex præmiſſis ſequitur, quod juxta tenorem dictarum Concluſionum, Clerici Fratres dictarum Militiarum his Spectaculis intereſſentes graviter peccant, juxta ſenſum *Rodriquez*, & *Villalobos*, de quibus *Mendo de Ordin. Miltar. Diſq. 9. quæſt. 7. n. 61.*

At contrarium, non committere peccatum lethale, cum *Ledeſma*, & *Vega* ſuſtinet *Henriquez in Summa Sect. 27. quæſt. 7. teſte d. Mendo d. quęſt. 7.*

Indubitanter vero, ſi perpendatur conſuetudo, & tolerantia, quæ in re hac concurrit, qua attenta, poſſunt Clerici Fratres intereſſe dictis Ludis, & Taurorum agitationibus aſſiſtere citra grave peccatum, cum nullum hinc Militaris Ordinis detrimentum grave oriatur, ut probat laudatus *Pater Mendo d. quęſt. 7. n. 62.* licet ſubdat, quod de tempore, quo ipſe ſcribebat, dd: Clerici Fratres ab huiuſmodi Spectaculis ſe abſtinebant, quod Religioni congruentius, opportuniuſque ædificationi. Subdit etiam, quod Regius Ordinum Senatus poſſit hoc dictis Clericis Fratribus prohibere, cui prohibitioni ſtandum eſt. Tandem Equites Militares licet Sacris Ordinibus inſigniti, attenta Bulla Gregorii XIII. & Clementis VIII. poterunt intereſſe, ut ratiocinatur *d. Mendo d. quęſt. 7. n. 63.*

Sic Moniales Ordinum Militarium, & alię quælibet extra Monaſterium exi-
72. ſtentes dd: Spectaculis Taurorum agitationis intereſſe poterunt, quia, quoad iſtas nulla datur prohibitio, ut cum *Villalobos Secunda Parte Tract. 13. Difficult. 20. n. 13. notat Mendo d. quęſt. 7. n. 63.*

Et ne quidquam omittamus quoad Clericos Fratres Militarium Ordinum, ſubdimus, quod in Ordinibus Militaribus nullum obſtat impedimen-
73. tum, quin iidem Religioſi ad Epiſcopales Infulas promoveantur, ut notat *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 6. n. 51.* & docent communia exempla. Et licet iuxta qualitatem Regularium requiratur licentia Prælati, ſub quo nomine veniunt Generales, iiſque abſentibus

tibus Provinciales ante acceptationem, nihilominus in Hiſpania praxis eſt in contrarium, ubi frequenter Religioſi Epiſcopatum acceptant, non expectata licentia Generalium; ceſſat dubitatio reſpectu Ordinum Militarium in Hiſpaniarum Regnis, ubi cum poſt Pontificem Supremus Prælatus Ordinum Militarium ſit Rex Hiſpaniarum, & ipſe ad omnes Epiſcopatus preſentet, inde de plano ſequitur, quod eo ipſo, quo Clericum Fratrem præſentat, ei concedit licentiam ad acceptandum Epiſcopatum; ſicque ceſſat neceſſitas petendi novam licentiam, ut proſequitur *d. Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 6.* n. 51.

74. Dum Religioſus Militaris cum extra Communitatem degit, poſſit de ſuis Bonis diſponere, ſervatis declarationibus, de quibus *Pater Mendo de Ord. Militar. Diſq. 4., & Diſq. 15.* & diximus in Diſcurſu *de Paupertate, & de Teſtamentis*; hinc ſequitur, ſi fiat Epiſcopus, poteſt diſponere eo modo, ac ſi non eſſet Epiſcopus: *Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 6.* n. 52.

75. Tenetur ad Vota Religioſa *d. Mendo d. Diſq. 9. quæſt. 6.* n. 53.

76. Sic Frater Clericus factus Epiſcopus, & decedens ab inteſtato, Ordo, & Monaſterium ſuccedit in Bonis, quæ habebat ante Epiſcopatum, & quæ poſtmodum aliunde quam ab ipſo Epiſcopatu acquiſivit: *d. Mendo d. Diſq. 9. queſt. 6. n.* 54.

77. Et poſtquam fuerit conſecratus, poteſt ſuccedere ad Bona hæreditaria, ut procedit in aliis Epiſcopis: *Mendo d. Diſq. 9. Queſt. 6. n.* 55.

78. Factus Epiſcopus Frater Clericus, hoc eſt non ſimpliciter electus, ſed ſaltem confirmatus, ex præcepto non tenetur ad Oſervantias Regularis Ordinis, ſed tantummodo ex decentia, qua attenta congruum videtur, ut memor ſit ſui ſtatus, ad ædificationem fidelium, cum ſit in ſtatu, qui perfectos requirit, ut cum *Thoma Sanchez Tom. 1. Sum. Libr. 6. cap. 6.* inquit *d. Mendo d. Diſq. 9. quæſt. 6. n. 55., & 58.*

79. Unde idem Clericus Frater Militaris, dum eſt Epiſcopus, tenetur Habitum, ſeu Inſigne ſui Ordinis deferre eo modo, quo cæteri Regulares ad Epiſcopatum aſſumpti, retinere debent proprii Ordinis Habitum: ſicque preſcribit Clemens VIII. in *Cæremoniali cap. 3. pag. 11. d. Mendo d. Diſq. 9. Queſt. 6. n. 56.*

80. Debet proinde Crucem Militarem ſuper Veſtem contextam deferre; aliæ vero Veſtes debent eſſe ut cæteræ Veſtes, quas deferunt Epiſcopi Clerici Seculares: Clerici enim Fratres Militares a Clericis Secularibus ſola Cruce diſcriminantur, & utuntur omnibus ornamentis competentibus Epiſcopis Secularibus, & quæ denegantur Regularibus: *Mendo d. Diſq. 9. quæſt. 6. n. 56.*

81. Hinc licet Gratiis, & Indultis ſui Ordinis gaudeat, nihilominus d. Frater Clericus factus Epiſcopus in recitatione Officii Canonici, ſuæ Cathedrali debet ſe conformare: *d. Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 6. n. 57.*

82. Sed quod Clerici Fratres ex Calatravæ, & Alcantare Ordinibus promoti ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum, poſſint privatim perſolvere Horas Canonicas juxta Breviarium Benedictinum, quia ſtatum ſuum Religioſum non amiſerunt: *Mendo Diſq. 13. queſt. 1. n. 2.* Ubi ſubdit, idem procedere in Clericis Fratribus Parochis, dum privatim recitant Horas.

83. Licet Fratres Clerici gaudeant privilegio Bullæ Cruciate pro eſu Ovorum, & Lacticiniorum tempore Quadrageſimæ, ut infra dicemus in

 §. Cle-

§. Clerici Fratres Equites, & Moniales, tamen iidem Clerici Fratres, ſicut & Equites facti Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut Prelati non poſſunt gaudere Privilegio Bullę Cruciatæ communis, quoad uſum ovorum, & lacticiniorum. Unde nec Priores Ordinum habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuo Territorio: Sic nec ullus alius, qui ex Militiis ſit Prelatus quoad forum externum Subditorum, non poteſt uti d. Privilegio Bullæ, ut firmat *d. Mendo Diſq.* 12. *quæſt.* 12. *n.* 146., qui ibidem declarat, quod licet Senatus Ordinum ſubeat vices Prælati, & ſit Superior ipſis Prelatis Militiarum, attamen ſinguli ex Senatu non ſunt Prelati, ſed ſolum prout conſtituunt unum Tribunal; & ſic ſinguli poſſunt uti d. Privilegio Bullæ: idemque dicendum de Aſſemblea Sancti Joannis.

Quę hactenus annotavimus de Fratre Clerico Ordinis Militaris facto Epiſcopo, pari paſſu procedunt de promoto ad Cardinalitiam Dignitatem, ut proſequitur *d. Mendo d. Diſq. 9. Quæſt. 6. n.* 58.

At ſi quis ad Supremum Summi Pontificatus Apicem aſſumeretur, liber eſſet undique ab omni Regularis Ordinis obligatione, ut cum *Cajeta-*
84. *no Opuſcul. de Auctorit. Papę cap.* 18., *&* 20. *Soto de Juſtit. Libr.* 7. *quæſt.* 4. *art.* 2. *Navar. de Spoliis* §. 2., *aliiſq. docet d. Mendo d. Diſq.* 9. *quæſt.* 6. *n.* 58.

Quid vero dicendum de Fratre Clerico facto Epiſcopo, ſi renunciet Epi-
85. ſcopatui, quod teneatur ad Ordinem redire, tenet *Aragon. de Juſt. quæſt.* 88. *Art.* 11. *ad* 3. *Azor. Inſtit. Moral. part.* 1. *libr.* 12. *cap.* 7. *n.* 9.

Contrarium, quod non teneatur ad Or-
86. dinem redire, ac obedientiam, nec Prælatum obligari eum recipere, ſi redeat, ſuſtinent *Henriquez Tom.* 2. *lib.* 10. *cap.* 24. *cap.* 32. *n.* 4. *Sà in Sum. verbo* Epiſcopus, *& aliis*, & hoc tutum, & probabilius eſſe teſtatur *Mendo d. Diſq.* 9. *Quæſt.* 6. *n.* 59.

Poſito autem quod ad Religionem redierit, nequit in Prelatum eligi jux-
87. ta prohibitionem Bullæ Pauli IV. *de qua Villalobos Tract.* 35. *Diffic.* 43. *n.* 4., & advertit *d. Mendo d. Diſq.* 9. *quæſt.* 6. *n.* 59. ubi quod nec ſit Subditus Prælati Regularis, quamvis degeret in Monaſterio.

Poteritque de Bonis propria induſtria
88. acquiſitis diſponere in caſu obitus eodem modo, ac ſi Epiſcopatui non renunciaſſet: *d. Mendo Diſq.* 9. *quæſt.* 6. *n.* 59.

Ea omnia, quę ſuperius diximus de Fratribus Clericis creatis Epiſcopis,
89. dicimus aptanda eſſe ipſis Equitibus Militaribus, qui ad Epiſcopatus, vel Cardinalatus Dignitates promoventur, qui dubio procul de Bonis Patrimonialibus, vel de eorum induſtria acquiſitis libere teſtari poſſunt, & ab inteſtato decedentibus ſuccedunt proprii Hæredes, etiam ante conſecrationem in Epiſcopum, cum per Epiſcopatum nequaquam jus illud, & poteſtatem amittant, quam habebant ante Epiſcopatum: *Mendo d. Diſq.* 9. *quæſt.* 6. *n.* 59.

DISCURSUS XIII.

SECTIO III.

ARGUMENTUM

Agitur de Magno Magiſtro, & aliis Dignitatibus Ordinis Alcantaræ: De Requiſitis pro admiſſione ad hunc Ordinem neceſſariis tam pro Gradu Equitum, quam Clericorum, & de Praxi pro obtinenda tali admiſſione.

SUM.

SUMMARIUM

1. ANtiquitus hic Ordo ſuos habebat Magiſtros, qui eligebantur ad vitam.
Electiones duraverunt fere per quatuor Secula uſque ad 1523.
2. Adrianus VI. univit hoc Ordinis Alcantarę Magiſterium Regię Coronę Hiſpaniarum, Regeſque perpetuos Adminiſtratores creavit.
3. Dignitates plures adſunt in hoc Ordine, eęque
4. Dignitates, & Commendatores ſolvere debent Taxam Conventui.
5. Dignitates, quę providentur à Rege, proviſio fit cum Conſilio Antianorum, & illorum de ejus Conſilio.
6. Ordo hic poſſidet Commendas triginta novem ſecundum aliquos, & multo plures juxta alios n. 7., & 8.
7. Earum reditus ad quam ſummam aſcendant, & n. 8.
9. De Commendis plura adducimus in particulari Diſcurſu.
10. Magiſter tenetur providere Equites de victu, & veſtitu non habentes Commendam.
11. Taxa in hoc quę ſit ſervanda.
12. Equites cum Habitu non ſunt plures, quam ſexdecim.
13. Privilegia plura conceſſere Summi Pontifices huic Ordini, & n. 14.
15. Magiſter habet amplam facultatem in Capitulis Generalibus concedendi Statuta, &
16. Capitulum quomodo celebretur.
17. Prior de Alcantara habet jus celebrandi Pontificaliter.
18. Ordo hic gaudet privilegiis Ordinis Divi Jacobi per communicationem.
19. Alcantarę Ordo cum Ordine Calatravenſi gaudent Privilegiis Ciſtercienſium.
20. Sancti Benedicti Feſtum, aliorumque Sanctorum celebrari debent cum Indulgentiis appoſitis n. 21. 22.
23. Hiſpaniarum Reges Ordini Privilegia indulſere.
24. Magiſtri Ordinis ſtrenue pugnarunt pro Ordine.
25. Innuitur Concordia inter Ordinem Calatravenſem, & Epiſcopum.
26. Laudatur Ordo Alcantarę, & n. 27.
28. Praxis pro admiſſione in gradu Militis.
29. Quam Nobilitatem debeant probare. Probare debent non habere mixturam Judęi, Mauri, Converſi, Hęretici, Villani in ullo gradu, quod non ſit Pœnitentiatus in S. Officio.
Debet eſſe Nobilis ex parte Patris, ac Matris, & Avorum ex utraque parte.
30. Probare debet nec ipſum, nec ejus Patrem fuiſſe Mercatores, Officiales, Mecanicos, nec Scribam publicum.
31. Quid dicendum de termino Villani, & n. 32.
33. Se eſſe Filium legitimum, & de legitimo Matrimonio, aut legitimatum per ſubſequens Matrimonium.
34. Debet eſſe major decem annorum, niſi ſit à Rege diſpenſatus.
35. Debet oſtendere peregiſſe aliquod exercitium Militare.
36. Probationes prędictę quomodo conficiantur, & n. 37.
38. In Claſſe Clericorum Fratrum petens admitti, coram quo debeat comparere, & quę probare teneatur, & n. 39. 40., & 41.
42. Nobilitatis gradus, quando non requiratur.
43. Proceſſus quomodo conſtruatur, & n. 44.
45. Confectis approbatiſque Probationibus, Prętendens debet adire Conventum Alcantarę, & per menſem ibi morari, ut in Regulis inſtruatur, & ibi debet ali à Magiſtro.

46. *Commendatores, & Equites in Conventu commorantes quando poſſint diſcedere.*
47. *In Equitum admiſſione interrogationes fieri debent ab Equite Commiſſario.*
Frater Ordinis benedicit Habitum.
48. *Tam Equites, quam Fratres in Suſceptione Habitus tenentur ſumere Sacram Communionem.*
49. *Eques Commiſſarius ad dandum Habitum extra Conventum debet habere a novo Equite quotidie Ducatos quatuor.*
50. *Poſt integrum annum Probationis debet admitti ad Profeſſionem.*
51. *Formula Profeſſionis*, & n. 52.
52. *Votum profitendi, & defendendi Immaculatam Conceptionem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ emittitur.*
53. *Votum antedictum emittunt Accademiæ, ſtudiorum Univerſitates, Ordines Militares Equeſtres in Hiſpania* & n. 54.
55. *Hiſpanorum Pietas, & Religio erga Myſterium Immaculatę Conceptionis*, & n. 56.

DISCURSUS XIII.

SECTIO III.

EXpediti à ſerie Hiſtoriæ quoad fundationem Ordinis Militaris Alcantaræ, ac à Narrationibus generalibus reſpectu Clericorum Fratrum tum ejuſdem Ordinis Alcantarenſis, tum aliorum Militarium Ordinum, venimus ad alium Diſcurſum continvativum Notitiarum ſuper eodem Ordine Alcantarenſi, ſicque exponimus, quod ſub ſuo Magiſtro vivebant hujus Religionis Al-
1. cantaræ Equites, qui Magiſter ab ipſis eligebatur Equitibus, & Magiſterium ad vitam durabat, & ſic fere Seculorum quatuor ſpatio Magiſtrorum electiones peractæ fuerunt, hoc eſt uſque ad 1523., quo ſa. me. Adrianus VI. in ſua Bulla Regiæ Coronę in Hiſpaniarum Regnis, in gratiam Imperatoris Caroli V., cujus idem Pontifex fuerat Præceptor,
2. perpetuo univit Magiſterium Militiarium Sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, & de Alcantara, Regeſque Hiſpaniarum perpetuos Militarium Ordinum Adminiſtratores creavit: *d. Comes Jo. Fridericus in Koden Sapieha in d. ſuo Corollario verbo Alcantaræ pag.* 224. ubi ſubdit, quod hanc conceſſionem alii tribuunt Alexandro VI. in gratiam Regis Ferdinandi, & Iſabellę: hęcque Adriani Pontificis Bulla eſt impreſſa in allegata *Appendice* regiſtrata in fine *Voluminis Statutorum Alcantarę Typis Didaci Dias Anno* 1662. *ſub pag.* 114. Unde Nomenclaturam Magiſtrorum exhibemus in fine præſentis Diſcurſus ab ipſo Statuto Ordinis ſumptam, noviſque adauctam notitiis, in qua compendiarie præcipuas res geſtas eorundem Magiſtrorum, & annos regiminis exponimus. Magiſtri autem electi, ac particulares fuerunt triginta ſeptem, ut ex Nomenclatura Statuti conſtabit, & Nos infra referemus, & meminit *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 161. *d. Volumen -- Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 265.
Plures quoque in eodem Equeſtri Mili-
3. tari Ordine adſunt Dignitates: Commendator Major, Clavarius, Prior Sancti Juliani de Pireyro, & Alcantara, Sacriſta major, Prior de Magacela, de quibus, eorumque Præeminentiis agit *d. Statutum Ordinis Tit.* 1. *cap.* 5. *pag.* 16. *uſque ad* 22. *cap.* 6. *pag.* 22., *& ſeqq. agit de Dignitate Priorali cap.* 7. *pag.* 25. *ad* 27.

ad 27. agit de Dignitate Commendatoris Majoris. Cap. 8. à pag. 27. agit de Dignitate Clavarii. Cap. 9. pag. 28. agit de Dignitate Sacriſtæ Majoris. Cap. 10. de Dignitate Prioris de Magacela.

Cumque Dignitates, & Commendato-
4. res quandam Taxam tribuere teneantur Conventui, hæc Taxa ab iiſdem ſolvenda deſcribitur *à Statuto Tit. 5. cap. 34.*

Præter recenſitas Dignitates, quas ſupra enumeravimus in §. *Plures quoque*, tenet etiam hic Alcantarenſis Militaris Ordo plurimas Commendas. Quoties vero Proviſio alicujus ex dictis
5. Dignitatibus ſpectat ad Regem, uti Ordinis Adminiſtratorem, peragi debet cum Conſilio Antianorum, ac illorum de ejus Conſilio: ſic cavetur in *d. Statuto Alcantaræ Tit. 18. De las Electiones y Proviſiones cap. 6. pag 236.*

Quod hic Alcantarenſis Ordo poſſideat quadraginta novem Commendas, an-
6. nuum Fructum reddentes bis centum quadraginta octo mille, centum quatuordecim Ducatos, ſcribit *Juſtinianus in ſæpe allegata Parte Secunda cap. 29. pag. 461.*

A quo diſcrepat id quod tradit *Colle-*
7. *ctor Gallus in dicto Tomo 3. pag. 81.* dicens -- *Cet Ordre poſſede 44. Commanderies, qui raportent enſemble tous les ans deux cens quarante huit mille cent quatorze Ducats de revenu.*

Sic quoque diſcrepat id quod legitur in Volumine -- *Li Sourani del Mondo d. Tom. 4. pag. 265.*, quod ſcilicet
8. d. Ordo Alcantaræ pingues habet Commendas ſupra numerum quinquaginta in Hiſpaniarum Regnis: Illæ autem ad Magnum Magiſtrum ſpectantes, aſcendunt in reditu ad centum quinquaginta mille Ducatos.

Verum, quoad materiam Commenda-
9. rum, eam explanavimus in particularibus *Diſcurſibus de Commendis*, qui regiſtrantur in præſenti Volumine, & in quibus individue plura de iſto Ordine Alcantaræ adducimus.

Hoc potiſſime notandum, quod Magiſter ex ſua Magiſtrali Menſa tenetur providere Equitibus Ordinis Commen-
10. dam non habentibus, de honeſto, ac debito victu, & veſtitu, & ut dicitur *mantenimiento y veſtario*, quouſque ab ipſo de Commendis, Bonis, aliiſque reditibus Ordinis provideantur, quibus ſe ſubſtentare poſſint, eodemque modo tenetur Magiſter providere Equitibus, qui ſuas Commendas ex infortunio amiſerunt, ne in dedecus Ordinis emendicare teneantur Equites: ita cautum eſt in *Statuto hujus Ordinis Alcantaræ Tit. 18.* De las Electiones y Proviſiones *cap. 11. pag. 238.*

Taxa autem conſtituta eſt, quoad
11. ſummam præſtandam Equitibus *Para ſa mantenimiento*, ut ſcilicet dentur *treinta mil maravidis*, ut loquitur *Statutum d. cap. 12.*

Porro, ne Magiſtralis Menſa, ob dictum onus alendi Equites, Commendam non poſſidentes, nimis gravetur, Regio accedente aſſenſu, cau-
12. tum eſt, quod Equites cum Habitu non ſint plures quam ſexdecim; ſicuti conſtat in *Statuto Tit. 12. cap. 3. pag. 888.* quod regiſtramus in Calce præſentis *Diſcurſus ſub Litera B.*

Plura ſane Privilegia ſunt, pluresque Gratiæ, quibus Summi Romani Pontifices decorarunt, & ditarunt hunc Ordinem Equeſtrem Militarem: unde *Pater Mendo in ſæpe allegata*
13. *Diſq. 1. Quæſt. 8. n. 162.* inquit: Septemdecim numerantur Pontifices, qui numero ſeptuaginta Bullas pro Ordine ediderunt; & *Diſq. 2. Quæſt. 3. à n. 103.* principaliores Bullæ ultra

eas,

eas, quas ſupra enumeravimus, referuntur in d. Appendice ad Statutum, de qua verba fecimus ſuperius in §. *Apoſtolica ſubinde*.

Ultra enim Lucii III. Bullam editam anno 1183. in qua Ordo ample exi-
14. mitur a quacumque Iuriſdictione, & Diœceſi, ad quam exemptionem concurrerunt Archiepiſcopus Sancti Iacobi, Epiſcopi Lamacen. Civitaten. Salmanticen. Caurien. & Viten. de quibus meminit Abb. *Iuſtinianus d. Parte Secunda cap. 29. pag.* 435. Clemens VII. in ſua Bulla expedita Romæ anno 1530. concedit Poteſtatem Magiſtro, ſeu Adminiſtratori pro tempore exiſtenti, ut in Capitulis Generalibus ejuſdem Militiæ dumtaxat celebrandis, condere poſſit Statuta, Stabilimenta, & Ordinationes Militiæ & Ordinis prędicto-
15 rum, etiam in antedictis Capitulis Generalibus, ut præfertur facta, & impoſterum facienda, iuxta temporum qualitatem corrigere, declarare, alterare, limitare, & in melius reformare, ac illis addere, & alia Statuta Stabilimenta, & Ordinationes eiuſdem Militiæ de novo facere, ac facta & reformata, quoties Definitionibus eorundem Capitulorum Generalium pro tempore exiſtentium videbitur, immutare, & reformare, ac de novo facere. Quæ poſtquam alterata, limitata, mutata, ac de novo facta fuerint, eo ipſo Apoſtolica Auctoritate confirmata, & approbata ſint, & eſſe cenſeantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Militiæ, & Ordinis prędictorum Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, cœteriſque contrariis quibuſcumque, juxta tenorem d. Bullæ relatæ in *Statuto Alcantaræ ſub Tit.* . *Origen y Principio dela Orden y Cavalleria de Alcantara* in Prologo *pag.* 55., & 56. *ubi per extenſum habetur d. Bulla*; *quæ reperta eſt in d. Appendice pag.* 129.

Capitulum autem quomodo ſit cele-
16. brandum, præſcribitur in *Statuto Ordinis Tit.* 1. *pag.* 71. *cum ſeq.*

Idemque Clemens VII. in Bulla indul-
17. get Prioribus de Alcantara, & Villanova in Divinis Officiis celebrandis Pontificalibus uti, & in Eccleſiis ſibi ſubiectis, omnibuſque Chriſtifidelibus Divinis intereſſentibus benedicere, & Indulgentias conferre, quas conſueverunt conferre Epiſcopi in ſuis Diœceſibus; ſicuti videre eſt in eadem *Appendice pag.* 132.

Paulus III. in Bulla, quæ eſt in *Bulla-*
18. *rio Alcantarenſi pag.* 153. conceſſit Equitibus Alcantarenſibus Communicationem Privilegiorum Ordini Divi Jacobi conceſſorum, ad normam *Bullæ Pauli III.* regiſtrata in *Bullario Alcantarenſium pag.* 153. & tradit *Mendo d. Diſq.* 1. *quęſt.* 8. *n.* 162. ubi notat, quod idcirco, uti propria Ordinis Alcantarę afferuntur in illius *Bullario a pag.* 181., & in *Definitionibus à pag.* 222. rurſuſque *d. Mendo Diſq.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 104.

Sic cum dictus Ordo Alcantarenſis (idemque eſt de Calatravenſi) ſint Or-
19. dinis Ciſtercienſis, Pontifices Summi declararunt pręfatos Alcantarenſem, & Calatravenſem Ordines gaudere Ciſtercienſium Privilegiis, teſte eodem *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 162., & *Diſq.* 2. *Quęſt.* 3. *n.* 104.

Adeſt Bulla Clementis VII. Anno 1530. ubi iniungitur, quod Feſtum Sancti Benedicti omnibus locis d. Militiæ ut ſolemne celebretur; & quoad tale Feſtum quod ſit inter ſublata ab Urbano VIII., quodque

que poſſit in Ordine Calatravæ indici & celebrari, oſtendit *Mendo de Ord. Milit. Diſq.* 12. *Quæſt.* 6. *à n.* 72. *cum ſeq.*

Viſitantibus Eccleſiam Sancti Benedicti de Alcantara in Solemnitatibus eiuſdem Sancti, Epiphaniæ Nativitatis, Annunciationis, Aſſumptionis B. Mariæ; Eccleſiam vero Sancti Benedicti de Villanova in die Reſurrectionis, Corporis Chriſti, Sancti Jacobi, Omnium Sanctorum, & eiuſdem S. Benedicti triginta Annos, & totidem Quadragenas de injunctis Pænitentiis relaxat idem Summus Pontifex Clemens VII. quæ Bulla impreſſa habe-
20. tur in fine Voluminis *Statutorum Alcantaræ, ubi Brevia ſelectiora dictæ Militiæ Alcantaræ &c. à Summis Pontificibus conceſſa, ac recollecta per Doctorem Frat. Joannem Calderon de Robles, ejuſdem Familiæ Alumnum, & Regium Capellanum, impreſſ. Matriti Typis Didaci Dias anno* 1662. *pag.* 127. Et de hac Indulgentia, aliiſque plene agit *Pater Mendo de Ordinib. Militar. Diſq.* 12. *quæſt.* 6. *n.* 81.

Adeſt Bulla Pauli V. expedita anno 1619., quæ eſt in *Bullario Alcantaræ pag.* 172. qua concedit Clericis
21. Fratribus trium Ordinum Militarium omnes Indulgentias conceſſas omnibus Religionibus, ſive mendicantibus, ſive non.

Urbanus VIII. in alia Bulla allata in eodem *Bullario pag.* 249. concedit Indulgentiam Plenariam Equitibus
22. Jacobæis ſumentibus Euchariſtiam in die Nativitatis Domini, Pentecoſtes, & Aſſumptionis. Has Indulgentias communicant etiam Equites Calatravæ, & Alcantaræ: Non vero hanc ultimam Indulgentiam communicant Clerici Fratres, quia ſunt deſignatæ in ſpeciali Equitibus; ita teſtatur *d. Mendo d. Diſq.* 12. *quæſt.* 6. *n.* 81.

Reges quoque Hiſpaniarum munifice
23. erga hunc Ordinem Militarem ſe geſſerunt, & pluribus Bonis, ac Ditionibus locupletarunt, ut teſtatur *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 162., *& Diſq.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 102., *& ſeqq.* & legere eſt in ipſis Magiſtrorum Vitis, quas in fine Diſcurſus regiſtramus in Catalogo eorundem Magiſtrorum; ſtrenue quippe pro Regibus
24. Hiſpaniarum certarunt Equites Alcantarenſes, & de Inimicis Victorias reportarunt, ut conſtat in Hiſtoriis, & de illis agunt *dd: Juſtinianus, & Collector Gallus* de hoc Ordine loquentes, qui *d. Juſtinianus pag.* 437. teſtatur, quod *Rex Don Sancius* huic Ordini conceſſit Privilegium, in quo eidem tribuebat omnia Caſtra, Terras, & Civitates, quæ & quas Equites Armis acquirebant, ſolo ſibi jure, ut vocant, Souranitatis reſervato.

Occaſione Exemptionis, & Privilegiorum per Summos Romanos Pontifices huic Ordini Alcantarenſi conceſſorum, plura diverſis temporibus jurgia prodiere, & præcipue celebris, multumque agitata Diſputatio fuit inter Priorem, & Ordinem Calatravenſem, ex una, & Epiſcopum,
25. Capitulumque Caurien. & altera partibus ſuper uſu Pontificalium, exemptione quorundam Locorum, ac prætenſam Juriſdictionem ſuper iiſdem: Quæ ſane jurgia ſolemni Tranſactione, etiam Apoſtolica accedente auctoritate, ſopita fuere. Sed iterum Ordo Alcantarenſis Tranſactionem impugnans, ad judicialem trutinam diſputationum capita revocavit; unde rurſus diſcuſſa fuit materia, prius in Nunciatura Apoſtolica in Civitate Matriti, deinde in Sacro Rotæ Tribunali cor. *clar. me. Card. Caprara*;

& reſo-

& reſoluta favore Epiſcopi; ſuper qua Rotali Reſolutione agimus lato calamo in noſtro Diſcurſu *De Privilegiis Exemptionum Localium, & de Territorio ſeparato, Locorum, & Eccleſiarum Militarium Religionum de Exemptionibus Perſonalibus, & Miſto.*

In hujus Alcantarenſis Equeſtris Ordinis laudem tranſcribimus, quod tradit *Chevignì in ſuo Volumine -- La Scienza delle Perſone di Corte, di Spada, e di Toga, Accreſciuta da varj Trattati da H. P. de Limiers ec.*
26. *Traduzione dal Franceſe di Selvaggio Canturani Tom.* 3. §. 4. *della Monarchia Spagnuola, Stampato in Venezia* 1734. *nella Stamperia Baglioni ſub pag* 209. ubi ita ſe habet quoad Ordines Militares: *Trè ſono i Principali, che ſono di San Jacopo, che ſi denomina il Nobile, di Calatrava, detto il Galante, e di Alcantara. chiamato il Ricco. Le Dignità di Gran Maeſtro di queſti Ordini*
27. *ſono unite alla Corona ſin dall' anno* 1500., *in cui Ferdinando, ed Iſabella ſua Moglie ne ottennero la permiſſione del Papa: il che ha accreſciuto la rendita della Corona di trecento mila Ducati.*

Diximus ſupra quod hic Ordo Alcantarenſis conſtat duobus Gradibus, Equitum nempe, & Clericorum Fratrum: nunc exponamus modum, & praxim ſervandam ab illis, qui in uno, vel altero Gradu cupiunt admitti. Ergo Cupiens admitti ad Habitum Ordinis in gradu Militis, ſupplicationem porrigere debet illis, qui ſunt de Conſilio Ordinis, ut exqui-
28. rant ſenſum Regis, qui eſt perpetuus Adminiſtrator Ordinis, quemadmodum monet *Statutum* ejuſdem Ordinis *Tit.* 13. *à pag.* 186., quod datur in calce præſentis Diſcurſus ſignatum *Litt. A.*

Debetque ipſe Prætendens eſſe Nobilis,
29. & ut Hiſpani dicunt *Hijodalgo*; debet eſſe puri Sanguinis, abſque ulla mixtura Judęi, Mauri; clare enim loquitur Bulla Sixti IV. data anno 1483. prohibens quod nullus in Fratrem, vel Militem d. Militię aſſumatur, niſi de antiquo Chriſtianorum Genere, ex utroque Parente fuerit procreatus, ſub Excommunicationis pœna ſi ſecus fecerit; & ſi contigerit contra hunc tenorem fieri, irrita, & inanis ſit, nullius roboris, & momenti. Quæ Bulla Sixtina eſt impreſſa in fine Voluminis *dd: Statutorum Alcantarę*, ubi adſunt Privilegia à Summis Pontificibus Ordini huic conceſſa, & recollecta per *Doctorem Frat. Jo. Calderon. de Robles ejuſdem Familię Alumnum, & Regium Capellanum, Impreſ. Matriti Typis Didaci Dias anno* 1662. *pag.* 50. *& ſeq.* Converſi, Hæretici, Villani in ullo Gradu, quamvis remoto. Requiritur, quod non ſit Pœnitentiatus in Sancto Officio in materia Fidei, uſque ad quartam Generationem, debetque eſſe ex Familia antiqua Chriſtianorum, Nobilis ex Parte Patris, ac Matris, & Avorum, ex utraque Parte Nominis, & Armorum, quodque nulla Fama adſit in contrarium: quod nec ipſe, nec ejus Pater ſint, vel fuerint Mercatores, Officiales
30. Mechanici: Neque ipſe, vel ejus Pater fuerit Scriba Publicus &c. (Quod ſi ſit, vel fuerit Notarius Secreti Sancti Officii, & ejus Filii, indiget diſpenſatione) & demum quod non ſit imputatus, vel fuerit de re infamiam importante, & ab ea non ſe purgaverit, prout latius in *d. Statuto* in calce Diſcurſus *d. Litt. A.*

Reſpectu autem memorati termini *Vil-*
31. *lano*, non omittimus notare, quod in Statuto Veteri hujus Ordinis impreſſo

preſſo Matriti *Typis Alphonſi Gomez* Typographi Aulæ *anno* 1569. *Tit.* 4. *cap.* 10. *pag.* 17. apponitur quidem idem terminus *Villano*, ſed in margine adſunt hæc verba -- *Eſta palabra ni Villano*, *mandó sù Mageſtad quitar*.
Verum in nova impreſſione Statutorum,
32. quæ ſunt illa per Nos in Calce Diſcurſus adducta *ſub litt. A.* iterum apposita eſt prędicta dictio *Villano*.
Debet Prętendens eſſe Filius legitimus & de legitimo Matrimonio, aut per ſubſequens Matrimonium, juxta In-
33. terrogatoria, quæ Teſtibus dantur in conficiendis Probationibus, relata in *Statuto in calce hujus Diſcurſus*, *ſub Litt. D.*
Debet etiam Prætendens Habitum eſſe
34. major decem annorum, niſi ſit à Rege diſpenſatus, ut in *Statuto d. Tit.* 12. *cap.* 2. *pag.* 187.
Præterea neceſſe eſt, ut Prætendens
35. *Aga algun Exercitio Militar*, ut loquitur *d. Statutum* ubi ſupra, quod pariter damus in Calce hujus *Diſcurſus litt. B.*
Recenſitæ Prętendentis Dotes debent
36. legitime probari, atque ideo *Statuto Ordinis Tit.* 13. *cap.* 4. *pag.* 188. diſponitur, quod hujuſmodi probationes conficiantur ab uno ex Equitibus Ordinis, una cum Clerico Fratre; & ſeries d. Statuti regiſtratur in calce hujus *Diſcurſus ſub litt. C. & D.* ubi habetur inſtructio, quam
37. ſervare tenentur, & formula interogatoriorum danda Teſtibus.
Prętendens admitti ad Habitum in
38. Claſſe Clericorum Fratrum, & ut Hiſpani dicunt *para Freyles*, Primo debet per Priorem Sacri Conventus Alcantaræ, cum Voto Antianorum probari, mediante examine, & ſi
39. ut idoneus approbetur, antequam conſtruantur Probationes, debet ipſe Prætendens comparere coram Concilio Ordinum; & ſi approbetur, tunc prædictus Prior iniungit conſtructionem Probationum per Fratrem Sacerdotem ſecrete ſuper qualitatibus neceſſariis, & à Statuto requiſitis: quibus rite completis, debet illum ad, mittere ad Habitum; & inſignia Ordinis, juxta *Statutum Alcantaræ Tit.* 4. *cap.* 2. *pag.* 94. Quod ſi Probationes faciendæ ſint extra Alcantaram, Prior aſſignare debet Salarium Perſonę, cui committet, ſumptibus Petentis, ut proſequitur idem Statutum. Cæterum Prætendens debet eſſe Vir honeſtus, & proborum morum, & in literis, ac cantu verſatus, debet eſſe Chriſtianus Vetus ex parte Patris, & Matris, puri Sangui-
40. nis, abſque ulla mixtura Judæi, Mauri, vel Converſi, Hæretici, aut Pœnitentiati à Sancto Officio in materia Fidei, uſque ad quartam generationem, debet eſſe Nobilis, *Hyos-*
41. *dalgo de Padres à modo*, *y Fuero de España*, ut diſponit *Statutum Ordinis Tit.* 4. *cap.* 1. *pag.* 94.
Sed quoad Gradum Nobilitatis prædictæ, idem Statutum excipit Graduatos, ac Licentiatos in Theologia, vel Sa-
42. cris Canonibus in aliqua approbata Univerſitate; ſufficit enim quod iſti ſint Chriſtiani Veteres, & puri Sanguinis abſque ulla mixtura ex ſupradictis, licet non ſint *Hyoſdalgo* juxta litteram d. Statuti, quod damus in calce *litt. E.*, ubi ſubditur, quod iſti tales graduati ſic recepti, non poſſunt poſtmodum uti Collegiales ſe conferre ad univerſitatem Conimbriæ.
Debent ergo legitime probari dictæ Do-
43. tes mediante confectione examinis faciendi per Fratrem Ordinis à Priore deputatum, cum interro-
44. gatoriis, quæ tradit *Statutum*, & ſunt, ut infra regiſtrabimus ſub *Littera*

Littera F.

Quapropter legales Regulas ad probandam Nobilitatem perpendimus in noſtris Diſcurſibus *De Nobilitate*; & ad probandam Puritatem Sanguinis examinamus in Diſcurſu *De Puritate Sanguinis*; & ad probandam Filiationem tradimus in Diſcurſibus *De Filiatione*, *De Legitimatione*.

Compilatis, ut ſupra expoſuimus, Probationibus Prętendentium admitti ad Habitum hujus Religionis, illiſque pro validis, & concludentibus recognitis, idem Prætendens Habi-
45. tum Equeſtrem tenetur Alcántaræ Conventum petere, cum Decreto Regis pro traditione Habitus, & in eodem Conventu moram facere ſpatio triginta dierum, ut in Regulis ejuſdem Religionis probe inſtruatur, ſicut diſponit *Statutum Tit.* 15. *cap.* 1. *pag.* 214. quod damus in calce hujus Diſcurſus *ſub Litt. G.*, quo termino triginta dierum durante, Magiſter ibi alimenta eidem tradere non omittet, ut proſequitur *d. Statutum ſub Littera A. G.*

Porro Commendatores, & Equites mo-
46. rantes in Conventu pro approbatione, & ut dicunt, *O en Penitencia*, ſtare debent ſub obedientia Prioris Reformatoris; Poſſunt tamen, cum licentia Prioris, ſive Reformatoris pergere ad Commendas, Grangias, Domoſque ſuas, ut cavetur in *Statuto d. Tit.* 15. *cap.* 2. *pag.* 216.

Elapſo dicto Termino, debet Habitum ſuſcipere, ſervata forma tradita *à Statuto Tit.* 12. *cap.* 9., quod damus *Littera H.* in calce hujus *Diſcurſus.*

47. Interrogationes vero, quæ habentur in d. Statuto, fieri debent à Commendatore, cui directa eſt commiſſio, ut talem in Equitem armet: Frater autem Ordinis det, & benedicat Habitum, & exuat veſtibus Secularibus Candidatum, induatque Habitu Religionis cum Benedictionibus, & Cęremoniis. Ita ſancitur in *Statuto Alcantaræ Tit.* 13. *cap.* 12. *pag.* 197.

Tam Equites quam Fratres in ſuſceptio-
48. ne Habitus tenentur confiteri, & Sacram Communionem recipere: *Statutum Ordin. Tit.* 4. *cap.* 5. *pag.* 97.

Cęterum Eques, qui ex commiſſione Regis, ſeu Conſilii extra Conventum Alcantarę pergit ad conferendum
49. alteri Equiti Habitum, debet à novo Equite conſequi quotidie Ducatos quatuor, hoc eſt pro qualibet die acceſſus, morę in loco, & reditu ad ſuam Domum: *d. Statutum cap.* 13. *pag.* 198.

Religionis Habitu ſuſcepto, poſt annum
50. integrum Probationis, debet cum Decreto Regis, in Conventu coram Priore, aut Præſide idem Admiſsus ad Habitum ſolemnem emittere Profeſſionem; ut in *Statuto Tit.* 13. *De la Aprobation y Profeſſion cap.* 3., *&* *cap.* 4. & Nos in calce hujus Diſcurſus regiſtramus *ſub Litt. I. &* K.

Profeſſionis autem forma antiqua quidem traditur à ſæpe allegato *Collectore Gallo Tom.* 3. *pag.* 82. ibi -- Domine *Frater N. Ego N. Miles Ordinis Alcantarę Profeſſionem facio, &*
51. *Domino Magiſtro, & Vobis, qui ejus nomine hic eſtis, & promitto Vobis Obedientiam, Caſtitatem Coniugalem, & Converſionem morum meorum de bono in melius omni tempore vitæ meæ, uſque ad mortem, ſecundum regulam Sancti Benedicti.* In hac autem formula non aderat expreſſum Votum affirmandi, & profitendi Immaculatam Sanctiſſimæ Virginis Conceptionem, ut videre eſt in Veteri *Statuto Ordinis Alcantaræ Typis Aloyſii Gomez Typographi Aulæ Anno* 1569. *Tit.* 6. *cap.* 4. *pag.* 30.

à tergo

52. *à tergo.* Forma autem nova Profeſſionis exprimit Votum Obedientiæ, Caſtitatis Coniugalis, & Converſionis morum de bono in melius ſecundum Regulam Sancti Benedicti, juxta modum vivendi conceſſum Ordini de Alcantara, ac ſimili modo exprimit Votum de affirmando, profitendo, & defendendo Conceptionem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, abſque ulla peccati Originalis Macula: & hæc nova formula habetur in *Statuto Ordinis Tit.* 15. *cap.* 5. *pag.* 217., & in calce hujus Diſcurſus *Litt. L.*

Debetque Prior Conventus Alcantaræ retinere Librum, & in eo deſcribere nomina eorum, qui Profeſſionem emiſetere, ſub pœna quæ in d. Statuto in calce d. *Litt. L.*

In hoc ſane Voto, quod in Hiſpania-
53. rum Regnis celeberrimum eſt, Hiſpanorum erga Deiparam Sanctorum omnium Reginam elucet Pietas. Celeberrimum quidem eſt, nam illud Literariæ Accademiæ, ac Studiorum
54. Univerſitates præſtant; illud tres Militares Equeſtres Ordines, Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ emittunt. Habita ſiquidem à Rege Catholico Philippo IV. Ordinum Militarium prædictorum Adminiſtratore perpetuo, licentia, & facultate emittendi idem Votum, & illius emiſſionem ſummopere collaudante, juxta verba Regii Reſcripti ad Generale Capitulum Alcantarenſis Ordinis directi „ *Doy muchas gracias al Capitulo, por tant loable reſolucion, y de tanto agrado y conſuelo mio manifeſtando tan ſeñalado piedad, y devocion en eſte Santo Myſterio, y aſi aprueuo, que el Capitulo General haga eſte Voto que ſe propone, haziendo Eſtatuto, o Definicion, ſobre defender eſte Myſterio* „ in Generalibus eorundem trium Ordinum Capitulis anno 1652. iidem tres Ordines d. Votum, & Juramentum religioſiſſime, ac ſolemniter, & publice emiſerunt in eorum reſpective Eccleſiis, Miſſis celebratis in Pontificalibus à Prioribus Ordinum, & Abbatibus Benedictinis, Sacriſque Oratoribus Panegyricas Orationes habentibus. Atque ideo Equeſter Militaris Ordo Divi Jacobi Juramentum, & Votum antedictum emiſit in Eccleſia Collegii Divi Auguſtini, quod in Hiſpania *dicitur Di Donna Maria de Aragon*; Ordo Calatravæ in Eccleſia Sancti Martini Ordinis Benedictini; Ordo Alcantaræ in Eccleſia Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis. In qualibet itaque prædictorum trium Ordinum Equeſtrium Eccleſia reſpective totus Ordo Militaris in forma Capituli congregatus, poſt Miſſæ Evangelium, prius ipſe Celebrans Miſſam, juramentum, & Votum emiſit; deinde unus ex illo Ordine clara, et intelligibili voce formulam Juramenti, & Voti expreſſit, & emiſit; & ſucceſſive ſinguli coram eodem Celebrante, ſuper Crucem, & Evangelia voverunt, & iurarunt. Demum concordibus ſuffragiis ſtatuerunt dicti tres Ordines, ut in perpetuum ab omnibus in ipſa Profeſſione quartum hoc Votum præſtetur; quemadmodum conſtat in Statuto novo, & teſtatur ſæpe laudatus *Pater Andreas Mendo de Jure Accademico in Appendic. n.* 121., *& late de Ordinibus Militaribus Diſq.* 12. *quæſt.* 9. per totam, *& ſub n.* 102. *&* 103. ponit formulam hujus quarti Voti in Profeſſione Ordinis Divi Jacobi.

Ex quibus omnibus Hiſpanorum, ut dicebamus, elucet Pietas: prælaudati quippe Nobiliſſimi Equeſtres Ordines Militares extitere primi, qui in

Profeſſione quartum hoc Votum de defenda Immaculata Conceptione ſolemniter emiſerunt, & perpetuo emittendum eſſe decreverunt à Profitentibus in iiſdem Militaribus Ordini-
55. bus. Rurſus Immaculatæ Virginis Conceptioni dicatum eſt ipſum Monaſterium Equeſtris Ordinis Alcantarę in ipſo Alcantaræ Oppido. Emicat prętcrea undequaque Nobilis Hiſpanicę Nationis Pietas, & Religio ſuper hoc venerabili Myſterio; innumeri enim ſunt Scriptores Hiſpani, qui pro Immaculata Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Conceptione ſcripſerunt, eam inuictis rationibus propugnarunt, adeo ut integra Bibliotecha Hiſpanorum Auctorum confici poſſet. Plures enumerat *d. Pater Mendo d. Diſq. 12. quæſt. 9. d. Fontana Tom. 5. a pag. 68.* & videri poteſt ingenioſus Diſcurſus Hiſpanico idiomate, in modum Equeſtris certaminis, & Haſtiludii compoſitus *à Franciſco Vermundez de Pedraza Advocato in Regiis Hiſpaniarum Conſiliis*, impreſſus in Calce Tractatus ejuſdem Auctoris ſub Titulo -- *El Segretario Del Rey &c. impreſſ. Neapolis Anno 1696. Typis Dominici Antonii Partini.*

Ad tria obligat dictum Votum. Primo ſcilicet ad id ipſum, quod vigore Pontificii Decreti eſt obligatorium, hoc eſt, ad non defendendum opinionem minus piam; res quippe pręcepta meritorie vovetur, & ad eam tenetur qui
56. vovit duplici vinculo. Secundo quatenus revocaretur tale Decretum, & liberum eſſet cæteris opinari (quod non eveniet) ex vi Voti, ille qui vovit obſtringitur ad non defendendum opinionem minus piam. Tertio operatur, ut ſi quis interrogetur quid in re hac ſentiat, & ipſe taceret, & tali ſua taciturnitate anſam pręberet judicandi ſe opinioni minus tutæ adhęrere, tunc ex vi Voti teneretur piam opinionem manifeſtare; ipſa quippe obligatio defendendi piam opinionem, obligat ad non defendendum contrariam, neque nutu, neque ſignis, neque ſilentio. Ita ratiocinatur *d. Pater Mendo d. Diſq. 12. Quęſt. 9. n. 103.*

EX Statuto Militaris Ordinis Alcantaræ in Volumine, cui Titu-
A. lus -- *Difiniciones dela Orden y Cavalleria de Alcantara con la Hiſtoria y Origen della Impreſſ. Matriti Typis Didaci Diaz dela Carrera Anno 1663.*

Titulo Trece -- De Abito del Los Cavalleros de nueſtra Orden, y De la manera del rezar y veſtir y lo que han de tener contigo y de lo que ſe han de apartar, Capitulo Primero à pag. 186. -- Las calidades, que han de tener los Cavalleros, que huvieren de ſer recebidos al Abito Militar de nueſtra Orden à pag. 186. cum ſeqq. La bondad y Nobleza delos anteceſſores diſpierta amoneſta y obliga a los ſuceſſores, a bien, y noblemente vivir, y militar en ſervicio de Dios. Porende Eſtatuimos, y mandamos, que ninguno pueda ſer recbiido en nueſtra Orden, y Cavalleria ſino fuere Noble, Hyodalgo, a modo, y fuero de Eſpaña, ſin tener parte in mezela de Judio, Moro, ni Converſo, ni Herege, ni Villano, en ningun grado, por remoto, que ſea, ni de Penitentiado por el Santo Officio, por coſas de Fè, haſta la quarta generacion, mas que ſea de linage antiguo de Chriſtianos Noble de Padre, y Madre, y Abuelos de entrambas partes y de nombre, y armas, y que no ſea la fama publica en contrario, y que el, ni ſu Padre, no ſean, ni ayan ſido Mercaderes, arrendadores, o cambiadores, que vivan,

van, ò ayan vivido delos tales oficios, y que no ayan ſido ellos, ni ſus Padres logreros, ni uſurarios, ni miniſtros de los tales, en los miſmos Oficios. Iten, que ni el, ni ſu Padre ayan ſido, ni ſean Oficiales mecanicos, ni tenido Oficio vil, ni indecente a eſta nueſtra Cavalleria, ni que ayan vivido, ò vivan de Oficio de ſus manos de qualquier manera, que ſea ni fervido ellos, ni ſus padres, en todos los ſobredichos oficios, ni ſean, ni ayan ſido ellos, ni ſus padres Eſcrivanos publicos de banco, que tengan tienda, y dende abaxo, y los que fueren Notarios del Secreto del Santo Oficio, ò lo huvieren ſido, y ſus hyos, preciſamente neceſſiten de diſpenſacion, en ſus Abitos. Otroſi, que ellos no ayan ſido imputados, ni afrentados de coſas, que les haga infames, ò incapaces, y no ſe ayan purgado de la tal imputation, ò afrenta. y Porque eſto mejor ſe guarde, y cumpla. Ordenamos, y mandamos, que los que fueren recibidos al Abito Militar de nueſtra Orden ſean aviſados, antes que ſe le den, que ſi deſpues de le aver recibido, aunque ſea profeſſo, ò tenga Encomienda en ella, en qualquier tiempo que ſe hallare, que tiene alguna falta delas ſobredichas, le echaràn dela Orden, y le quitaràn el Abito della y aſſimiſmo Ordenò el Capitolo, con conſulta de ſu Mageſtad, que el dicho pretendiente del Abito de nueſtra Orden, ſu Padre, y ſu Madre han de ſer legitimos de legitimo Matrimonio, ò legitimados por el ſubſequente matrimonio, y que en los Abitos, que ſe huvieren de dar, de aqui adelante, ſe conſulte con ſu Mageſtad por los del Conſejo de las Ordenes, pues tendran mas noticia dela calitad de los pretendientes.

D. Tit. Doze Cap. 2. pag. 187.

La Edad, que han da tener los Cavalleros para Tomar el Abito.

B. LA Perſona que huviere de recebir el Abito de nueſtra Orden, ſea de Diez annos a riba, y haga algun exercicio Militar, y no pueda ſer recibido a la Profeſſion, haſta tener diez y ſeis annos cumplidos, ni tener Encomienda haſta, que ſea profeſſo, però quando ſu Mageſtad ſe ſirviere de dar el Abito a algun Cavallero de menos Edad, lo pueda azer con parecer de los del Conſejo de las Ordenes.

Cap. 3. pag. 888.

QUe no aya mas de diez y ſeis Cavalleros con Abito Hiſoſe Relation a ſu Alteza, que à cauſa de haver muchas Perſonas del Abito, los Comendatores, que lo tenian, no, eran tan preſto beneficiados, y la Meſa Maeſtral recibia agravio en dar muchos mantenimientos, que el Capitolo avia acordado, que Sua Alteza fueſſe ſervido, que no ovvieſſe, mas de Diez y Seis Cavalleros con Abito. Sù Alteza reſpondio, que era contento de no dar mas Abitos, haſta que el numero de los Cavalleros ſe reduxeſſe a diez y ſeis, con tal, que las proviſiones, que tenia dadas ſe complieſſen.

Statutum Alcantaræ Tit. 13. De los Cavalleros de la Orden Cap. 4. pag. 1. n. 188.

C. *Que hagan las Informaciones de los Abitos de los Cavalleros de la Orden un Cavallero, y un Freyle della, y quien, las ha de cometer.*

Por.

C. Porque los Cavalleros quando han de ſer admitidos al Abito, y profeſſion de nueſtra Orden han de tener limpieça, y Nobleza de linage, ſiendo con ſu Mageſtad conſultado, para que con mas ſeguridad ſe guarde. Ordenamos y mandamos que vayan a hazer las informaciones de los Abitos un Cavallero y un Freyle dela Orden, y que las tales Informaciones ſe hagan en los lugares, do fueren naturales, el pretendiente, y ſus Padres, y Abuelos, y los teſtigos, que tomaren, ſean perguntados conforme al Interrogatorio, y que para eſto, el Señor Maeſtre compela al Cavallero, o Freyle, que le pareciere, que conviene, y les ſeñale el Salario, que conviene a ſus perſonas, y antes, que partan a hazer las Informaciones, el Preſidente del Conſejo del Señor Maeſtre ſecretamente les tome juramento, eſtando en lugar, que ſe pueda hazer, ò lo cometa a quien viere, que lo pueda hazer honeſtamente, que harà ſu officio bien y fielmente, y con todo ſecreto.

Y Prohibimos, que no ſe haga Informacion ſegunda vez ſalvo ſino fuere por falta delque hizo la primera, en que dexaſſe de perguntar, alguna coſa ſuſtantial, y neceſſaria, y en tal caſo ſea, a coſta de los que hizieron la primera Informacion Y ſi, ſe diere el Abito a alguna perſona, en quien no concurrieren las calidades dichas y ſe le probare alguna falta, en ellas, ſe le quite el Abito, y ſea echado dela Orden aunque aya profeſſado en ella.

Declarò el Capitulo, que aquella, ſe dirà naturaleza, donde el pretendiente ſus Padres, y Abuelos paternos, y maternos nacieron y vivieron, y ſi acaſo alguno de los ſuſodichos huvieren nacido de paſſo, en algun lugar, eſte tal lugar y nacimiento no ſe tenga por naturaleza, ſino el que verdaderamente huviere vivido, y morado el y ſus Padres, y ſus Abuelos.

Yaſſimiſmo mandamos, que en autencia del Preſidente de Ordenes, que como dicho es, ha de nombrar informantes para hazer las informaciones de los pretendientes, los nombre el Conſejero dela miſma Orden, de la miſma manera que el dicho Preſidente.

Cap. 6. a pag. 190. cum ſeq.

Como han de ſer examenados los teſtigos para las informaciones de los Abitos de los Cavalleros.

D. A los teſtigos, que ſe han de tomar en las Informaciones, que ſe hizieren para dar el Abito de la Orden de Alcantara, ante todas coſas el Cavallero, y Freyle, que los tomare, recibirà dellos Juramento, en forma debida de derecho que tendran ſecreto deloque ſe les perguntare, y que no diran, que ſon teſtigos y certificandoles, que aſſimiſmo, ſe tendrà ſecreto de lo que ellos dixeren, porque no ha de haver regiſtro de ſus dichos, y que ſe toman y eſcriven por la mano de'l tal Cavallero, o Freyle, que ſe lo preguntare, y que no hà de paſſar ante Eſcrivano alguno, ſino que originalmente ſe ha de traer al Conſejo, y no ſe ha de ſaber fuera del, porque las Informaciones que ſobre coſas ſemejantes ſe hazen, ſe guardan, a may gran recado, de manera que, viſtas en el Conſejo en ninguna manera, ni en tiempo alguno, ſe ſepa fuera del, lo que eſſe teſtigo, ha dicho, y procurar, que los teſtigos, que ſe tomaren para eſtas infor-

informationes, ſea Gente limpia. Y Seles advierte alos Informantes, que quando los Teſtigos, para en parte de probança dixeren, que ſaben, que el tal pretendiente es Hyodalgo, porque tiene ganada executoria, declaren ſi es propriedad, o en poſſeſſion, y en citando la dicha Executoria la traigan al Conſejo, o un tanto de ella, paraque en el Conſejo ſe vea qual es la Nobleza del dicho pretendiente, por lo que el Fiſcal de ſu Mageſtad y el Conſejo alegaron contra ella, y conforme a todo ſe juzque ſu información, y ſe vea como fue Juzgada la dicha Executoria. Hecho el dicho apercibimiento y recibido Juramento en forma de derecho, ſe hagan a los Teſtigos la preguntas ſiguientes.

Interrogatorio para las Informaciones de los Cavalleros.

1. PRimeramente, ſi conocen a Fulano, y que Edad tiene, y de donde es natural y cuyo Hiyo es.

2. Y ſi conocen, o conocieron a ſu Padre y ſu Madre, y como ſe Llanan, o Llamoron y de donde ſon vezinos y naturales, y ſi conocen, o conocieron al Padre, y a la Madre de ſu Padre del dicho Fulano, y al Padre, y a la Madre dela dicha ſu Madre, y come ſe llamavan, y llamoran, y de donde ſon, o fueron vezinos, y naturales, y reſpondiendo, que los conocen, o conocieron, declaren como, y de que manera ſuben, que fueran, ſu Padre y Madre y Abvelo, nombrando particularmente, a cada uno de ellos.

3. Iten ſean preguntados, ſi ſon Parientes del dicho Fulano, y ſi dicheron los Teſtigos, que lò ſon declaren en que grado, y ſi ſon cuñados amigos, o enemigos del ſuſodicho, o ſus criados, o allegados, y ſi les han ablado, o amenaçado, o ſobornado, dado, o prometido, porque digan al contrario dela verdad.

4. Iten ſi ſaben, que el dicho Fulano, ſu Padre, y ſu Madre han ſido, y ſon legitimos de legitimo matrimonio, o legitimos por el ſubſequente Matrimonio, o ſi alguno dellos es, o hà ſido baſtardo, y ſi los Teſtigos dixeren que lo ha ſido, o es declaren particularmente quien es, ò fue, y el genero de la tal Baſtardia, y como, y de que manera lo ſabe, y a quien, y quando lo oyeron dezir.

5. Iten ſi ſaben, creen, vieron, o oyeron dezir, que el Padre, y la Madre, Abuelos, y Abuelas del dicho Fulano, nombrandolos a cada uno deporſi ayan ſido, y ſon avidos, y tenidos y comunmente reputados por limpios Chriſtianos Viejos, libres de raza alguna, y que no les toca mezcla de Judio, Moro, Herege, o Converſo, en ningun grado, por remoto, y apartado que ſea, ni tampoco de Penitentiados por el Santo Officio de la Inquiſicion por coſas de Fè haſta la quarta generacion incluſive. Declaren como y porque lo ſaben, y ſi lo creen, como y porque lo creen, y ſi lo vieron o oyero dezir, declaren a quien, y como, y que tanto tiempo ha y aſſimiſmo digan, y declaren en que opinion es tenido, y ha ſido el pretendiente, y en la que han ſido, avidos, y tenidos ſus Padres, y Abuelos, y de la fama, y limpieça, que ay en ſus perſonas, y linage.

6. Iten ſi ſaben, creen, vieron, o oyeron dezir, que el Padre, y la Madre, y Abuelos, y Abuelas aſſi Paternos, como Maternos, nombrandolos com toda diſtincion, a cada uno

uno dellos deporſi han ſido, y ſon avidos, y tenidos, reputados, y comunmente eſtimados por Perſonas Hyojdalgo de Sangre, ſegun coſtumbre, y fuero de Eſpaña, y no de Privilegio, y que no les toca raza, ni mezcla de Judio, Moro, ni Converſo, ni Herege, ni Villano, en ningun grado, por remoto que ſea, ni de Penitenciado por el Santo Officio, por coſas de Fè, haſta la quarta generacion, declaren como, y porque lo ſaben, y ſe lò creen, como, y porque lo creen, y ſi lo vieron, y oyeron dezir, declaren, a quien, y como, y que tanto tiempo ha, y digan, y declaren la fama, y opinion que el dicho pretendiente y ſus Padres, y Abuelos Paternos, y Maternos tienen y han tenido de ſu Nobleza e Hidalguia, y las Armas que cadauno de ſus Abuelos tenia, en particular.

7. Iten ſi ſaben, que el dicho Fulano, y ſu Padre han ſido, o ſon Mercaderes, o Cambiadores, o ayan tenido Officio vil, o mecanico, y que Officio y de que ſuerte, o calidad digan, y declaren particularmente y con toda diſtincion, lo que cerca de eſſo ſaben, o han oydo dezir y ſi han ſido, o ſon Notarios del Secredo del Santo Officio dela Inquiſicion.

8. Iten ſi ſaben que el dicho Fulano ſea Hombre ſano, que no tenga enfermedad alguna, que le impida el exercicio dela Cavalleria.

9. Iten ſi ſaben, que aya vivido con algun Señor y le aya ſervido de mayordomo, o Camarero, o de otro oficio alguno por donde ſea obligado a dar quenta de ſua hazienda.

10. Iten ſi fue imputado de coſa, o delito que haga infame e incapaz, y no ſe aya purgado de ello.

Por quanto ſe han experimentado grandiſſimos inconvenientes de deſpacharſe los Abitos de nueſtra Orden, con informaciones de ſolo actos poſitivos o hechas en eſta Corte por patria comun Mandamos, que no ſe uſe para los deſpachos de los Abitos de nueſtra Orden de ningunos Decretos, que hablan ſobre ello, ni de la Pragmatica, que eſta publicada, y pueſta, en las leys dela Recopilacion *Lib. 1. Tit. 7. L. 35. 36. y 37.*, y que no ſe haga ninguna informacion, ſi no es conforme à eſte Interrogatorio, por quanto aviendoſe hecho conſulta a Su Mageſtad, ſobre que no valgan los actos poſitivos, ni ſe hagan las pruebas en eſta Corte por Patria comun fue ſervido de reſponder Hagaſe aſſi.

Ex Stat. Alcantarę Tit. 4. del Abito de los Freyles Dela Orden Cap. 1. pag. 64.

Cap. 1.

De la Calidades, que han de tener los que han de ſer recebidos para Frayles de la Orden.

E. POr quanto las Perſonas, que ſe han de dedicar al Servicio de Dios nueſtro Señor y culto Divino para tener el Abito de Religioſos de nueſtra Orden, es juſto, que tengan habilidad, para los poder mejor exercitar. Ordenamos y mandamos, que los que ſe recibieron para Freyles, ſean Perſonas honeſtas, y de buena fama, y ſepan bien leer, y cantar canto llano, y ſean competentes Gramaticos, y que de diez y ocho años y aſſi como en los tales ha de aver virtud, y buenas coſtumbres, tambien queremos que aya limpieça de linage Porende, mandamus, que los Freyles, que ovie-

ovieren de recebir el Abito de nueſtra Orden quando ſe lo dieren ſean aviſados, que deben ſer Hombres Hyosdalgo de Padres, a modo, y fuero de Eſpaña y Chriſtianos viejos de Padre y Madre, y ſi hallaſen, que tienen mezcla de Converſos, o Judios, o Moros, o Hereges, ni tampoco de Penitentiados por el Santo Officio por coſas de Fè (haſta la quarta generacion) aunque ayan hecho Profeſſion, que ſeran echados de la Orden, Però ſi fueron Lettrados, graduados de Licenciados en Teologia, o Canones por Univerſitad aprobada, que con ſer Chriſtianos viejos, no teniendo alguna de las otras mezclas, ſe an admittidos aunque no Hygoſalgo, però deſpues de recibido el Abito no pueda ir al Eſtudio por Colegial, ni en otra manera, ſino que ſirva a Dios y ala Orden en el Convento con los otros Freyles. Pues ſe tiene entendido, que ſiendo graduado (como dicho es) no debe ir de nuevo a aprender y ocupar una Prebenda de los que quiſieren eſtudiar però ſi concurriere en ſus Perſonas las calidades, que ſe requiren para ſer Rectores, lo puedan ſer ſiendo Sacerdotes de Miſſa y aviendo eſtado mas de quatro anos en el Sacro Convento, y no de otra manera.

Statutum Alcantaræ pag. 95. circa receptionem Fratrum.

Cap. 3.

Interrogatorio.

F. ANte todas coſas han de ſer certificados los teſtigos, que lo que dixeren, o depuſieren lo han de ſaber ſolamente el Prior, y Freyle, que toma la Informacion y lo ha de eſcrivir de ſu propria mano y mandamos, que no paſſe ante Eſcrivano, ni otra perſona, ni que de Regiſtro de ſus dichos, ſi noche originalmente como lo recibiere, ſea traida al Prior, porque ſe guarde mas ſecreto y certificados de todo lo que dicho es y que directè, ni indirectè, ſe ha de publicar, haga las preguntas ſeguintes.

1. Primieramente ſi conocen al dicho Fulano, y quanto tiempo ha, que le conocen.

2. Iten ſi conocen, o conocieron ſu Padre, y Madre, y donde ſon, o fueron vezinos y naturales, y como ſaben, que etan ſus Padre.

3. Iten ſi conocen, o conocieron à ſus Abuelos aſſi de parte de ſu Padre, como de ſu Madre, y donde eran vizinos, y naturales, y como ſaben etan ſus Abuelos.

4. Iten ſi ſaben, o han oido dezir, que el dicho Fulano, y ſu Padre, y Abuelo de parte de ſu Padre, han ſido y ſon Hyoſdalgo, a modo, y fuero de Eſpaña, ſin mezcla, ni raza alguna de Judios, ni Moros, ni Hereges, ni Converſos, ni tampoco Penitenciados por el Santo Officio, por coſas de Fè Haſta la quarta Generacion.

5. Iten ſi ſaben que la Madre del dicho Fulano y ſus Abuelos de parte de la diche ſua Madre, y ſu Abuela de parte del dicho ſuo Padre ſon y fueran Chriſtianos viejos, ſin tener mezcla, ni raza alguna de Converſos, Iudios, ni Moros, ni Hereges, ni tampoco Penitenciados por el Santo Officio, por coſas de Fè Haſta la quarta Generacion, como y de que manera lo ſaben.

6. Iten ſi ſaben, que el dicho Fulano es hyo legitimo de ſus Padres.

7. Iten ſi ſaben que el dicho Fulano es hombre de buenas coſtumbres quitado de vicios.

8. Iten ſi ſaben que el dicho Fulano es

Hombre ſano, que no tenga enfermedad alguna contagioſa, por donde ſea inutil para el ſervicio del Coro, y Convento.

9. Iten ſi ſaben, que el dicho Fulano aya diez y ocho años, y que edad tiene.

10. Iten ſi ſaben, que el dicho Fulano aya eſtudiado Gramatica, o otra Ciencia, y porque tiempo, y ſe ha aprovechado della.

11. Iten ſi ſaben, que el dicho Fulano ſea buen letor, y ſabe cantar canto llano.

Ex Statuto Ordinis Alcantaræ Tit. 15. della Aprobacion y Profeſſion Cap. 1. pag. 214. & ſeq.

Que el que entrare en eſta Orden eſtè treinta dias en aprobacion en el Sacro Convento de Alcantara.

Cap. 1.

Estatuimos, y ordenamos, que qualquiera Cavallero que haviere de recebir el Abito, lo vaya a recibir al Convento, y no a otra parte, y ſea

G. tenudo, y obligado a eſtar treinta dias en el ſacro Convento juntos para o prender la regla &c. Y lleve Cedula de ſu Mageſtad, paraque eſtando inſtructo en las coſas dela Orden, que los Cavalleros deben ſaber, paſſados los dichos treinta dias, el Prior de la Profeſſion y ſi azer no lo quiſiere, no le ſea permittido gozar de Encomienda alguna, ſalvo ſi per la gravedad dela Perſona otra ſe requirieſſe, ſobra la qual el Señor Maeſtre, con conſejo de los Anzianos juzgaran, en ſus conciencias y el Señor Maeſtre les darà de comer, y biber durante los dichos treinta dias, como alos Freyles.

Novitius in Conventu unum ſolum retinebit Famulum, & Novitatu, vel pœnitentiæ tempore durante non loquatur cum Secularibus.

Ex Statuto Alcantaræ Tit: 12. Delos Cavalleros dela Orden Cap. 9.

La forma, que ſe ha da tener en dar el Abito alos Cavalleros dela Orden.

H. Primeramente, el que ha de recibir el Abito para Cavallero de la Orden de Alcantara ante todas coſas ſe ha de confeſſar, y recibir el Santiſſimo Sacramento, y veſtido dela ropas, que ſuele traer, ha de venir ante el Señor Maeſtre, o Comendador, y Freyle, que en ſu nombre le ha de dar el Abito, que ha de ſer Sacerdote, y en ſu defecto, qualquier Religioſo de la Orden, al Capitolo, o Igleſia donde lò hà de recibir, los quales y los Cavalleros dela Orden, que alli ſe hallaren, eſtaran con ſus Mantos de Capitulo veſtidos, y el que haviere de recibir el Abito, preſentera ſus Cedolas, y requirerà con ellas al Cavallero, y Freyle Profeſſos, que le han de dar el Abito, y leida y obedecida por ellos ſe ha de baxar el que ha de recebir el Abito ante el Cavallero y Freyle, que ſe le ha de dar, y hazer la venia tendido en el ſuelo y ſin bonetè, al qual preguntarà al Cavallero las preguntas ſiguientes

Pregunta

Que demandais?

Reſp. *Señor la Miſericordia de Dios, y del Señor Maeſtre, y Veſtra en ſu nombre, y de eſta Sant Orden.*

Amigo eſta Miſericordia, que demandais, es mui dulce, y ſuave para el Anima, unque es mui aſpera, y fuerte para el cuerpo, por muchas coſas que aveis de guardar; y cumplir, que algunas vezes querreis comer y hazeroshan ayunar, y otras vezes querreis

querreis dormir, y hazeroshan velar, y aureis meneſter veſtir y otra coſa alguna y no vos la datan, y por el contrario, algunas vezes, no querreis comer, y darvos han de comer, y quando, querreis velar mandarvos han dormir, y otras coſas contro uveſtra voluntad os mandaràn y daràn y conveniros ha a todo ſer obediente y hazer lo que vos mandaren Eſto ved vos, ſi lò podeis cumplir?

Reſp. *Si Señor, con el ayuda de Dios, y del Señor Maeſtre y dela Orden.*

Allende deſto, vos conviene, que renuncies todo proprio uveſtro, que tuvierdes, y que ſeais pobre de eſpirito, no teniendo coſa alguna pur uveſtra ſin licencia, y permiſſion del Señor Maeſtre, y de ſu Mageſtad, como Adminiſtrador perpetuo, y deſpues de ſus largos y bienaventurados dias, de ſus Suceſſores en ſu Dignidad Maeſtral, y teneis de ſer obediente toda vueſtra Vida a ſu Mageſtad, como Adminiſtrador perpetuo de la dicha Orden y deſpues à ellos.

Aveis de renunciar toda vueſtra propria voluntad en ſus manos, y ſojuzgaros, de todo en todo, a ſu obediencia, y mandado, y deſpues del a los dichos ſus Suceſſores Eſto vedvos ſi lo renunciais, y prometeis aſſi?

Reſp. *Aſſi lo renuncio y prometto.*

Aveiſme de dezir verdad, y deſengañar al Señor Maeſtre, y a mi, en ſu nombre y a nueſtra Orden, de quatro coſas, que os preguntarè. La primera, ſi fuiſteis profeſſo en otra Orden, porque en tal caſo, no podeis ſer recibido en eſſa, y pueſto que lo negaſſedes, y encubrieſſedes, ſapiendoſe, deſpues, y demandado vos, vos entregaràn a quellos, que Vos pidieren.

La ſegunda, ſi fuiſſeis Mayordomio de algun Señor y aſſi a quel, como a otra alguna perſona, debeis alguna cleuda, a quien vos conviene pagar, y contentar luego que de otra manera cada vez que aquellos vos demandaſſen, vos entregarian para, que les hizieiſedes pagos.

La tercera, ſi teneis alguna enfermedad incurable aſſi, como lepra, gota caduca, o otra enfermedad, porque fueſſes inutil para eſta Santa Orden y Cavalleria, y ſe pudieſſe pegar, o otra perſona della.

La quarta, que no puede ſer en eſta Orden recibido ninguno, que no ſea Hyoſdalgo al modo, y fuero de Eſpaña ſin mezcla de Converſo, de Judio, de Moro, ni Herege, ni Penitenciado por el Santo Officio, ni Villano, porque aſſi eſtà defendido por conſtituciones de la dicha Orden y per qualquiera de las quatro coſas, que Vos he dicho no podeis ſer recibido en eſta Orden, y aunque Vos reciban encubriendolo y deſpues, que ſe ſapieſſe, Vos entregarian y echarian della y ſu tal condicion vos recibirè, y darè el Abito Porende deſto que Vos he dicho dezid la verdad?

Reſp. *Señor, ſo tal condicion, y proteſtacion lo quiero recibir de Vos.*

Tambien vos conviene, que ſepais, como en eſta Orden permaneciendo, aveis de cumplir y guardar tres coſas.

La primera, la que Vos he dicho, que haveis de ſer obediente a ſu Mageſtad, como Adminiſtrador perpetuo, y a los dichos ſus Suceſſores en la Dignidad Maeſtral, en todo lo que Vos mandare toda uveſtra vida.

La ſegunda, que aveis de ſer caſto, y continente, guardando caſtidad conjugal toda uveſtra vida.

La tercera, que aveis de ſer pobre de

 eſpirito

eſpirito y no aveis de tener ninguna coſa ſin licencia de ſu Mageſtad, y de los dichos ſus Suceſſores y ed ſi podeis guardar lo que os he dicho ?

Reſp. *Si Señor con el ayuda de Dios, y de ſu Mageſtad, y de la Orden.*

Statutum Alcantaræ Tit. 15. De la Aprobacion y Profeſſion Cap. 3.

HA de aver un año entero deſpues que tomaren el Abito, y quando vaya a azer la Profecion lleve

I. Cedula de ſu Mageſtade que diga, que eſtando bien inſtruto en las Ceremonias dela Orden, y ſiendo Perſona benemerita y de buenas coſtumbres, el dicho Cavallero paſſados los dichos trienta dias el Prior del Convento o Superior, o Preſidente, le de la Profeſſion.

Ex Statuto Ordinis Alcantaræ Tit. 15. Dela Aprobacion y Profeſſion Cap: 4. pag: 216.

VAjan a reſidir al ſacro Convento de Alcantara el tiempo del A-

K. probacion, ſo pena, que por el primer año que eſtiveren, ſen profeſſar deſpois de los dichos dos años, pague cien Ducatos, y por la ſegunda duzientos, y por la terceta trecientos aplicandos por el Convento de Alcantara, y que demas deſto ſea caſtigado, como paraciere al Señor Maeſtre, y alos Ancianos.

Ex Statuto Alcantaræ Tit. 15. Dela Aprobacion, y Profeſſion Cap. 5. pag. 217.

Forma de Profeſſion.

SEñor Fr N. yo N. Cavallero dela Orden de Alcantara hago Profeſſion a Dios, y al Señor Maeſtre, y a Vos, que eſtais en ſu nombre v

L. os prometo obediencia, caſtidad coniugal, y convertimiento de mis coſtumbres de bien en mejor, por todos los dias de mi vida, haſta la muerte, ſegun la Regla de San Benito, y manera de vivir, concedida a eſta Orden de Alcantara, y aſſimiſmo hago Voto, que aora y ſiempre aſſentirè, affirmarè, profeſſarè y defenderè, que la Virgen SS: Maria Madre de Dios y Señora nueſtra, en el inſtante de ſu animacion natural no tuvo mancha de pecado original, y luego, el Señor Maeſtre, ò el que recibiere la Profeſſion en ſu nombre dirà Dios os de Vida perdurable: Reſpondan todos Amen. Y el que hiziere la Profeſſion le beſerà la mano; y mandamos al Prior del Sacro Convento de Alcantara, que tenga libro donde aſſiente las Profeſſiones, en manera, que haga fee para quando fuere neceſſario y la Cedula original y certificacion, ha da tener en ſu poder la Perſona del Abito para dar quenta della quando le fuere pedida, y aſſi locumpla ſo pena de veinte Ducados para el Sacriſtan del Sacro Convento.

DISCURSUS XIII.

SECTIO IV.

Argumento, & Summario non indiget.

CAtalogo MM: Magiſtrorum qui habetur in ſæpe allegato Statutorum Ordinis Volumine ſub Titulo -- *Difiniciones Dela Orden y Cavalleria de Alcantara, con la Hiſtoria y Origen Della impreß. Matriti Typis Didaci Dela Carera anno 1663.*, cui addidimus plura in Vitis MM: Magiſtro-

giſtrorum cum allegationibus Scriptorum, ſicut & reliquos Magiſtros, & Adminiſtratores, uſque ad Sacram Regiam Majeſtatem Ferdinandi Sexti Hiſpaniarum Regis invictiſſimi. Hic autem prænotamus, quod Nomenclatura horum Magiſtrorum, quam exponit *Pater Joſeph Franciſcus Fontana*, de qua infra, in Nominibus aliquibus non concordat. Sic etiam *Juſtinianus*, quem inferius allegamus non concordat in omnibus Nominibus, quemadmodum dicemus.

Licet ut prænotavimus, Religionis Militaris de Pereyro Alcantarę primus Fundator fuerit Don Suerus Fernandez ſociatus à Don Gomez Fernandez illius Germano Fratre, tamen idem Suerus ſimplicis Prioris Titulo nuncupatur: *Pater Mendo ubi ſupra*: *d. Abb. Juſtinianus Parte Secunda cap. 29. pag. 434.*, Et in ſerie Magiſtrorum *pag. 461. Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 51.*, *& in Succeſſione Chronologica MM: Magiſtrorum pag. 84.* Unde, cum poſtmodum prælaudatus Don Gomez Fernandez eidem ſucceſſerit in munere Prioris, ſucceſſive tamen Magiſtri Titulum primus promeruit, atque ideo in Catalogo Magiſtrorum primus ponitur; ut in *Statuto Ord. Alcantarę ſub Titulo -- Origen y Principio dela Orden y Cavalleria de Alcantara cap. 10. pag. 2., & 3., & 31.*, & expoſuimus in principio Diſcurſus, & videre eſt apud *Boſium Hiſtor. Sacræ Relig. Hieroſol. libr. 8. pag. 311. juxta tertiam impreſſ. Venetam Albrizi*: *Pater Andreas Mendo De Ordin. Militar. Diſq. 1. queſt. 8. n. 155., & ſeqq.* Volumen cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo ſub Tit. Ordini de' Cavalieri in §. L'Ordine Militare d' Alcantara, o di S. Giuliano del Pereiro Tom. 4. pag. 264. juxta impreſſ. Venetam Sebaſtiani Coleti, & Joan. Malachin. anno 1720. d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom. 6. cap. 5. pag. 57.*

Fuit itaque d. Fernandez ex Illuſtri Familia Barrientos Salmanticæ Civitatis. Primus hic Magiſter, anno 1177. obtinuit ab Alexandro III. Bullam, in qua nominat in veram Religionem Militarem Militiam Ordinis de Pereyro, eamque ſub protectione Sanctę Sedis Apoſtolicæ, & Privilegia indulget. Et Anno 1183. a Lucio III. idem primus Magiſter conſimilem Bullam nuncupantem d. Gomez Fernandez Magiſtrum, & declarantem ſimiliter Equites Militares Sancti Juliani del Pereyro veros Religioſos, & Inſtitutum veram Religionem, ac ad inſtantiam Archiepiſcoporum Sancti Jacobi, ac Eboræ, aliorumque Epiſcoporum, & Prælatorum recipit eundem Ordinem de Pereyro ſub jure, & proprietate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, illius Bona & poſſeſſiones appellat *Nullius Diœceſis*, iubetque per dd. Milites, & Equites ſervari Regulam Sancti Benedicti, cum limitationibus, & declarationibus in ejuſdem Militiæ Statutis expreſſis. D. Primus Magiſter Eques fuit valde ſtrenuus, & Ordinem ampliavit. Itaque Rex Legionis Don Fernandus Secundus, in quodam Privilegio expedito anno 1174. primum Fundatorem appellat, (quod intelligi debet, Fundatorem Conventus) conceſſitque ejdem loca della Granja y Raygadas, prope d. Conventum: Idemque Rex anno 1176. ſub ſua Protectione Conventum, & Ordinem del Pereyro cum ſuis Bonis recepit, & Rex Caſtellæ Don Alphonſus IX. anno 1195. donavit Villam, & Caſtrum de *Truxillo*; unde in Scripturis nominatur dictus Gomez Fer-

Fernandez Magiſter de *Truxillo*. D. Magiſter gubernavit Ordinem ſpatio quadraginta annorum, ſic initium ejus electionis ſumendo circa annum 1156.: obiit 1200., & creditur ſepultus in ſepulcris Eccleſiæ Sancti Juliani de Pereyro. Hactenus dicta habentur in *d. Statuto Ordinis pag.* 32. *Abbas Iuſtinianus d. Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 435. *&* 465. *dictus Collector Gallus d. Tom.* 3. §. 34. *pag.* 51., *&* 84. qui tamen Magiſterii tempus ajunt fuiſſe annorum viginti trium, ſic ſuſcipiendo ejus electionem ab Anno 1177. *d. Fontana pag.* 57.

II. Secundus Magiſter fuit Don Benedictus Suarez, Nobilis ex Regno Galitiæ Filius Sueri Fruelez Domini Caſtri de Coronado. D. Magiſter fuit primus canonice ad Magiſterium electus anno 1200. *d. Statutum Ordinis d. Juſtinianus pag.* 435., *&* 461. *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 52., *&* 84. Idem anno 1202. concordiam inivit ac ſocietatem pro ſe, ſuoque Ordine cum D. Gonſalo Rodriques Magiſtro Sancti Jacobi pro ſe, & ſuis Fratribus, in quo reciproce, etiam cum Juramento ſe obligaverunt, ſe invicem adiuvare contro todas las perſonas del Mundo, ſalva ſu Ley, e ſu Rey, & quod ea, quæ de Mauris Bello vincerent, atque conſequerentur, ex æquo inter ipſos dividerentur, licet plures Milites eſſent ex una parte, quam alia, & reciproce tenerentur ſe defendere a Mauris. Anno 1205. impetravit ab Innocentio III. pro tertia vice, ut Ordo ſub protectione Sanctæ Sedis reciperetur cum ſuis Bonis, quæ exemit à ſolutione Decimarum: Sicut & mediante alia Bulla conceſſit, quod Ordine Bona poſſidente ſpatio quadraginta annorum, *no les pueda inquietar nadie por ellos*: *d. Pater Fontana d. pag.* 57.

Rex Legionis Alphonſus d. Magiſtri, & Fratrum bellica Virtute contra Mauros in Provincia *de Eſtremadura* uſus eſt, & Armorum vi Alcantaræ Civitatem cepit die 17. Januarii 1213. Hancque Civitatem idem Rex anno 1217. 28. Maii Magiſtro Calatravæ donavit; cujus Donationis Documentum in Archivio Conventus Alcantaræ ſervatur.

Itaque d. Benedictum Suarez vivum fuiſſe anno 1216. liquet ex Scriptura emptionis Bonorum vocatorum *Dela Peña* ad favorem Ordinis. Poſt regimen 16. annorum obiit, & ſepultus creditur in Eccleſia S. Juliani de Pereyro: *d. Statutum Ordinis* ubi ſupra. Sed præallegati *Juſtinianus pag.* 435., *&* 461. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 34. ſcribunt vixiſſe in Magiſterio octo ſolum annos.

III. Nunus Fernandez fuit anno 208. tertius electus in Magiſtrum, qui juxta opinionem magis certam, & veracem Filius fuit Fernandi Gomez de Barroſo ex Civitate Toletana, Nobiliſſima, & antiqua illius Civitatis Familia: *d. Statutum Ordinis* in d. Nomenclatura Magiſtrorum; *Abb. Juſtinianus d. pag.* 435., *&* 461. *Collector Gallus d. pag.* 52., *&* 84. *d. Fontana pag.* 58 Anno 1218. Don Martinus Fernandez Magiſter Calatravæ agnoſcens illius Ordinem non poſſe tueri d. Locum Alcantaræ, accedente licentia, & auctoritate d. Regis Don Alphonſi, tradidit d. locum Nuno Fernandez Magiſtro del Pereyro, cum omnibus ſuis terminis, ut illum tuerentur Milites del Pereyro, cum conditionibus expreſſis in Scriptura *en Ciudad Rodrigo* 16. *Julii* 1218. Et quod inter conditiones eſſet obligatio, quod utraque Militia

inſimul

inſimul uniretur. & quod Equites Pireyri viſitarentur, & reformarentur à Calatravenſibus, & quod etiam in electione Magiſtri Calatravenſis vocaretur Mag. De Pereyro notat *d. Juſtinianus pag.* 436., *& Collector Gallus* ubi ſupra, de qua Fraterna Unione egimus ſuperius in *Diſcurſu* §. *Calatravenſes*, *& ſeq.* Sicque liquet Ordinem Calatravæ d. Alcantaræ locum retinuiſſe ſolum ſpatio *poco mas de un anno: d. Statutum Ordinis dd: Juſtinianus pag.* 436. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 52., *&* 84.

In d. Loco Alcantaræ d. Nunus Capitulum Generale Ordin. *S.* Juliani de Pereyro celebravit, in quo ſtatutum fuit, quod Conventus Ordinis tranſportaretur ad d. Villam de Alcantara, uti locum magis conſpicuum, & ut eum a Mauris tuerentur; tum quia erat locus magis aptus ad bellum offenſivum contra Mauros: *d. Fontana pag.* 58.

Brevi tempore rexit Ordinem: obiit enim anno 1219. ſepultus in Eccleſia Sancti Juliani del Pereyro: *d. Statutum Ordin. pag.* 33., *& Juſtinianus*, *& Collector Gallus* locis cit., ubi licet exponatur quod d. Mag. Magiſter poſſeſſionem ceperit Alcantaræ, & in ea ſtabiliverit reſidentiam, intelligi debet inchoatiuè, non autem cum effectu & perfecte, quod ſuceſſit ſolum ſub Mag. Magiſtro VI. Petro Yanez: *Fontana pag.* 58.

IV. Frater Don Garzias Sanchez, qui in aliquibus Scripturis nominatur Dia Sanchez: *Statutum Ord.*, *Juſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*: ejus Patria, & Familia ignoratur, ex aliquibus tamen Scriptoribus habetur fuiſſe conſobrinum Don Rodrici Ximenes Archiepiſcopi Toletani: electus fuit Magiſter anno 1219. *d. Statutum Ordinis*, *Juſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*, tempore Alphonſi Regis Legionis, qui Ordini donavit omnia loca, quæ Equites a Mauris acquirent in Regno Legionis en *Eſtremadura*, reſervato ſibi ſolum Supremo Dominio: quod Indultum extat in Archivio Conventus Alcantaræ, cujus vigore Magiſter, & Ordo acquiſivit Villam Valentiæ de Alcantara, ſitam ad caput Fluminis Salor, eſtque unus ex magis divitibus Locis ad Ordin. ſpectantibus, & quam actualiter poſſidet Ordo. Idem Magiſter, ut loquitur Statutum *Dio fueros a los Pobladores dela Parroquia della Parochia dela Madalena*, *y dela de San Marcos della Ciudad de Salamanca que fue dela Orden*, licet tempore quo vixit d. Magiſter, Ordo totaliter non ſe tranſtulerit ad d. Civitatem Alcantaræ, in hac tamen Civitate Alcantaræ aſſignati fuere Fratres Equites, ac Clerici, ut tuerentur, ibique conventualiter vivebant. Poſt Regimen ſeptem annorum circiter Anno 1227. obiit Magiſter, & ſepultus fuit in Eccleſia Sancti Juliani de Pereyro: *d. Statutum Ordinis pag.* 34. *d Juſtinianus pag.* 437. inquit, quod d. Magiſter armis *Caſtra di Portillo*, *&* *Montanches* acquiſivit e manibus Maurorum, in certaminibus prædictis pro fide Catholica glorioſe occubit.

V. Frater Don Arias Perez ex Regno Galitiæ filius Petri Arias de Monterroſo electus fuit anno 1227. Magiſter Ordinis de Pereyro, & Alcantaræ: *d. Statutum* Ordinis ubi ſupra in Catalogo Magiſtrorum. *Abb. Juſtinian. loco præallegato pag.* 438., *& pag.* 461. *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 54., *&* 84. tempore Don Alphonſi noni Regis Legionis, qui Rex donavit Ordini locum, & Caſtrum Sancti Joannis de Maſcomas, quod ad præ-

præſens eſt Santibannes cum ſua Commenda. Documentum eſt de anno 1227. Recuperavit d. Magiſter die 25. Januarii 1232. Civitatem de Truxillo, quam ceperant Mauri, ibique Equites, & Fratres Ordinis locavit; Idemque una cum Rege contra Mauros ſtrenue bella geſſit, ob quæ bene de d. Alphonſo meritus, à Rege Donationem plurium Bonorum reportavit, Domos ſcilicet, & Hęreditates in Merida, & in Pacen: Civitatibus, Eccleſiam Sanctæ Mariæ *De los Frayles*, ac Terram di Magazela, loco Civitatis di Truxillo, à Magiſtro prætenſam, & locum de Medellin. De menſe Januarii anno 1223. Magiſter primum concordiam inivit cum Epiſcopo Decano, & Capitulo Caurien. Octo pene annorum curriculo Ordinem rexit; & defunctus, ſepultus fuit in Eccleſia Caſtri de Alcantara: *Statutum Ordinis pag.* 34., *&* 35. *Abb. Juſtinianus loco ſuperius allegato pagina* 438., *&* 461.: *Collector Gallus d. Tomo* 3. *pag.* 54., *&* 84.

VI. Frater Don Petrus Yañez ex Regno Galitiæ Filius Don Petri Yañez de Nobra, ex Regno Galitiæ, ac Dominæ Urracę Perez illius Uxoris, fuit Sextus Magiſter de Pereyro, & de Alcantara, electus Anno 1234. *d. Statutum Ordinis*, *Juſtinianus pag.* 438., *&* 461. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 54., *&* 84. tempore Don Fernandi, qui fuit Sanctus, & in quem Regem Caſtellæ, & Leonis tranſierunt Regna. Magiſter d. Camoram petiit, ad oſculandum Regis Manum, & recipiendum à Rege, ut dicunt, *el pendon De la Orden*, prout conſueverant recipere Magiſtri, eidemque Regi expoſuit, illum interfuiſſe quando ejus Anteceſſor cepit à Mauris prædictum locum de Medellin, & ita Jus ſuper d. loco ſpectans ad ſuum Ordinem, quemadmodum ſuper loco de Magacela, & Troxillo, de quibus ſupra. Sed Rex loco dictorum duorum locorum de Medellin, & Troxillo, conceſſit Ordini locum nuncupatum *Magacela*, cum ſuo Territorio, dictamque conceſſionem Camoræ confecit 24. Aprilis 1234. Nec non conceſſit, ut vocant, la *Tenecia d. loci de Medellin*, quam ſic tenuit Ordo, quouſque Rex Fernandus Quartus, loco ejuſdem, nonnulla alia bona tradidit.

Pluribus præliis militavit Magiſter pro Rege Fernando el Santo, ut in recuperatione Cordubę Hiſpalis, & Regno Murciæ tempore Principis Alphonſi, ob quæ ſtrenue geſta, Rex donavit Ordini Villam, & Caſtrum de Benequerentia, & Caſtrum de Alcocer cum Territorio, & Juriſdictione Abadengos in Regno Legionis, ac Villam, & Caſtrum de Salvaleon, cum ſuis pertinentiis, ob ſervitium pręſtitum in recuperatione Murciæ, & Rex Alponſus donavit Locum de Alcantarilla in d. Murciæ Regno, Bona, & Molendina. Tempore d. Magiſtri inita fuit ſecunda concordia cum Epiſcopo Caurienſe ſuper præeminentias Ordinis, fuitque d. Concordia confecta Camoræ 7. Aprilis 1251. Ordo fuit viſitatus ab Abbate Ciſtercienſi: Summus Pontifex Gregorius IX. indulgentiam Plenariam conceſſit Militantibus *de baxo del Pendon dela Orden* in bello morientibus.

Vivente d. Magiſtro Ordinis, Ordo ſe totaliter tranſtulit è Conventu Sancti Juliani de Pereyro ad Civitatem Alcantaræ ſub initio Anni 1253. Magiſter poſt Gubernium viginti annorum obiit; ſed quo loco ſit tumulatus, ignoratur: *d. Statutum Ordinis pag.* 35. 36., *&* 55. *Fontana*

na pag. 59. *Abb. autem Juſtinianus Parte Prima*, *cap.* 27. *pag.* 410., *&* *Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 438. 439. *&* 461. *ſicut & Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 54. 55., *&* 84. ſcribunt quod prædictus D. Petrus poſt gubernium viginti annorum electus fuit Magiſter Calatravę; & diximus in Catalogo Magiſtrorum Calatravæ in noſtro *Diſcurſu ſuper d. Ordine Calatravæ*.

VII. Septimus Ordinis Magiſter ab aliquibus vocatur Don Garzia de Barrantes, filius Domus de S. Andreu in Galitiæ Regno; ſed alii, & quidem ſolidis probationibus, Regum ſcilicet Indultis, teſtantur, quod fuit Garzias Fernandez de Ambia, ex loco de Ambia, loco valde Nobili in Regno Galitiæ Diœceſis *Oren no lexos* del Priorato de Inquera. Electus fuit anno 1254. *Statutum Ordinis ſupra allegatum*: *d. Juſtinianus pag.* 439., *&* 461.: *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 55., *&* 84. regnante Alphonſo X. nuncupato *El Sabio*, cui Regi valde carus fuit d. Magiſter; cumque in Bello pro Rege militaverit in recuperatione Loci *De Arcos*, ac Lebrixa de Niebla, & Populi Algarbienſis, hinc Rex donavit Magiſtro Ordinis Villam, & Caſtrum *de Moron* in Andalutia, ut ibi Ordinis Conventum conſtrueret, Eccleſiam pariter Sanctę Mariæ *de los Freyles*, & Terras, & Bona, cum quibus erecta fuit Commenda, quæ ad pręſens vocatur *De las Caſas de Calatrava*.

Summus Pontifex Alexander Quartus multa indulſit Privilegia, & ſignanter, quod Ordo gauderet omnibus Privilegiis Ordinis Ciſtercienſis, & quod nemo poſſit ab ullo Prælato excommunicari, nec extrahi Miles ullus ex d. Ordine ultra duas Dietas; & quod non teneantur ad Collectas, & Subſidia. Hic Magiſter tertiam concordiam inivit cum Petro Epiſcopo Caurien. illiuſque Eccleſia ſuper Præeminentias, & Jura Ordinis, confectaque fuit in loco de *Caceres* 4. *Junii* 1257. Fuit ei in Teſtamento à Rege Alphonſo relicta Negotiorum Regni cura: *Abb. Juſtinianus d. pag.* 440. Poſtquam Ordinis Regimen exercuerat ſpatio triginta annorum, obiit Alcantaræ anno 1284. tumulatus fuit in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Almocobara ab ipſo conſtructa: *Statutum Ordinis pag.* 36. *d. Juſtinianus pag.* 441., *&* 461. *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 55., *&* 84.

VIII. Octavus hujus Ordinis Alcantaræ Magiſter electus fuit anno 1284. Don Fernandus Paez, licet aliqui nuncupent Fernandum Perez: *Statutum Ordinis ſupra allegatum*: *Juſtinianus pag* 440. *&* 461. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 55. *&* 84. Fuiſſe antedictum Paez Natione Luſitanum tenent aliqui; ſed pro magis certo habetur, quod fuit ex Regno Galitiæ ex Familia nobiliſſima de Ruy Paez Sottomayor. Rex Don Sanchius *el Bravo* Ordinis Privilegia confirmavit. Tempore hujus Magiſtri ex quadam ſcriptura habetur, quod Conventus Sancti Juliani del Pereyro, & alia Bona in Luſitaniæ Regno erecta fuerant in Commendam Ordinis Alcantaræ; unde Magiſter ſolum retinuit Titulum Magiſtri Alcantaræ. Annos octo circiter Ordinem gubernavit. Alcantaræ mortuus eſt anno 1293. creditur ſepultus in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Almocobara. *Satutum Ordinis pag.* 37. *Iuſtinianus*, *&* *Collector Gallus in locis ſuperius allegatis*.

IX. Anno 1292. in Magiſtrum electus fuit Frater Don Fernandus Perez Gallego filius Petri Garcia Gallego

ex Regno Galitiæ, ac Tereſiæ Nuñez Maldonado ejus Uxoris, fuitque ita d. Magiſter Don Fernandus ex Dominis del *Solar de Santa Maria de Ortiguera*, ex quo deſcendunt Marchiones Delos Velez: *Statutum Ordinis* ubi ſupra: *Juſtinianus pag.* 440., *&* 461., *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 56., *&* 85. Obtinuit à Rege Don Fernando Quarto confirmationem Privilegiorum Ordinis. Dictus Magiſter quartam Concordiam inivit anno 1295. cum Epiſcopo Caurien. Don Alphonſo ſuper Decimis, & Privilegiis Ordinis. Vivente dicto Magiſtro Rex Portugalliæ Dionyſius cum Armis Villas, & Loca della Ribera de Moa ad Regnum Leonis ſpectantia cepit, & ita Terræ, in quibus antiquitus Conventus *Del Pereyro* aderat, una cum aliis Bonis ad hunc Ordinem pertinentibus, cuncta in Portugalliæ Regno permanſere. D. Magiſter interfuit una cum Rege D. Sancio *el Bravo* Bello, quo Rex cepit Civitatem Tanſæ. Septem annorum ſpatio Ordinem rexit: obiit Alcantaræ anno 1298. Sepultuſque fuit in Eccleſia Conventuali S. Mariæ de Almocobara: *Statut. Ordinis pag.* 37. *Juſtinianus pag.* 440., *&* 461., *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 56. *&* 85.

X. Decimus Magiſter fuit electus anno 1298. Frater Don Gonſalvus Perez Gallego Conſobrinus antedicti Magiſtri, ac Filius Don Petri Fernandi Eſtephaniæ Perez Gallego Sororis præ, dicti Magiſtri Fernandi: *d. Statutum Ordinis* ubi ſupra: *Juſtinianus pag.* 440., *&* 460. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 56., *&* 85.

Rex Fernandus Quartus plura Bona donavit Ordini, inter quæ *La Villa de las Elſas y*, *& anno* 1303. *Aldea nueva*, & hæc in recompenſationem Tenentiæ de Villa de *Medellin*, alias ut dictum, eſt ad Ordinem ſpectantis, unde ſtatim dicta fuit *Aldea De los Freyles*, & poſtmodum *Villa nueva de Lares*, *Villa nueva de Magacela*, & ad præſens *Villa nueva de la Serena*, & hodie adeſt Conventus, ac Prioratus Ordinis cum Titulo de *Magacela*. Idem Rex confirmavit omnia Privilegia ab Anteceſſoribus Regibus Ordini conceſſa. Idem Magiſter Societatem inivit cum Didaco Muñiz Magiſtro Sancti Jacobi, & cum Garcia Lopez de Padilla Magiſtro Calatravæ, ut hi tres Ordines ſe invicem adiuvarent contra quaſcumque Perſonas Mundi, ſalva Lege, & Obedientia Regi debita. Ordinem omnium plauſu rexit ſpatio pene annorum decem, & novem. Obiit Alcantaræ in Conventu anno 1316. de menſe Septembris, tumulatus in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Almocobara: *Statutum Ordinis pag.* 38. *Juſtinianus pag.* 441. ubi dicit gubernaſſe Ordinem ſexdecim annorum curſu: *Collector Gallus dicto Tom.* 3. *pag.* 57., *&* 85.

XI Undecimus Magiſter Alcantaræ anno 1316. electus fuit Frater Don Ruy Vaſquez filius Vaſci Fernandez Vergianciano ex Regno Galitiæ: *d. Statutum Ordinis* ubi ſupra: *Juſtinianus d. pag.* 441. ubi dicit *electionem ſecutam anno* 1312, & repetit *pag.* 461. *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 57., *&* 85.

Rex Alphonſus *el Onceno* confirmavit omnia Privilegia Ordinis ab Anteceſſoribus Regibus ei conceſſa. Dictus vero Magiſter tam aſpere Ordinem regebat, ut fuerit à Magiſterii Officio depoſitus, ſicut narratur in *Statuto Ordinis pag.* 39. At *Abbas Juſtinianus in ſepe allegata Parte Secunda cap.* 29. *à pag.* 441. *cum ſeq.*, *&*

& Collector Gallus in d. Hiſtoire Des Ordres Militaires Tom. 3. à pag. 54., & ſeq. Hiſtoriæ ſeriem depoſitionis d. Magiſtri Alcantarenſis per extenſum deſcribunt, & ſic ſe habuiſſe referunt.

Cum hujus Ordinis Equitum pars, qui cum Clericis in totum erant viginti duo, ſeditione adverſus d. Magnum Magiſtrum Alcantarenſem commota, ſe à Magiſtro Commendatore Majori, ac Clavario gravatos jactantes, ad Calatravenſem Magiſtrum Don Garziam Lopez de Padilla recurſum habuerint, eumque ſolicitaverint, ut Alcantarenſis Ordinis Viſitationem aggrederetur, hocque vigore, ut ipſi ajebant, Concordię inter duos hos Ordines Zamoræ initæ: Calatravenſis Magiſter duobus Ciſtercienſis Ordinis ſociatus Abbatibus, pluribus Equitibus, aliiſque Vaſſallis ſtipatus, Viſitationem, ſeu potius contra Alcantarenſem Ordinem Bellum incepit. Magiſter Alcantaræ in Acie Alcantarę ſe communivit cum ſuis Equitibus, quibus conjurationem contra ipſum conſtructam patefecit. Sed à Perduellibus capta Urbis Alcantarę Porta, in Civitatem Alcantarę Calatravenſes intrarunt. Subinde Magiſter Alcantaræ Nuncios miſit Magiſtro Calatravenſi, ut illi ſuaderent Calatravenſibus nullum Juriſdictionis jus competere in Alcantarenſes, neque Societatem, alias inter eos initam, jus ullum tribuere, veluti ex facto ipſorum Calatravenſium non obſervatam, ſemper manifeſtum reddi, quod nequaquam fas eſt Calatravenſibus jus ſibi dicere, ſed ad ſuum Judicem recurrendum, Summum videlicet Pontificem, quem etiam adire debebant Equites Alcantarenſes in Magiſtrum conjurati. Sed nihil proficiente rationum pondere, ventum eſt ad Arma, quibus Calatravenſes Arcem acti certamine expugnarunt, atque una ſimul Magiſtrum Alcantarenſem ceperunt, immediateque convocato utriuſque Religionis Capitulo Generali, expoſita fuere Capita gravaminum à Recurrentibus contra Magiſtrum Commendatorem majorem, & Clavarium cumulata, nullaque interpoſita mora, prodiit Decretum, dictos tres eorum Dignitatibus privans, facta Equitibus libertate deveniendi ad novam electionem Magiſtri, Commendatoris Majoris, & Clavarii, prout defacto, licet Equites qui captivi reperiebantur, ſuffragium in nova Magiſtri electione præſtare renuerint, attamen electus fuit novus Magiſter 1318. D. Suerus Perez Maldonato, qui erat Commendatarius Benquerenciæ, electique etiam fuere magnus Comendatarius, & Clavarius: cui electioni aſſenſum præſtare coegerunt ipſum D. Ruy Vaſquez Magiſtrum Alcantaræ, qui tamen proteſtationem emiſit de vi ſibi illata. In libertatem redactus d. D. Ruy Vaſquez, ſe ad Valentiam Alcantaræ contulit, ibique occurrerunt Equites eidem fideles, qui majorem Ordinis partem conflabant; atque ideo conſtanter eundem Don Ruy Vaſquez in Ordinis Magiſtrum agnoſcebant, inſtabantque, ut in eodem loco Valentiæ Alcantaræ, vetus Religionis Conventus haberetur, & cœteri Equites Ordinis Schiſmatici judicarentur; quod motivum præbuit novo Bello: nam novus electus in Magiſtrum, ſtatim Militibus Valentiam Alcantaræ obſedit. Se autem Don Ruy Vaſquez deſtitutum videns neceſſariis ſubſidiis, nocturno tempore aufugit, & Burgundiam petivit, ubi Capitulum Generale Ordinis Ciſtercienſis tunc celebrabatur, in quo propoſuit Vaſquez Cauſam ſuam, cu-

jus cauſæ cognitio delegata fuit Abbati de Morimundo, qui confirmavit ſententiam privationis Magiſterii contra eum latam, obſtrinxitque ſub pœna Excommunicationis, ut novum Magiſtrum electum, in Magiſtrum verum agnoſceret. Huic ſententię acquievit D. Ruy Vaſquez, qui in Hiſpaniam rediit, & eum novus Magiſter honorifice ac charitative excepit, contulitque eidem Commendam de Magacela pro ſua manutentione, & Ordo Alcantarenſis ad pacem, & tranquillitatem rediit.

XII. Duodecimus Magiſter, ſecuta depoſitione à magiſterio dicti Ruy Vaſquez, electus fuit anno 1318. Frater Don Suer Perez filius Giraldi Perez Maldonadi. Hic Magiſter pluribus Belli certaminibus contra Mauros pro Rege Alphonſo certavit, qui Rex Privilegia à Regibus Ordini conceſſa confirmavit, & ad Magiſtri inſtantiam conceſſit Civitati Alcantaræ Privilegium, quod Nundinæ ibi libere haberentur duodecim diebus: Itidemque Ordini donavit Caſtrum de Almorchon, cum ſuis finibus, nec non Loca de Pliego, & Canete. Societatem cum Ordine Sancti Jacobi, & Calatravæ, ut ſupra ab Anteceſſore factam, ratificavit. Obiit anno 1335. Alcancantarę poſt regimen Ordinis ſpatio ſeptem annorum, & tumulatus fuit in Eccleſia S. Mariæ de Almocobara. *Statut. Ord. pag.* 40. *Abb. Iuſtinianus pag.* 444. *&* 461. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *a pag.* 57. *& pag.* 85. qui referunt rexiſſe Ordinem ſpatio annorum ſexdecim, ſumpto computo à die quo fuit electus, ſcilicet anno 1318.

XIII. Decimus tertius Magiſter anno 1335. electus fuit Frater D. Ruy Perez Maldonado germanus Frater antedicti Don Suer Perez in Magiſterio anteceſſoris: *d. Statutum, & Juſtinianus, ac Collector Gallus ubi ſupra*, tempore Alphonſi Regis *el Onceno*, qui Privilegia Ordinis confirmavit. Pro dicto Rege una cum ſuis Equitibus militavit Magiſter, contra Portugalliæ Regem, qui Civitatem Pacen, vulgo Badajoz obſederat: ſed obortis in Regis mente ſuſpicionibus, ac etiam illum ægre ferentibus Ordinis Equitibus, Magiſter ſe abdicavit a Magiſterio, illum in manibus Abbatis de Morimundo renunciando: & licet de hujuſmodi ſolicita Renunciatione pœnituerit, ſicque ſe Magiſtrum aſſereret, poſtmodum tamen anno 1337. renunciavit Officio, quod ſpatio annorum duorum exercuerat. *Statutum Ordinis pag.* 41. *Iuſtinianus pag.* 441., qui dicit *fuiſſe electum in Magiſtrum anno* 1334. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 59. *& ſeq.*

Huc uſque Magiſtrorum Nomenclatura extenſa in Statuto Alcantarenſi adamuſſim concordat cum Catalogo Magiſtrorum relato ab *Abbate Juſtiniano*, *& Collectore Gallo* in locis ſuperius allegatis, ſic etiam *d. Pater Fontana cap.* 5. *Tom.* 6. *à pag.* 55. At ſubſequens ſeries, quam antedicti Scriptores proſequuntur, diſſonat tum in nominibus, tum in temporibus electionum: idcirco Nos hìc primo loco apponimus Nomina ordinatim, quæ habentur in Catalogo dicti *Juſtiniani*, *& Collectoris Galli*: deinde referemus ordinem, quem tenet Statutum. Scribunt ergo prædicti, quod poſt XIII. Magiſtrum Ruy Perez Maldonado ſucceſſit pro Decimo quarto Magiſtro anno 1335. Fernandus Lopez, qui gubernavit menſibus ſex. Pro XV. ponunt anno 1335. Aſſuerum Lopez, qui rexit annis duobus. Pro XVI. ponunt

ponunt anno 1337. Gonſalum Nunez de Oviedo, qui rexit anno uno. Pro XVII. ponunt anno 1338. Nunum Camizo, qui rexit annis quinque. Pro XVIII. ponunt anno 1343. Petrum Alphonſum Pantoxa, qui annis tribus rexit. Pro XIX. ponunt anno 1436. Fernandum Perez Ponce de Leon, qui rexit annis novem. Pro XX. ponunt anno 1355. Didacum Gutieres Cevallos, qui rexit Menſe uno, & viginti diebus. Pro XXI. ponunt anno 1355. Aſſuerum Martinez Aſſurianum, qui rexit annis ſex. Pro XXII. ponunt anno 1361. Gutirez Gomes de Toleto, qui gubernavit annis tribus. Pro XXIII. ponunt anno 1364. Martinum Lopez de Corduba, qui gubernavit annis quinque. Pro XXIV. anno 1369. ponunt Melenum Suarez, qui rexit annis duobus. Pro XXV. ponunt anno 1371. Ruy Diaz de Vega, qui rexit annis quatuor. Pro XXVI. ponunt anno 1375. Didacum Martinez, qui gubernavit annis octo. Pro XXVII. ponunt anno 1383. Didacum Gomez Bancoſo, qui rexit anno uno. Pro XXVIII. ponunt anno 1384. Gonſolum Nuñes, qui gubernavit anno uno. Pro XXIX. ponunt anno 1385. Martinum Yagnez de Barbuda, qui gubernavit annis novem. Pro XXX. ponunt Anno 1394. Ferdinandum Rodriquez de Villalobos, qui gubernavit annis quatuordecim. Pro XXXI. ponunt anno 1408. Sancium Caſtellæ Infantem, qui rexit annis octo. Pro XXXII. ponunt anno 1416. Joannem de Sottomayor, qui gubernavit annis ſexdecim. Pro XXXIII. ponunt anno 1432. Gutierem de Sottomayor, prædicti Nepotem, qui rexit annis quatuordecim. Pro *XXXIV*. ponunt anno 1446. Gomez Solis de Caceres, qui rexit annis decem & octo. Pro *XXXV*. ponunt anno 1464. Alphonſum de Montoy, qui renunciavit, & gubernavit annis quindecim. Pro *XXXVI* ponunt anno 1479. Joanem Zunigam, jam promotum vigore Bullę Pontificiæ poſtmodum vigore renunciationis d. Alphonſi, electi a Capitulo, renunciavit anno 1494. Regibus Catholicis. Pro *XXXVII*. ponunt anno 1494. Ferdinandum Catholicum, & Domnam Iſabellam Reges Catholicos Adminiſtratores, vigore Bullæ Pontificiæ: rexit annis viginti duobus. Pro *XXXVIII*. ponunt anno 1516. Carolum de Auſtria Regem Hiſpaniarum, poſtea Imperatorem Adminiſtratorem perpetuum: rexit annis quadraginta. Pro *XXXX*. ponunt anno 1556. Philippum Secundum Regem Hiſpaniarum vigore renunciationis Patris perpetui Adminiſtratoris. Pro *XL*. ponunt anno 1598. Philippum Tertium Regem, ac Adminiſtratorem perpetuum, qui rexit annis uiginti tribus. Pro *XLI*. ponunt anno 1621. Philippum Quartum Regem, & Adminiſtratorem perpetuum. Pro XLII. ponunt Carolum Secundum Regem, & Adminiſtratorem perpetuum. Sic ſeriem Magiſtrorum exponunt *d. Juſtinianus d. Parte Secunda cap. 29. pag. 461. & ſeq. Collector Gallus Tom. 3. à pag. 84. cum ſeq.*

At cum, ut pręmiſimus Catologus hic diſcordet a ſerie, quę habetur in Statuto Ordinis, & cæteroquin Statuti Compilatores magis de rebus propriis inſtructi cenſeantur; Nos ipſis inhærentes, ſeriem Statuti ſequimur, quæ talis eſt.

XIV. Decimus quartus Magiſter fuit Don Gonſalo Martinez de Oviedo ex Civitate de Oviedo. Hic bis electus fuit Magiſter, ſcilicet anno 1335. ſecuta prima renunciatione antedicti Don

Don Ruy Perez; cumque prima electio canonice facta non fuerit, fuit deinde canonice electus anno 1337. ultima die Maii, peracta ſecunda vice renunciatione per d. Perez.

Fuit hic Magiſter D. Gonſalus Martinez valde carus Regi Alphonſo *el Onzeno*, cum quo pluries contra Mauros certavit, & de quibus Victorias reportavit. Verum calumniatus apud Regem, fuit ejus juſſu captus, & ad Arcem de Valentia de Alcantara ductus, ad quam cum ſe Rex contuliſſet, d. Magiſter habita de adventu Regis notitia, ad Regis pedes acceſſit, *cubierto* ut inquit Statutum *y todeado delos Eſtandartes, y Vanderas, que poco tiempo antes gañò alos Moros en ſervicio ſuyo*. Sed nihil ei profuit hæc humiliatio, quoniam ut proſequitur Statutum. *no le valiò la ſumiſſion y rendimiento porque ſin dilacion le llevaron preſo*, & in carcere obiit 1340. poſt Gubernium Ordinis ſpatio trium annorum. Dictum tamen Magiſtrum innocentem fuiſſe à culpis ſibi impactis, ejus inimici in mortis articulo faſſi ſunt, ut refert *d. Statutum Ordinis pag.* 42., *Juſtinianus pag* 444. *cum ſeqq. Collector Gallus Tom.* 3. *à pag.* 60. *cum ſeqq.*, *&* *pag.* 66. qui per extenſum integram Hiſtoriam exponens, ſcribit Regem jam contra Magiſtrum odium ſumpſiſſe, ob relationes eidem factas ab Eleonora de Guſmaz regis Amaſia, vel Uxore, ut ipſa pretendebat, quæ odio habebat Magiſtrum; ſubduntque iidem Scriptores, quod Magiſter juſſu Regis fuit capite obtruncatus anno 1338.

XV. Fuit electus in Decimum quintum Magiſtrum Frater Don Nuño Chamizo, cujus Patria, & Familia ignoratur, & electio facta fuit anno 1340. à tredecim Ordinis Hominibus, quibus commiſſa fuerat electio. Hic Magiſter pro Rege Alphonſo militavit ſtrenue contra Mauros, & retulit Victorias: tandem in tranſitu Fluminis Guadarranque *ſe abogò*. Ordinem pene annos quatuor gubernavit: *d. Statutum Ordinis pag.* 43., *ſed Juſtinianus pag.* 447., *&* *ſeq.*, *& d. Collector Gallus* ajunt, electionem peractam fuiſſe anno 1338., & ſic gubernaſſe annis quadraginta tribus.

XVI. Decimus ſextus Magiſter electus de menſe Octobris anno 1343. Frater Don Petrus Alphonſo Pantoja, Filius Alphonſi Fernandez Pantoja, & ex aliquibus circumſtantiis creditur fuiſſe ex Pantoiis Toletanis militavit pro Rege Alphonſo in expugnatione de Algecira, & recepto uvlnere, ex eo in Villa Alcantaræ obiit anno 1345. poſt gubernium Ordinis annis duobus, & tumulatus fuit in Eccleſia Sanctę Mariæ de Almocobara: *Statutum Ordinis pag.* 43., *Juſtinianus pag.* 448., *& Collector Gallus ubi ſupra*.

XVII. Decimus ſeptimus Magiſter electus fuit anno 1345. Don Petrus Yanez de Campo, filius Petri Yanez, Nepos Ferdinandi Yanez, Conſobrinus Magiſtri Petri Yanez, ac de Familia Nobili, quæ cum tali nomine fixit Sedem Alcantaræ. Brevi vixit tempore, ignoraturque in quo obierit loco: *Statutum Ordinis pag.* 43.

XVIII. Decimus octavus Magiſter electus fuit anno 1346. Frater Don Fernandez Perez Ponce Legionenſis filius Fernandi Perez Ponce Legionen. Domini de Marchen, & Iſabellę de Guzman filiæ Alònſi Perez de Guſman Domini de San Lucar de Barta, medes. Et ob ſanguinis ſui claritatem, cœteraſque Dotes, & merita, licet in Religione nullam fuerit aſſecutus Dignitatem, electus tamen fuit

fuit Magiſter Ordinis. Militavit pro Alphonſo Rege contra Mauros: interfuit Magiſter expugnationi de *Gibraltar*, & à Rege Petro Generalis Capitaneus electus fuit contra Mauros. Ordinem gubernavit annis decem: ajunt obiiſſe 1355. *en loco Moroni*, ibi tumulatus; alii Alcantaræ menſe Auguſti dicto anno 1355., ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Almocobara: *Statutum Ordinis pag.* 43.

XIX. Decimus nonus Magiſter electus fuit 1355. Frater Don Didacus Gutierez de Zevallos Montañes del Valle de Toranço, filius Don Ruy Gonzales de Zevallos, & Mariæ de Caviedes ejus Uxoris; electuſque fuit in Magiſtrum de Ordine Regis Don Petri, licet ipſe Didacus nec Habitum Religionis Alcantaræ, neque alterius Ordinis haberet: *Statutum Ordinis pag.* 44. ubi ſubditur credibile eſſe, quod ille in primis Habitum ſuſceperit, & profeſſionem emiſerit, renunciando (ut tunc temporis practicabatur) anno Probationis. Dictus Magiſter licet in principio eſſet gratus Regi, attamen calumniis laceſſitus apud Regem fuit; adeo ut Rex Magiſterio privaverit, & carceribus mancipaverit, in quibus mortuus eſt poſtquam Ordinem duorum menſium ſpatio circiter gubernavit: *Statutum Ordinis pag.* 44., *Juſtinianus pag.* 448., *& ſeqq.*, *Collector Gallus ubi ſupra*.

XX. Vigeſimus Magiſter electus fuit anno 1356. Frater Don Suerus Martinez, nuncupatus *El Aſturiano* ex Villa de Avilès in Aſturiis, electuſque fuit juſſu Regis Petri à 13. Hominibus Ordinis ad hoc deputatis. Servivit Regi ut Capitaneus Generalis in loco de *Gomora* in Bello contra Regem Petrum Aragoniæ, & contra Mauros. Obiit anno 1361. cujus Corpus tranſlatum fuit in Capella Arcis Alcantaræ: ſeptem circiter annis Ordinem rexit. *Statutum Ordinis pag.* 45., *Juſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*.

XXI. Vigeſimus primus Magiſter electus fuit anno 1362. Frater Don Guttierre Gomez de Toledo filius Gomez Fernandez de Toledo, & Agnetis Baroſo ejus Uxoris: mortuus in Bello contra Aragoniæ Regem anno 1365. Gubernavit Ordinem duobus annis circiter: *Statutum Ord. pag.* 45. *Juſtinianus*, *& Collector Gallus locis ſupra allegatis*.

XXII. Vigeſimus ſecundus Magiſter Regis Petri juſſu electus fuit Frater Don Martinus Lopez de Corduba anno 1365., qui cum eſſet Prior Sancti Joannis Calatravæ, quemadmodum erat ejus Anteceſſor, ſumpſit Habitum Alcantaræ, & in iſto Ordine Profeſſionem emiſit, renunciando anno Probationis. Fuit Vir variis muneribus à Rege Don Petro laudabiliter implicatus. Cum autem Don Henriquez adverſus Regem fratrem ſuum militans ſe Regem fecerit inaugurare, ſic inauguratus Rex creare fecit alium Alcantaræ Ordinis Magiſtrum, ſcilicet Fratrem Don Petrum Muniz de Godoi familiarem ſuum, qui ſe appellare fecit, licet indebite, Magiſtrum: inito tandem inter duos Reges certamine, in quo duo aderant Ordinis Magiſtri, vicit Rex Don Petrus, ſuccumbente Rege Henrico remanſit etiam unicus legitimus Ordinis Magiſter d. Martinus Lopez, qui Ordinem rexit quaſi quatuor annis: *Statutum Ordinis pag.* 46., *Juſtinianus Parte Prima cap.* 26. *pag.* 417., *& Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 451., *& Collector Gallus ubi ſupra*, ſubdentes, quod poſt d. Martinus

tinus electus fuit Magiſter Calatravæ, in quo Ordine Profeſſionem emiſerat.

XXIII. Vigeſimus tertius Magiſter ponitur in Statuto d. pag. 46. ſub anno 1366. antedictus Frater Don Petrus Muniz de Godoi filius Don Nuño Muniz de Godoi, & Eluiſæ Diez de Tafur ejus Uxoris Domini de Montoſo y Eſpejo Cordubenſium: cum, que non eſſet Electio legitima, ut diximus, ignoratur etiam quomodo defierit, & quo tempore rexerit Ordinem: *d. Statutum Ordinis pag.* 46.

XXIV. Vigeſimus quartus Magiſter electus fuit Frater Don Petrus Alphonſo de Sottomayor, qui ſucceſſit d. Don Martino Lopez anno 1367. qui ſpatio annorum duorum rexit Ordinem: *d. Statutum Ordinis pag.* 47

XXV. Magiſter vigeſimus quintus, tempore quo Rex Don Enriquez regnabat in Caſtella, electus fuit in Magiſtrum anno 1369. Frater Don Melen Suarez, quem deſcendere ex Familia de Sottomayros fertur; ſed brevi tempore, eo quia Regi Luſitano adhæſerit, fuit à Dignitate depoſitus per reſolutionem Capituli Ordinis, quem non rexit pluſquam duobus annis: *d. Statutum Ordinis pag.* 47. *Juſtinianus pag.* 452. *Collector Gallus ubi ſupra*, qui ponunt pro Magiſtro vigeſimo quarto.

XXVI. Vigeſimus ſextus Magiſter electus fuit 1371. Frater Don Ruy Diaz della Vega, filius Didaci Laſo della Vega, & Eluiræ de Salſedo ejus Uxoris, favente Rege Enriquez ſecundo, pro quo militavit, & Ditiones à Rege Luſitano occupatas recuperavit, & Exercitum Regis Luſitani, qui Alcantaram obſederat, fugavit. Gubernavit Ordinem ſpatio annorum quatuor: obiit anno 1375. *Statutum Ordinis pag.* 47. *Juſtinianus pag.* 452., & 461., & *Collector Gallus ubi ſupra*, qui nominat eundem Magiſtrum vigeſimum quintum.

XXVII. Vigeſimus ſeptimus Magiſter anno 1376., electus fuit Frater Don Didacus Martinez Aſturienſis, ex Familia Magiſtrorum Don Gonzali, & Don Severi Martinez, electuſque fuit tempore Regis Enriquez ſecundi, cujus filius Joannes Primus confirmavit Privilegia Ordinis, qui expreſſit illa confirmare ob ſervitia à Magiſtro prçſtita Regi Enriquez ejus Genitori. Idemque Magiſter confirmavit Privilegia Locorum, & Villarum Ordinis, quem rexit pluſquam annorum ſeptem ſpatio: obiit anno 1383. *Statutum Ordinis pag.* 47. *Juſtinianus d. pag.* 452., & 461., *Collector Gallus ubi ſupra*, ubi numerat eum Magiſtrum vigeſimum ſextum.

XXVIII. Vigeſimus octavus Magiſter electus anno 1383. fuit Frater Don Didacus Gomez ex Toleti Civitate, filius Gomez Perez Barroſo tempore Regis Joannis Primi, qui Rex Bellum gerebat contra Magiſtrum de Avis, eo quia cum obiiſſet Fernandus Portugalliæ Rex abſque filiis, dictus Magiſter Ordinis de Avis Frater Baſtardus dicti *Regis*, *Regni* prætendebat Succeſſionem. Unde d. Magiſter Alcantarç fuit Capitaneus Generalis contra Luſitanos. Dum autem Nuño Alvarez Capitaneus Magiſtri de Avis prope Pacem Civitatem certaret, Magiſter Alcantaræ ſe obiecit; quo certamine obiit anno 1384. cum Ordinem ſpatio unius anni rexiſſet. Ejus cadaver tumulatum fuit in Caſtro de Alcantara: *Statutum Ordinis pag.* 48., *Juſtinianus pag.* 452., *Collector Gallus ubi ſupra*, ubi d. Magiſter proponitur in numero vigeſimo ſeptimo Magiſtrorum.

XXIX.

XXIX. Vigeſimus nonus Magiſter anno 1384. fuit electus Frater Don Gonzalus Nunez de Guſman, regnante Joanne Primo, pro quo militabat Magiſter in Prælio de *Aljubarroſa* anno 1385. *Statutum Ordinis pag.* 48. *Juſtinianus*, & *Gallus Collector ubi ſupra*. Tempore d. Magiſtri prodiit Conſtitutio tribuens facultatem Hominibus Ordinis diſponendi de omnibus ſuis Bonis liberis y ſe moventes. Rexit Ordinem ſpatio pene unius anni: *Statutum Ordinis pag.* 48. *Juſtinianus Parte Prima cap.* 27. *pag.* 418., & *Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 453., 461., & *Collector Gallus locis ſupra allegatis*, qui ſcribunt, quod mortuo in certamine di Aljubarroſa Magiſtro Calatravæ, d. Magiſter Alcantaræ Gonzalez factus fuit Magiſter Calatravæ.

XXX. Trigeſimus Magiſter Ordinis Alcantaræ electus fuit anno 1385. Frater Don Martianez dela Barbuda ex Civitate Ulyſſiponen. qui antecedenter erat Clavarius Ordinis de Avis in Regno Portugalliæ, regnante in Regno Caſtellæ Joanne Primo, qui Magiſtrum valde diligebat. D. Magiſter fuit Vir ſtrenuus, & audax, ſed nimis facilis ad credendum. Unde cum eidem Magiſtro quidam Eremita retuliſſet, quod idem Magiſter expugnare debebat Regnum Granatæ à Mauris poſſeſſum con *pendones tendidos*, perrexit ad dictum Regnum, eique in itinere ſe junxerunt Homines numero quinque mille. Regnum ingreditur; ſed Rex Granatæ obviam ivit cum Exercitu Maurorum numero quinquaginta mille peditum, quinque mille Equorum, cum quibus copiis Rex Maurus Exercitum Chriſtianorum profligavit, atque occidit; ſicque etiam Magiſtrum anno 1394., & Cadaver Magiſtri occiſi delatum fuit ad Civitatem Alcantaræ, & tumulatum in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Almocobara in Sepulcro cum Inſcriptione ex una parte Luſitano antiquo idiomate. *Meſſe Don Frey Martinians*; & in tegmine inciſum eſt: *A qui yaze a quele, que por neña couſa nunca ovo pabor en ſu coraçaon*: *Statutum Ordinis pag.* 48. Quæ ſepulcralis Inſcriptio italice refertur à *Juſtiniano pag.* 453.

Qui giace quell' Eroe, nel dicui cuore
Nulla coſa giammai deſtò timore.

Dictus Magiſter Ordinem rexit ſpatio novem annorum: *Stat Ord. pag.* 48., ubi ſubditur, quod in Hiſtoria Infantis Don Petri Portugalliæ narratur, quod d. Magiſter Don Martianez dela Barbuda filium habuit Baſtardum, qui in prędicto certamine, in quo obiit ejus Pater, captus fuit, & Byzantium ductus, poſtmodum ob ejus ſtrenuitatem creatus fuit Soldan de Babilonia: *d. Statutum Ordinis d. pag.* 48. ubi notat, quod aliqui referunt in d. certamine obiiſſe d. Magiſtrum; alii quod captivus remanſerit, & in Granatam delatus, ubi ex quadam Maura muliere filium ſuſceperit, qui filius ſucceſſive ob ejus ſtrenuitatem fuit factus, ut dicitur, Soldano di Babilonia.

XXXI. Trigeſimus primus Magiſter Alcantarę electus fuit anno 1394. Frater Don Fernandus Rodriquez de Villalobos ex Regno Legionis, & licet eſſet Clavarius Ordinis de Calatrava, voluit tamen Rex ut eligeretur Magiſter, & electus fuit, quamvis contradixerint illi de Ordine Alcantarę, eo quia electus non erat ex ejus Ordine. Militavit Magiſter pro Rege Enriquez tertio, & Joanne ejus filio pluribus Bellis contra Regem Portugallię, & Regem Granatæ: obiit

obiit in Villanueva dela Serena anno 1408. ibique in Eccleſia majori tumulatus. Rexit Ordinem quaſi ſpatio annorum quatuordecim: *Statutum Ordinis pag.* 49., *Juſtinianus pag.* 453., *&* 461., *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 73., 68., ubi ponitur Magiſter trigeſimus.

XXXII. Trigeſimus ſecundus Magiſter Alcantarę fuit Don Sancho, filius dicti Infantis Don Fernandi, qui poſtmodum fuit Rex Aragoniæ. Electio dicti D. Sanchi facta fuit anno 1409., & quidem idem erat in ætate octo annorum, unde diſcordes erant Electores, perpendentes ætatem infantilem, qui nec Habitum Ordinis habebat: ſed Don Fernandus illius Genitor diſpenſationem à Summo Pontifice obtinuit, & habitum ſuſcepit, & Profeſſionem emiſit, renuntiando Probationis Anno, deputavitque Joannem de Sottomayor in Gubernatorem Ordinis, & nomine d. Don Sanchi poſſeſſionem Magiſterii cepit. Capitulum Generale celebravit in Villa de Ayllon, in quo editę fuerunt primarię Definitiones, & ſuo tempore Papa Benedictus XIII. dedit Ordini Inſignia Crucis Viridis. Obiit Medinæ del Campo 1416. tumulatus in Eccleſia S. Andreæ Conventus Ordinis Sancti Dominici. Ordinem rexit annis ſeptem: *Statutum Ordinis pag.* 50., *Juſtinianus pag.* 453., *&* 461. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 73., *&* 87. qui ponit d. Magiſtrum ſub nomine Magiſtri trigeſimi primi.

XXXIII. Trigeſimus tertius Magiſter, electus fuit anno 1416. Frater Don Joannes de Sottomayor filius Alphonſi de Sottomayor ex Galitia, deſcendens e Domo de Carnina: *Statutum Ordinis pag.* 50. Rege regnante Joanne Secundo. Ad illius inſtantiam Pontifex Martinus conceſſit, quod ad Beneficia, & Capellanias Ordinis Magiſter præſentare poſſet Fratres, & Clericos Sancti Petri ad ejus beneplacitum. Eundem Magiſtrum ejus adverſarii apud Regem Joannem, peſſimis officiis affecerunt, ut ipſe Rex juſſerit eum deponi a Munere, quod ſexdecim annis rexit: *Statutum Ordinis pag.* 50. *Juſtinianus pag.* 456., *& ſeq.*, *&* 461. *Collector Gallus* ubi ſupra, qui ponit hunc Magiſtrum ſub numero trigeſimi ſecundi Magiſtri: *d. Fontana pag.* 63.

XXXIV. Trigeſimus quartus Magiſter electus fuit anno 1432. Frater Don Gutiere de Sottomayor Conſobrinus prædicti Magiſtri Don Joannis de Sottomayor, qui ut dictum eſt, depoſitus fuit ab Officio. D. Gutiere fuit filius Ægidij Garzia de Ravdona, & Catharinæ de Sottomayor: *Statutum pag.* 51. *Juſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra.* Electus itaque d. Magiſter ſe contulit ad Civitatem *Rodrigo*, ubi moratur Rex, cui *hizo pleiſo omenage en ſus manos*: Et Rex ibidem *Le entrego los pendones dela Orden como era coſtumbre con mucha Solemnitad*, & ad honorem illum ſuæ accumbere menſæ fecit regiæ, aliaque induiſit, gratuſque fuit Regi, cui ſtrenue ſervivit: obiitque anno 1455. ſepultus in Conventu noſtræ de Guadalupe. Ordinem rexit pluſquam viginti annorum ſpatio: *Statutum Ordinis pag.* 51., *Juſtinianus pag.* 457., *& ſeq.*, *&* 461. *Collector Gallus ubi ſupra*, & ponit hunc Magiſtrum in numero Magiſtrorum triginta trium.

Secuta morte d. Magiſtri, Rex Henricus Quartus obtinuit à Summo Pontifice Calixto Tertio (ob ſumptus ingentes, quos ipſe Rex in Bello contra Mauros fecerat, quæque Bella

contin.

continvare debebat) ut ipſe in Adminiſtratorem Ordinis per annos decem conſtitueretur. Adminiſtravit pro Rege Don Gomez de Caceres de Solis, dictaque Regis Adminiſtratio duravit duobus annis cum dimidio.

XXXV. Suffectus, & electus fuit ut Magiſter dictus Don Gomez de Caceres de Solis anno 1458. D. Magiſter cum longo tempore Regi inſerviſſet, & Ordinem rexiſſet quatuordecim annis, apud Regem accuſatus ab inimicis, Rex eiſdem fidem præbens, juſſit ut à Magiſtri Dignitate deponeretur. Obiit anno 1463. tumulatus in Parochia Sanctæ Mariæ de Caceres: *Statutum Ordinis pag.* 53., *Juſtinianus pag.* 459., *&* 461. *& Collector Gallus ubi ſupra*, qui Magiſtrum hunc nominat trigeſimum tertium.

XXXVI. Trigeſimus ſextus Magiſter fuit Don Alonſus Montoy, qui electus fuit vivente Magiſtro Don Gomez de Solis, qui male ſe habebat apud Regem Henriquez Quartum. Imo mortuo d. Gomez de Solis, dictus Don Alonſo de Montoy ſecunda vice electus fuit canonice Magiſter anno 1473. Sed Adverſarius ſuus Franciſcus de Solis Conſobrinus dicti Magiſtri Gomez inſurgens contra d. Alonſum in Arce de Magacela commorantem, obſedit Magiſtrum Alonſo, eumque cepit: qui Franciſcus Solis ab aliquibus de Ordine illius Amicis ſe eligere fecit Magiſtrum. Mortuo autem Franciſco de Solis, exiit è carcere d. Don Alonſo de Montoy, qui recognita illius intractabili natura, nimiumque belligera, de ordine Regis Don Fernandi, & Reginę Iſabellæ depoſitus à Munere fuit; & obtinuere Bullam à Sixto IV. ut in d. locum nominaretur Don Joannes de Zuñiga: dictus vero Don Alonſus de Montoy, ut ſupra depoſitus, Arcem de Azagala adivit, neque Magiſtri Titulum dimiſit uſque ad mortem, quæ evenit anno 1511. & illius Cadaver delatum fuit ad Conventum Alcantaræ: *Statutum Ordinis pag.* 53.

Rem diverſimode narrat *Juſtinianus dicta pag.* 459., *&* 462., *& Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 79 *& ſeq.*; dicunt ſiquidem, quod Alonſus de Montoy ſe confirmare fecit ab Equitibus, à Rege, & Pontifice Magiſtrum, contra quem Magiſtrum, & Ordinem ſuborto Bello, captus fuit d. Alonſus de Montoy, & Franciſcus Solis ſe in Magiſtrum eligere fecit. Sed contra iſtum intruſum Duciſſa Placentiæ, & Dux de Zuñiga favente Rege per Bullam Pontificiam, electus fuit Magiſter Joannes Zuñiga, illius filius. Dictus vero Franciſcus Solis occiſus fuit, & ſubinde anno 1476. è carceribus liberatus fuit d. Alonſus Magiſter, hicque Bellum movit contra d. Zuñigam, plura loca recuperavit Ordini, inter quæ Civitatem Truſilli pro Rege Catholico: cumque Pax inita fuerit inter Reges Luſitaniæ, & Caſtellę, conventum in ea fuit, ut Alonſus de Montoy veniam à Rege Caſtellę conſequeretur, reſtitutis eidem reditibus ſuis, cum pacto tamen, quod idem Magiſterio renuntiaret, & gradum Clavarii Ordinis retineret: ſed paulo poſt obiit. Vide quoque *Collectorem Gallum d. Tom.* 3. *à pag.* 79. *& ſeqq.*

XXXVII. Trigeſimus ſeptimus, ultimuſque Magiſter Alcantaræ fuit Don Joannes de Zuñiga, filius Don Alvaro de Zuñiga Ducis de Arevalo, & poſtmodum Ducis Placentię, ac Bejar, & Duciſſæ Don Eleonoræ Pimentel ejus Uxoris. Prædicti ergo, poſito caſu ſupra narrato Alonſi de Montoy,

Montoy, faventibus Rege Catholico Don Fernando, ac Iſabella Regina, impetravere à Sixto Quarto Summo Pontifice Magiſterium de Alcantara pro ejus filio prædicto Don Joanne de Zuñiga, licet eſſet in ętate octo annorum: & Summus Pontifex diſpenſavit cum illo, & adminiſtrationem Magiſterii conceſſit Don Alvaro de Zuñiga, uſquequo ad ætatem legitimam perveniſſet. Habitum, & Poſſeſſionem cepit d. Don Joannes Zuñiga, & d. Don Alvarez de Zuñiga 23. Februarii 1475. cepit Adminiſtrationem: *Statutum Ordinis pag.* 55. *Juſtinianus pag.* 460., *&* 462.

Tempore hujus Magiſtri d. Sixtus Quartus Literis Apoſtolicis ſanxit, quod nullus admittatur ad Ordinem Alcantaræ, qui non ſit Chriſtianus vetus, ſuamque originem, & deſcendentiam trahat à puro ſanguine, ſub pęna Excommunicationis ipſo facto incurrenda contra hanc Sanctionem facientibus.

Anno 1488. in Capitulo Generali tento ab antedicto Magiſtro reſolutum fuit, quod Homines Ordinis in morte diſponere poſſent de omnibus Bonis mobilibus, & ſemoventibus.

Tandem tempore d. Magiſtri Reges Catholici impetrarunt Bullam, qua ſtatutum fuit, quod Magiſterio vacante, ipſi Reges eſſent Adminiſtratores Ordinis: *d. Statutum Ordinis pag.* 55. *Juſtinianus pag.* 460., *& Collector Gallus ubi ſupra*, qui dicunt id conceſſiſſe Innocentium Octavum, & firmaſſe Alexandrum VI.

Anno autem 1495. dictus Don Joannes de Zuñiga renuntiavit Magiſterio, reſervatis ſibi Reditibus, quos menſa Magiſtralis tenebat, in Loco *Dela Serena*: ibique *in Villanueva*, Conventum fundavit, ad quem ſe recepit cum duobus Equitibus, totidemque Religioſis Clericis ejuſdem Ordinis. D. Renuntiationem approbavit Alexander VI. anno 1494. impreſſam poſt *Statutum Ordinis pag.* 72. *& ſeq.*, *d. Juſtinianus pag.* 460., *&* 462., *& Collector Gallus ubi ſupra*.

Poſtmodum factus Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & tandem Cardinalis, obiit in Loco la Granja de Miravel, die 14. Auguſti 1504. in ætate annorum quadraginta, tumulatus in Eccleſia Dominæ Noſtræ de Guadalupe, deinde translatus ad Conventum Sancti Vincentii Civitatis Placentię Ordinis S. Dominici.

Ordinem Alcantaræ, ut Magiſter rexit viginti annorum ſpatio, & in loco dela Serena, quaſi decem. Archiepiſcopatum autem anno uno cum dimidio circiter.

Itaque poſita Renuntiatione d. Don Joannis de Zuñiga, ſucceſſerunt Adminiſtratores Ordinis Alcantarenſis Reges Catholici Don Fernandus, & D. Iſabella, tam in Spiritualibus, quam Temporalibus. Primus Adminiſtrator fuit d. Rex Fernandus. Secundus Imperator Carolus V. Tertius Philippus Secundus. Quartus Philippus Tertius. Quintus Philippus Quartus: *d. Statutum Ordinis pag.* 55., *Mendo ubi ſupra num.* 161. *d. Volumen Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 265. Statutum vero Ordinis quoad iſtos Adminiſtratores loco Magnorum Magiſtrorum, ulterius non progreditur in Catalogo Magnorum Magiſtrorum, ſed ſiſtit in dicto Philippo Quarto, qui tempore editionis Statuti erat quartus Adminiſtrator. Nos vero addimus, quod proſequendo numerum Magnorum Magiſtrorum ſub titulo perpetuorum Adminiſtratorum, addimus inquam, quod d. Ferdinandus Rex Catholicus, cum Iſabella *Regina* Catholi-

tholica Adminiſtrator, fuit Trigeſimus octavus Magiſter, qui vigore Pontificiæ Bullæ, uti Adminiſtrator primus, cepit Gubernium Ordinis anno 1494., & rexit annis viginti duobus: *Collector Gallus Tom. 3. pag.* 87. & de eo meminit *Pater Mendo Diſq.* 1. *Quæſt.* 8. *n.* 16., *Abb. Juſtinianus in ſæpe allegata Parte Secunda cap.* 29. *pag.* 460. *&* 462. Volumen, cui Titulus *Li Sovrani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 265.

Trigeſimus nonus Magnus Magiſter, & ſecundus Adminiſtrator fuit Carolus Quintus Hiſpaniarum Rex, poſtmodum Romanorum Imperator, qui Ordinis Adminiſtrationem ſuſcepit anno 1516., & rexit annis quadraginta: *d. Juſtinianus d. pag.* 462., *& Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 87.

Quadrageſimus Magnus Magiſter, & tertius Adminiſtrator perpetuus Ordinis fuit Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex, qui ob renuntiationem ſui Patris, adminiſtrationem ſuſcepit anno 1556. rexitque Ordinem annis quadragina tribus: *Juſtinianus, & Collector Gallus ubi ſupra.*

Quadrageſimus primus Magnus Magiſter, & quartus Adminiſtrator fuit Philippus Tertius Hiſpaniarum Rex, qui regimen ſuſcepit anno 1589. & rexit annis viginti tribus: *Juſtinianus & Collector Gallus ubi ſupra.*

Quadrageſimus Secundus Magnus Magiſter, & Quintus Adminiſtrator fuit Carolus Secundus Rex Hiſpaniarum, qui regimen cepit 1667. & rexit Ordinem annis triginta tribus: *Juſtinianus, & Collector Gallus ubi ſupra.*

Quadrageſimus tertius Magnus Magiſter, & ſextus Adminiſtrator, fuit Philippus Quintus Rex Hiſpaniarum, qui cepit Ordinis Gubernium anno 1700. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 88.

Rexit autem feliciſſime uſque ad diem nonam Julii anni 1746. qua ab hac vita deceſſit; eique omnium plauſu in Hiſpaniarum imperio ſucceſſit ejus filius Primogenitus Ferdinandus VI. Quadrageſimus Quartus Magnus Magiſter, & ſeptimus Adminiſtrator, qui decima Auguſti ejuſdem Anni 1746. coronatus fuit.

DISCURSUS XIV.

MONIALIUM ORDINIS EQVITUM ALCANTARÆ.

ARGUMENTUM

Habetur ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Fæminæ ſunt capaces cujuſcumque Gradus Equeſtris, prout ſunt Viri, jure Natalium, Armatorum, Torque, vel Cruce ornatorum*, & n. 2., & 3.
4. *Ea quæ generice dicuntur de Monialibus, proportionabiliter dicuntur de Monialibus Ordinum Militarium.*
5. *Ut aliqua in Monialem Ordinis Militaris admittatur, quæ requirantur.*
6. *Probationes neceſſario faciendæ debent fieri à Clerico Fratre Profeſſo, & ſervari debent Statuta cujuslibet Ordinis*, & n. 7.
8. *In Ordine Alcantaræ ſumendæ ſunt Probationes ex parte Patris, & Matris, & quatuor Avorum Paternorum, & Maternorum ſuper Nobilitate, & Puritate Sanguinis.*
9. *Et quod nullus ex Progenitoribus, uſque*

uſque ad quartam Generationem fuerit punitus in Tribunalibus Sancti Officii.
10. *Alcantaræ Ordo in Hiſpania tenet duo Monaſteria Monialium.*
11. *Abbatiſſa à quo nominetur, & Moniales quibus obedire teneantur.*
12. *Quæ Puritas Sanguinis, quæ Nobilitas, & alia Requiſita probanda ſint à Poſtulante admitti ad Ordinem; ubi enumerantur.*
13. *Ad Habitum Moniales admittit Prior Conventus Alcantaræ, vel Superior, vel Præſes; & nemo ingredi poteſt Clauſuram in traditione Habitus, vel in emittenda Profeſſione.*
15. *Receptę* para Freylas, *non deferunt Crucem Viridem.*
16. *Abbatiſſa, & Moniales exire non poſſunt à Monaſterio ſine licentia Magiſtri.*
17. *Neque teſtari poſſunt.*
18. *Triginta, & non plures debent eſſe Moniales in Monaſterio Sancti Spiritus.*
19. *Nemo poteſt ingredi Clauſuram, niſi in caſu neceſſitatis Confeſſarius, Medicus, Chirurgus, Barbitonſor.*
20. *Confeſſarii Monialium, à quo debeant approbari.*

DISCURSUS XIV.

1. IN præcedenti noſtro Diſcurſu decimo oſtendimus Fœminas capaces eſſe omnium, & ſingulorum Equeſtrium Graduum, ut ſunt Viri: ſic Equitum jure natalium, Equitum Armatorum, Torque, vel Cruce Ornatorum. Nunc addimus eaſdem capaces eſſe atque habiles aſſumendi Statum Religionis, vel Ordinis Militaris, & Equeſtris, ac Cruce inſigniti. Proinde plerique Equeſtres Militares Ordines Maſculorum habent etiam Monaſteria, & Conventus pro Fœminis, ſub eorum regula, proportione ſervata, militantibus; ut ſicut Viri Bello, ac etiam quoad Religioſos, precibus pro Eccleſia militant, ita
2. Sanctimoniales, calcatis Seculi Pompis; Virtutum exercitiis addictæ, ad Eccleſiæ Sanctę, Fideique Catholicæ præſidium, quotidie certare non deſinunt.

De pluribus Monaſteriis Monialium
3. Regularibus Militaribus ſubiectis, tum in Luſitania, ubi floret Jacobæus, tum in Hiſpaniis mentionem facit *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militaribus Diſq.* 14. *Quæſt.* 1. *n.* 1., *& ſeqq. per totum*, & Nos etiam enumeravimus in præcedente noſtro *Diſcurſu* 10. *ſub n.* 69. Ubi etiam nominamus Moniales extra Hiſpanias, veluti Sancti Joannis Hieroſolymitani, Sanctæ Roſaliæ, Sancti Stephani Papæ, & Martyris, & recognoſci poteſt apud *Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordinum Equeſtrium, qui alias etiam enumerat* 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 135. 136. 137. ſic etiam habentur apud *Collectorem Gallum Tom.* 2. *pag.* 255. 440. *Tom.* 3. *pag.* 467., *& Tom.* 4. *pag.* 437. de quibus omnibus in decurſu Operis, ſuis loco & tempore agemus in hoc, & alio Volumine.

Ea porro, quę apud Scribentes diſcu-
4. tiuntur quoad Moniales generice, aptantur Monialibus Ordinum: quamobrem videri poſſunt apud *d. Andream Mendo de Ordin. Militar. d. Diſq.* 14. *Quæſt.* 2., *& ſeqq.*

Specifice vero de Monialibus Ordinum Militarium, ſciendum eſt, quod ut Fœmina in Militarem Ordinem Monialium admittatur, debet præcedere
5. conſenſus Capituli Monaſterii: Poſtmodum debet Superioriſſa Mona-

ſterii

ſterii monere Senatum Regium Ordinum tamquam Prælatum, qui debet concedere licentiam, & jubere capi Informationes ſuper qualitatibus Admittendæ: quibus peractis, & ab eodem Senatu admiſſis, & approbatis, intimatur Superioriſſæ, ut Novitiam admittat.

6. Pro conficiendis autem neceſſariis Informationibus Pręſes Senatus deſignat Clericum Fratrem Profeſſum, qui ſit ex eodem Ordine, ut informationem conficiat: *d. Mendo ubi ſupra quęſt. 6. n. 63. & ſeq.*

7. Quibus in recipiendis Informationibus, Statuta cujuſlibet Ordinis ſervanda ſunt. Nos ergo juxta methodum noſtram Alphabeticam verba facientes de Ordine Alcantaræ, dicimus, quod in Monaſterio Sancti Spiritus in Alcantaræ Oppido, Informationes ſumendæ ſunt circa Nobilitatem ſan-
8. guinis Paterni, & Materni lateris, & in quatuor Avis Paternis, & Maternis circa puritatem ipſius ſanguinis
9. quodque nullus ex Progenitoribus uſque ad quartam generationem fuerit in Tribunalibus Sancti Officii punitus: *d. Mendo quæſt. 6. ſub n. 66.*

10. Adſunt ergo in Hiſpania Moniales Ordinis Alcantaræ, qui duo erecta tenet Monaſteria, alterum Sancti Spiritus in ipſo Oppido Alcantaræ, alterum Sancti Petri in Oppido de Brozas: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 14. Quæſt. 1. n. 2.* Monaſterium quippe Monialium Sancti Spiritus Alcantaræ Civitatis eſt Ordinis Alcantaræ: *Statutum Ordinis Alcantarę Tit. 8. cap. 1. pag. 141.*

11. Statuitur idcirco, quod in d. Monaſterio, cœteriſque ad eundem Alcantaræ Ordinem ſpectantibus, Magiſter nominet Abbatiſſam ad triennium plus, vel minus, juxta ejus voluntatem, cui Moniales obedire tenentur, illiuſque Miniſtris in emittenda Profeſſione: ſecuta nominatione Abbatiſſæ, *no ſiendo hya dela Caſa*, debet ſimiliter obedientiam præſtare Regi Adminiſtratori: *d. Statutum d. cap. 1. pag. 142.* unde in *d. Statuto ejuſdem Ordinis Tit. 8. del Monaſter. de S. Spirit. de Alcantara cap. 2. pag. 142. & ſeq.* expreſſe de Monialibus ſtatuitur: *Las calidades que han da tener las Monjas de Sancti Spiritus de Alcantara.*

12. Mandamos y defendemos, que en el Monaſtero de Sancti Spiritus de Alcantara, no ſe reciba, ni admita para Monja ninguna, que ſea de caſta de Judios, de Converſos, ni de Moros, ne de Hereges, ni tampoco de Penitentiados por el Santo Officio por coſas de Fè haſta la Quarta generacion, y que ſean Nobles Hyoſdalgo, a modo y fuero de España, de Padre, y Madre, y que la Abadeſa que es, o fuere del dicho Convento no admita Señora para Religioſa de aquel Convento, de quien probablemente no ſe entienda quiere ſer Religioſa, e quelas, que fueren recebidas para Freylas, no puedan traer la inſignia de la Cruz verde de nueſtra Orden, y antes, que le ſea dado el Habito, ſe ha de azer informacion ſecretamente por la perſona, a quien el Señor Maeſtre, Capitolo, e Conſejo lo cometiere, de buena vida, conciencia, y fama, y no intereſado, ni reſpetado el qual eſcrivirà la informacion por ſu propria mano, y letra, ò del teſtigo, y le aviſarà, que delo que dixere y depuſiere hà da tener ſecreto, y que en ningun tiempo ſe deſcubrirà y tomando los dichos a perſonas de buena fama, y conciencias, y no intereſados lo que dixeren, y declararen lo embierà al Señor Maeſtre y a los de ſu Conſejo,

jo, paraque provea, lo que convenga, ſin quedar regiſtro, ni otra coſa, en ſu poder, y deſpues de poſſado lo dicho les harà la preguntas ſiguientes.

1. Primeramente ſi conocen à Fulana, que pretende entrar por Monja, y de que edad es.

2. Si conocen, ò conocieron, a ſu Padre, y Madre dela dicha Fulana, y como ſe llaman y donde ſon, o eran vezinos, y naturales, y declaren como, o porque razon ſaben que ſon Padre, y Madre dela dicha Fulana.

3. Iten ſi conocen, ò conocieron à los Abuelos, y Abuelas dela dicha Fulana, aſſi de parte de ſu Padre, como de ſu Madre, y como ſe llaman y de onde ſon vezinos, y naturales, y como, y porque ſaben, que fuerun ſus Abuelos.

4. Iten ſi ſaben, que la dicha Fulana y los dichos ſu Padre, y Madre, y Abuelos Paternos, y Maternos, ſon Nobles Hyoſdalgo a modo, y fuero de Eſpaña, ſin raza, ni mezcla, de Moro, Judio, Herege, ni tampoco Penitenciado por el Santo Officio, por coſas de Fè, haſta la quarta Generacion, y que los ſuſodichos, y las Abuelas Paternas, y Maternas, ſean Chriſtianos viejos, limpios, de toda, mala raza como, y porque ſaben, que ſon Hyoſdalgo, nobles, y limpios.

5. Si ſaben, que la dicha Fulana ſea Muger de buena vida, y coſtumbres, y quitada de vicios, y no reboltoſa.

6. Iten ſi ſaben, ſi es Muger ſana, y que no tenga enfermedad alguna, que ſea contagioſa, y que impida al ſervicio del Coro, y dela Caſa, y Comunidad del dicho Convento.

Y Ordenamos, y mandamos por juſtas cauſas que para ello nos mueven, que la Religioſa que ſe huviere de recibir, y tuviere, mas edad de diez y ſeis años, ſepa leer muy bien latin, paraque pueda cumplir en el Coro con el Oficio, que ſe le encargarè, y que antes de las diligencias, è informaciones, que ſe huvieren de hazer para la recepcion del Habito, ſea examinada, en la forma dicha.

13. Ad Habitum, & Profeſſionem admittere Moniales, ſpectat ad Priorem Conventus Alcantaræ, eoque abſente, vel impedito, ad Superiorem, aut Præſidem: *Statutum Ordinis Tit. 8. cap. 3. §. Otroſi pag.* 146.

14. Nullus Religioſus Ordinis, nec Secularis occaſione traditionis Habitus, & emittendæ Profeſſionis Clauſuram ingredi poteſt: *d. Statutum Ordinis d. Tit. 8. cap. 3. §. Otroſi pagina* 146.

15. Crucem Viridem Ordinis Alcantarę deferre non poſſunt Recepta *para Freylas*: *d. Statutum Ordinis d. Tit. 8. cap. 2. pag.* 142.

16. Abbatiſſa, & Moniales exire non poſſunt à Monaſterio ſine licentia Magiſtri: *Statutum Ordinis Alcantarę d. Tit. 8. cap. 4. pag.* 147.

17. Abbatiſſa, & Moniales d. Monaſterii Sancti Spiritus Alcantaræ teſtari non poſſunt, & in illarum Bonis ſuccedit d. Monaſterium Sancti Spiritus: *Statutum d. Tit. 8. cap. 7. vers. Mandamos pag.* 148.

18. In d. Monaſterio Sancti Spiritus Moniales debent eſſe, non plures, quam triginta: *Statutum Ordinis d. Tit. 8. ſub. §. La Viſitacion pagina* 146.

19. Religioſe ſervari debet clauſura Monaſterii, unde in illam ingredi non poſſunt, neque Prior, neque Capellanus, nec Eques, neque Clerici Fratres,

Fratres, nec Religioſi, nec Laicus, neque Secularis, neque Mulieres cujuſcumque qualitatis. Solum ergo in caſu neceſſitatis poſſunt intrare in Clauſuram Medicus, Chirurgus, Barbitonſor, Confeſſarius, & Magiſter *o Peones, o abazer alguna obra*: *d. Statutum Ordinis d. Tit.* 8. *cap.* 8. *pag.* 149.

Poterunt Moniales confiteri Religioſis Conventus Alcantarę, & Sacram
20. Communionem ſumere ab iiſdem, *ſiendo ſeñalados por el Prior del Sacro Convento*: *Statutum Ordinis Tit.* 8. *cap.* 5. *pag.* 148.

DISCURSUS XV.

ALÆ S. MICHAELIS ARCHANGELI

In Luſitania

ARGUMENTUM.

Exponitur quis fuerit hujus Ordinis Fundator, tempus Fundationis, & Teſſera Equitum, ut in Summario.

SUMMARIUM.

1. *Arma Portugalliæ Regum ſemper fuere victricia contra Mauros, qui a Regno expulſi fuere.*
2. *Alphonſus I. Rex Portugalliæ Archangeli Michaelis ſubſidio reportavit Victoriam de Mauris, & ob hanc victoriam inſtituit hunc Ordinem Equeſtrem anno* 1165., *vel* 1171.
3. *Ordinis Equites tenebantur Religionem tueri, auxiliari Virginibus, & Pupillis, & fines Regni tueri; & adducuntur Auctores de illo tractantes.*
4. *Inſtitutionis Annus diverſimode aſſignatur à Scriptoribus.*
5. *Teſſera Ordinis erat Ala coloris purpurei, cum radiis aureis, & ſplendoribus; & exponitur forma n.* 6.
7. *Variant Scribentes in deſcriptione Teſſeræ, & ad concordiam reducuntur*, & *n.* 8., & 9.
10. *Suum etiam Vexillum, & Habitum habebat*, & *n.* 11.
12. *Equites debebant eſſe Nobiles Sanguine*, & *n.* 13.
14. *In armandis Equitibus ſervabatur id quod ſervant Equites Ordinis Sancti Benedicti de Avis.*
15. *Militabant ſub Ordine Ciſtercienſi, & Regula S. Benedicti.*
16. *Figura Equitis cum ſua Veſte, & Teſſera apud Bonannum, & Collectorem Gallum.*
17. *Confirmatio Apoſtolica hujus Ordinis non reperitur, ſed ſupponitur ſolum illa Ordinarii loci.*
18. *Ordo fuit à Fundatore ditatus Commendis.*
19. *Ordo hic extinctus eſt.*
20. *Magnorum Magiſtrorum Catalogus, ſi duraret Ordo, ſpectaret ad Reges Luſitaniæ, & eſſet ut ſequitur.*

DISCURSUS XV.

ALÆ SANCTI MICHAELIS

1. IN debellandis Maurorum Exercitibus Portugalliæ Regnum infeſtantibus victricia ſemper non immerito fuere Luſitanorum Regum Arma, illis quippe militabat Æther. Potiſſime Alphonſi I. Luſitaniæ Regis temporibus viſibiliter, & mirabiliter aſtitit Regio lateri Archangelus Michael, Princeps Militiæ Angelorum, qui in adiutorium Populi Dei, Chriſtifidelium ſcilicet, pugnavit, Divinaque virtute Luſitanorum manus docuit ad prælium, & digitos eorum ad Bellum, everſiſque proinde Mauris, è Luſitaniæ finibus eos

eos penitus ejecit.

2. Idcirco Alphonſus I. Portugalliæ Rex religioſiſſimus cum hanc inſignem de Rege Albae Rege Hiſpalis contra Mauros Victoriam reportaſſet in loco *Scalabis*, Luſitanice *Santarem*, ob ſubſidium ei ab Archangelo Sancto Michaele in conflictu contra Mauros, miris quidem modis anno 1139. viſibiliter Regis lateri aſſiſtente preſtitum, in hujus memoriam gratique animi ſignum, Equeſtrem Ordinem ſub anno 1165. vel 1171. inſtituit, ſub titulo *Alę Sancti Michaelis Archangeli*, ut teſtantur Scriptores infra allegandi. Hujus Ordinis

3. Equites tenebantur Religionem tueri Catholicam, auxiliari Virginibus, Pupillis, & Orphanis, ac fines Luſitaniæ Regni cuſtodire. *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militaribus Diſq.* 1. *Quæſt.* 4. *n.* 97. *Abbas Bernardus Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari &c. Parte Prima cap.* 28. *pag.* 428. *juxta impreſſion. Venetam Typis Combi, e La Nau anno* 1692. *Collector Gallus Hiſtoire Des Ordres Militaires &c. Tom.* 3. §. 33. *pag.* 45. *juxta Impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne lib.* 1. *Diſſert.* 10. *Artic.* 4. *pag.* 233., & *Lib.* 2. *Diſſert.* 1. *Art.* 4. *n.* 302. *juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718. *Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albę in Regno Poloniæ in ſuo Alphabetico Corrolario Omnium Ordinum &c. in Verbo Alæ Sancti Michaelis Ordo pag.* 222. *impreſſ. poſt Tract. ejuſdem Auctoris, cui Titulus — Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilę Albæ in Regno Poloniæ impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730., *Jo. Hybner in ſuo Lexico ſub Litt. R colum.* 1602. *juxta impreſſionem Lypſię* 1735., & *pag.* 929. *juxta Impreſſ. Ratisbonę anno* 1742.

Circa autem tempus Inſtitutionis diſſi-

4. gere *Joſephum Micheli in Theſauro Militari pag.* 35., inquit *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 4. *ſub n.* 97., *d. Abbas Juſtinianus pag.* 429., ubi notat quod *d. Joſeph Micheli* ponit Inſtitutionem Ordinis prædicto Anno 1171. vel anno 1165. & 1166. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 45. *Laurentius Vigilius de Nicollis Prax. Canonum Tom.* 2. *Litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, ſub* §. *Notitia, & ſeries Ordinis Equeſtr. n.* 79. *pag.* 743. *juxta impreſſion. Saliſburgens. Typis Jo. Joſeph Mayr anno* 1729. Verum quod fuerit inſtitutus Anno 1167. poſt obtentam d. Victoriam ab Alphonſo Rege, ſcribunt alii: quam Victoriam reportatam fuiſſe poſt aliquot annos ſuſtinent Auctores Luſitani. Actus autem inſtitutionis relatus ab *Henriquez de Conſtitut., & Privileg. Ordin. Ciſter.* & *Manriquez Anal. d. Ord. Ciſter. Tom.* 11. oſtendit fuiſſe inſtitutum Anno 1205. Cæſaris Æra, quod correſpondet Anno Chriſti Domini 1167. Poteſt tamen eſſe, ut notat dictus *Manriquez*, quod in manuſcripto prefato in Archivio Alcobatiæ aſſervato aliquis error irrepſerit, maxime cum major pars Scriptorum *de Ord. Militar.* teſtetur inſtitutum fuiſſe hunc Ordinem Alæ anno 1171. ſicut habetur apud *Patrem Franciſcum Fontana Mediolanenſem Religioſum Congregationis Matris Dei in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, & Militarium, per eum ex Idiomate Galli,*

co in

eo in Italicum translata Tom. 6., Parte Quarta cap. 7. pag. 72. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738.

Teſſeram Equitibus præſcripſit Fundator,
5. Alam coloris purpurei cum radiis aureis, & ſplendoribus, ut conſtat ex actis fundationis Ordinis hujusmodi ibi -- *Milites deferant ſupra cor Alam purpuream inſignitam auro, & fulgore, ſicut viſum fuit oculis meis fuiſſe illam, quam videram in Prælio: teſte Tambur. de Jur. Abb. lib. 24. quæſt. 4., d. Mendo d. Diſq. 1. quæſt. 4. n. 97., & inquit Petrus Franciſcus Bergamaſchi Prior Cambiani in ſuo Libello, cui Titulus -- Breve Notizia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati pag. 56. juxta impreſſ. Taurini Typis Dominici Paulini 1695. d. Abbas Juſtinianus pag.*
6. 430. referens formam Alæ: *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordinis Equeſtris, Secunda Parte continente* omnes Teſſeras Ordinum *ſub n.* 8. *pag.* 156., ubi figuram exponit; *d. Collector Gallus Tom. 3. pag 45. d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus pag. 233., & in explicat. Armorum ſub n. 61. pag. 465., d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 222., & apud d. Hybner in ſuo Lexico in Tabula 2. continente omnes Teſſeras Ordinum Equeſtrium in d. impreſſione Ratisbonæ anno 1742.*

Quemadmodum diſcordant Scribentes in
7. aſſignando tempore Inſtitutionis, ita etiam diſſentiunt in deſcriptione Teſſeræ, ad tradita per *d. Joſephum Micheli in Theſauro Militari pag. 35. de quo d Pater Mendo d. Diſq. 1. quæſt. 4. ſub n. 97. Abbat. Juſtinianum d. Parte Prima, cap. 28. pag. 428. cum ſeq.*

Conciliari tamen poſſunt diſſidentes
8. Auctores ea ſub animadverſione, quod Teſsera integre conſtaret pluribus: unde Scriptores illam ſumpſere per partes, loquentes modo de una, modo de altera parte ſingulariter: hinc ajunt, quod Equites deferebant Crucem rubeam in formam gladii: *d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 222. d. Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 45.*

Fuiſſe Crucem rubeam in formam En-
9. ſis ſimilem Cruci Ordinis Sancti Jacobi in Hiſpania, ſed cum additamento duorum Liliorum rubeorum hinc inde poſitorum, cum ſuprapoſito Lemmate -- *Quis ut Deus.* Sic illam deſcribit *d. Petrus Franciſcus Bergamaſchi d. pag. 56., d. Abbas Juſtinianus d. pag.* 428. ubi d lineatam exhibet; *d. Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 45.*

Dicta lilia fuiſſe aurea ſcribit *Joannes Caramuel Theolog. Regul. p. 9. Epiſtol. 5. n.* 2343., de quo meminit *d. Abbas Juſtinianus pag.* 429.

Ordo hic habebat etiam ſuum Vexillum,
10. in quo ex una parte conſpiciebatur antedicta Crux, ex altera parte figura Sancti Michaelis dextera Enſem tenentis, & e ſiniſtro Lancea, ac Infernalem Draconem pedibus prementis, cum antedicto Lemmate, ut inquit *d. Abbas Juſtinianus pag.* 430., ubi d. Vexilli figuram delineatam exponit.

Peculiarem quoque Habitum Equites
11. habebant, candidam ſcilicet veſtem, ſuper quam d. Crux rubea aſſuta erat: *d. Abbas Juſtinianus d. pag. 429. d. Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 46. d. Comes in Koden Sapieha pag. 222.*

Vigore Statuti Eques debebat eſſe no-
12. bilis, cujus autem Nobilitatis, & in quo gradu, non exprimitur, ſed

generice ſolum nobilitas exigitur: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria lib. 2. Diſſert.* 1. *pag.* 302. *Pater Andreas Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 97., ubi quod requirebatur nobilitas
13. ſanguinis: *d. Abbas Juſtinianus ubi ſupra pag.* 431. ubi quod requirebatur probatio Nobilitatis parentis il-
14. luſtrium natalium. In armandis vero Equitibus ea forma ſervabatur, quæ ſervatur in ordine Equeſtri Sancti Benedicti de Avis, ſicuti in functionibus non erat diſſimilis: *d. Juſtinianus pag.* 430.

Militabant hi Equites ſub Inſtituto Ci-
15. ſtercienſi, & Regula Sancti Benedicti, ut cum *Patre Angelo Manriquez in Annal. Ciſterciens. Tom.* 1. *Anno* 1167. *cap.* 8. *Barboſ. in Sum. Apoſtolic. Deciſ. Collect.* 307. *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 97. *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 223. *d. Abbas Juſtinianus pag.* 430. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 46.

Figura Equitis cum ſua Veſte, & Teſ-
16. ſera habetur apud *Patrem Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 80., *Gallum Collectorem Hiſtoire des Ordres Militaires Tom.* 3. *pag.* 45.

Nulla reperitur quoad iſtum Ordinem
17. confirmatio Apoſtolica; ſolumque Auctores ſupponunt interveniſſe confirmationem Ordinarii loci, ut notat *d. Juſtinianus pag.* 430., *& ſeq.*

Licet hunc Ordinem Rex fundator
18. Commendis opulentiſſimis ditaverit, ut inquit d. *Juſtinianus pag.* 431., ſed temporum curſu, & magis annorum circumſtantiis per breve tempus viguit a fundatione; ſicque ut innuit *d. Juſtinianus d. pag.* 431. hic
19. ordo penitus jam extinctus eſt; ut refert *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 4. *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 223., *& d. Juſtinianus pag.* 431.

Cœterum cum hic Ordo fuerit in Luſi-
20. tania, & à Rege Luſitaniæ fundatus, Magiſterium etiam ſpectare debet ad Reges Luſitaniæ, unde Catalogus Magiſtrorum, vel Magnorum Magiſtrorum eſt, ut ſequitur

Anno

I. 1165., aut 1171. Don Alphonſus Henriquez I. Rex Portugalliæ fundator Ordinis rexit annos 20.

II. 1185. Don Sancius I. Populator Rex Alphonſi Filius rexit annos 27.

III. 1212. Don Alphonſus II. Rex filius Sanus rexit annos 11.

IV. 1223. Don Sancius II. Rex ejus filius rexit annos 23.

V. 1246. Don Alphonſus III. filius Alphonſi II. rexit annos 33.

VI. 1279. Don Dionyſius Laborajor filius Alphonſi III. rexit annos 46.

VII. 1325. Don Alphonſus IV. dictus Strenuus filius Regis Dionyſii rexit annos 32.

VIII. 1352. Don Petrus dictus Rectus Judex filius Regis Alphonſi IV. rexit annos 10.

IX. 1367. Don Ferdinandus filius Regis Petri rexit annos 16.

X. 1383. Don Joannes I. dictus bon. mem. olim Magiſter Ordinis Sancti Benedicti de Avis filius naturalis Regis Petri rexit annos 50.

XI. 1433. Don Odoardus filius Joannis I. rexit annos 5.

XII. 1438. Don Alphonſus V. dictus Africanus filius Regis Odoardi rexit annos 43.

XIII. 1481. Don Joannes II. dictus Princeps perfectus filius Regis Alphonſi V. rexit annos 14.

XIV. Don Emmanuel filius Infantis Don Fernandi filii Regis Odoardi ſucceſ-

ſucceſſit ejus Conſobrino Regi Joanni II. rexit annos 26.

XV. 1521. Don Joannes III. filius Regis Emmanuelis rexit annos 35.

XVI. 1557. Don Sebaſtianus I. filius poſthumus Principis Joannis filii Regis Joannis III. rexit annos 21.

XVII. 1578. Don Henricus filius Regis Emmanuelis fuit Cardinalis, inde Rex; rexit annos 2.

XVIII. 1580. Don Philippus II. Rex Hiſpaniarum, & Portugalliæ rexit annos 18. quoad denominationem Philippi II. quem Luſitani nominant Philippum I. Videantur quæ diximus in nomenclatura XXIII. Magnorum Magiſtrorum Ordinis S. Benedicti de Avis.

XIX. 1598. Don Philippus III. Rex Hiſpaniarum, & Portugallię rexit annos 23.

XX. 1621. Don Philippus IV. Rex Hiſpaniarum, & Portugalliæ rexit annos 19.

XXI. 1640. Don Joannes IV. Dux Bragantiæ, Rex Portugallię rexit annos 16.

XXII. 1656. Don Alphonſus VI. Rex Portugalliæ rexit annos 11.

XXIII. 1667. Don Petrus II. Frater Don Alphonſi rexit annos 39.

XXIV. 1706. Don Joannes V. Rex filius d. Regis II. rexit annos 44.

XXV. 1750. Don Joſeph I. filius d. Regis Joannis V., qui de præſenti ut optimus Rex optime regit.

Dictorum Magnorum Magiſtrorum Catalogus, uſque ad Petrum II. incluſive, habetur apud *d. Abb. Iuſtinianum d. cap.* 28. *pag.* 431.

Idem Catalogus, ſed ſolum uſque ad Alphonſum VI. incluſive refertur à *Collectore Gallo Tom.* 3. *à pag.* 47. *cum ſeqq.*

DISCURSUS XVI.

ALEXANDRI NEVENSIS

Seu

NEWSKI VEL NEEFSIKI

VEL

DE LE CORDON ROUGE

Latine Rubri ligaminis.

ARGUMENTUM

Exponitur tempus Inſtitutionis hujus Equeſtris Ordinis erecti à Catharina Vidua Petri I. Czari Moſcoviæ. Nec non Cauſa, & Titulus ejuſdem Ordinis, una cum Deſcriptione Teſſeræ ab eadem Equitibus pręſcriptæ.

SUMMARIUM

1. *Czari nomen ſignificat Cæſarem, aut Imperatorem.*
2. *Catharina Vidua Petri I. Czar Moſcoviæ anno* 1725. *occaſione Nuptiarum ejus filiæ inſtituit Equeſtrem Ordinem ſub Titulo Alexandri Nevenſis*, & n. 4.
3. *Crux rubea Teniæ rubei coloris appenſa cum Icone Alexandri Nevenſis præſcripta fuit in Teſſeram cum Stella argentea acu picta*, & *n.* 4. *Ibidem adeſt Imago Alexandri, cum Inſcriptione* - Pro Labore, & Patria *Alexander Nevenſis fuit Czar Moſcoviæ.*
4. *Alexander Nevenſis eſt Titulus Ordinis.* *Alexander Nevenſis natus eſt anno* 1294. *mortuus anno* 1329.
5. *Dictus Alexander eſt inter primos, qui Jugum Tartarorum excuſſere.*

6. *Idem*

6. *Idem Sedem ſuam tranſtulit Moſcuam.*
7. *Moſcua eſt ſita in planitie ſterili, ſed irrigata à parvo Flumine* Moſcua *ſubinde decurrente in fluvium* Ocha.
8. *Ruſſia Natio eſt addicta Schiſmaticorum Græcorum Religioni: uti Sanctum colit d. Alexandrum, ex quo fuerit Eleemoſynarius, & minus crudelis, quam illius Anteceſſores,* & n. 9.
10. *Petrus Czar Moſcoviæ tranſtulit Cineres d. Alexandri à Civitate Moſcoviæ ad Monaſterium ab eo extructum ad ripam Fluminis* Neva *prope Peterburgum, idemque Monaſterium eſt ſub Titulo d. Alexandri,* & *n.* 11.
12. *Ordo hic confertur Generalibus Exercituum Præfectis vigiliarum.*
13. *Nemo admittitur ad Ordinem Sancti Andreæ, niſi prius fuerit promotus ad Ordinem Alexandri Nevenſis.*
14. *Adducuntur nomina nonnullorum Polonorum, qui fuerunt ad hunc Alexandri Ordinem promoti.*
15. *Imperatrix Ruſſiæ de anno* 1743. *contulit hunc Ordinem cuidam Conſiliario ſuo.*

DISCURSUS XVI.

ALEXANDRI NEVENSIS

Seu

NEWSKI

VEL

LE CORDON ROUGE

CAtharina Vidua Petri *I.* Moſcoviæ, ut dicunt Czari (Nomen
1. autem Czari ſignificare Cæſarem, aut Imperatorem, inquit Scriptor Voluminis -- *Li Sourani del Mondo, ſub* §. *Il Czar, e Gran Duca di Moſcovia Tom.* 4. *pag.* 22. *impreſſ. Venetiis Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin anno* 1720.) occa-
2. ſione Nuptiarum ejus filiæ cum Duce Holſatiæ Gottorpienſi anno 1725. Equeſtrem Ordinem inſtituit. Inſignia Ordinis ſtatuit Crucem rubeam
3. appenſam Teniæ rubei pariter coloris, & proinde dicitur etiam Ordo, *Le Cordon Rouge*, latine, Rubri ligaminis.

In Cruce adeſt Icon Alexandri Nevenſis, ſeu Neuuski Czari quondam Moſcorum, de quo infra loquemur.

Præterea Equites ſiniſtro Latere defe-
4. runt Stellam argenteam acu pictam. Idem Ordo nuncupatur Alexandri Nevenſis, ut tradunt *Dominus Comes in Koden Sapieha, Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, in Corrolario continente celebriores in Chriſtianitate Heroicos Ordines in verbo* Alexandri Nevenſis *pag.* 225. *impreſſ. poſt Tractatum ejuſdem Auctoris cum titulo* -- Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ *Typis Adami Cholini* 1730. *Coloniæ*: Et ſcribit *Joannes Hybner in ſuo Lexico in verbo* Ritter *pag.* 1592. ubi quod d. Alexandri Imago ponitur cum Inſcriptione -- *Pro labore, & Patria.*

Cœterum Scribentes tradunt d. Alexandrum fuiſſe filium Gevoleslavii Secundi, & ortum habuiſſe anno 1294. & obiiſſe anno 1329. Inter primos
5. qui Tartarorum Iugum excuſſere, viguit Alexander, hincque ſedem ſuam di Wallodomir prope Tartarorum
6. fines ſitam, ad Moſcuam magis Tartarorum finibus remotam, tranſtulit.
7. Iacet autem Civitas Moſcua in planitie ſterili quidem, ſed à parvo Flumine Civitati nomen tribuente irrigata

rigata, & ſubinde non longe diſtante decurrit in fluvium *Ocha* nuncupatum.

Alexandrum hunc ſuperſtitioſa ſemper Ruſſia Natio, & Græcorum Schiſmaticorum Religioni addicta, ut Sanctum colit, & nominat, ob eam ſolummodo rationem, quod ipſe Alexan-
8. der fuerit Eleemoſynarius, minuſque crudelis, quam Anteceſſores illius
9. fuerint. Cineres hujus juſſu Petri nuncupati Magni Czar Moſcoviæ anno 1715. translati fuere è Civitate
10. Moſcoviȩ ad Monaſterium, quod idem Petrus extruere fecerat ad ripam Fluminis nuncupati *Neva*, quod in ſinum Filandiæ prope Peterburgum defluit, dictumque Monaſterium eſt
11. ſub Titulo Alexandri Neefski. Hiſtoricæ Narrationes prædicti videri poſſunt penes Scriptores, de dicto Moſcorum Imperio tractantes, ſcilicet *Lambſiski de Rebus Moſcoviticis Lib. 2. cap. 6. per totum*, & tangit *M. de Evoltaire in Vita Czar Petri Magni*.

Scribit *d. Joannes Hybner in ſuo Lexicon d. pag.* 1592., quod Imago d. Alexandri ponitur in Equo una cum inſcriptione -- *Pro labore & Patria*, quodque hic Ordo confertur Generalibus Exercituum, ſeu Vigiliarum Præ-
12. fectis; ſubiungitque idem Scriptor ibidem, quod nemo ad Ordinem San-
13. cti Andreæ promovetur, niſi prius fuerit exornatus iſto Ordine Alexandri Nevenſis.

Et ex antedicto Domino *Comite in Koden Sapieha d. pag.* 225. habemus, quod adlecti in Ordinem prædictum ex Polonis ſunt Antonius Comes in
14. Sapieha Capitaneus Mercenſis; Petrus Sapieha Capitaneus Ldzitovienſis; & Chriſtophorus Urbanorvicz Generalis major Exercitus Ruſſiæ.

Addimus Nos, quod dum hæc ſcripta
15. revidemus, in Libello, cui titulus -- *Mercurio Storico, e Politico Tom. 206. per il meſe di Giugno* 1743. *impreſſ. Venetiis Typis Ludovici Pavini* 1743. *pag.* 75. legimus, quod in die Anniverſaria Coronationis Imperatricis Ruſſiȩ, die ſcilicet ſexta elapſi menſis Junii, Imperatrix contulit Ordinem prænominatum Knees Galizin Conſiliario Conſilii privati.

DISCURSUS XVII.

AMARANTÆ

ARGUMENTUM

Exponitur ſeries Equeſtris Ordinis *Dell' Amarranta* pro Maſculis, & Fœminis à Regina Suetiæ Chriſtina in Stocolmi Urbe erecti Anno 1665.

SUMMARIUM

1. *IN Septentrionalibus Regionibus mos eſt annuatim hilarem diem agendi oblectamento quodam cum Viris larvatis.*
Idem oblectamentum vocatur Wir*tſchal ſt, duratque ab Occaſu Solis uſque ad Solis Ortum.*
2. *Regina Suetiæ Chriſtina nobilius oblectamentum in Regio Palatio inſtituit die 6. Januarii anno 1653.*
3. *Deſcribitur modus tentus*, & *n.* 4.
Deſcribitur Menſa, cui convivæ accubuerunt induti Veſtibus Deorum Convivium repręſentantibus, & *n.* 4. & 5.
6. *Regina completa Cæna, ſe exuit Veſtibus pretioſis, & gemmatis, illaſque proiicit diripiendas, & ut dicitur* Si daſſe il Sacco, *prout fuit executum*, & *n.* 7.
8. *Regina juſſit comburi Larvatorum Veſtes.*
Et reſumi ab omnibus propria Indumenta.

9. *Re-*

9. *Regina inſtituit Nobilem Societatem in Suetia vocatam* Glelſchaftt.
10. *Ritus ſervati in Equitum creatione enumerantur.*
11. *Equites preſtant Juramentum Fidelitatis de Juribus tuendis, Confratribus defendendis, de ſervanda Iuſtitia, Virtute, Pietate, & Charitate, de reprobanda injuſtitia, & actibus Equite indignis.*
12. *Veſtis Ordinis eſt Clamys, ut dicitur* d' Ermiſino *purpurei coloris.*
13. *Teſſera Ordinis aſſuta Veſtibus eſt Armilla orbicularis ornata Adamantibus, cum duplici* A. *ex auro, una recta, & altera inverſa Amarantæ nomen indicante, & Armillam amplectens adæ̨rat Circulus, ſericis foliis Lauri formatus cum Lemmate Italicis Verbis.* Dolce nella Speranza.
14. *Conſimilis Teſſera aurea cum Catena, ac Vitta rubea, ſeu cærulea ab Equitibus ante pectus deferebatur. Forma ejuſdem Teſſeræ apud quos Auctores habeatur.*
15. *Equitis figura cum Veſte, & Teſſera, à quibus referatur.*
16. *Laudatur Matthæus Santini Nobilis Lucenſis.*
17. *Abſentibus quomodo Teſſera tranſmittatur.*
18. *Aggregati huic Sodalitio quot eſſent.*
19. *De quo anno fuerit inſtitutus hic Ordo*, & n. 20., & n. 21.
22. *Amarantę Ordo nomen accepit à pulchra, & Nobili fœmina*, & n. 23. & 24.
25. *Non ſolum Viri, ſed etiam Fœminæ admiſſæ fuerunt ad hunc Ordinem*, & n. 28.
26. *Adducuntur nomina Admiſſorum ad Ordinem*, & n. 27., & 28.
29. *Quibus prærogativis fruebantur aggregati huic Ordini.*
30. *Adducitur Scriptor agens de hoc Ordine.*
31. *Ordo floruit quouſque vixit Regina Chriſtina, qua defuncta, finem habuit.*
32. *Adducitur ſeries Vitæ d. Reginę*, & n. 33.
33. *Obiit Romæ tumulata in Vaticana Baſilica.*
34. *Si duraret Ordo, innuitur quæ eſſet ſeries Magnorum Magiſtrorum.*

DISCURSUS XVII.

AMARANTÆ

IN Germania, cœteriſque Septentrionalibus Plagis, ac ſic in Suetię Regno, mos viget antiquus,
1. hilarem anni curriculo diem animi gratia ſeligendi, quem oblectamenti diem, ibi vernaculo idiomate Wirtſchalſt nuncupant, quo Virorum, etiam ex Nobilibus Larvatorum Cœtus, Compitalia agunt, ad Tabernam divertentes, Ludicris ſaltationibus, Cœna opipara, & Tripudiis, plures continenter horas inſumunt; à Solis enim occaſu inchoantur, & ad Solis ortum durant hæc Gaudia: *Abbas Juſtinianus Iſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari p. 2. cap.* 85., *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Cavaliers impreſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Tom.* 4. *n.* 107. *Les Chevaliers De l' Amarante pag.* 164. *Hiſtoria Ordinum Monaſticorum &c. Militarium &c. Gallica lingua ſcripta, & in Italicum Idioma tranſlata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei Tom* 8. *Parte Sexta cap.* 48. *pag.* 309. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Ioſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Verum excelſa, qua pollebat mente, regio-

Regioque animo Chriſtina Suecorum
Regina, jocoſum hunc Patriæ mo-
rem in ſeria vertit, ac ſub hujus
tegmine, ex rebus ludicris nobile O-
pus perfecit, reſque ita ſe habuit.
Anno 1653. Januarii menſe in Feſto
Epiphaniç, in Civitate Holmię ju-
2. cundam, ut ſupra notavimus, diem
indixit Regina, monuitque Nobiles
Aulæ ſuæ Viros, ac Mulieres, ut
ſtata hora Regium adirent Palatium
perſonati, & larvatæ præclaris palu-
damentis, fabuloſas Deorum Ima-
gines ſimulantibus, eorumque Deo-
rum nomina ſchedulis ſorte extra-
cta, cuilibet diſtributa fuere; voluit
enim Regina in Regali Aula Palatii
Deorum repræſentare Convivium.
Induti proinde Clamyde Perſonę,
quam quiſque gerebat reſpondente,
3. juxta Mythalogiam, hoc eſt Fabula-
rum diſcurſum, ut explicat *Joſeph
Laurentius in Amalthea Onoma-
ſtica in verbo* Mythalogia, conflu-
xere moniti Proceres cum Ma-
tronis Reginæ ad Aulam, quæ
4. ſplendide, ac undequaque magnifice
Auleis & Atrebatenſibus Tapetiis,
amæna vivis coloribus Arcadiæ Ne-
mora referentibus, exornata conſpi-
ciebatur. Aderant Specula, diſper-
titæ recto ordine Statuæ, ac Vaſa
pretioſa hinc inde diſpoſita, ſuaviſ-
ſimis pariter Aulę Regalis aer re-
dolebat odoramentis, nervorum pulſu
Tibiarum, vocumque concentu om-
nia perſonabant. Omnes ad Fidium
numerum, & modos choreas du-
cunt, peractiſque ſaltationibus, ven-
tum eſt ad rectam; inſtructæ Regali
pompa, & opulentia Menſæ accum-
bunt Convivæ. Menſę huic Nympha-
rum, & Paſtorum Indumentis, flori-
da utriuſque ſexus, nobiliſque in-
ſerviebat Juventus, & ipſamet Regi-
na, quæ tunc ſibi *Amarantæ* nomen
impoſuit, auro, gemmiſque oneratis
5. veſtibus induta, miniſtrare voluit
Menſæ, qua completa, albeſcente
jam die, armoniis muſicalibus, jucun-
diſſimiſque ſymphoniæ ſonis, fine
impoſito, repente Regina auro in-
textas, gemmataſque exuit Veſtes,
ac ſubinde juſſit certatim, pro li-
bito, cunctos veſtes ſuas, pretioſiſſi-
6. mas licet, diripere, & ut Nos Itali
dicimus, *Si daſſe il Sacco*.
Improviſo hoc non minus, quam no-
7. vo imperii genere, obſtupuere omnes;
hilari tamen paruere animo: larvata
proinde Numina, fucatæ Majeſtatis
gradu ſublato, Perſonę quam gere-
bant oblita, mixtim Hominibus, pre-
tioſas, quas Regina depoſuerat Ve-
ſtes, nulla interpoſita mora diripi-
unt, & propria quilibet ditatur in-
duſtria, ſicuti narrat *d. Abb. Juſtinia-
nus pag.* 836.
Ulterius Regina cuncta Larvarum indu-
8. menta igne cremari juſſit, & ut aſſue-
tas Viri Nobiles cum Mulieribus eo-
rum Veſtes reſumerent, ut legitur in
d. Hiſtoria Gallico Idiomate, cui Ti-
tulus. *Hiſtoire Des Ordres Milita-
ires, ou Des Chevaliers Tom. 4. im-
preſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel*
1721. *n.* 107. *Les Chevaliers Del
Amarante pag.* 263.
Feſtiva hęc rerum ſeries ſublimem mo-
vit Reginæ animum ad conſtruendam
Nobilem quamdam Societatem, Eque-
ſtremque Cœtum in Suetia nuncupa-
9. tum *Geſelſchafft:* hos autem Ritus in
hujuſmodi creandis Equitibus ſerva-
vit Regina. Sedens hęc in Regio
Throno, Viros illos Nobiles, quos E-
queſtri gradu decorare ſtatuerat, ad
ſe advocabat; ipſi autem, comitanti-
bus Patrinis alternatim, ad Regium
10. Thronum ſe contulerunt, genibuſ-

que flexis coram Regina, quæ ambas Candidatorum manus Regiis manibus recepit, ipſi Juramentum de fidelitate præſtiterunt, de illius juribus tuendis, de defendendo Confratres Ordinis, & pro viribus Juſtitiam, Virtutem, Pietatem, & Charitatem, atque
11. de reprobando Vitio, Injuſtitia, cæteriſque actibus Equite Viro indignis. Sericam deinde Clamydem, ut
12. dicitur di *Ermeſinò*, ſive *Ermiſino* purpurei coloris ſingulis impoſuit, ſuper qua Teſſera Ordinis acu picta
13. aſſuta erat. Teſſera porrò conſtabat Armilla orbiculari, adamantibus ditata, in cujus medio duplex aderat Magna Littera A. quarum prima recta, altera inverſa figura delineata erat, ut nomen *Amaranta* indicaretur; ambæ vero Literę ex auro conflatæ, ac adamantibus pariter ex-
14. ornatæ conſpiciebantur. Dicta Armilla includebatur Circulo ſericis lauri foliis contexto, idemque circulus Vitta alba colligabatur, & in ea hinc, atque hinc lemma Italicis verbis. *Dolce nella Speranza*.

Conſimilis formæ Teſſeram auream e catena aurea pendentem, ac Vitta rubea, ſeu cærulea pectori alligan-
15. dam, eisdem creatis Equitibus, tradidit Regina, dictique Emblematis, & Teſſeræ formam cęlatura ęxpreſſam, referunt *Abbas Juſtinianus in Opere Hiſtorico Cronologico dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap* 85. *pag.* 834. *juxta d. impres. Venetam*: *P. Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtrium n.* 3. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires où des Chevaliers impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Tom.* 4. *n.* 107. *pag.* 262. ubi Figuram Equitis de *Amaranta* cum ſua Clamyde indutam exponit, deſumptam ab ea, quam refert *d. Pater Bonannus*.

Sic decorati Equites urbane in partem recedentes ab aliis Nobilibus congratulationis actibus excipiebantur. Si
16. vero abſens eſſet Promovendus ad hunc Gradum, Regina ad illum *Regiam Epiſtolam*, ſeu Diploma mittebat cum Torque & Teſſera Ordinis.

Narrationes hactenus recenſitæ deſum-
17. ptæ ſunt ex traditis ab *Elia Ashmole ſuper Ordine Della Garrettiera*, ac ab eis quæ narrat bon. mem. *Mattheus Santini Patricius Lucenſis* in Romana Curia Prælatus, veluti à Cubiculo Secreto Partecipante Venerabilis memorię Innocentii XI. Summi Pontificis, quique ejuſdem Reginæ Chriſtinæ à Secretis pluſquam 25. Annorum curſu fuerat. Eaſdemque Hiſtoricas narrationes refert allegatus *Abb. Juſtinianus Parte Secunda d. cap.* 85. *Cavalleria, o Fraterna dell' Amaranta pag.* 835. *d. Pater Bonannus d. n.* 3. *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne Lib.* 1. *Diſſert.* 11. *Art.* 4. §. 2. *verſ. A ces Ordres pag.* 278. *Collector Gallus Tom.* 4.

Aggregati huic Sodalitio in totum erant
18. numero triginta tres, hoc eſt ſexdecim Viri, totidemque Mulieres, ac ipſa Regina, ut notat *d. Juſtinianus pag.* 836.

Vel erant numero triginta unus, ſcilicet, quindecim Equites, & quindecim Equitiſſæ, & ita ipſamet Regina addita, d. numerum trigihta, & unum conſtituebant, ſicuti ſcribit *d. Pater Joſeph Fontana Tom.* 8. *pag.* 309.

Cœterum rei geſtæ expoſitio in ſubſtantialibus concordat cum iis, quę
19. narrat d. Ashmolus, diximuſque in ſubſtantialibus, quia ipſe inquit hunc Amarantæ Ordinem fuiſſe inſtitutum anno 1645. idemque aſſerit *Comes*

in Koden

in Koden Sapieha d. Corrolario pag. 226.

Cum ſimili æquivoco fuiſſe circa annum
20. 1640. inſtitutum, inquit *Pater Honoratus loco ſuperius allegato*.

Sed ceſſat æquivocum, & revera illius
21. inſtitutionem peractam fuiſſe prænotato anno 1653. liquet ex ſupra allegatis Scriptoribus, *Abbate Juſtiniano*, *Bonanno*, *& Collectore Gallo*.

Scribit idem *Ashmolus*, denominatum fuiſſe Ordinem Amarantis, vel Amarantæ in honorem cujuſdam Nobilis
22. Fœminæ egregiæ formæ, ac geroſi animi morum integritate conſpicuæ, ceteriſque exornatæ Virtutibus, cui nomen erat *Amaranta*: ſic etiam refert ſuprad. *Comes in Koden Sapieha d. Corrolario allegata pag.* 226.

Ad hęc quidem reſpexiſſe Reginam, neque improbabile, neque diſſonum eſt, nec demum officit ipſam Reginam in antedicto lætitiæ die idem Amarantæ nomen aſſumpſiſ-
23. ſe. Quemadmodum non adverſatur aſſertio, tributum fuiſſe à Regina dicto Equitum Cætui nomen
24. Amaranti, eo quia Regina in prædicto Lætitiæ die, Amaranti florem detulerit, ut legitur in *d. Volumine* 4. *Des Ordres Militaires n.* 107. *pag.* 263. quia potuit inſimul conſiderare omnia ſupradicta.

Non ſolum autem Viros Nobiles, ſed & Nobiles Fœminas, in præclarum
25. hunc Cœtum, ac Societatem cooptavit Regina, ſtatuitque numerum, hoc eſt ſexdecim Virorum, ſexdecimque Mulierum, & ſic comprehenſa Regina, in totum eſſent triginta tres, ut advertit *d. Abbas Juſtinianus ubi ſupra d cap.* 85. §. *Da queſta pag.* 836. *Collector Hiſtoriæ Gallico Idiomate Tom.* 4. *n.* 117.

Supremos Principes Clariſſimoſque Viros huic Societati adſcripſiſſe Reginam: teſtantur Scriptores, Uladiſla-
26. vum ſcilicet Quartum Poloniæ Regem, Carolum Guſtavum ejuſdem Reginę Conſobrinum, & cui poſtmodum Regnum Suetiæ renunciavit Regina, Aſtulphum Ioannem d. Caroli Fratrem, Georgium Saxoniæ Ducem Principem Landgravię Haſſiæ, Comitem Monteccucculum Generalem Imperatoris, Antonium Pimentellum de Pirada Ablegatum extraordinarium Regis Catholici, atque alios Titulares Suetiæ Regni, & Comitem Bulſtrode Whireloke Anglum: ita ſcribit *Ashmolis in d. Diſcurſu de Ordine della Garrettiera*, & refert *d. Juſtinianus pag.* 835., *& d. Collector Gallus Hiſtoire Des Ordres Militaires Tom.* 4. *pag.* 264. *Comes in Koden Sapieha d. Corrolar. d. pag.* 226.

Sed limitata *Ashmoli* Nomenclatura, in qua omittuntur nomina aliorum Equitum, nequaquam Gloriæ eorum Equitum officit, quos revera ad eun-
27. dem Equeſtrem Ordinem promotos fuiſſe conſtat; Comitem ſcilicet Dona, Comitem di Tot, Comitem Capraræ Stemberghæ, & Strozzi, & Moroſini Oratores Venetos, ultra alios, ſicuti in hac materia probe inſtructus teſtatur *d. Abbas Juſtinianus loco ſuperius allegato pag.* 837. Ubi ſubiungit, quod in numero Fœminarum dictæ Nobilis Societatis, nobiliores, & formoſiores Aulæ Sue-
28. tiæ Regni adſcriptæ fuerunt, inter quas, ut ibi antonomaſtice dicebatur, *Formoſa Comitiſſa*, & tres quatuorque ex Familia *Sparre*, quę eſt Familia ex primariis ejuſdem Suetię Regni.

Adſcripti, Adſcriptæquę huic Cœtui ea fruebantur prærogativa, ut Reginæ familiari colloquio detinerentur, cum ea omni fere Sabbatho, ac Dominica die in ſuburbana Villa prope Holmiam

29. Holmiam jucunde cœnarent: *d. Pater Joſeph Fontana d. Tom. 8. d. pag. 310. d. Juſtinianus pag. 837. d. Collector Hiſtoriæ Gallico Idiomate Tom. 4. n. 107.*

De hujuſmodi Ordinis inſtitutione, ſicut
30. de aliis Regni Suetiæ Ordinibus agit *Guſtavus Carloſon Adlesfelt de Ordinibus Equeſtribus*.

Hinc ducimus referre verba dicti Guſtavi Carloſon Adlesfelt de Ordinibus Equeſtribus Diſquiſitionis Sectio Poſterior de Ordinibus Equeſtribus Suetiæ anno *1696.* edit. §. videlicet, qui ſic loquitur.

ORDO AMARANTHÆ 1651.

IN honorem Fœminę cujuſdam, quę magni facta eſt ob egregiam indolem, ac uirtutes, hunc condidiſſe Ordinem Reginam Chriſtinam perhibet Ashmole fol. 113. addens, eandem Amarantham fuiſſe dictam, a qua nomen quoque hic Ordo adeptus eſt. At vero Annum ponit ille 1645., quod falſum eſſe evincit Schema ampliſſ. Brenneri, cui omnino majorem, quam Ashmole adhibet fidem. Etenim anno proxime poſt Coronationem Reginæ ſequenti 1651. hic inſtauratus eſt. Signum illud, quo ſuos ſignari voluit, ſertum quoddam Foliis colligatum fuit, in cujus medio duo AA. conjunctim poſita ſunt, quas Litteras ornabant gemmæ cum Epigrammate iſto Italici Idiomatis .. *Dolce nella memoria* .. Quibus vero Ritibus, Cæremoniiſque hi Amaranthæ Ordinis Equites creati ſint, nos edocet Ashmole fol. 125. qui illas accepiſſe ſe fatetur ab Equite ejuſdem Ordinis Bueſtrode Whitelecke, quo mitto G. B. Juramento quod tenendo manum ſuam inter utraſque Reginę manus fecit in genua procumbens Eques; obſtrinxit ſe Reginæ defenſurum Perſonam adverſus maleficorum hominum injurias, ſeque Virtuti ſemper, ac ſedulo operaturum promiſit. Contulit hunc honorem in Inſignes aliquot hujus Sęculi Heroas, at ab Ashmole ſequentes recenſentur.

Uladislaus Sigiſmundus Rex Poloniæ.

Carolus Guſtavus tunc temporis Princeps Hęreditarius Suetię.

Adolphus Joannes ejuſdem Frater.

Joannes Georgius Dux, & Elector Saxoniæ.

Landgravius Haſſiæ, una cum aliquot aliis Germaniæ Principibus.

Monteccucculi Comes, & Generalis Militiæ Equeſtris Cesareæ.

Anton Pimentelli De Parada Legatus Catholici Regis.

Bueſtrode Whitelecke Anglus.

Atque aliqui inter Illuſtres Proceres Regni Sueconici adepti ſunt hunc honorem.

Floruit Nobilis hæc Equeſtriſque Societas, quouſque vixit Regina Chriſtina, qua defuncta, finem habuit hic Or-
31. do, ut teſtatur etiam *d. Pater Bonannus*, *& d. Comes in Koden Sapieha d. Corrolario d. pag.* 226.

Dicta vero Chriſtina Illuſtris fuit Regni Suetiæ Regina, & ejuſdem Regni abdicatione illuſtrior: ſiquidem Magni Guſtavi Adulphi Suetiæ Regis filia fuit, orta anno *1626.* die 18. Decembris, quæ anno *1654.* Regnum ceſſit ejus Conſobrino Carolo Guſtavo Caſimiri filio Comiti Palatino Duci de Dupont. Anno *1656.* eadem Chriſtina Regina, Hęreſi Luterana ejurata, Catholicam Romanam Fidem amplexa eſt. Summus Pontifex Alexander VII., miſſo ad eam Viro doctiſſimo, & Vaticanæ Bibliothecæ Luca Holſtenio, ad Urbem adeundam

dam invitavit, præmiſſiſque quatuor Apoſtolicis Nunciis, & duobus e Latere Legatis, eam ſucceſſive Re-
32. gio honore, atque apparatu in Vaticano Palatio excepit. Cumque d. Alexander VII. Pontifex Maximus Sacro Reginam Chriſmate confirmaverit, eidem de ſuo nomine nomen addidit Alexandrę. Hinc patet erroneum eſſe quod ſcribit Ashmole, cum aliis ſupra allegatis, quod d. Regina renunciaverit Regno anno 1640. vel 1645. Conſobrino ſuo Carolo Guſtavo, eo quia Regina Catholicam Religionem profitebatur; quoniam revera d. ſuum Regnum non ceſſit niſi anno 1654. adhuc in Hęreſi perſiſtens: quia Luteranam Hęreſim abiuravit Romam pergens anno 1656. & ſic ſpatio unius anni, antequam Hæreſim abivraverit, & Regnum ſuum renunciaverit, Ordinem Amarantæ inſtituit, ut notat *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana pag.* 309. Hæc itaque Regina Chriſtina Alexandra Romę plurium annorum curſu vixit, literatorum omnium Cœtus regio Patrocinio ſemper fovit, qui egregias ejuſdem Reginæ Dotes ſummis laudibus doctis eorum elocubrationibus ſummopere commendarunt, etiam in Italica Poeſi, ut in editis Voluminibus legere eſt: tandemque Religioſiſſimæ Pietatis, & Virtutum exercitio clara, annos nata ſexaginta tres, ſedente in Apoſtolico Solio Venerabilis memoriæ Innocentio XI. anno 1689. obiit, cunctis ſui deſiderium relinquens, & in Vaticana Baſilica tumulata fuit; legiturque in ejus Sepulcrum Cenotaphium -- *Chriſtina Alexandra Gothorum, Suecorum, Wandalorum Regina, Hæreſi abiurata, terrenoque Regno ob cœleſte abdicato, moritur Romę anno 1689. die 19. Aprilis, orta anno 1626. die 18. Decembris*, quod Epitaphium legitur etiam apud *Gra-*
33. *veſon Hiſtoria Eccleſiaſtica Tom.* 4. *p.* 1. *Colloq* 2. *pag.* 159. *juxta Impreſſ. Romæ Typis Tinaſſi* 1721.

Diximus, quod hic Ordo perduravit
34. quouſque vixit Regina Chriſtina, quæ illum inſtituit. Si autem conſideretur Inſtitutio Ordinis, ut jus acquiſitum Coronæ Regni Suetię, ita ut dicatur Jus non diſſimile Juribus cœterorum Ordinum Equeſtrium ad Regnum Suetiæ ſpectantium, & ita formanda eſſet Series Magnorum Magiſtrorum, inſpici poſſet Catalogus, quem retulimus in Ordine *Ab Agno Dei*, enumerando Succeſſores in Regno poſt d. *R*eginam Chriſtinam.

DISCURSUS XVIII.

AMORIS PROXIMI

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

EQueſtrem hunc Ordinem ſub Titulo *Amoris Proximi* inſtituit Anno 1708. Imperatrix Eliſabeth Chriſtina Wolfenbuttel antequam è Civitate Viennæ in Auſtria diſcederet, Barchinonam petitura, ubi Carolus VI. Imperator tunc temporis adhuc Arcidux Auſtriæ illius Coniux morabatur, Bella gerens pro Succeſſione *R*egnorum Hiſpaniarum.

Inſtituit autem Ordinem pro Viris, & Fœminis, & in Teſſeram aſſignavit Amentum rubeum pectori affixum, cujus tæniis pendet Crux aurea, in qua hæc verba adſunt -- *Amor Proximi.* Libellus, cui Titulus -- *Li Sovrani del Mondo Tomo* 4. *impreſſ. Venetiis Typis Sebaſtiani Coleti & Joannis Malachin anno* 1720. *pag.* 310. *& ſeq. Collector Gallus Hiſtoire Des Ordres*

res Militaires Tom. 4. §. 115. *pag.* 280. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel Anno* 1721. *Pater Honoratus a Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques &c. Sur la Chevalerie in Additionibus & Correctionibus pag.* 453. §. *L' Odre de Chevalerie de l' Amour du Prochain juxta impreß. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718.

Quilibet, & quælibet admiſſus, & admiſſa ad hunc Ordinem jus habet præſentandi Aſſembleę Virum, vel Fœminam, reſpective data fidejuſſione illius bonæ qualitatis, ac fidelitatis, ut in eundem Ordinem recipiatur. Sic legitur in dicto Libello, cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo, ut ſupra* -

DISCURSUS XIX.

SACRÆ AMPULLÆ
Seu
SANCTI REMIGII

ARGUMENTUM

Agitur de Clodovęo Galliarum Rege, qui ſuſcepto per manus Sancti Remigii Epiſcopi Rhemenſis Sacro Baptiſmate, in eo nomen Ludovici I. aſſumpſit. Recenſentur mirabilia, quæ in eodem Baptiſmate acciderunt. Exponitur Conſecratio ejuſdem Regis à d. Sancto Remigio peracta, cum Oleo miraculoſè e Cœlo in Ampulla per Columbam delato, quod etiam de præſenti aſſervatur pro conſecratione Regum Chriſtianiſſimorum. Agitur de Equititibus Sacrę Ampullæ inſtitutis à d. Rege Ludovico, & recenſentur eorum Inſignia, ac Privilegium deferendi Haſtas Baldachini in delatione Sacræ Ampullę: & tandem vindicatur ab obiectis tam Hiſtoria Sacræ Ampullæ, quam Hiſtoria dictorum Equitum.

SUMMARIUM.

1. *DE quo tempore Rex Clodovæus, & à quo ſuſceperit Sanctum Baptiſmum:* & n 4., & 5.

2. *Laudatur bo. mem. Comes Fabritius Monſignani, & bo. mem. Joannes Raſponus Epiſcopus Forolivien.*, & n. 3.

5. *In Baptiſmo Clodovæi impoſitum fuit nomen Ludovici.*

6. *Per Baptiſmum Clodovæi incrementum accepit Catholica Eccleſia*, & n. 7.

8. *Stemma Regum Franciæ, à quo provenerit, & quando, & quoties immutatum fuerit*, & n. 9., & 10.

11. *Sacrę Ampullæ Hiſtoria exponitur*, & n. 12. 13., & 14.

15. *Reges Francię vocantur Chriſtianiſſimi, eo quia in eorum coronatione Sacro Oleo inunguntur.*

16. *Oleum in Sacra Rhemenſi Ampulla ſervatum, eſt liquor pendens ad colorem rubeum.*

17. *Oleum prædictum quot locis ſervetur.*

18. *Reges Franciæ quo Oleo debeant conſecrari.*

19. *Reges Franciæ conſecrantur Oleo e Cœlo mirabiliter delapſo.*

20. *Alii Reges inunguntur Oleo Cathecumenorum.*

21. *Reges Franciæ uti Reges Hieroſolymitani, & Siciliæ inunguntur Oleo.*

22. *Clodovęus inſtituit Ordinem, ſeu Cœtum Equitum nuncupatorum Sancti Remigii, ſeu Sacræ Ampullæ.*

23. *Alii dicunt d. Ordinem Equitum fuiße inſtitutum ab uno ex Galliæ Regibus ex prima Stirpe.*

24. *Hi Equites Viri Nobiles, licet non conſtituant Ordinem Militarem, ſed Cœtum Nobilium in quatuor Familiis conſiſtentem, aliis tamen præcedunt, & conſtituunt Ordinem Equeſtrem.*

25. *In Gallia tamen vocantur Equites.*

26. *Ordo prædictus eſt antiquiſſimus in Gallia.*

27. *Qua-*

27. *Quatuor ſolum ſunt hujus Cœtus Equites.*
28. *Et in quatuor ſolum Familiis fixus eſt, & quæ ſint, & n.* 30.
29. *Reiicitur Joſeph Micheli aſſerens unam ex dictis Familiis eſſe Proteſtantem.*
31. *Dictæ quatuor Familiæ poſſident Commendas amplas.*
32. *Teſſera horum Equitum eſt Crux plana liliata in angulis aurea, opere encauſtico albo, in qua ſculpta eſt manus tenens Ampullam, ſuper qua adeſt Columba expanſis Alis, alans ſuper eam, & n.* 34.
33. *Equitum Habitus deſcribitur*, & n. 38.
35. *Equitis Figura adducitur.*
36. *Equites gaudent prærogativa deferendi Haſtas Baldachini in delatione Sacrę Ampullę.*
37. *Sic detuliſſe Haſtas in conſecratione Ludovici XIII. refert* Favinus, & n. 38.
39. *Critici impugnant utramque Hiſtoriam Sacræ Ampullæ, & Equitum ejuſdem Sacrę Ampullæ*, & n. 40. & ſeqq.
40. *Critici utuntur argumentis negativis, & quomodo*, & n. 41. 42. 43. 44. 45., & 46.
47. *Ex Cæremoniali Gallico conſtat Haſtas Baldachini deferendas eſſe à Religioſis Abbatiæ Sancti Remigii*, & n. 48. *Hic Ordo inter Apocryphos ponitur à Collectore Gallo, dicto* n. 48.
49. *Criticæ efformandę traditur modus*, & n. 50.
51. *Argumento negativo reſpondetur.*
52. *Argumentum negativum tollitur cum poſitiuis Documentis ſuper probatione Hiſtorię Sacrę Ampullæ*, & n. 53. 54. 55., & 56.
57. *Traduntur Narrationes de duabus Ampullis*, & n. 58., & 59.
60. *Negativo argumento impugnant Critici Hiſtoriam Equitum Sacræ Ampullæ.*
61. *Cæremoniale Gallicum allegatur à Criticis contra Equites Sacræ Ampullę.*
62. *Reſpondetur d. Cæremoniali Gallico*, & n. 63., & 64.
65. *Equitum Sacræ Ampullę exiſtentiam, etiam de pręſenti comprobant moderni quoque Scriptores Galli in eorum Libris, Typis impreſſis etiam Pariſiis.*
66. *Eorum Inſignia exponunt.*
67. *Nullus Auctor etiam Gallus, mentionem facit de Cæremoniali Gallico.*
68. *Gallica Natio eſt diligentiſſima in cunctis, & ſic etiam in deſcribendis rebus ſuis: nec debet præſumi ignoraſſe ſuorum Scriptorum aſſertiones. Producens vero Documenta, Dubia excitat de illis.*
In calce adducuntur Documenta.

DISCURSUS XIX.

SACRÆ AMPULLÆ

Seu

SANCTI REMIGII

Clodovęus Galliarum *Rex* Idololatra poſt inſignem de Alemannis reportatam ad *Tolbiacum*, ſeu in finibus Agrippinenſium Victoriam anno 493., vel 496., vel 499. juxta varios Scriptorum ſenſus, Votum, quo Deo ſe obſtrinxerat, quodque Reginæ Conjugi ſuæ Clotildę jam Catho-
1. licam Fidem profitenti ſpoponderat, fideliter adimplens, in Vigilia diei Paſchæ, hoc eſt Sabbatho Sancto, ut ſcribit *Fredegarius in Hiſtoria Franciæ*, vel in Vigilia Nativitatis Domini noſtri, ut notat *Epiſcopus Avitus Viennenſis*

venſis apud *Natalem ab Alexandro Sect.* 5. *Parte Secunda pag.* 103., quem ſequitur bo. mem. *Comes Fa-*
2. *britius Monſignani eruditus Forolivii Patricius, in ſuo Diſcurſu quarto de Origine, & Progreſſu Nationis Gallicæ, habito in Palatio Epiſcopali, tempore bon. mem. Anteceſſo-*
3. *ris noſtri Joannis Raſponi Patricii Ravennatenſis*, quique Diſcurſus impreſſus eſt in poſthumo Volumine ejuſdem Comitis, cui Titulus -- *Proſe, e Rime &c. impreſ. Forolivii Typis Fabbri* 1742. *à pag.* 140. *cum ſeqq.*
4. vel demum ipſo Domini noſtri Natali die, ſicuti loquitur Epiſtola dicti *Aviti* ad eundem Clodovæum ſcripta, cujus verba refert *Pater Ignatius Amat de Graveſon Hiſtor. Eccleſiaſt. Tom.* 2. *Colloq.* 1. *de Statu Eccleſiæ in quinto Seculo, ſub Imperatoribus, & Regibus Chriſtianis à pag.* 28. *juxta impreſſionem Romę Typis Franciſci Gonzagæ anno* 1717. *P. Foreſti in Mappamundo Hiſtor. Tom.* 4. *Parte Prima Lib.* 6. *in Vita Clodovęi, & idem Graveſon in Tom.* 9. *continente continvationem Tabularum Chronologicarum Tabula* 8. *pag.* 122. *juxta impreſſionem Romæ Typis Ludovici Tinaſſi, & Hieronymi Mainardi*
5. 1722. Sacrum Baptiſma per Divi Remigii Rhemenſis Epiſcopi manus, in Civitate Rhemenſi ſuſcepit; & ſalutari unda renatus, Ludovici Primi nomine fuit nuncupatus, ut generaliter, ſine ſpecificatione diei firmant *Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap.* 6. *pag.* 83. *juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, e la Noù* 1692. *d. Pater Graveſon d. Tom.* 2. *ſed Colloq.* 1. *de Statu Eccleſię ſexti Eccleſiæ Seculi pag.* 207. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 1. *cap.* 6., *ſeu* §. 6. *pag.* 175., *& ſeq. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel Anno* 1721., *& Tom.* 4. §. 2., *& preciſe pag.* 339., *& eodem Tomo* 4. *in explicat. omnium inſignium Ordinum ſub n.* 87. *pag.* 427. cum aliis ſuperius adductis.

Inclyta hac Clodovæi Regis ad Chri-
6. ſtianam Fidem converſione totus exultavit Orbis gaudiis, ingentique incremento cumulata fuit Catholica Eccleſia; eadem quippe die qua Clodovęus baptizatus eſt, Alboſtedis ejus Soror baptizata eſt, & alia Soror ejus Lantechildis nomine, quæ in Hæreſim Arianorum dilapſa fuerat, quæ confeſſa æqualem Filium Patri, & Spiritum Sanctum, chriſmata eſt. De ejuſdem Galliarum Regis Exercitu tria millia Hominum Sacrum ſucepere Baptiſmum, ut inquit *Sanctus Gregorius Turonenſis*, imo ſex millia *Fredegarius in Epitome, quos Hincmarus in Vita Sancti Remigii* conciliando, ſic ſcribit: *Baptizantur de Exercitu Clodovęi tria millia Virorum, exceptis parvulis, & Mulieribus, de quibus Dominus Hermant Hiſtoire des Religions Tom.* 1. *cap.* 3. *pag.* 60. *juxta impreſ. Rotomagi Typis Jo. Baptiſtę Beſogne* 1726. *d. Pater Graveſon d. Tom.* 2. *Colloq.* 1. *de Statu Eccleſiæ in Quinto Seculo pag.* 28. ubi quod, accepto Nuncio de Baptiſmate dicti Clodovæi Regis, Anaſtaſius Pontifex ſtatim gratulatorias ei Litteras per Eumerium Presbyterum miſit, quas litteras *Dacherius Benedictinus in ſuo Spicilegio publicavit*, in quibus d. Summus Pontifex ſic ſcribit -- *Tuum, glorioſe Fili, in Chriſtiana Fide cum exordio noſtro in Pontificatu contigiſſe gloriamur. Quippe Sedes Petri in tanta occaſione non poteſt non lętari, cum plenitudinem Gentium intuetur ad eam*

veloci

veloci gradu concurrere, & per tem-porum ſpatia expleri Sagenam, quam in altum juſſus eſt mittere idem Piſcator Hominum, & Cœleſtis Hieruſalem Beatus Claviger.

Et idem *Graveſon eodem Tom. 2. de*
7. *Statu Eccleſiæ in ſexto Seculo Colloq. 1. pag.* 207. ſubdit, quod *Clodoveus in Catholica Fide, quam ſemel ſuſcepit, ſuoque Regno intulit, tam conſtanter permanſit, ut unus ſolus tum temporis in univerſa Terra Princeps Catholicus eſſet.* Seriem vero Hiſtoriæ Vitæ d. Clodovæi exponit *d. Comes Monſignani d. Diſcurſu 4. dell' Origine, e Progreſſi della Nazione Franceſe per totum, & præcipue à pag.* 150. *cum ſeqq.*, & allegatus *Pater Graveſon d. Tom. 2. pag.* 28., & 207.

Præterea poſtquam Clodoveus Chriſtia-
8. nus effectus fuit, dimiſſum fuiſſe ei è Cœlo Scutum, quod Reges Franciæ nunc geſtant, continens tria Lilia aurea, quibus ſubeſt Cœli ſereni color, quem *azuri* Franciſci dicunt, in quo ſunt quatuor conſideranda totidem verbis, inquit *Bartholomæus Chaſſaneus Catalogo Glor. Mundi Parte 5. Conſideratione* 31. §. *Et ut plenius pag.* 128.

Et ſic in dicta tria aurea Lilia immutatum fuit vetus Gallorum Regum Scutum, in quo tres Bufones conſpiciebantur, ut notat prædictus *Caſſaneus ubi ſupra*, hæc verba habens: -- *Quoniam uſque ad hanc ætatem fama vulgo dicitur, quod olim Reges Franciæ pro Scuto tribus Bufonibus utebantur, quod tamen non erat ſine myſterio, & hoc credo: d. Abb. Juſtinianus d. Parte Secunda Cap. 6. pag.* 83. *qui clamat: Ed oh mirabile eceeſſo di ſupremo favore! L' Arma de' Roſpi in Gigli d' Oro traſmutata d' improviſo (a detto del Gottofredo nel Arcontologia Coſmica Lib. 3. e del Monſtero) ne predice fortunato l' evento alla Monarchia de' Franchi.*

De hujuſmodi Galliarum Regum Stemmatis mutatione agit *Comes Alphon-*
9. *ſus Loſchi in Compendio Hiſtorico Typis Bononienſibus Jacobi Monti anno 1676.* Suſcepto per Clodovæum Sacro Baptiſmate, & in Regem conſecratione Sacra Olei e Cœlo delapſi unctione recepta; *Allora*, ſic inquit, *Allora pure è fama, che da un Angelo recato foſſe ad un ſanto Romito l' Orofiamma, e lo ſcudo azzurro ſeminato di Gigli d' Oro, che poi Carlo VI. riduſſe a trè. Che poi queſti Gigli foſſero ſoſtituiti alli trè Roſpi, e alle trè Corone, o Mezzelune, che alcuni vollero foſſe l' antico Stemma di Clodoveo, è affatto favoloſo.*

Ludovicus autem Moreri in ſuo Magno Dictionario Lit. F. refert fabuloſam eſſe opinionem, & auctoritate carentem, quod Gallia antiquis Seculis
10. in Stemma extulerit tres Bufones, aut tres Coronas, quamvis ſubdat, de his extare veſtigia in Portis Civitatis Bajonæ, aliiſque Franciæ locis. Scribunt aliqui, quod Clodovæi Stemma tres medias Lunas in campo cæruleo habuerit, veriſimile eſſe; nam etiam hodie cernitur Sepulcrum cujuſdam Galliarum Regis mediis Lunis conſperſum in Eccleſia *di Soiſſons.* Quo vero ad tres Bufones, probabile eſt hoc æquivocum fuiſſe deſumptum ex ineptia antiquorum Pictorum, qui male tria Lilia pingentes, figuram potius Bufonum, quam liliorum habentia, anſam præbuere ad aſſerendum, tres fuiſſe Bufones.

Sunt qui ſuſtinent, Clodovæum poſtquam Chriſtianam Fidem ſuſceperat, è Cœlo recepiſſe Campum Cæruleum, & tria aurea lilia, & in

Stemma extuliſſe. Reges vero Franciæ ex ſecunda Stirpe, ſive Dynaſtia, depoſito Regis Pipini Stemmate, tres avreas Aquilas continente in campo rubeo Franciæ Scutum ſumpſerunt, quod plenum erat innumeris liliis. Carolus autem Martellus Pipini Pater, uti Princeps Franciæ, Sex Lilia aſſumpſerat in d. Campo Franciæ: Ugo Capetus extulit, ut ſui extulerunt Anteceſſores. Demum Carolus VI. Rex fixit Stemma in tribus Liliis aureis, juxta morem antiquum.

Memoriæ autem proditum eſt, quod cum ſucceſſive idem Divus Remigius Epiſcopus Rhemenſis in Galliarum Re-
11. gem d. Clodovæum, jam Ludovicum I. Sacro Oleo inungere vellet, nec in promptu eſſet, ex cauſis, quas diſcordes referunt Auctores, de quibus *Baronius Tom. 6. pag. 540. anno 499. Cauſin. Corte Santa pag. 242. Natalis ab Alexand. plures citans Auct. Sec. 5. Parte Prima Artic. 5. pag. 103. Ribad. in Vita S. Remigii pag. 687. Primo Octobris: Ottbobon Gaitruc Hiſtor. Sac. pag. 62. quos omnes indicat d. Co. Monſignanus pag. 154.*

Et juxta *Collectorem Gallum d. Tom. 1. pag. 175. Cum Divus Remigius præ*
12. *multitudine adſtantium, & confluentis Populi pergere præpediretur ad accipiendum Oleum, mirabiliter e Cœlo ſubito Columba nive candidior attulit in roſtro Ampullam Chriſmate Sancto repletam, cujus odore mirifico &c. quemadmodum loquitur Hincmarus in Vita Sancti Remigii, quæ referuntur etiam à P. Honorato à Sancta Maria Carmelita Excalceato in ſuis Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Libr. 1. Diſſert. 7. Art. 1. pag. 123. juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. & notat *Bartholomæus Caſſaneus in Catalogo Glor. Mundi Parte Prima Conſiderat. 44. §. de Armis pag. 15. col. 1. Aymon de Geſtis Francor. lib. 1. cap. 16. Edit Bad anno* 1513. ſub nomine *Antonii Monachi. Flodoardus Hiſtor. Rhemens. lib. 1. cap. 13. Gaſpar Klockius in ſuo Tractat. Nomico Politico de Contributionibus cap. 4. n. 82. Laurentius Vigilius de Nicollis Prax. Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom. 2. Litt. S. ſub Tit. de Summa Trinitat. & Fide Catholica. Notitia, & Series Ordinum Equeſtrium Militarium n. 95. pag. 745. juxta impreſſ. Saliſburgi Typis Joannis Joſephi Mayr 1729. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n. 98. Co. Monſignanus d. pag. 154. Jo. Ja. Hoſmannus in Lexicon Univers. Tom. 1. Edit. Ludg. Batav. in folio impreſ. anno 1698. in verbo Ampulla. Comes Alphonſus Loſchi in Compendio Hiſtorico impreſſ. Bononiæ anno 1676. Typis Jacobi Monti; d. Dominicus Hermant Hiſtoire des Religions d. Tom. 1. pag. 60.*

Præclarum Sacræ Ampullæ Rhemenſis Miraculum, Gallia apertis oculis ſpectante patratum, totique Galliarum Nationi glorioſiſſimum eſt, & hujus memoria inconcuſſa traditione, ad hæc uſque tempora religioſiſſime ſervatur, quæ profecto citra Hiſtoriarum, & Annalium ſubſidia, ære perennius Monumentum conſtituit. Attamen præter adductos, Auctores omni ætate non obſcure de eo ſcriptum reliquerunt. Primo ipſe Divus Remigius in ſuo Teſtamento, loquendo de Clodovæo Rege, ſic habet .. *Quem in Regiæ Majeſtatis culmen perpetuo duraturum elegi, Baptizavi, de Sacro Fonte ſuſcepi, Donoque Septiformis Spiritus Sancti Chriſmatis Unctione ordinavi in Regem*: dictum autem Teſtamentum

legitur

legitur penes *Antiſtitem Flodoardum in Hiſtoria Eccleſiæ Rhemenſis*, *ſtudio Patris Sermondi impreſſa*.

Secundo Ludovici Pii, de prædicto Clodovæo loquentis adeſt Præceptum per hæc verba loquens -- *Sed et ipſe Rex Nobiliſſimus ad Regiam Poteſtatem perungi Dei Clementia dignus inventus fuit*, ut refert *laudatus Flodoardus lib. 2. pag. 19.* ubi tradit Actum Ludovici de Bonaire ſub Titulo Ludovici Pii Præceptum.

Tertio Miraculum hoc dilucide enarrat Hicmarus *Archiepiſcopus Rhemen-*
13. *ſis in* Hiſtor. *Eccleſ. Rhemens, & in Vita d. Sancti Remigii apud Surium 13. Januarii*, qui ex vetuſtioribus Eccleſiæ Rhemenſis Codicibus deſumpſit, ſcriptiſque narravit, ac publice in Caroli Calvi inauguratione Franciæ, & Lotharingiæ Regnorum Primatibus, & Epiſcopis adſtantibus, traditionem hanc à Majoribus jam pridem acceptam enunciavit. *Aymon Libr. 1. de Geſtis Francorum cap. 16. Nicolaus de Braja in Ludovico VIII. de Sancto Remigio*, quos omnes refert *Dominus Octavianus Gentilius ex Dominis Rovelloni Patricius Septempedanus, in ſuo erudito Tractat. de Patriciorum Origine, Varietate &c. Libr. 3. cap. 5. n. 6.* ubi refert verba Capituli ab Hicmaro pronunciati apud *Stephanum Balutium Tom. 11. Capitular. pag. 212.*

Mirabili hoc Oleo d. Ampullæ ſucceſſive in eorum Conſecrationibus Re-
14. ges Franciæ ungi conſueverunt: *d. Klockius d. cap. 4. n. 82. d. Co. Monſignanus d. pag. 154. Guillelmus Beton* expreſſe loquens de Clodovæo:

Idem primus, & omnes
Poſt ipſum Reges Francorum, ad ſceptra vocati,
Quando coronantur, Oleo ſacrantur eodem,

Et Nicolaus de Braja in Ludovic. VIII. de Sancto Remigio ait --

Cujus prece rorem
Miſit in Ampullam cœleſtem Rector Olympi,
Corpus, ut hoc lavacro Regis deberet inungi,
Deficeretque ibi liquor, Corpore Regis inuncto.

Quodque adhuc dicta Ampulla ſervetur in Abbatia Sancti Remigii in Civitate Rhemenſi, & in qua ſolum apparet Oleum tempore, quo ſunt coronandi Reges Franciæ, quo tempore Oleum, & non alio tempore apparet, ut eſt notorium in tota Gallia, teſtantur, allegatis Auctoribus *Bartholomæus Caſſaneus in Catalogo Gloriæ Mundi Parte 5. Conſiderat. 31. columna 1. pag. 128.*

Et ex eo quod in coronatione Sacro Oleo prædicto inungantur, Chriſtianiſſimi dicuntur; ut cum *Nicol. Bell. in Theſauro Politico Libr. 2. Diſcurs.*
15. *12.* ſcriptum reliquit *d. Klockius ubi ſupra cap. 4. n. 82.*

Quod iſtud Oleum in Ampulla ſervatum,
16. ſit liquor ad colorem rubeum pendens, notatur apud *d. Collectorem Gallum, Tom. 4. Diſſert. 2. pag. 336.*

Dictumque Oleum, quod in Cœnobio
17. Ordinis Benedictini *Marmonſtier*, ab Angelo, ut diximus, deportatum aſſervatur, & Ampulla hanc habet inſcriptionem.

Angelus Ampulla Martini ſaucia Membra
Unxit, & Henricus Maximus Omen habet.

Simile Oleum, ſed minori copia, Rhemis aſſervatur apud Sancti Remigii Cœnobitas, quo omnes Galliæ Reges hactenus inuncti fuerunt.

Rex vero Henricus IV. à Rebellibus Rhemis prohibitus, non Rhemenſi,

 ſed

ſed Marmotenſi Oleo 1594. 27. Februarii unctus eſt, apud Carnutes ab illius loci Epiſcopo, præſentibus Principibus è *Regio* Sanguine tot, quot per tempeſtatem, & Bella intereſſe poterant, ut cum *Serr. in Vita Henrici IV. refert d. Klockius d. cap. 4. d. n. 82. Du Freſne Gloſſar.*

Cæterum, non eſſe neceſſarium, quod Galliarum Reges Sacram recipiant inaugurationem, & Rhemis conſecrentur à Rhemenſi Epiſcopo, demonſtrat Apologia, quam ſcripſit *San-*
18. *ctus Ivo* Carnotenſis Epiſcopus occaſione conſecrationis Regis Ludovici VI. cognomento Craſſi, qui Aureliani à Daimberto Senonenſi Archiepiſcopo inauguratus fuit, reclamantibus Rhemenſibus, aſſerentibus Francorum Regum unctionem ad Sancti Remigii Succeſſores, hoc eſt ad Archiepiſcopos Rhemenſes pertinere, ut cum *Baronio* allegata d. Apologia Sancti Ivonis, firmat *Pater Ignatius Amat de Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſtica Variis Colloquiis digeſta Tom. 4. Parte Secunda Colloq. 1. pag. 390. juxta impreſſionem Romæ Typis Franciſci Gonzagæ* 1718., ubi ſubdit, quod multi Reges Franciæ imperaverint, qui Rhemis Regni inſignia, & Sacram inaugurationem non acceperunt.

Hoc ergo potiſſimum habent Galliarum
19. Reges, ut Oleo mirabiliter e Cœlis dimiſſo inungantur, ut præter ſuperius relatos, plurimos allegando, notat *Auguſtinus Barboſa de Off & Poteſt. Epiſcopi Parte Secunda Allegat.* 21. *n.* 11.

Alii vero Chriſtiani Reges Cathe-
20. cumenorum Oleo inunguntur ab Epiſcopis in ſuis Regnis, juxta *Innocent. III. in cap.* 1. §. *unde de Sacra Unct. d. Barbos d. Alleg.* 21. & loquitur *Pontificale Romanum.*

Quo Oleo lętitia ſignificatur, & promptitudo ad debellandum Inimicos Eccleſiæ, & pugnandum pro Fide, ad conſequendam Victoriam, aptaturque ſenſus *Pſalmiſtæ Pſalm.* 45. *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus Oleo lætitiæ pro Conſortibus tuis*: & prætterea Oleo nitor conſcientiæ deſignatur juxta *cap.* 25. *Matthęi*.. *Prudentes Virgines acceperunt Oleum in Vaſis ſuis*; & ſicut Chriſtus Unctus appellatur. *&c. d. Barboſa d. Allegat.* 21. *n.* 8.

Diximus Chriſtianos Reges Sacro Oleo ungi; ſiquidem licet Franciæ Re-
21. ges, Hieroſolymitani, & Siciliæ ſibi tantum ſingulari Privilegio competere hac Unctionem prætendant, certum tamen eſt, hoc Jus omnibus Chriſtianis Regibus eſſe commune. Et quamvis Auctores peculiariter ſcribant de aliquibus, jus aliorum non excludit, ut de Regibus Hiſpaniarum demonſtrat *d. Barboſa d. Alleg.* 21. *n.* 9., & *n.* 11. ubi ſubdit, Unctionem Regum ullum non imprimere caracterem.

Hoc etiam ſpeciale notandum quoad conſecrationem Regum Franciæ cum Oleo ex Sacra Ampulla, ſcilicet, quod dicta die Galliarum Rex ex Apoſtolico Privilegio Clementis VI. Sacram Communionem recipit ſub utraque ſpecie, & ſic in extremo ejus Vitæ per Viaticum, ut pluribus cumulatis oſtendit *Joannes Clericatus de Venerabili Euchariſtię Sacramento Dec. 9. Ad Februar. Caſu* 2. *n.* 14. Et teſtatur *Pater Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſtica Variis Colloquiis digeſta Tomo ſexto, Colloquio 6. pag* 470. *juxta impreſſionem Romæ Typis Tinaſſi* 1720. ubi hæc habet: *Extat in Commentariis rerum ad Synodum Tridentinum ſpectantium à Clariſſimo Putea-*

Puteano editis pag. 203. Monitum, *in quo Galliarum Regis Oratores poſtularunt à Patribus Concilii Tridentini, ut nullum fieret præjudicium prærogativæ Regis Chriſtianiſſimi, qui die inaugurationis ſuæ Euchariſtiam ſub utraque ſpecie ſumit, & quorundam Monaſteriorum in Galliis vetuſtiſſimæ conſuetudini; in quibus Monachi Ordinis Ciſtercienſis, etiam non celebrantes, ſtatis quibusdam anni diebus ſub utraque ſpecie communicant.*

De dicto Privilegio à Clemente Sexto conceſſo Regi Galliarum ſumendi Euchariſtiam ſub utraque ſpecie, agunt *Salmanticenſes in eorum Theologia Morali in Tractatu de Sacramento Euchariſtiæ cap. 6. n. 15.*

Clodovæus itaque Rex, Sacro Baptiſmi Fonte Ludovicus I. nuncupatus, & Sacro Chriſmate inunctus, & in Galliarum Regem conſecratus Cœleſti illo Oleo; ut horum perennis ſervaretur memoria, ac in Religioſum obſequium, & cuſtodiam Olei mirabili modo è Cœlo delapſi, Ordinem ſeu Cœtum Nobilium Equitum circa annum 493., vel 499. inſtituit, Sacræ Ampullæ nominatorum, ſub Titulo Sancti Remigii, quorum Equitum Of-
22. ficium eſt, occaſione ſumendi d. Ampullam pro conſecratione Regum Galliarum, Epiſcopum aſſociare, eique aſſiſtere, & Preſulem ſub Baldachino Ampullam deferentem comitari, ſuſtinendo Haſtas Baldachini: *Andreas Favinus in Hiſtoria Navarræ P. Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 31. n. 82. & ſeq. Abb. Juſtinianus d. pag. 83., Collector Gallus d. Tom. 1. dicto §. 6., ſeu cap. 6. pag. 175. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtrium n. 98. d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag. 122., & in explicat Armorum ſub n. 5. pag. 455., & in Tabula Alphabetica, Hiſtorica, & Chronologica Ordin. Militar. pag. 510. Auguſtin. Paradiſi Ateneo dell' Uomo Nobile Parte 3. cap. 3. n. 9. Laurent. Vrgilius de Nicollis d. pag. 745. Dominus Joannes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corrolario omnes Ordines continente in verbo Ampullæ, ſeu Sancti Remigii in Gallia pag. 227. quod Corrolarium eſt impreſſ. in calce Voluminis ejuſdem. Joannes Hibner in ſuo Lexicon in verbo Kiſter des S. Remigii, hoc eſt Equites Divii Remigii, ſeu Ampullæ Rhemenſis colum. 1620. juxta impreſſ. Lypſiæ 1735., & juxta impreſſ. Ratisbonæ Anno 1742. pag. 922. Gavin Aymon lib. 1. cap. 16.*

Suſtinent alii inſtitutum fuiſſe hunc Or-
23. dinem ſub uno ex Galliæ Regibus ex prima Stirpe; quemadmodum teſtantur plurima Numiſmata cuſa tali occaſione: ſaltem eſt valde antiquus Ordo, & omnium primus in Gallia erectus, ut notat *d. Collector Gallus d. Tom. 1. cap. 6. pag. 175.*

Sed quod, chimericum ſit certiſſime, quod hi Equites eorum deſumant Originem à Clodovæo Primo, notat *Hiſtoria Gallico Idiomate ſcripta Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium, & quam in Italicam linguam tranſtulit Pater Joſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſis Congregationis Matris Dei Tom. 8. cap. 70. pag. 459. impreſſa Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini anno 1739.*

Hi Equites, ſeu Viri Nobiles quatuor Familiarum, licet non conſtituant Ordinem Militarem, ſed Cœtum No-
24. bilium illarum quatuor Familiarum gaudentium tali præclaro munere, ob quam dignitatem precellunt aliis, ut

ut notat *d. Juſtinianus d. pag.* 83., eoque allegato *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. n.* 95 *P. Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 98.

Negari tamen non poteſt, quod non conſtituant Ordinem Equeſtrem, ex infra deducendis, cum ad conſtituendum Collegium ſufficiant tres ex vulgatis.

Unde in Gallia vocari Ordinem Sanctæ
25. Ampullæ, & Sancti Remigii Equites, teſtantur *d. Juſtinianus d. pag.* 83. & alii in præſenti Diſcurſu allegati: *dictus Auguſtinus Paradiſi Ateneo dell' Uomo Nobile Parte* 3. *cap.* 3. *n.* 9.

Imo quod hic Ordo ſit omnium anti-
26. quiſſimus in Gallia, & longe ante Cruciatas, hoc eſt Bellicas illas expeditiones, de quibus ſuo loco egimus, probat cum *Andrea Favino in Theatro Honoris Lib.* 2. *pag.* 502. *& ſeq. d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 122., *&* 123.

Quatuor ſunt in totum hujus Ordinis,
27. ſeu Cœtus Equites: *d. Juſtinianus d. pag.* 83. *d. Auguſtinus Paradiſi d. pag.* 3. *cap.* 3. *n.* 9.

Fixuſque remanet hic Equeſtris Gradus
28. in quatuor Nobilibus Familiis, in quibus ſucceſſio ſervatur jure ſanguinis, & Familię, ſuntque quatuor Nobiles Vaſſalli Feudatarii Abbatiæ Sancti Remigii, quæ Rhemenſis eſt, Barones ſcilicet de *Terſier*, *de Beleſtre*, *de Seneſtre*, *& de Lovverſy*, ut videre eſt in Volumine *Deſcriptionem omnium Ordinum continente*, *impreſſ. Pariſiis Anno* 1671. de quo meminit *d. Juſtinianus d. pag.* 83. ubi reiicit *Joſeph Micheli in Theſauro Militari* referentem ſolum tres ex dictis Familiis, & aſſerentem ex Ludovico Gotofredo, quartam Fa-
29. miliam eſſe ex Proteſtantibus; hoc enim dictum reprobat ibi *Abbas Juſtinianus*, ob evidentem rationem, quod impoſſibile eſt cautum fuiſſe, quod deberet adeſſe unus ex Proteſtantibus, cum de illo tempore nondum emerſerit Secta illa, & Hæreſis Proteſtantium. Dictas quatuor Fami-
30. lias nominat *d. Comes in Koden Sapieha d. Corrolario pag.* 227. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 122.

Hos quatuor Equites, ſeu quatuor Equitum Familias, ampliſſimis Divi-
31. tiis Comendarum eſſe ditatos, in quibus jure Familiæ ſuccedunt, ſcribit *d. Juſtinianus d. pag.* 83. *d. Auguſtinus Paradiſi*, *ubi ſupra n.* 9.

Dicti Ordinis Teſſeram aliqui ex Scribentibus non afferunt, & ſic omittit allegatus *Micheli*, ut obſervat *d. Juſtinianus d. pag.* 83. Imo nullam habere Teſſeram, inquit *Auguſtinus Paradiſi in ſuo Ateneo dell' Uomo Nobile Parte* 3. *cap.* 3. *n.* 9.

Illam tamen apponunt, & deſcribunt alii, quod ſcilicet ſit Crux plana compoſita ex duobus ſtipitibus, ramis, & foliis carentibus, & ut dicitur, *Tronchi privi di foglie*, habens in ramo
32. perpendiculari in centro ſculptam Manum tenentem Ampullam, ſuper quam adeſt Columba expanſis Alis, in Ampullæ orificio alans: & hujus Crucis figuram exponit *d. Abbas Juſtinianus pag.* 82., *&* 83. ubi quod in d. Volumine *Deſcriptionem Omnium Ordinum* complectente, & Pariſiis *impreſſo* 1671. refertur forma ejuſdem Crucis, & dicitur, quod quatuor Lilia aurea in angulis ad juncturas Crucis tenet. Figura ejuſdem Crucis habetur penes *P. Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 98. quam Crucem cum dictis aureis Liliis, refert idem *P. Bonanni in Catalogo Omnium Ordin. Equeſtrium*

in

in generali Deſcriptione Omnium Inſignium ſub n. 88. pag. 158. d. Pater Honoratus à S. Maria d. pag. 455. ſub n. 5. Collector Gallus d. Tom. 4. d. pag. 427. d. Hermant Tom. 1. pag. 58.

Quod Equites hujus Ordinis deferant
33. *ou bas d' un ruban noir une Croix d' Or Anglèe emaillèe d' argent, & chiargèe d' une Colombe, qui tient par le bec une phiole reçuè par une main movvante de carnation*, ſcribit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 123., & 455.* eamque Crucem eſſe auream opere encauſtico albo ornatam, in cujus quatuor angulis toti-
34. dem flores lilii aurei inſeruntur; ipſi vero Cruci incumbit effigies Columbę Ampullam manu porrectam roſtro apprehendentis. Hanc Crucem ex faſciola ſerica nigra ſuſpenſam, tum collo, tum etiam pallio affixam geſtant. Cum Ampulla ad coronationem *Regum* defertur, eandem comitantur: totidem verbis deſcribit allegatus *Comes in Koden Sapieha d. pag. 227., & d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag. 455. ſub n. 5.* refert figuram ejuſdem Crucis graphice formatam.

Figuram vero Equitis hujus Ordinis
35. Sacræ Ampullæ induti Veſte, una cum d. Cruce delineatam, habet *d. Pater Philippus Bonanni in d. Catalogo d. n. 98. d. Collector Gallus in d. Hiſtoire des Ordres Militaires Tom. 1. §. 6. pag. 175.*

De prædictis Sacræ Ampullæ, ſeu Sancti Remigii Equitibus, eorumque prę-eminentiis in deferendo Baldachini Haſtas, quoties aſportatur Sacra Ampulla pro conſecratione Re-
36. gis Galliarum, narrat *Favinus in Hiſtoria Navarrę*, & loquens de conſecratione Ludovici XIII. inquit, quod die octava Octobris anno 1610. Thomas de Cauchon, & de Neuflite Eques Dominus, & Caſtellanus d. loci, Baro de Chalmats receptus fuit à Bajulivo Monaſterii Sancti Remigii vigore Commiſſionis Cardinalis Archiepiſcopi Rhemenſis, & Abbas hujus Monaſterii, ad præſtandum homagium pro Baronia *de Terrier*, cujus Baroniæ vigore ipſe erat Primus Vaſſallus Baro, & Eques Sancti Remigii, juſque tenebat deferendi primam Baldachini Haſtam, ſub quo Sacra transfertur Ampulla ab Eccleſia Sancti Remigii ad Eccleſiam Dominæ Noſtrę, in qua Ampulla Oleum Sacrum aſſervatur, cum quo Chriſtianiſſimi Galliarum Reges conſecrationis eorum die inunguntur.

Latius refert idem *Favinus* Hiſtoriam
37. actus delationis Baldachini die 18. Octobris occaſione conſecrationis in Regem Ludovici XIII. In hac conſtat, quod à Magno Priore Monaſterii Sacra ab Altari ſumpta Ampulla, illam detulit ſub Baldachino, cujus Haſtas deferebant d. Thomas de Cauchon Baro Baroniæ de *Terrier*, Chamlats, Dominus de Raoul Baro di Beleſtre, Jacobus de Haudreſſon Baro de Louercy, qui tres omnes Equites erant Sacrę Ampullę Sancti Remigii, abſente quarto Equite Barone de Bourgeois. Ac tandem deſcribit Hiſtoricus Habitum, quem in d. Delatione Baldachini gerebant prænominati Equites Sacræ Ampullę, ſcilicet pallium, ut dicitur, di *Taffetà* nigri coloris ad latum habens Crucem Ordinis auro, & argento exornatam; è collo autem ge-
38. ſtabant Crucem argenteam, & Vittæ nigræ appenſam: quodque ſic induti Equites, Magnum Priorem uſque ad Eccleſiam Dominæ Noſtræ aſſociaverunt, & tandem eundem Priorem revertentem ſimiliter aſſociaverunt

verunt. Has *Favini* Narrationes re-
ſert *Collector Gallus Tom.* 4. *Hiſto-
ire des Ordres Militaires in Diſſert.
ſur les Ordres Apocriphes ; & ſupo-
ſez* §. 2. *L'Ordre de la Sainte Am-
poule en France pag.* 333. *impreſſ.
Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.
de quo infra loquemur.

Antequam Magnorum Magiſtrorum
hujus Ordinis Catalogum recenſea-
mus, ea, quæ nonnulli Critici
Scriptores cumularunt, ſuperaddere
opportunum ducimus. Sunt igitur
Auctores, qui utramque Diſcurſus no-
ſtri partem, tot Scriptorum auctori-
tati innixam, Critici impugnant, &
ſic tum Sacræ Ampullæ, tum Inſti-
tutionis Ordinis, vel Cœtus Equitum
ejuſdem Sacræ Ampullę, aut Sancti
39. Remigii Hiſtorias in dubium re-
vocant, & ponderationibus, quibus
Sacræ Ampullæ Hiſtoriam oppugnant,
alteram quoque de Equeſtri Or-
dine Narrationem adamuſſim, iiſ-
dem animadverſionibus avertere ſata-
gunt.

Et aſſueto Criticorum more, in Primis
argumento negativo armantur, quod
acuere nituntur emphatica illa excla-
40. matione, ſatis improbabile reddi,
quod Ampullæ è Cœlo delapſæ
tam ingens Miraculum, tot ſecum
conſequentias trahens, ac tantopere
ipſi Gallicæ Nationi glorioſum, e
conſpectu trium millium Virorum
patratum, Antiquis ignotum penitus
fuerit, altoque quatuor Seculorum
curſu ſepultum Silentio manſerit; a-
deo ut omnium Primus *Hincmarus*
à morte reſuſcitaverit, & Hiſtoriam
renovaverit dictum Antiquis penitus
ignotum, dum de his nullus con-
temporaneus Auctor, nec ſillabam
ſcripſerit: Nullus ex prima *Regum*
41. Stirpe raro hoc Privilegio fuerit
gaviſus. Sane de hoc congruum
eſſet, clamant ipſi, ut Divus Remi-
gius ipſe, in cujus manibus Ampullam
detulit Columba, qui conſecrationis
Clodovęi Miniſter fuit, ſcriptis ſuis
mentionem faceret: & tamen Sanctus
hic omnino hoc ſilet. Congruum e-
rat, ut in ſua gratulatoria Epiſtola,
quam ipſi Clodovæo de recepto Bap-
tiſmate Avitus Epiſcopus Viennenſis
ſcripſerat, etiam de hoc concomitan-
42. ter inſigni miraculo verba faceret:
& nihilominus, & iſte quoque co-
ævus Scriptor nil de Sacra Ampulla
meminit. Congruum quoque erat,
quod Gregorius de Tours, & Nice-
zius Epiſcopus Triveren. de iſto mi-
raculo loquerentur: d. quippe Gre-
43. gorius, diligens in ejus ſcriptis ſuo-
rum temporum Miraculorum Colle-
ctor, quippe ample motiva refert
Converſionis Regis Clodovęi, ac Cę-
remonias ennarrat in Baptiſmo d.
Clodovęi ſervatas, attamen nihil ex-
ponit, nec innuit de Ampulla Mi-
raculoſa. *Nicetius* demum Epiſcopus
Triveren. qui pene coævus fuit, in
ſua Epiſtola agens de Baptiſmo Clo-
dovæi, de Dogmatibus Orthodoxę
Religionis, contra Arianam Hæreſim
refert Catholicorum Epiſcoporum
Miracula: refert, quæ Divus Marti-
nus, vel in ſuo Sepulcro mira patra-
vit, quibus cœcis viſum, Surdis audi-
tum, mutis loquelam donavit; San-
ctorum Germani, Hilarii, & Lupi mi-
racula ennarrat; & demum miracula
quoque exponit, quæ Deus ad interceſ-
ſionem ipſius Sancti Remigii mira-
44. bilia fecit. At licet aptiſſimæ eſſent
occaſiones talibus ſcriptis recenſendi
Sacræ Ampullę Miraculum, nullibi
tamen Scriptores antedicti referunt,
nec leviter tangunt Hiſtorię Ampul-
lam. Ex hoc negativo argumento
prædictis circumſtantiis ſtipato, infe-
runt Critici everſionem Hiſtoricę
Narra-

Narrationis, ut videre eſt in *Diſſertatione Secunda per totam apud Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 4. *à pag.* 333. *cum ſeqq. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel Anno* 1721. ſupra allegatum.

Rurſus verba teſtamenti Divi Remigii ſuperius relati, cœterorumque Scriptorum in hoc noſtro Diſcurſu enu-
45. merata, Criticus Scriptor verba vellicans, inquit, illa non explicare, quod Ampullam Oleo plenam è Celo Columba detulerit, quodque Clodovæus conſecratus fuerit Oleo è Cœlo delapſo.

Addentes Critici conſtare, quod Clodovæi Nepotes Caſibertus, & Contrandus Reges à Sacerdotibus Provinciarum, quas regebant, ſublimati ſunt, & ita fuerunt conſecrati ab Epiſco-
46. pis eorum Regnorum, concludunt, quod patens redditur, poſt Baptiſmum Clodovæi Reges Galliç immutaſſe Ritus eorum Conſecrationis, & ita multo minus probatur unctos fuiſſe eodem Oleo Clodovæi, & quod hoc fuerit e Cœlo delapſum.

Criticorum ſtudiis everſa Sacrç Rhemenſis Ampullæ Hiſtoria, de conſequenti ſublatam Critici credunt narrationem erectionis Equeſtris Ordinis ejuſdem Sacræ Ampullæ; corruente enim fundamento, moles corruit eidem innixa, veluti res de ſubiecto non ſupponente. Hinc imaginaria remanet prærogativa illa Equitum, deferendi ſcilicet Baldachini Haſtas,
47. imo de ea contrarium conſtare ſubdunt ex diſpoſitione Cçremonialis Gallici, referentis in conſecratione Ludovici XIII. Baldachini quatuor Haſtas fuiſſe à quatuor Abbatiæ Sancti Remigii Religioſis delatas in albis; quod fuiſſe, ajunt, ſervatum in Gallorum Regum conſecrationibus, à Ludovici VII. temporibus, qui anno 1179. praxim in conſecratione ſervandam præſcripſit, inter cœtera injunxit, quod Monachi S. Remigii proceſſionaliter Abbas inter primam, & tertiam, Sacram Ampullam ſub Baldachino deferret; Baldachini vero Haſtas deferrent quatuor Religioſi albis induti, quod ſervatum fuit in
48. conſecratione Ludovici VIII., qui regnare cæpit anno 1223. in Conſecratione Sancti Ludovici anno 1226. & ſic ſucceſſive, uſque ad Ludovicum XIV. Quæ cum ita ſint, vel dicendum, clamant Critici, quod hi Equites parum habeant in Gallia æſtimationis, dum Cæremoniale Gallicum de illis non meminit, ut inquit *d. Diſsert.* 2. *penes d. Collectorem Gallum Tom.* 4. *d. pag.* 333. Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium, e Gallico Idiomate in Linguam Italicam tranſlata *à Patre Joſepho Franciſco Fontana Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *cap.* 70. *pag.* 458. *juxta impreſs. Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739., vel concludendum chimericum eſſe hunc Equitum Ordinem: *d. Diſsertatio Secunda penes d. Collectorem Gallum Tom.* 4. *d. pag.* 333. *d. Pater Fontana ubi ſupra.* Qui Gallus Collector, & d. Pater Fontana hunc Sacræ Ampullæ Ordinem referunt inter Ordines Apocryphos, quot ibidem enumerant cum aliis ejuſdem qualitatis, qui ſunt numero decem.

Cœterum eruditi, ac elegantes Critici pronis auribus eorum animadverſionibus nonnullas reſponſiones audi-
49. re, ſi veritatem amant, quæſumus non renuant. Præmittimus autem practice in noſtro Themate, quod theorice in dicta ſua Diſſertatione, exponunt ipſi Critici, Criticam ſcili-

cet, in Scientiarum Studiis & rebus facti potiſſimam, & utiliſſimam rem conſtituere: accenſam illam Facem eſſe, quæ obſcura antiquitatis loca luce perfundit, quoties eruditione, & ſenſuum ſagacitate ſociatur, & fide bona munita ſit, qua ſine, prout cœteroquin apud Criticos rara eſt, Fax eadem in lucem vertitur decipientem (addimus Nos in flammam
50. ignis devorantis mutatur, Hiſtorias, & traditiones omnes miſere cremantis) & fit Arma ad offendendum: Unoque verbo hæc Critica ars eſt, & Scientia, quæ ſæpe in acres lites, & jurgia armatur, & in falſam ſubtilitatem emergit, ut notat eadem ſuperius allegata *Diſſert.* 2., *apud d. Collectorem Gallum Tom.* 4.

Recenſitæ ergo Criticæ vis contra utramque Hiſtoriarum partem, conſiſtit in negando ullum adeſſe Documentum poſitive eaſdem Hiſtorias comprobans. Uerum primo loco, cum
51. hoc nil aliud ſit, quam argumentum negativum, nemo ſapiens ignorat, in rebus facti, flocci pendendum. Secundo in noſtra Hipotheſi poſitive patet adeſſe documenta, & quidem contemporanea Hiſtoriæ; adeſſe Scriptorum, etiam ratione Dignitatis omni exceptione majorum, Narrationes ſolidas; ut videre eſt in
52. Documentis ſuperius adductis à §. Præclarum in §. ſecundo, & ſeqq. ſicque in omnibus argumentum negativum eliminatur. Reſponſiones vero, quas Criticus cumulare nititur adverſus Documenta ſuperius tradita,
53. quod videlicet verba Teſtamenti Divi Remigii non exprimant litteraliter Ampullam è Cœlo delapſam: Quis non videt in hoc Criticæ genere
54. Grammaticalem ipſam expreſſionem litteraliter exigentis, bonam fidem tantopere neceſſariam penitus deficere, & ſenſuum ſagacitate vacuam eſſe, & per conſequens non eſſe Facem ad lucem miniſtrandum, ſed Flammam ignis Traditiones, & Hiſtorias omnes devorantis, juxta ea, quę tradidimus in §. *Cœterum*.

In prædictorum omnium comprobationem, & dilucidationem, hic ad litteram referemus, quod tradit *Mabillon Annal. Benedictin. libr.* 3. *ad Annum* 533. ubi de Sacra Ampulla n. 18. hæc habet.

Ibidem etiam cum Sancto Corpore aſſervata Sacra Ampulla, quam in Clodovęi Regis Baptiſmum, Cœlo
55. delapſam Hincmarus tradit, tum in Vita Beati Remigii, tum in Capitularibus Caroli Calvi, ubi Carolum apud Mettas inauguraturus, in frequenti Epiſcoporum, Procerum, omniumque Ordinum Conventu aſſeruit. Unde eundem Carolum duxiſſe originem à Clodovæo per B. Remigium converſo, ac perunєcto *Cœlitus ſumpto Chriſmate*, unde inquit *adhuc habemus*. Res proinde tum conſtantiſſima erat, Ampullam hanc ad id uſque tempus aſſervatam, eam ipſam videlicet, quæ etiam ætate noſtra habetur in Regum Chriſtianiſſimorum unctionem. Huic traditioni ſeveriores Critici opponunt Aviti Vienenſis, Gregorii Turonenſis, Fortunati Pictavenſis Epiſcoporum, atque Fredegarii Scholaſtici ſilentium, quod
56. in re tam illuſtri decretorium arbitrantur; atque adeo Hincmarum hujus fabulæ, ſic vocant, auctorem criminantur. At, ſi res ex æquo, ac ſincere expendatur, non ita decretorium videbitur horum auctorum ſilentium. Nam ad Avitum quod attinet, nondum forte reſcierat quæ acciderant in Clodovæi Baptiſmo, ad quem à Rege invitatus, hac epiſtola ſe excuſat. Deinde etiamſi ea

reſci-

reſciviſſet, quid attinebat illa commemorare Clodovęo ipſi horum omnium probe conſcio? Jam vero Gregorius Tur. Lib. 2. cap. 31., etſi Ampullæ cœlitus demiſſæ non meminerit, aliquid tamen prodigii tunc accidiſſe innuit, cum ait, templum baptiſterii *divino reſperſum fuiſſe ab odore*, talemque ibi gratiam adſtantibus tribuiſſe, *ut ęſtimarent ſe Paradiſi odoribus conlocari*. Denique ex Fortunati ſilentio nihil confici poteſt, cum alia æque miranda in S. Remigii Vita prętermiſerit; imo ipſam, quod mirere, Clodovæi, & Francorum converſionem, & Sacram ejuſdem Regis tinctionem à Remigio factam. Quid itaque mirum, ſi miraculum de Sacra Ampulla reticuit, qui ne quidem Clodovæi Baptiſmi meminit? Quin etiam conſimile omiſit miracula de duabus Ampullis oleo Sacro, & Chriſmate in Baptiſmo cujuſdam Viri Nobilis cœlitus impletis, quod Miraculum ipſius Fortunati Ævo in conteſtatione, ſeu præfatione Miſſæ Gallicanæ de Sancto Remigio recitatum fuiſſe conſtat, ut mox videbimus. Verum fac, ut nullus horum, aliorumque Auctorum ante Hincmarum hujus Ampullæ mentionem fecerit: quis Hincmarum adeo imprudentem, ne dicam impudentem fuiſſe credat, ut rem novam, ac recens inventam pro re antiqua, & ſacra in tam illuſtri eruditorum Hominum cœtu obtruſerit? Quid quod id obiter tantum, & abſque ulla præfatione, uti rem omnibus notam, & nemini ambiguam refert? Res ergo jam tum receptiſſima, & exploratiſſima erat Ampulla Sacra: ſed origo forte non ita.

Non unius tantum, ſed duarum Ampullarum meminit antiquus Auctor, qui libellum de Vita Sanctæ Chrothildis Reginæ ſcripſit, ubi ait, Chriſmate deficiente, cum S. Remigius Clodovęum baptizaturus eſſet, *duas Ampullas Oleo, & Chriſmate*
57. *plenas* cœlitus demiſſas fuiſſe, ex quibus B. Remigius Regem more Eccleſiaſtico perunxerit. Unde id acceperit hic Auctor, nobis incompertum, niſi ſi hoc loco aliud miraculum confuderit ab Hincmaro in Vita Beati Remigii relatum. Narrat quippe Hincmarus S. Pontificem cum iter ageret, ab homine quodam ægroto, haud ignobili, necdum baptizato accerſitum fuiſſe, ut eum Sacris Aquis ablueret. Cum autem Oleum exorcizatum fere, Chriſma vero penitus in duabus Ampullis à Presbytero loci allatis defeciſſet, vacuas Ampullas ſuper Altare depoſuiſſe, ac fuſa ad Deum oratione, mox plenas inventas fuiſſe, quod quidem Hincmarus ante Clodovæi Baptiſmum refert. Neque id ab Hincmaro inventum putes. Hoc enim antiquitus, ideſt ante annos mille in prętatione Miſſæ de S. Remigio ritu Gallicano commemorabatur, ut conſtat ex veterrimo Codice Eccleſiæ Rhemenſis ante annos octingentos ſcripto, in quo B. Remigii quoddam vitæ compendium, & quędam miracula referuntur *ex præfatione, quæ ad Miſſam antiquitus dicebatur*, ut fragmenti illius titulus præfert, in quo ſic de duabus Ampullis ſcriptum reperitur. *Dum autem cuidam ægroto baptizando Chriſma quæreretur, & nihil inve-*
58. *niretur, ſic Ampullas vacuas ſuper Altare juſſit mitti, ut ipſe ſe interim in Oratione proſterneret. Tunc cœleſti rore Chriſmatis benedictione perfunditur*. Integrum fragmentum in Appendice hujus Tomi habes. Haud ſcio, an ad duas iſtas Ampullas reſpexerit Scriptor vitæ ſanctę

Chrothildis mox laudatus: quod ſi ita eſt, ex his Ampullis Clodovæum perunctum fuiſſe nobis coniiciendi locum dedit. Porro, an Ampulla illa, cujus meminit Hincmarus una ex illis duabus fuerit, ejuſque originem non ſatis ipſi compertam ad Clodovęi Baptiſmum retulerit, temere aſſerere nolim; ſed ſive hæc, ſive alia fuerit, de ejus veritate dubitare non poſſum. Neque vero mirum eſt Fortunatum in libello de B. Remigii vita ſecundi hujus Miraculi non meminiſſe. Neque enim omnia ſcripſit Fortunatus, profeſſus ſe *pauca diſſerere*, *plurima præterire*. Et quidem rem omnium maxime illuſtrem, & quæ ad B. Remigii gloriam & commendationem in primis faciebat, prętermiſit; nempe converſionem Clodovæi Regis, adeoque Fran-
59. corum omnium ab eo factam, ut jam diximus. Ex quo intelligitur ex ejus ſilentio argumentum. Neque potior eſt ex Fredegarii ſilentio petita authoritas, quæ ut ſummum eadem cenſenda eſt, cum authoritate Gregorii Epiſcopi Turonenſis, cujus ille Hiſtoriam dumtaxat in compendium redegit. Cum itaque hæc argumenta nihil contra Sacrę Ampullæ veritatem efficiant, antiquiſſimæ de illa traditioni Rhemenſis, imo & Gallicanę Eccleſiæ ſua conſtare debet authoritas. Hactenus recenſita habentur apud *Mabilon*.

Eadem methodo Hiſtoriam Equitum Sacræ Ampullæ vellicant Critici: & primo loco rurſus argumentum negativum in medium proferunt, clamantes, quod de iſtis Equitibus
60. Scriptores contemporanei non loquuntur. Sed huic ratiocinio occurrunt Reſponſiones, quas ſupra adduximus, quoad Sacræ Ampullę Hiſtoriam, hoc genus argumenti videlicet, minime vim probationis conſtituere, potiſſimum, cum adſint Auctores non prorſus recentes, qui de eodem teſtantur, ut videre eſt in §. *Clodovæus* cum ſeqq. & §. *Imo quod*, & §. *De prædicto*, ubi recenſentur, & deſcribuntur functiones ſervatæ in conſecratione Ludovici XIII.

Obiiciunt ſecundo loco, adeſſe vetus Cęremoniale Gallicum ſub Ludovico VII. anno 1179. præſcribens Baldachini Haſtas deferendas eſſe à quatuor Religioſis albis indutis, & ſub Ludovico VIII. aſſerens, Haſtas à quatuor Monachis albis indutis defer-
61. ri, & ſic etiam anno 1226. in conſecratione Sancti Ludovici, & ſucceſſive aliorum Galliæ Regum uſque ad Ludovicum XIV. fuiſſe ſervatum, ut refert *Diſſertatio Critica citata*, *& Ludovicus Moreri in ſuo Dictionario in verbo Ampoule Sainte*, ubi reiicit *Favinum in Hiſtoria Navarrę pag.* 1328. *aſſerentem* in conſecratione Ludovici XIII. Baldachini Haſtas fuiſſe ab his quatuor Equitibus delatas; quod eſſe contrarium aſſertioni Cæremonialis Gallici, ſicque Favinum in errorem lapſum eſſe.

Hoc ratiocinium cum iiſdem facti allegationibus habetur etiam *in Hiſtoria ſuperius allegata - Ordin. Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium* Gallico Idiomate, & in linguam Italicam translata per *d. Patrem Joſephum Franciſcum Fontana Congregationis Matris Dei d. Tom.* 8. *cap.* 70. *pag.* 458., *& ſeq.*

At relati Critici Scriptores ad eorum aſſertum fulciendum unice allegant Cæremoniale Gallicum, quod tamen mutile referunt; unde circumſtantiæ
62. ignorantur temporis, quo aſſertum Cæremoniale editum fuerit: quis enim non videt, quod tunc temporis, abſentes

abſentes à loco eſſe potuerunt omnes quatuor Equites, vel eorum pars, aut fuiſſe tunc in infantili ętate (ut enim diximus, horum Equitum Gradus eſt hęreditarius, & fixus in pręnominatis quatuor Familiis), & ita, vel nequiviſſe de illo tempore Haſtas deferre, vel concorditer non potuiſſe quaternario numero illas deferre? Ac ita dici poteſt in eorum locum ſubrogatos fuiſſe Religioſos, aut Monachos albis indutos, ut delatio debito honore, à quatuor Viris uniformi veſte indutis perageretur.

Nec inde tuto aſſeri poſſe, nuncupatum
63. Cæremoniale fuiſſe conditum per viam legis fixæ ſemper in quacumque Gallicorum Regum conſecratione ſervandum: ſi enim adfuiſſet Cęremoniale hoc conditum anno 1179. ſuperfluum fuiſſet idem iniungere 1220. ſucceſſiviſque temporibus poſterioribus. Quodque ita res ſe habeat, nonne convincit prælaudatus *Favinus*, qui teſtatur in conſecratione Ludovici XIII. interfuiſſe ad ferendum quatuor Baldachini Haſtas quatuor Sacræ Ampullę Equites?

Eadem, & mutila Critici narratio motivum ulterius dubitandi præbet, an in aſſerto Cæremoniali delatio Haſtarum Baldachini per Monachos facienda, explicetur illam eſse debere per integrum viæ tractum, aut ſo-
64. lum per partem viæ, ita ut uſque ad talem locum Haſtas deferant Monachi: à tali autem loco uſque ad finem, deferant Equites: quemadmodum generalis praxis eſt, in celebrioribus Eccleſiaſticis Proceſſionibus, ut in illa Corporis Chriſti Domini; nam in hac Civitate alternatim per Viros illuſtres Baldachini Haſtę deferuntur; primo nempe intra Eccleſiam à Sacerdotibus, qui in limine Eccleſiæ recedunt, & Haſtas ſuſcipiunt Viri Nobiles Magiſtratum conſtituentes, qui ſic incedunt per aliquem viæ tractum, ubi ſuccedunt alii ex alio Magiſtratu, quibus ad talem terminum perventis, ſubintrant alii Civitatis Viri Nobiles.

Quodque revera Equites hujuſmodi extiterint, ac etiam de præſenti exiſtant, non ſolum exteri Scriptores
65. ſuperius allegati aſserunt, qui ſane materiam hanc deſcribentes, notitias neceſsarias exquiſiviſſe dicendum eſt: verum & hoc idem in eorum Scriptis, & publicæ luci donatis aſſerunt ipſimet moderni Auctores Galli, qui expreſſe teſtantur in Gallia eoſdem Equites vigere, illorum inſignia deſcribunt, Crucem ſcilicet
66. auream octogonam cum encauſto argenteo, in qua ſculpta adeſt Columba alis expanſis, & alans ſuper Ampullam, quæ à manu humana ſuſtinetur; nullum vero de aſſerto Cæremoniali verbum faciunt, quos latere procul dubio non poterat, ſi adfuiſſet, vel in uſu fuiſſet, juxta Critici ſenſum. Porro inter modernos
67. auctores Gallos adeſt Volumen Deſcriptionem omnium Ordinum continens, impreſſum Pariſiis anno 1671. de quo diximus in §. *Fixuſque* ſcribit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus ex Provincia Aquitaniæ in ſuis Gallico Idiomate Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne Libr.* 1. *Diſſert.* 7. *Articul.* 1. *pag.* 123. *impreſſ. Pariſiis Typis Petri Franciſci Giffart* 1728.

Sicque à primo ad ultimum videtur, quod attentis hactenus expoſitis declarationibus, allegatum Cæremoniale Gallicum de medio non tollit hunc Cœtum quatuor Equitum, & ad formam

mam adductarum diſtinctionum,
68. conciliari poſſunt inter ſe Scribentes; alias ſi d. Cęremoniale revera intelligendum eſſet excluſivum horum Equitum, dicendum eſſet ipſam Nationem Gallicam, quæ cęteroquin in cunctis diligentiſſima eſt, atque in omni materia proclivis ad ſcribendum, in re ad eorum Nationem peculiariter ſpectante fuiſſe ſocordem, vel ignoraſſe tot Scriptorum, etiam ex eorum Provinciis aſſertiones; vel demum omnium cum admiratione, tam longo tempore exponere diſtuliſſe: quæ omnia, quam a vero abhorreant, nemo eſt qui ignore: unde repetimus, quod contra ſerotinas, atque ideo improbabiles exceptiones, vel probationes exhibere prætendentes obiici ſolet ex Textu famigerato in cap. 1. de *Frigid.*, *& Malefic. Cur tam magnam rem tandiu tacuiſti?*

Cumque Documenta quoad Gallicum Cæremoniale a Critico Scriptore enunciata mutilè referantur, Nos de Hiſtorica veritate, ſolidiſque Documentis undequaque ſolliciti, integras ſuper illis notitias perquirere, & ſcrutari curavimus: quamobrem Epiſtola mediante, ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum Archiepiſcopum Rhemenſem recurſum habuimus, illum ſcilicet Archipręſulem tot Titulis in Gallia Inclytum, eſt enim Primus Dux, & Par Franciæ, in quo ſumma floret humanitas, cæteris Virtutum ſtipata fulgoribus, tanto Archiepiſcopo dignis, quibus omnium animos ſibi devincit, & merito longe lateque præfulget. Hic ergo Nobis tranſmittere ſeriem omnium Documentorum non eſt dedignatus, una cum aliis Notitiis Materiam hanc tangentibus, cunctaque Nos pro Coronide in calce referemus. Porro non ſolum hujuſmodi Scripturarum Gallicarum Monumenta, ſed et alia etiam Typis impreſſa Gallico Idiomate, quo probe inſtructus eſt, occaſione hujus Voluminis, in noſtram Italicam linguam tranſtulit Dominus Pius ex Conſulari Familia Lacchini hujus Civitatis, quem honoris gratia hìc nominamus. Sunt autem tenoris ſequentis.

D' Reims 21. Octobre 1746.

„ JE reçûs, il y a environ 15. jours Monſeigneur la lettre, que „ Vous m' avès fait l' honneur de „ m' ècrire le 12. 7bre dernier; Je „ n' ai differè d' y repondre qu' au„ tant de tems qu' il m' en a fallû, „ pour faire les recherches des eclair„ ciſsements que vous me deman„ des touchants les quattre feudatai„ res de l' Abbaye de S. Remy de „ Reims, qui ont droit de porter „ le Dais, lors que l'on porte pro„ ceſſionellement la S. Ampoulle, „ de la d. Abbaye de S. Remy à l' „ Egliſe Metropolitaine pour le ſa„ cre de nos Roys. Ie vous envoye „ cy joint une memorie, contenant „ tous les eclairciſsements, que j' ay „ pû avoir à ce ſujet; Vous y „ verrès que ce n' eſt pas ſans raj„ ſon que bien des autheurs conte„ ſtent a' ces quattre feudataires le „ titre des Chevaliers, en tout cas „ ils en ont tout au plus le nom, „ & cette pretendûe Chevalerie n' „ eſt point un ordre. Je ſuis char„ mè, Monſeigneur, d' avoir cette „ occaſion de Vous aſsurer du reſ„ pect, & de l' attachement avec „ les quels j' ay l' honneur d' être, „ Vôtre très-humble, & tres-obeiſ„ ſant Serviteur.

L' ARCH. DUC DE REIMS.

Memoire

Memoire touchant les Barons, ou Chevaliers de la S. Ampoulle.

„ LEs quattre Barons, ou Chevaliers de la S. Ampoulle ſont une ſimple denomination, & non un Ordre de Chevalerie, qui joüiſſent de quattre fiefs, qui relevent de l'Abbay de S. Remy, qui ſont les fiefs de Terrier, Belleſtre, Neuviſy & Sovaſtre, qui a cauſe de leurs fiefs pretendent avoir droit de porter le Dais ſous le quel M. l'Abbè, ou le Grand Prieur de S. Remy porte la S. Ampoulle pour le Sacre des Roix, de l'Abbaye de S. Remy a la Cathedrale de Reims proceſſionelement. Cependant leurs fonctions a variè dans les differens Sacres.

„ Le titre le plus ancien, que j'ai trouvè eſt une lettre de l'an 1350. par la quelle quattre Seigneurs tenants fiefs de Monſieur l'Abbè de S. Remy, declarent que la bonne reception, que le d. Seigneur Abbè leur a faite pendant deux jours en ſon Abbaye de S. Remy, qu'ils y ſont venus pour porter les lances du Poële, ou Dais lors du Sacre du Roy Jean, qui fut fait au mois de Septembre 1350. ne doit porter aucun prejudice a la d. Abbaye.

„ Au Sacre de François premier qui ſe fit au mois de Janvier 1514. il eſt marquè, que le Dais ou Pallion fut portè par quattre Vaſſaux de S. Remy.

„ Au Sacre de Henry Second qui ſe fit au mois de Juillet 1547. il eſt marquè, que le Dais, ou Pallion fut portè par quattre Religieux de l'Abbaye de S. Remy revêtus de leurs aubes.

„ Au Sacre de Franççois Second, qui fut fait au mois de Septembre 1559. il eſt marquè, que les Dais, ou Pallion fut portè par quattre Religieux de l'Abbaye de S. Remy revêtus de leurs aubes.

„ Au Sacre de Charles neuf qui fut celebrè au mois de May 1561. il eſt pareillement marquè, que le Dais, ou Pallion fut portè par quattre Religieux de S. Remy revêtus de leurs aubes.

„ Au Sacre d'Henry trois qui ſe fit au mois de Fevrier 1575. il eſt marquè, que le Dais ou Pallion fut auſſi portè par quattre Religieux de l'Abbaye de S. Remy revêtus de leurs aubes.

„ Au Sacre de Lovis Treiſe qui fut celebrè au mois d'Octobre 1610. il eſt marquè, que le Dais, ou Pallion fut portè par M. Thomas de Cauchon de Neufveliſe, & Tercier Chevalier Seigneur, & Châtelain Du d: lieu Baron de Champlat y demeurant; Par Raoul Antoine de la fontaine Eſcujer, Seig. de Belaiſtre, & Neuviſy, Warnecourt, & Angilmont demeurant au d. Neuviſy, & par Jacques de haudreſſon Eſcuier, Seigneur de Louvercy, & de Souaſtre demeurant au d. Louvercy. Tous trois Chevaliers, & Barons de la S. Ampoulle de Monſieur S. Remy, Et au defaut du quattriême Chevalier le quattrieme baſton fut portè par M. Renè Bourgeois Bailly general de la d. Abbaye de S. Remy.

„ Au Sacre de Lovis quattorze, qui fut celebrè au mois de Juin 1654. des quattre Chevaliers, ou Barons de la S. Ampoulle, il ne ſe preſenta que M. Jean Dandreſſon Chevalier Seigneur de Launoy, Louvercy, & des grandes loges, & Baron de la S. Ampoulle, & au defaut des trois

„ trois autres, deux Religieux revê-
„ tus de leurs aubes porterent les
„ deux bâtons de devant du Dais,
„ & les deux autres furent portez
„ par le d. Seig. Dandreſſon, &
„ par M. le Bailly de l' Abbaye.
„ Au Sacre de Lovis quinze qui fut
„ celebrè le 25. Octobre 1722. il eſt
„ marquè que par devant M. le Ba-
„ illy general de l' Abbaye, & Ar-
„ chimonaſtere de S. Remy de
„ Reims, ſon Lieutenant, le Procu-
„ reur Fiſcal, & Greffier de la ju-
„ ſtice de la d. Abbaye compa-
„ rurent Claude de Romance Eſcu-
„ ier, Seigneur de la Malmaiſſon,
„ Terrier, & autres lieux, Officier
„ au Regiment des Gardes; Jean
„ Baptiſte Godet Eſcujer, Seigneur
„ de Sovaſtre en partie; Et Fran-
„ çois de Gaſtinneau Chevalier, Sei-
„ gneur de S. Catherine, Louvercy,
„ Livcy, & de Sovaſtre en partie,
„ Lievtenant, Colonel du Regiment
„ de Cambreſis, & Chevalier de l'
„ Ordre Militaire de S. Lovis. Tous
„ Chevaliers Barons de la S. Am-
„ poulle, a cauſe de leur fief, &
„ Seigneurie de Terrier, & Sova-
„ ſtre, & en qualitè de Vaſſaux de
„ la d. Abbaye, & Archimonaſtere
„ du d. S. Remy, qui avoient re-
„ montiè qu' en leurs d qualitez il
„ leur appartenoit la fonction de
„ porter avec les autres Barons
„ les quattre bâtons du Dais;
„ ou Poêle, ſous le quel la
„ d. S. Ampoulle doit etre portèe;
„ etans pour ce revêtus des habits
„ de leur Chevalerie, & aux offres
„ de preter le Serment au cas requis
„ de ne point perdre de vue la d.
„ S. Ampoulle, & d' emploier tou-
„ tes leurs forces, & juſqu' a la
„ perte de leurs vies pour en pro-
„ curer la conſervation. Et les
„ Chevaliers Barons de Belaiſtre, &
„ Neuviſy n' ètant comparus, a ètè
„ donnè defaut contre eux. Enſuite
„ de quoi les d. S. de Romance
„ Seigneur de Terrier, Godet, & de
„ S. Catherine Seigneurs de Sovaſtre
„ revêtus chacuns de leurs habits
„ de Chevalerie, qui eſt un acoute-
„ ment de ſatin blanc avec un
„ Manteau d' ètoffe de Soye noir,
„ ſur le quel au côtè gauche eſt
„ attachè leurs croix de Chevalerie
„ de la S. Ampoule de fin or, &
„ argent, ornez chacun d' une èc-
„ harpe de velours blanc garnie de
„ creſpine, & franges d' argent,
„ des quelles Sa Majeſtè les a ho-
„ norez, & gratifiez, s' ètant mis a
„ genoux au pied du grand Autel de
„ la d. Abbaye, avec le S. Clignet
„ grand Bailly de la d. Abbaye, &
„ Archimonaſtere du d. S. Remy,
„ a qui appartient le droit de porter
„ le quatriême Bâton du Dais en l'
„ abſence du Chevalier Baron de
„ Neuviſy defaillant, & au lieu du
„ quel la quattrieme ècharpe lui a
„ ètè delivrèe, ils ont pretè le Ser-
„ ment ci deſſus preſcrit entre les
„ mains du Reverend Pere Dom De-
„ nis Godard Grand Prieur de la d.
„ Abbaye, & Archimonaſtere ajant
„ les mains posèes sûr le livre des
„ Evangiles: Et quant a l' Ordre a
„ obſerver pour le port du Dais, a
„ ètè reglè que les deux bâtons de
„ devant ſeroient portez par les d.
„ Seigneurs de Godet, & de S. Cat-
„ herine; & les deux de derriere
„ par le d. S. de Romance Seig.
„ de Terrier, & par le S. Bailly de
„ Abbaye, ce qui a ètè executè.
„ A l' ègard de ce qui eſt portè dans la
„ lettre de M. Evêque de Forli, qu'
„ un Auteur François, dont le livre
„ a ètè imprimè en 1721. pretend

que

„ que cet Ordre eſt fort ſuſpect, &
„ que pour prouver qu' il eſt apocriſe
„ il cite le Ceremonial François, ou
„ l' on dit que c' eſt aux Religieux
„ de S. Remy de porter le Dais ſans
„ faire aucune mention des Cheva-
„ liers en queſtion.
„ Cela peut venir des difficultez ſur-
„ venuës dans les deux derniers Sa-
„ cres. En effet au Sacre de Louis
„ 14. M. Jean Dandreſſon Chevalier
„ de Louvercy, & autres lieux, &
„ Baron de la S. Ampoulle, s' ètant
„ preſentè, & aiant remontrè qu'
„ en ſa d. qualitè il lui appartenoit
„ avec les trois autres Barons de la
„ d. S. Ampoulle de porter les quat-
„ tre batons du Poële ou Dais ſous
„ le quel elle doit être portèe en l'
„ Egliſe de nôtre Dame de Reims, &
„ que pour ce faire il requeroit y
„ être admis. Les Religieux de
„ S. Remy auroient dit au contraire
„ qu' il leur apartenoit, & etroient en
„ poſſeſſion de porter les quattre ba-
„ tons du d. Poële, ainſi qu' il ſe voioit
„ par les procès verbaux des anciens
„ Sacres, requerans y être mainte-
„ nus. A quoi le d. Sieur de Lou-
„ vercy auroit perſiſtè, & dit qu' il
„ parroiſſoit par le procès verbal du
„ dernier Sacre, que ſon Predeceſſeur
„ en la Baronie avoit portè l' un
„ des batons du d. Poële, & pour-
„ tant ètoit en poſſeſſion, & non
„ les d. Sieurs Religieux: Qui pour
„ replique ont repondu que ſi le
„ Predeceſſeur du d. S. de Louvercy
„ en la d. Baronie de la S. Ampoulle
„ avoit portè un des batons du d.
„ Poële au dernier Sacre, cela avoit
„ ètè par tolerance des d. S. Reli-
„ gieux, & non que cela lui appartint.
„ Sur quoi le procès verbal de la con-
„ duite de la d. S. Ampoulle au Sacre
„ de Lovis 13. aiant ètè repreſentè,
„ & d'icelui fait faire lecture par
„ les officiers de la juſtice de S. Re-
„ my, ils ont aux parties octroiè
„ acte de leur dites, & reponſes
„ pour leur ſervir, & valoir en
„ tems, & lieu ce que de raiſon.
„ Et cependant ſans prèjudicier aux
„ droits des parties par proviſion
„ ordonnent que le d. S. de Lou-
„ vercy Baron de la d. S. Ampoulle
„ porteroit l' un des batons du d.
„ Poële. Et d' autant que les au-
„ tres Barons de la d. S. Ampoulle
„ ne ſeroient comparus àprès avoir
„ ètez appellez a haute voix par le
„ Greffier du d. Bailliage de S.
„ Remy, il a ètè reglè que deux
„ Religieux de S. Remy revêtus de
„ leurs aubes porteroient les deux
„ batons de devant du Dais, & que
„ les deux autres ſeroient portès par
„ le d. Seigneur Dandreſſon, & par
„ le grand Bailly de S. Remy.
„ Au Sacre de Lovis 15. ſe ſont pre-
„ ſentez par devant les Officiers de la
„ juſtice de S. Remy, Claude de
„ Romance, Eſcuier, Seigneur de la
„ Malmaiſon, Terrier, & autres lieux;
„ Jean Baptiſte Godet, Eſcuier,
„ Seigneur de Souvaſtre en partie;
„ Et François de Gaſtineau Che-
„ valier, Seigneur de S. Catherine,
„ & de Souvaſtre en partie, tous
„ Chevaliers, Barons de la S. Am-
„ poulle, a cauſe de leurs Seigneu-
„ ries de Terrier, & Sovuaſtre en
„ qualitè de Feudataires de l' Abba-
„ ye de S. Remy, les quels ont re-
„ montrè qu' en leurs d. qualitez il
„ leur appartenoit la fonction
„ de porter avec les autres Barons
„ les quattre batons du Dais, ou
„ Poële ſous le quel la d. S. Am-
„ poulle doit être portèe, & ont
„ requis d'y être admis, ètant pour
„ ce revetûs des habits de leur Che-

„ valerie : a quoi M. le Grand Pri-
„ eur, & les Religieux de S. Remy
„ ſe ſont oppoſez, diſant que cette
„ fonction leur appartenoit ſuivant
„ les anciens procès verbaux qu' ils
„ ont repreſentez : Et après que les
„ d. Seigneurs Chevaliers ont remon-
„ trè au contraire par leurs Prede-
„ ceſſeurs, ou aucuns d' eux ont eu
„ l' Honneur de porter les Dais aux
„ deux derniers Sacres de Lovis 13.
„ & de Lovis 14. de glorieuſe me-
„ moire, dont on a produit, &
„ fait la lecture des procès verbaux,
„ il a ètè ordonnè que par provi-
„ ſion, & ſans prejudicier aux droits
„ des parties au principal, les d.
„ Chevaliers porteroient le Dais au
„ Sacre preſentement a faire.
„ Tous les extraits çy deſſus ont ètè
„ tirez des procès verbaux de cha-
„ que Sacre, dont les originaux ſont
„ dans les Archives de l' Abbaye de
„ S. Remy.

Copia
Di Reims adì 21. Ottobre 1746.

„ Ricevei quindici giorni ſono in
„ circa, ò Monſignore, la
„ lettera, quale mi avete onorato
„ di ſcrivere adì 12. Settembre, e
„ non ho differito riſpondere a quel-
„ la, ſe non tanto, quanto mi è
„ abbiſognato per far fare le ricer-
„ che dei lumi, che mi richiedete
„ ſpettanti ai quattro Feudatarj dell'
„ Abbazia di S. Remigio di Reims,
„ che hanno diritto di portare il
„ Baldachino, allorche ſi porta pro-
„ ceſſionalmente la Santa Ampolla
„ dall' Abbazia di S. Remigio alla
„ Chieſa Metropolitana per la con-
„ ſecratione de' noſtri Rè. Mando
„ quì anneſſa una Memoria conti-
„ nente tutti quei lumi, che mi è
„ riuſcito ritrovare a queſto propo-
„ ſito. Conoſcerete da queſta che
„ non ſenza ragione molti Autori
„ contraſtano a queſti quattro Feu-
„ datarj il titolo di Cavalieri, i qua-
„ li al più hanno ſolamente il nome,
„ e che queſta preteſa Cavalleria
„ non è un' Ordine. Mi conſolo
„ intanto, o Monſignore, di avere
„ queſta occaſione per aſſicurarvi del
„ riſpetto, e della propenſione colla
„ quale io hò l' onore di eſſere umi-
liſſimo, ed ubbidientiſſimo Servi-
„ tore

L'ARCIVESCOVO DUCA DI REIMS.

Copia
Memoria concernente ai Baroni, ò Cavalieri della S. Ampolla.

„ Li quattro Baroni, o Cava-
„ lieri ſono una ſemplice de-
„ nominazione, e non un' Ordine
„ di Cavalleria, che godono dei
„ quattro Feudi, che rilevano dalla
„ Abbazia di S. Remigio, e ſono i
„ Feudi di Terrier, Belleſtre, Neu-
„ viſy, e Souvaſtre, i quali quattro
„ Baroni della S. Ampolla a cauſa
„ de' loro Feudi pretendono avere
„ il diritto di portare il Baldachino,
„ ſotto del quale il Signore l' Ab-
„ bate, ò il Gran Priore di S. Re-
„ migio porta la S. Ampolla per la
„ Conſecrazione dei Rè dall' Abba-
„ zia di S. Remigio proceſſional-
„ mente alla Chieſa di Reims Cat-
„ tedrale. Le loro funzioni però ſi
„ ſono variate in differenti Conſe-
„ crazioni.
„ Il titolo più antico, che io hò trova-
„ to, è una Lettera dell' anno 1350.
„ nella quale quattro Signori Tenen-
„ ti Feudatarj del Signore l' Abbate
„ di S. Remigio fanno queſta di-
chiara-

„ chiarazione, cioè che la buona „ accettazione, la quale il detto Si„ gnore Abbate ha loro fatto in due „ giorni nella propria Abbazia di „ S. Remigio, allorche vi erano ve„ nuti per portare le Lancie dello „ Stendardo, o Baldachino per la „ Conſecrazione del Re Giovanni „ fattaſi nel Meſe di Settembre, non „ doveva portare alcun pregiudicio „ alla ſuddetta Abbazia.

„ Nella Conſecrazione di Franceſco „ Primo, che feceſi nel meſe di „ Gennajo dell' anno 1514. ſtà nota„ to, che il Baldachino fu portato „ da quattro Beneficiati di S. Re„ migio.

„ Nella Conſecrazione di Enrico Se„ condo fattaſi nel meſe di Luglio „ dell' anno 1547. ſta ſcritto, che „ il Baldachino fu portato da quat„ tro Religioſi dell' Abbazia di S. „ Remigio veſtiti de' loro Camici.

„ Nella Conſecrazione di Franceſco Se„ condo, che ſi fece nel meſe di „ Settembre dell' anno 1559, ſi ve„ de che il Baldachino fu portato „ da quattro Religioſi dell' Abbazia „ di S. Remigio veſtiti de' loro Ca„ mici.

„ Nella Conſecrazione di Carlo Nono, „ che fu celebrata nel Meſe di Mag„ gio, ſtâ parimenti notato, che il „ Baldachino fu portato da quattro „ Religioſi di S. Remigio veſtiti de' „ loro Camici.

„ Nella Conſecrazione di Enrico Terzo „ ſegvita nel Meſe di Febbrajo nell' „ anno 1575. ſtà ſcritto, che il Bal„ dachino fu ſimilmente portato da „ quattro Religioſi dell' Abbazia di „ S. Remigio veſtiti de' loro Cami„ ci.

„ Nella Conſecrazione di Luigi Terzo„ decimo celebrataſi nel Meſe di Ot„ tobre dell' anno 1610., ſi vede, „ che il Baldachino fu portato dal „ Signore Tommaſo di Caucon „ di Neufveliſe, e Tercier Cava„ liere, Signore, e Caſtellano del „ detto Luogo, Baron di Cham„ plat ivi dimorante; dal Signore „ Raoul Antonio della Fontana Scu„ diere, Signore di Belaiſtre, e „ Neuviſy Warnecourt, e Angil„ mont dimorante in Neuviſy, e „ dal Sig. Giacomo di Haudreſſon „ Scudiere, Signore Louvercy, e di „ Souvaſtre dimorante in Louvercy, „ tutti trè Cavalieri, e Baroni della „ S. Ampolla di S. Remigio, ed in „ mancanza del quarto Cavaliere, il „ quarto Baſtone fu portato dal Sig. „ Renato Cittadino Balì Generale „ della detta Abbazia di S. Remi„ gio.

„ Nella Conſecrazioue di Luigi Quar„ to decimo, che fu celebrata nel „ Meſe di Giugno del 1654., non ſi „ preſentò dei quattro Cavalieri, o „ Baroni della S. Ampolla, ſenon che „ il Sig. Giovanni d' Andreſſon Cava„ liere, Sig. di Lavnoy Louvercy, e „ dei gran Palchi, e Barone della „ Santa Ampolla, e in mancanza „ degli altri tre, due Religioſi veſtiti „ de' loro Camici portarono li due „ Baſtoni della parte davanti del Bal„ dachino, e gli altri due furono „ portati dal detto Sig. di Andreſ„ ſon, e dal Sig. Balì dell' Abba„ zia.

„ Nella Conſecrazione di Luigi Quinto „ decimo che fu celebrata li 25. Ot„ tobre 1722. ſi vede che avanti il „ Sig. Balì Generale dell' Abbazia, e „ dell' Arcimonaſtero di S. Remigio „ di Reims ſuo Luogotenente, ed il „ Procuratore Fiſcale, e Notajo del„ la Giuſtizia della detta Abbazia, „ comparirono Claudio di Romance „ Scudiere, Signore della Malmai-

,, ſon, Terrier, e d' altri Luoghi ,, Ufficiale del Reggimento delle ,, Guardie: Giovanni Batiſta Godet ,, Scudiere, Signore di Sovaſtre in ,, parte, e Franceſco di Gaſtineau ,, Cavaliere, Signore di Santa Cate- ,, rina, Louvercy, Lircy, e di Sou. ,, vaſtre in parte, Luogotenen. ,, te Colonello del Reggimento di ,, Cambreſis, e Cavaliere dell' Or- ,, dine Militare di S. Luigi, tutti ,, Cavalieri Baroni della S. Ampolla ,, a cauſa dei loro Fevdi, e Signo- ,, rie di Terrier, e Souvaſtre, e in ,, qualità di Beneficiati della detta ,, Abbazia, ed Arcimonaſtero di ,, S. Remigio, i quali avevano di- ,, moſtrato, che per i detti loro ti- ,, toli ſpettavaſi loro la funzione di ,, portare cogli altri Baroni li quat- ,, tro Baſtoni del Baldachino, ſotto ,, del quale doveva eſſere portata la ,, detta Santa Ampolla, eſſendoſi ,, per queſto veſtiti degli Abiti del- ,, la loro Cavalleria, e all' oblazione ,, del Giuramento in tale occaſione ,, richieſto: cioè di non perdere di ,, viſta la Santa Ampolla, e d' im- ,, piegare tutte le loro forze ſino a ,, perdere la Vita, per procurarne la ,, conſervazione. Ed i Cavalieri ,, Baroni di Belaiſtre, e Neuviſis non ,, eſſendo comparſi, loro è ſtato at. ,, tribuito per mancamento, e di- ,, fetto. In ſequela di ciò li detti ,, Signori di Romance, Signore di ,, Terrier, Godet, e di Santa Cate- ,, rina, Signori di Souvaſtre, veſtiti ,, ciaſcheduno de' loro Abiti di Ca. ,, valleria, ch'è un Veſtito di raſo ,, bianco, con un Mantello di ſtof- ,, fa di ſeta nera, ſopra del quale a ,, mano ſiniſtra era attaccata la Cro- ,, ce della Cavalleria della S. Ampolla ,, di fin' oro, ed argento, e ciaſcu- ,, no era ornato di uno Straſcico di ,, velluto bianco guernito di Creſpi- ,, no, e frange d'argento, de' qua- ,, li ſua Maeſtà gli ha onorati, e ,, graziati. Eſſendoſi meſſi in gi- ,, nochio a piedi dell' Altare mag- ,, giore della ſuddetta Abbazia col ,, Sig. Clignet Gran Balì della detta ,, Abbazia, e Arcimonaſtero di S. ,, Remigio, a cui ſpettaſi il portare ,, il quarto Baſtone del Baldachino ,, nell' aſſenza del Cavaliere Barone ,, di Neuviſis, a cui in mancanza ,, del detto venne conceſſo il quarto ,, Straſcico, hanno preſtato il giura- ,, mento quì ſopra eſpoſto nelle ,, mani del Rev. P. D. Dionigio ,, Godard Gran Priore della detta ,, Abbazia, ed Arcimonaſtero, te- ,, nendo le mani ſul Libro degli E. ,, vangeli; e quanto all' ordine da ,, oſſervarſi nel portare il Baldachino, ,, ſi è determinato, che i due Baſtoni ,, anteriori ſieno portati da' Signori ,, di Godet, e di S. Caterina, e gli ,, altri due poſteriori dal Sig. di Ro- ,, mance, Signor di Terrier, e dal ,, Sig. Balì dell' Abbazia, il che è ,, ſtato eſeguito.

,, Riſpetto a ciò, che ſtà ſcritto nella ,, Lettera di Monſignor Veſcovo di ,, Forlì, che un' Autore Franceſe, ,, il di cui Libro è ſtato ſtampato ,, nel 1721. pretende, che queſt'Or. ,, dine ſia aſſai ſoſpetto, e che per ,, provare ch'egli è Apocrifo, cita ,, il Cerimoniale Franceſe, ove ſi ,, dice, che ſi appartiene ai Religio- ,, ſi di S. Remigio di portare il Bal- ,, dachino ſenza fare alcuna menzio- ,, ne de' ſuddetti Cavalieri.

,, Ciò può accadere dalle difficultà ſo- ,, praggiunte nell' ultime due Sacre. ,, Ed in fatti nella Conſecrazione di ,, Luigi Quarto decimo, il Sig. Gio- ,, vanni di Andreſſon Cavaliere, Si- ,, gnore di Louvercy, ed altri Luo. ,, ghi,

„ ghi, Barone della S. Ampolla, eſ-
„ ſendoſi preſentato, ed avendo di-
„ moſtrato, che a Lui per la ſua di-
„ gnità ſi apparteneva cogli altri trè
„ Baroni della S. Ampolla di porta-
„ re li quattro Baſtoni del Balda-
„ chino, ſotto del quale ſi porta alla
„ Chieſa di Noſtra Signora di Reims,
„ e che perciò fare ricercava di eſ-
„ ſervi ammeſſo; li Religioſi di San
„ Remigio riſpoſero in contrario,
„ cioè che ſi apparteneva loro, e
„ che n' erano in poſſeſſo di porta-
„ re li quattro Baſtoni del detto Bal-
„ dachino, ſiccome ſi vedeva negli
„ Atti delle antiche Conſecrazioni,
„ ſoſtenendo eſſervi ſi mantenuti. Al-
„ la qual coſa il detto Signore di
„ Louvercy aveva ripugnato, e det-
„ to, che appariva dagli Atti dell'
„ ultima Conſecrazione, che il ſuo
„ Predeceſſore nella Baronia aveva
„ portato uno de' Baſtoni del detto
„ Baldachino, e che perciò egli ne
„ era in poſſeſſo e non i Signori
„ Religioſi, i quali per riſpoſta han-
„ no detto, che ſe il Predeceſſore
„ del Sig. Louvercy nella ſua Baro-
„ nia della S. Amppolla avea porta-
„ to uno de' Baſtoni del Baldachino
„ nell' ultima Conſecrazione, ciò
„ era ſtato per tolleranza de' detti
„ Religioſi, e non perchè a Lui ſi
„ apparteneſſe.

„ Sopra di che gli Atti della condot-
„ ta della Santa Ampolla nella Con-
„ ſecrazione di Luigi Terzo decimo
„ fatti leggere dagli Uficiali della
„ Giuſtizia di S. Remigio, ſi è loro
„ accordato quanto chiedevano per
„ ſervirli in ciò che foſſe di ragio-
„ ne. E intanto ſenza pregiudicare
„ al diritto delle parti, proviſional-
„ mente ordinarono, che il Sig. di
„ Louvercy Barone della detta San-
„ ta Ampolla portaſſe uno de' Ba-
„ ſtoni del Baldachino, e ſe gli al-
„ tri Baroni della detta S. Ampolla
„ non foſſero comparſi dopo eſſere
„ ſtati chiamati ad alta voce dal
„ Notajo del Baliato di S. Remigio,
„ ſi è ordinato, che due Religioſi
„ di S. Remigio veſtiti de' loro Ca-
„ mici portino i due Baſtoni ante-
„ riori del Baldachino, e che gli
„ altri due ſieno portati dal detto
„ Sig. d' Andreſſon, e dal Gran Balì
„ di S. Remigio.

„ Nella Conſecrazione di Luigi Quin-
„ to decimo ſi ſono preſentati avan-
„ ti gli Uficiali della Giuſtizia di
„ S. Remigio Claudio di Romance
„ Scudiero, Signore della Malmai-
„ ſon Terrier, e di altri Luoghi,
„ Giovanni Batiſta Godet Scudiero,
„ Signore di Sovaſtre in parte, e
„ Franceſco di Gaſtineau Cavaliere,
„ Signore di S. Caterina, e di Sou-
„ vaſtre in parte tutti Cavalieri, e
„ Baroni della S. Ampolla a motivo
„ delle loro Signorie di Terrier, e Sou-
„ vaſtre in qualità di Feudatarj del-
„ l' Abbazia di S. Remigio, e que-
„ ſti hanno dimoſtrato, che per i
„ loro titoli loro ſi aſpettava la
„ funzione di portare cogli altri Ba-
„ roni li quattro Baſtoni del Balda-
„ chino, ſotto del quale deve eſſere
„ portata la detta S. Ampolla, ed
„ hanno richieſto di eſſervi ammeſſi,
„ eſſendoſi a queſto fine veſtiti degli
„ abiti della loro Cavalleria, al che
„ il Gran Priore, e i Religioſi di S.
„ Remigio ſi ſono oppoſti, dicendo,
„ che queſta Funzione ſpettava lo-
„ ro ſecondo gli Atti antichi, che
„ hanno rappreſentati, e dopo che
„ li detti Cavalieri hanno fatto vedere
„ il contrario, cioè che i loro Pre-
„ deceſſori, ò alcuni di eſſi hanno
„ avuto l' onore di portare il Bal-
„ dachino nelle ultime due Conſe-
crazioni

„ crazioni di Luigi Terzo decimo,
„ e Quarto decimo di glorioſe memorie, gli atti delle quali Conſe„crazioni eſſendoſi prodotti, e letti, è ſtato ordinato che proviſionalmente, e ſenza pregiudicare al
„ diritto delle parti, li detti portaſſero il Baldachino nella conſecrazione proſſima a farſi.
„ Tutti gli eſtratti qui ſopra addotti
„ ſono ſtati cavati dagli Atti di ciaſcuna Conſecrazione, gli Originali de' quali ſono negli Archivj dell'
„ Abbazia di S. Remigio.

Præterea integrum Ceremoniale cum quo celebrata fuit Conſecratio Sacræ Majeſtatis Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Ludovici XV. habetur per extenſum apud allegatum Dominum *Hermant d. Tom. 1. à pag. 64. cum ſeqq*

Dilutis ratione, & auctoritate, ut ſperandum eſt, Criticorum dictis, jam exponamus oportet Catalogum Magnorum Magiſtrorum hujus Ordinis, ſeu Cœtus Equitum; & licet unico verbo ſufficeret dicere, quod ſunt omnes Galliarum Reges, nihilominus eos diſtinctim hìc enumerabimus eo modo, quo Scriptores enumerant ſequenti methodo.

I. anno 499. Clodovæus Rex Franciæ, qui in Sacro Baptiſmate Ludovicus I. nuncupatus fuit, quique ſecundum aliquos Scriptores hunc Ordinem, vel Cœtum inſtituit, & poſtmo, dum regnavit annos 15.

II. anno 514. Ghidelbertus Clodovæi Filius, qui regnavit annos 48.

III. anno 562. Clotarius Frater Ghidelberti regnavit annos 3.

IV. anno 565. Cherebertus Filius Clotarii regnavit annos 8.

V. anno 572. Chilpericus Frater Cheреberti regnavit annos 14.

VI. anno 586. Clotarius II. Filius Chilperici regnavit annos 43.

VII. anno 629. Dodobertus Filius Clotarii II. regnavit annos 16.

VIII. anno 644. Clodovæus II., Filius Godoberti regnavit annos 16.

IX. anno 660. Clotarius III. Filius Clodovæi II. regnavit annos 4.

X. anno 665. Theodoricus Frater Clotarii II. ejectus regnavit annos 2.

XI. anno 667. Childericus II. Frater Clotarii III. regnavit annos 3.

XII. anno 670. Theodoricus reſtitutus Regno regnavit annos 20.

XIII. anno 690. Clodovæus III. Filius Theodorici regnavit annos 4.

XIV. anno 694. Chidelbertus II. Frater Clodovæi III. regnavit annos 18.

XV. anno 711. Dagobertus II. Filius Chidelberti II. regnavit annos 6.

XVI. anno 714. Clotarius IV. Frater Dagoberti tirannice intrat ad excluſionem Fratris, quatuordecim, ſed ſolus regnavit annos 4.

XVII. anno 719. Chilpericus II. Frater Clotarii IV. Monatus nuncupat. regnavit annos 4.

XVIII. anno 722. Carolus Martellus Princeps, aut Dux Franciæ Regnum gubernavit annos 5.

XIX. anno 727. Theodoricus *II.* dictus Calenſis Filius Dagoberti *II.* regnavit annos 14.

XX. anno 741. Chidelricus *IV.* Frater Theodorici *II.* ultimi ex Merovingis regnavit annos 9.

XXI. anno 751. Pipinus olim Magiſter Palatii, aut Præfectus Domus electus Princeps, poſtea Rex, regnavit annos 17.

XXII

XXII. anno 768. Carolus Magnus filius Pipini Rex, & Imperator regnavit annos 45.
XXIII. anno 814 Ludovicus Pius filius Caroli Magni Rex, & Imperator regnavit annos 26.
XXIV. anno 840. Carolus II. Calvus filius Ludovici Rex, & Imperator regnavit annos 37.
XXV. anno 877. Ludovicus II. Balbus Frater Caroli II. regnavit annum 1.
XXVI. anno 879. Ludovicus III. filius naturalis Ludovici Balbi regnavit annos 3.
XXVII. anno 881. Carolomanus Frater Ludovici III. regnavit annos 4.
XXVIII. anno 885. Carolus III. Craſſus filius Ludovici Rex Germaniæ regnavit annos 3.
XXIX. anno 888. Odo Tutor Caroli Simplicis rexit ut Rex annos 5.
XXX. anno 894. Carolus IV. ſimplex Rex filius Ludovici Balbi Imperatoris regnavit annos 32.
XXXI. anno 923. Rodulphus Burgundiæ filius Riccardi acclamatus Rex, vivente Carolo ſimplici regnavit annos 12.
XXXII. anno 929. Ludovicus IV. filius Caroli ſimplicis ad Regnum vocatus contra Rodulphum regnavit annos 25.
XXXIII. anno 954. Lotharius filius Ludovici IV. regnavit annos 31.
XXXIV. anno 986. Ludovicus V. filius Lotharii regnavit annum 1.
XXXV. anno 987. Hugo, ſeu Huganus Capeto, Comes Pariſien. regnavit annos 10.
XXXVI. anno 998. Robertus filius Hugonis regnavit cum Patre nuncupato Pio, aut devoto Inſtitutor antiqui Ordinis Stellæ in Gallia regnavit annos 36.
XXXVII. anno 1033. Henricus filius Roberti regnavit annos 27.
XXXVIII. anno 1060. Philippus reſtaurator Ordinis Galli, & Canis in Gallia regnavit annos 42.
XXXIX. anno 1102. Ludovicus VI. Craſſus filius Philippi regnavit annos 30.
XL. anno 1132. Ludovicus VII. filius Craſſi regnavit annos 44.
XLI. anno 1179. Philippus II. Auguſtus filius Ludovici VII. regnavit annos 43.
XLII. anno 1223. Ludovicus VIII. filius Philippi Auguſti nuncupatus Leo regnavit annos 3.
XLIII. anno 1226. Sanctus Ludovicus IX. fundator Ordinum Gineſtræ, & Navis regnavit annos 44.
XLIV. anno 1270 Philippus III. Audax filius Divi Ludovici regnavit annos 14.
XLV. anno 1284. Philippus IV. pulcher filius Philippi III. regnavit annos 29.
XLVI. anno 1314. Ludovicus X. filius Philippi IV. regnavit annum 1.
XLVII. 1315. Philippus V. longus Frater Ludovici X. regnavit annos 7.
XLVIII. anno 1322. Carolus V. pulcher filius Philippi Longhi regnavit annos 5.
XLIX. anno 1328. Philippus XI. de Valoe Catholicus Nepos Philippi pulchri regnavit annos 32.
L. anno 1350. Joannes filius Philippi VI. fundator Ordinis ſecundi Stellæ regnavit annos 13.
De Ordine Stellæ Vide noſtrum Diſcurſum de Eo.

LI.

LI. anno 1364. Carolus VI. ſapiens filius Joannis regnavit annos 16.

LII. anno 1380. Carolus VII. Beneamatus filius Caroli VI. regnavit annos 42.

LIII. anno 1422. Carolus VIII. filius Caroli VII. virtuoſus regnavit annos 38.

LIV. anno 1461. Ludovicus XI. filius Caroli VIII. Fundator Ordinis Regii Sancti Michaelis in Gallia regnavit annos 23.

LV. anno 1483. Carolus VIII., ab aliquibus nuncupatus IX. filius Ludovici regnavit annos 14.

LVI. anno 1498. Ludovicus XII. antea Dux Aurelianenſis, & Valoe regnavit annos 16.

LVII. 1515. Franciſcus I. filius Ludovici XII. regnavit annos 32.

LVIII. anno 1547. Henricus II. de Valois filius Franciſci I. regnavit annos 12.

LIX. anno 1559. Franciſcus II. Frater Henrici regnavit annum 1.

LX. anno 1560. Carolus IX., aut ſecundum alios X. Frater Franciſci II. regnavit annos 13.

LXI. anno 1574. Henricus III. Fundator Regii Ordinis Spiritus Sancti in Gallia regnavit annos 15.

LXII. anno 1589. Henricus IV. Borbonius filius Antonii Regis Navarrę regnavit annos 20.

LXIII. 1610. Ludovicus XIII. Juſtus filius Henrici IV. regnavit annos 33.

LXIV. anno 1643. Ludovicus XIV. nuncupatus Magnus, Reformator omnium Ordinum Militarium in Gallia, & Reſtavrator Ordinis Sancti Lazari, & Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo.

Antedictus Catalogus Galliarum Regum uſque ad Ludovicum XIV. ſic texitur ab *Abbate Juſtiniano in prælaudata Hiſtoria Chronologica Ordinum Militarium Parte Prima cap. 6. agente de Ordine Sanctæ Ampullæ pag.* 84., *& ſeq.*

Eodem modo refert *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 1. §. 6. agens *de Equitibus Sancti Remigii, aut Sacrę Ampullæ à pag.* 175. *cum ſeqq. juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. Ubi ſupplendo præfatum Abbatis *Juſtiniani* Catalogum terminantem cum d. Ludovico XIV. tunc regnante, ſubdit, d. Ludovicum XIV. regnaſſe annos 72. Addit demùm ſub *numero LXVI. ſub Anno* 1715. Ludovicum XV. feliciſſime de præſenti regnantem in Gallia, de quo ſic loquitur -- *Louis XV. Regnant arrière petit Fils de Louis XIV.*

Omnibus autem notiſſimum eſt ter auguſtum Regem in Gallia nunc regnantem Ludovicum XV. eſſe pronepotem d. Magni Ludovici XIV. dictoque Proavo ſuo mortuo, in Regnum Galliæ ſucceſſive ſub tutela Philippi Ducis Aurelianenſis. Porrò Ludovicus XV. Galliarum Rex natus eſt 15. Februarii 1710. proclamatus Rex 1. Septembris 1715., & coronatus 25. Octobris 1722.

Cœterum Chronologiam Galliarum Regum, non ſolum à Clodovæo, ſed antiquioribus etiam Regibus deſumptam, cum Notis temporum, locorumque, quibus Sceptra tenuere in Francia Reges; tum ex Prima Stirpe, ſeu Dynaſtia, quæ à Meroveo Rege Merovingia dicitur, tum ex Secunda Stirpe, vel Dynaſtia nuncupata Carolovingia, eo quia Pipinus Caroli Martelli filius exordium ei

dedit

dedit. Ac demum ex Tertia Dynaſtia, ſeu Stirpe, quæ Capetiana appellatur ab Ugo Capeto, qui in Francia Regiam Dignitatem obtinuit latè, & dilucide parum à prima diſcordantem, exponit *Pater Ignatius Amatus de Graveſon in Continuatione Tabularum Chronologicarum, quæ ad præfigenda Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tempora apprime neceſſariæ ſunt, Tom. 9. Octava Tabula Chronologica à pag. 115. uſque ad pag. 154. juxta impreſſ. Romæ Typis Ludovici Tinaſſi, & Hieronymi Mainardi* 1722.

DISCURSUS XX.

SANCTI ANDREÆ IN MOSCOVIA.

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

MOſcovię Czar, cupiens Ditionis ſuæ Viros Nobiles ad Bellum contra Turcas excitare, Ordinem Militarem inſtituit anno 1698. ſub auſpiciis Sancti Andreæ Apoſtoli, quem in Moſcoviam primum Chriſtianam Religionem invexiſſe, memoriæ proditum eſt, ejuſdemque Ordinis idem Czar ſe Caput, & Magnum Magiſtrum declaravit.

In Ordinis Teſſeram præſcripſit Crucem Divi Andreę ex una parte Imaginem ejuſdem Sancti Apoſtoli pendentem ab extremitate alterius parvæ Crucis cum his duabus literis *S. A.* & altera parte adeſt Titulus Principis cum his verbis -- *Il Czar Pietro Conſervatore di tutta la Ruſſia.* In ſuperiori Crucis angulo adeſt Corona Anulo argenteo affixa, qui Anulus ſuſtinetur a funiculo albo; in aliis autem tribus Crucis angulis adeſt Aquila Ruſſia, duo habens Capita, & in medio adeſt Eques armatus. Ordinis hujus Inſignia primum contulit Nobilibus illis, qui contra Turcas generoſe pugnaverant, ſubindeque cum idem Czar Sociani cum Rege Poloniæ Armis contra Suecos Bellum geſſerit, Milites, qui in Livonia, & Polonia præclare ſe geſſerunt, eodem Equeſtri hujus Ordinis Gradu inſignivit. Lege Volumen, cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo Venetiis impreſ. Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin anno* 1720. *tom.* 4. *Pag.* 305. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Libr.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 4. *pag.* 158. *juxta impreſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. ubi ſubdit, quod inſcriptio ſic erat -- *Czar Pierre Monarque de toute la Ruſſie, &* exponit, quod *La Marque de cet Ordre eſt une Medallie d' or, ou il y a ſur un cotè une Croix de Saint Andrè, & ſur l' autre on lit d. Inſcriptio. Cette Medaille eſt attachè a un Cordon bleu, que ſe porte de droit a gauche. Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Polonia in ſuo Corollario Omnes Ordines complectente in verbo Sancti Andreæ in Moſcovia pag.* 229. *quod eſt impreſſ. in calce Voluminis ejuſdem Auctoris, cui Titulus -- Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730., ubi ſic inquit - *Inſignia Osdinis ſunt Crux decuſſatim confecta cum Icone Divi Andreę, quam Aquila biceps in pectore geſtat ſupereminente Corona*

Imperiali pendet in Tenia cærulea undata diagonaliter à latere dextro, e regione vero conſpicitur ſtella argentea in Veſtibus Equitum, cujus medium Crux parva decuſſatim expreſſa acu picta occupat in campo cyonĝo habens circum circa inſcriptionem .. Petrus Czar, & Authocrator totius Ruſſiæ.

Collatus eſt idem Ordo Sereniſſimo Auguſto Secundo Regi Poloniæ, tum Jacobo Comiti de Fleming Præfecto olim Stabuli M. D. L. Nec non Joanni Comiti Sapieha Capitaneo Bobroyſcenſi Felt Mareſchallo Exercituum Ruſſiæ.

Sub pagina autem antecedenti *ſignata pag.* 222. ultimo loco, ponit delidicti d. Teſſeram.

DISCURSUS XXI.

S. ANDREÆ CARDUI ET SERTI RUTÆ IN SCOTIA

ARGUMENTUM

Auctoribus Regnum Scotiæ deſcribentibus præmiſſis, narratur Inſtitutio Equeſtris Ordinis Sancti Andreæ Cardui, à quo, & quo tempore fuerit peracta: exponitur Teſſera ejuſdem. Sic etiam agitur de Ordine Rutæ, & quoad utrumque adducitur infelix temporum, rerumque viciſſitudo: & tandem refertur Regum Scotiæ ſeries, in quibus concurrit Magnorum Magiſtrorum qualitas.

SUMMARIUM

1. *Scotiæ Regni deſcriptio apud quem habeatur.*
2. *Sanctus Andreas fuit etiam ab antiquo Protector Scotiæ.*
3. *Sanctus Andreas apparuit in ſomnis Hungoni Mareſchallo Achaii Regis Scotię, & ei Victoriam promiſit contra Atheleſtanum Anglo-Saxonum Regem; & in ſignum Victoriæ promiſit ſe daturum Crucem.*
4. *Crux Diagonalis Sancti Andreæ apparuit viſibilis non ſolum Scotis, & Pictonis Militibus, ſed etiam ipſis Anglis.*
5. *Hungo ad inſtar Conſtantini Imperatoris d. Crucem ponit in Vexillis, & tradit Militibus.*
6. *Hungo debellat Regem Anglo-Saxonem Atheleſtanum.*
7. *Pro Victoria Proceſſionaliter ſe confert ad Eccleſiam Sancti Andreæ pro reddenda Gratiarum actione, & eidem pretioſa donaria tribuit,* & n. 8.
8. *Votum emittit extollendi ſemper in Vexillis Crucem Sancti Andreæ.*
9. *Fuiſse autem Inſtitutum conſtat anno* 809. *ab Achajo Rege in Eccleſia Edemburgi.*
10. *Equitum numerum ſtatuit juxta numerum Apoſtolorum, hoc eſt duodecim.*
11. *Se, ejuſque in Regno Succeſſores Caput, & Magnum Magiſtrum decrevit.*
12. *Torquem aureum præſcripſit contextum variis floribus Cardui, à quo Numiſma pendet, continens Imaginem Sancti Andreæ Apoſtoli, manibus tenentis Crucem, cui fuit affixus, cum lemmate* .. Nemo me impune laceſſit.
13. *Lemma alii dicunt fuiſſe* .. Pour ma defenſe, *hoc eſt ad ſui defenſam, quod parum diſtat à primo lemmate.*
14. *Natura Cardui exponitur.*
15. *Torquis figura, à quo referatur,* & n. 18. & 20.
16. *Stemma Scotiæ quid ſit* &. n. 17.
19. *Equites Cardui nullum peculiarem Habitum habent.*
20. *Teſſera Ordinis quæ ſit.*
21. *Figura Equitis induti Veſte Nobilium.*
22. *Vitta, cui appenditur Teſſera, eſt Serica, cianæi coloris, & quomodo deferatur.*

23. *Teſſera diverſimode defertur.*
24. *Rex Achajus Fundator condidit optimas Leges.*
25. *Sedem Ordinis ſtatuit Edembergæ.*
26. *Quod fuerit Inſtitutor Rex Achajus impugnatur.*
27. *Alium fuiſſe Inſtitutorem perpenditur*, & n. 28.
29. *Conciliantur Auctoritates allegatę.*
30. *Infortuniis fuit aliquando ſubiectus Ordo.*
31. *Rutæ Ordo quando fuerit inſtitutus.*
32. *Ordo Rutę an fuerit unus ſeparatim ab Ordine Cardui, vel unitus cum eo*, &. *n.* 33.
34. *Ordo Rutæ in quo conſiſtat, & ejus Teſſera, &* Lemma, & n. 35.
35. *Ruta quid ſit.*
36. *Vexillum Ordinis quale fuerit?*
37. *Ordo Cardui, & Rutę quare pari paſſu perierint?*
48. *In Civitate Londini in Anglia de Anno* 1742. *creatus fuit Eques S. Andreæ.*
39. *Catalogus adducitur Regum Scotię, & Magnorum Magiſtrorum dd. Ordinum.*

DISCURSUS XXI.

S. ANDREÆ CARDUI ET SERTI RUTÆ IN SCOTIA

1. PRO dilucidatione Scotici hujus Equeſtris Ordinis præmittimus, quod videri poterit Hiſtoricus d. Regni *Joannes Huker in Hiſtoria Scotię, & Abbas Lenglet Dufreſnoe in ſuo Libello -- Geografia &c. overo metodo breve di Geografia, Lezione ſeſta pag.* 11. *juxta impreſſionem Venetam* 1737. *Typis Ludovici Pavini.*
Pręmittimus etiam Nobile Regnum Scotiæ ab antiquiſſimo tempore ſub
2. glorioſiſſimi Apoſtoli Andreæ potentiſſima Protectione fuiſſe, ut Scotici Annales referunt; ex quibus conſtat, quod cum de anno 810. in Regio Scotiæ Trono regnaret Achajus, tuncque temporis Scotiam Bello infeſtaret Atheleſtanus Anglorum Saxonum Rex, idem Achajus, comparato ſuę Gentis Exercitu, ac etiam ex Populo Pictonum, Bellicam expeditionem commiſit Hungoni Mareſchallo, qui ſub Regis Titulo, dependenter tamen à Rege Scotię, regebat: dumque ſub ancipiti res verſaretur, in ſomnis dicto Hungoni apparuit Sanctus Apo-
3. ſtolus Andreas, qui eidem, Scoticiſque Armis Victoriam contra dictum Atheleſtanum promiſit, in cujus Victoriæ ſimbolum, daturum ſe Sanctæ Crucis ſignum aſſeruit. E ſomno itaque expergefacto Hungone, ecce in aere ſplendida Crux apparuit
4. Diagonalis, ea forma, & modo conſtructa, ſimilis Cruci, in quo Sanctus Apoſtolus Andreas crucifixus fuit, & Martyrium paſſus eſt: Eamque Crucem non ſolum Scotici, & Pictones Milites conſpexere, ſed & ipſis etiam Anglis videre datum fuit. Felix hæc in omen accipiens Hungo, Magni Conſtantini Imperatoris ad
5. inſtar, ejuſque in Sancta Cruce Fidem ęmulans, Vexillis appoſita dictæ Crucis forma, Militibus etiam diſtributa, prælium generoſus inivit, & inſignem reportavit de Atheleſtano Victoriam, debellatis Anglis, quorum 500. ſolum e cæde ſuperfuerunt, ip-
6. ſeque Atheleſtanus lanceę ictu occubuit, nomenque loco dedit nuncupat. *Campus de Athelſtain.* Ob inſignem hanc Victoriam, quin & triumphum, pro utriuſque confœderati Regni tui-

tione Rex Hungo, acceptam illam referens à Tutela Divi Apoſtoli An-
7. dreæ, ſtatim pro Gratiarum actione proceſſionaliter ſe contulit ad ejuſdem Sancti Andreæ Eccleſiam Edemburgi, & abinde citra emiſſum fuit Votum generale extollendi ſemper in Bellicis
8. Vexillis, ac expeditionibus Crucem Sancti Andreę. Præterea d. Hungo pretioſa argenti & auri donaria dedit d. Eccleſię, quam majori ædificio amplificavit, Dote, ac reditibus auxit. Sic hanc Hiſtoriæ ſeriem exponit *Joannes Huker in Hiſtoria Scotiæ à pag.* 120., *& ſeq. Abb. Bernardus Juſtinianus Iſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap.* 16. *pag.* 167., *& ſeq.* juxta impreſſionem Venetam *Typis Combi, & la Noù* 1692. ubi quod idem *Huker* ſubdit, quod licet ab aliquibus Scriptoribus, in aliqua parte, diverſimode factum recenſeatur, attamen illius narratio magis vera, & communior videtur. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres &c. impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel Anno* 1721. §. 18. *pag.* 58. *Tom.* 2.

At Rex Achajus pro eadem inſigni Victoria grati Animi teſtimonium erga Divum Andream Apoſtolum perenne Monumentum præſtare cupiens, an-
9. no 809. Nobilem Equeſtrem Ordinem Cardui in eadem Eccleſia Edemburgi inſtituit, eidem Divo Andreæ Apoſtolo dicavit, fixum aſſignando
10. Equitum Numerum, hoc eſt duodecim, juxta numerum Apoſtolorum Divini Redemptoris.

Porro hujus Equeſtris Ordinis ſe, ejuſque in Regno Succeſſores, Caput Magnumque Magiſtrum ſtatuit: in Teſ-
11. ſeram autem præſcripſit Torquem aureum ex variis Cardui Floribus contextum, à quo pendebat Numiſma Imaginem continens Sancti Andreæ Apoſtoli manibus tenentis Cru-
12. cem, cui fuit affixus, addito lemmate. *Nemo me impune laceſſit.* ut ſcribunt *Joſeph Michel. in ſuo Theſauro Militari pag.* 91. *Franciſcus Mennenius in Delitiis Ordinum Equeſtr.* ubi allegat *Joannem Lesly; Alexander Roſſ. in Volumine. Les Religions du Monde in Idioma Gallicum translato per Thomam La Grue Onzieſme Diviſion pag.* 259. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Joannis Schipper* 1666. *Abbas Bernardus Juſtinian. Hiſtor. Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap.* 16. *pag.* 168. *juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, & La Noù anno* 1692. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires d. Tom.* 2. *pag.* 58. *Petrus Franciſcus Bergamaſchi Prior Cambiani in ſuo Volumine. Breve Notitia Iſtorica del Pontificio; ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati ec. pag.* 75. *juxta impreſſ. Taurin. Typis Dominici Paulini* 1695. *P. Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Libr.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 3. *pag.* 149. *juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart* 1718.; *& in Tabula Alphabetica Ordinum pag.* 510. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 19. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *lit. S. de Sum. Trinit., & Fide Catholica ſub §. Notitia, & Series Ordinum Equeſtr. n.* 19. *pag.* 736. *juxta impreſſ. Saliſburgi Typis Joannis Joſephi Mayr anno* 1729. *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Polonia in ſuo Corollar. Omnium Ordinum in verbo Sancti Andreæ, vel Cardui pag.* 227. *Quod Corollarium eſt impreſſ. poſt Tractat-*

Tractatum ejuſdem Auctoris, cui Titulus – Adnotationes Hiſtoricę de Origine ec. Ordinis Equitum Aquilę Albę in Regno Poloniæ impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum 1730. *Gregorius Len in Theatro Britanico Parte* 4. *libr.* 3. *pag.* 283. ubi inquit – *Fu deciſo, che il numero de' Cavalieri non paſſerà quello di tredici, per rappreſentare l' Apoſtolato con Chriſto:* quæ verba refert quoque *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 149.

Andreas tamen Favinus in Theſauro Honoris Gallici, & Elias Ashmole de Ordine della Iartiera pag. 97. refe-
13. runt verba lemmatis fuiſſe hęc – *Pour ma defenſe* – hoc eſt ad mei defenſam, quod ſubſtantialiter concordat, licet verbis diſſonet, a lemmate latine expreſſo, ut notat quoque *d. Juſtinianus pag.* 169. de quo lemmate prędictis verbis concepto meminit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 149. *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 59. *Ashmole dell' Ordine della Giartiera: Volumen Gallico Idiomate in Italicum translatum per Patrem Joſephum Franciſcum Fontana – Iſtoria degl' Ordini Monaſtici, e Militari Tom.* 8. *Cap.* 62. *de quo Scriptore infra loquimur n.* 26.

Carduus autem, quod in antiquo Scotorum Regum Stemmate extollebatur,
14. eſſe Virgultum natura aſperum, & aculeis armatum, quodque ſine vulneribus non poteſt attrectari, nec flecti valet; unde in ſimbolum aſſignatur dictis Equitibus, quatenus ipſi ſic ſe gerant in aſſiduo Dei ſervitio, & Regię Coronę incremento valide aggreſſionibus reſiſtant, & ad inſtar naturæ Cardui, extraneorum, & Infidelium offenſas retundere diſcant, & potius perire, quam cedere aſſueſcant: *Juſtinianus d. pag.* 169., *d. Pater Bonannus d. n.* 19.

Figura Torquis, quæ Regium Stemma circumdat, habetur apud *d. Juſtinia.*
15. *num d. cap.* 16. *pag* 166.

Regium vero Scotiæ ſtemma componitur ex Scuto Quadrato, habente interius ad latera duodecim lilia,
16. & exterius alia duodecim in memoriam magnæ confœderationis Carolum Magnum inter, & d. Regem Achajum initæ, ſuper quo Scuto adeſt Diadema clauſum, ornatum quatuor liliis, una cum quatuor Crucibus, ejuſdem Scotiæ Regibus datum à Carolo Magno ob Chriſtianam Fidem ab eis illibate ſervatam. In medio autem adeſt Leo rubeus erectus,
17. & ut dicitur *Rampante*, in campo aureo, ut videre eſt penes eundem *Juſtinianum d. pag.* 166. *&* 171. *d. Collector. Gallum d. Tom.* 2. *pag.* 59.

Eundem Torquem cum Numiſmate San-
18. cti Andreæ, ſine tamen Stemate Regis, exhibet laudatus *Juſtinianus pag.* 169. *d. Pater Bonannus in Generali Deſcriptione Omnium Teſſerarum pag.* 147. *n.* 18. *Pater Honoratus à Sancta Maria in d. Volumine ſub* §. *Explicatio Inſignium pag.* 461. *n.* 30.

Nullum peculiarem Habitum ſolemnem deferunt hujus Ordinis Equites, vel
19. ſolum deferunt Habitum, ut nuncupant *Di Parlamento: d. Bonannus d. n.* 19.

In ferialibus ergo diebus in veſte privata, more Regionis, e ſiniſtro latere geſtant Inſigne Ordinis, hoc eſt Nu-
20. miſma rotundum, aureum habens in medio florem Cardui, in Campo cæruleo, coronati Imperiali Diademate, quod rotundum Numiſma circumdatur aureo circulo, argenteis radiis exornato, & per girum lemma legitur – *Nemo Me impune laceſſit* – Et hujus forma Numiſmatis habetur apud *Juſtinianum pag.* 173. d. tamen

men *Pater Bonannus in d. generali Deſcriptione omnium Teſſerarum d. pag.* 147. *ſub n.* 8. ponit quidem Figuram, ſed in ea non ponit Coro-
21. nam Imperialem, & ſine eadem Corona Imperiali ponitur in Veſte Equitis, cujus effigiem refert idem *Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. d. n.* 19. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 58. *& in Tom.* 4. *in Explicat. omnium Teſserarum pag.* 410. *n.* 18.

Figuram Equitis induti Veſte Nobilium ſimplici, ſed cum d. Teſſera exhibet *d. Bonanni d. n.* 19.

Porrò antedicta Teſſera defertur ad ſiniſtrum Latus, mediante Vitta ſerica
22. coloris cianei dextro lateri appenſa, & cadente ad latus ſiniſtrum, & hujus effigiem exhibet *d. Pater Bonannus d. n.* 19. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 58.

Tandem idem *Pater Bonannus d. n.* 19. ſubdit, quod Equites aliquando integram Teſſeram, aliquando unam
23. ſolummodo partem deferunt, ita ut ab aliquibus geſtetur Numiſma ſolum cum Imagine Divi Andreæ, ab aliis ſola ejus Crux, ab aliis Flos Cardui cum Diademate ſuperimpoſito.

Cœterum d. Rex Achajus Fundator, in hujus Ordinis Equites admiſit ſui Re-
24. gni præcipuos Nobiles Viroſque Principes, illiſque prudentiſſimas Leges, & Statuta præſcripſit ad vitam moralem, & congruam Chriſtifidelibus, iniunxitque obligationem militandi pro Fide Catholica, & in illius defenſionem: *d. Juſtinianus d. pag.* 169. *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 59.

Sedem Ordinis ſtatuit in Eccleſia San-
25. cti Andreæ Edemburgi: *d. Juſtinianus pag.* 168.

At Narrationem Inſtitutionis hujus Ordinis ab Achajo Rege, ut præfertur, factæ, deſtitutam detegi fundamento facti comprobatur, ex eo quod con-
26. ſtat Equeſtres Ordines Militares introductos fuiſſe ſolum duodecimo ſeculo, & ſic improbabile remanere, potuiſſe hunc inſtitui à Rege Achajo anno 809. proinde chimericam hanc inſtitutionem comprobari ſcribit *Pater Heliot in Hiſtoria Ordinum*, quam ex Gallico Idiomate in Italicum tranſtulit *Pater Franciſcus Fontana Mediolanenſis Congregationis Matris Dei ſub Titulo* -, *Storia degli Ordini Monaſtici Religioſi, e Militari Tom.* 8. *Parte* 6. *cap.* 62. *pag.* 415. *juxta impreſſ. Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Aliud itaque tempus Inſtitutionis, a-
27. liumque Inſtitutorem Ordinis aſſignant Scribentes, qui inſtitutionem ponunt anno 1369. juxta tradita per *Dominum Joannem Fridericum S. R. I. Comitem in Koden Sapieha Equitem Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, d. Corollar. Omnium Ordin. pag.* 228. *Volumen*, cui Titulus -- *Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 312. *juxta impreſſionem Venetam Typis Sebaſtiani Coleti* 1720. Vel anno 1452. à Re-
28. ge Jacobo II. qui in Aſſemblea Generali in Edemburgo 12. Equites creavit: *d. Volumen* -- *Li Sourani del Mondo d. pag.* 312.

Conciliari tamen aliquo modo poſ-
29. ſunt diſcrepantes opiniones, quod Rex Achajus nempe Ordinem inchoaverit, non proprie Ordinem, ſed quemdam Nobilem Cœtum; vel motivum ſuis Succeſſoribus ad inſtituendum ſuppeditaverit, aſſumendo in Tutelarem Divum Andream Apoſtolum, ob reportatam Victoriam contra Atheleſtanum. Et ſubinde Crucem, cum Carduo fuiſſe aſſumptam in Teſſeram Ordinis, ac ſuccedentibus temporibus fuiſſe à Regibus nomi-

natis

natis Scotiæ formiter erectum, vel inſtavratum, & innovatum, unde Auctores nominant vel Inſtitutores, vel Reſtavratores recenſitos Reges, ut videre eſt apud allegatos *Collectorem Gallum d. tom. 2. pag. 58.*, *& in Volumine -- Li Sourani del Mondo: d. Patrem Fontana d. tom.* 8.

Ordinem hunc Cardui, uſque de tempore Jacobi I. fuiſſe extinctum, licet aliqui ſcripſerint, tamen hoc nullus ex Claſſicis Auctoribus aſſerit; imo contrarium eſſe verum, & ſolum defeciſſe poſt obitum Jacobi V. no-
30. tat *d. Juſtinianus d. pag.* 174. ubi oſtendit, ob revolutiones tunc temporis poſt Jacobi V. mortem in Regno Scotiæ ſubortas, de quibus in illorum temporum Hiſtoricis, utrumque Cardui, & Rutæ Ordinem infortuniis fuiſſe ſubjectum: quemadmodum vaſtata remanſit celebris Sancti Andreæ Baſilica, olim Ordinis Sedes, donec poſt Seculi lapſum ad Angliæ Regnum anno 1687. die 29. Maii, Jacobo II. ex Regia Stuarda Familia ad avitum Regnum vocato, idem Rex Jacobus ad vitam Nobiliſſimum Cardui Equeſtrem Ordinem revocavit, & mediante ſuo Regio Decreto Scotię Sigillo munito, Coronationis die ſolemniter in Platea Windſor, nominavit in Equites Sancti Andreę de Carduo Comitem de Moray, Com. de Melfort, Com. de Senafort, Com. de Dombarton, Com. de Peth Magnum Regni Cancellarium, Marchionem de Athol Magnum Sigilli privati Conſervatorem, Ducem de Gordon, & Co. de Aran. Quatuor primi recepti fuerunt ad Ordinem privatim per manus ipſius Regis, qui tunc diſpenſavit ſuper Cæremoniis, & Solemnitatibus alias ſervari ſolitis in receptione, ac poſſeſſione tradenda: Alii autem quatuor ſimpliciter nominati fuerunt, ut ſubinde in d. Ordinem reciperentur, ſervatis formalitatibus aſsuetis, mediantibus Commiſsariis, quos ad dictum effectum Rex deputaſſet, & Commiſſiones Regii Ordinis Secretarii direxit Equiti Andreę Foreſet pro nominatione aliorum Officialium Ordinis: *d. Iuſtinianus pag.* 174. *d. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 60.* d. Volumen -- *Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 312. *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 228. *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana in d. Volumine in Linguam Italicam translato -- Storia degl' Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari Tom. 8. Cap. 62. pag.* 407. ubi quod ob ſuperventam in d. Regno infelici variationem Religionis, abolitus miſere remanſit hic Ordo ibi -- *Ma le variationi ſopraccennate in queſto Regno, dopo che queſto Principe* (hoc eſt d. Jacobus *II.* Angliæ, Scotiæ, & Irlandæ Rex) *fu cacciato da ſuoi Stati nell'* 1689. *hanno altresì abolito queſt' Ordine, il quale ſuſiſtette ſolamente nelle Perſone, che dal Re Giacomo II. furono create Cavalieri, e che lo ſeguirono in Francia, ove dal Re Ludovico XIV. fugli accordato un' Aſilo.*

Huc uſque ea, quæ ad Ordinem Sancti Andreæ Cardui ſpectant, cumulare curavimus: Cum autem in Titulo præſentis Diſcurſus expreſſio ha-
31. beatur etiam Ordinis *Rutæ*, rem explicemus neceſſe eſt. Et ſane apud Scriptores legimus junctim agi de Ordine Sancti Andreæ Cardui, & Serti Rutæ, videmuſque Torquem Ordinis Cardui miſceri cum foliis Rutæ, & utrumque Numiſma gerere cum Effigie Sancti Andreæ, juxta ea, quæ tradunt præallegati Auctores.

Sciendum igitur, nonnullos teſtari Sodalitatem adeſſe in Scotia Equitum

Rutæ

Rutæ, Sertum Rutæ appellatam: *d. Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap. 16. pag. 166. Bonannus d. n. 19.* Alii ut ſeparatum Ordinem ibi in Scotia, Rutæ nuncupatum, deſcri-
32. bunt, cujus fundatorem ajunt fuiſſe Hungonem Scotiæ Regem ſub anno 924., ut *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 318. ubi quod Ordo Rutæ Sancti Andreæ apud Scotos eſt celebris. Alii eundem Achajum: *d. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 60.* ubi quod ejuſdem *In*ſtitutionis tempus incertum eſt.

Militiam Rutæ in Scotia fuiſſe inſtitutam à Jacobo V. ejuſdem Scotiæ Rege ad defenſionem Catholicæ Religionis, pauperumque patrocinium, ſcribit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſquis. 1. quæſt. 2. §. 30. n. 68. Joſeph Micheli in Theſauro Militari pag. 91.* de quo *d. Juſtinianus pag. 169. d Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 60.* Sed *Franciſcus Menennius in ſuo Volumine Delizie degli Ordini Equeſtri* inquit, d. Jacobum V. non fuiſſe inſtitutorem Ordinis, ſed ſolum reſtauratorem: & ita refert *d. Juſtinianus d. pag. 170. d. Collector Gallus d Tom. 2. pag. 60.*

Demum alii ſuſtinent conjunctum fuiſſe Ordinem, ſeu Sertum Rutæ, cum Ordine Sancti Andreæ de Carduo,
33. & huic antedictum fuiſſe incorporatum, ut proſequitur *d. Juſtinianus pag. 170. & ſeq. d. Bonannus d. n. 19.* ubi quod ex *Menennio* aſſeritur unionem utriuſque Ordinis fuiſſe peractam à Jacobo V. *Comes in Koden Sapieha in d. Corollario in verbo Rutæ Ordo Sancti Andreæ pag. 319.* ubi ſubdit fuiſſe inſtitutum circa annum 924. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Lib. 1. Diſſert. 7. Artic. 3. pag. 149.*, & *Tabula Alphabetica Hiſtorica &c. in calce ejuſdem Tract. pag. 510. Deſcriptio Omnium Ordinum Equeſtrium impreſſ. Pariſiis anno 1671.* exprimit *Ordre de Saint'Andrè dit du Cardon, e de la Rue, inſtituè pour Achajus Roy de Eſcoſſe.*

Hinc Scriptores Torquem, & Teſſeram Ordinis Rutæ ſic deſcribunt, quod ſcilicet Torques ſit aurea cum duo-
34. bus Ramis Rutæ, e quorum foliis in numiſmate pendet Crux Sancti Andreæ, quam ipſe Sanctus manibus tenet, ut cum dicto *Joſeph Micheli ubi ſupra*, inquit *d. Juſtinianus d. pag. 169.* ubi figuram delineatam exhibet, *& pag. 170., & 172.* ubi refert etiam figuram ejuſdem Scuti: *d. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 60. d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 319.*

Porrò ſicut Equitibus memorati Ordinis Cardui in Teſſeram aſſignatur Car-
35. dus cum lemmate *Nemo me impune laceſſit*, *ſeu Pour ma defenſe*, ut conſtans, vindexque tutamen contra Adverſariorum conatus indicet, ut ſuperius diximus; ſic Ruta alteri Equeſtri Ordini in ſymbolum data eſt, ut Equites hoſtiles inſidias, & tentamenta propulſent.

Porrò Ruta, quæ adhibebatur in Teſſera Ordinis Rutæ, erat Ruta ſylveſtris, quæ diverſa eſt in figura, & colore à Ruta, quæ colitur, ut notat ſupra allegatus *Pater Joſeph Franciſcus Fontana pag. 406.* Rutæ ſiquidem Herba *Es bonne contra les Serpents, & le poiſon*, hoc eſt in ſumma præſentaneum adverſus venena omnia remedium, quemadmodum in propoſito Rutæ in ſymbolum aſſignatæ huic Equeſtri Ordini Rutæ, tradit in terminis ſupra allegatus *Alexander Roſſ. in d. Volumine Les Religions du Monde* translato in Gallicam Linguam per *Thomam la Grue onzieſme Diviſion d. pag. 259. §. L' Ordre du Chardon ou de S. Andrè*

rè en Eſcoſſe.

Addimus nos ad eruditionem, quod Ruta Herba eſt notiſſima, quæ luminibus claritatem affert, & venerem coercet, quod una ex omnibus Herbis, ob multiplicem ejus uſum maxime ervatur: unde canit Ovidius 2. *de Rem* -- *Utilius ſumas acuentes lumina Rutas* -- cum aliis apud *Ambros. Callepin. in Vocabulario in Verbo Ruta*.

Dictorum Ordinum Equites non habuiſſe proprium Habitum, inquit *Juſtinianus d. pag.* 172. *Elias tamen Ashmole* in Deſcriptione Ordinis *della Gartiera pag.* 97. ſubdit, quod in ſolemnitatibus utebantur Habitu pretioſo, & ut dicitur *Le robe* Parlamentari, & in ſiniſtro latere in figura ſpherica, cum fundo cœruleo Crucem Diagonalem Sancti Andreæ argenteam deferebant, quæ Crux in centro colligata erat cum Corona aurea liliata, dictaque ſpherica Figura erat circumdata auro, juxta Figuram, quam affert *d. Juſtinianus pag.* 173.

Habebant tamen Vexillum Ordinis, in
36. quo ex una parte Torques, ſeu Collare Ordinis conſpiciebatur, & ex altera parte Regium Stemma, cujus figuræ habentur apud *Juſtinianum d. pag.* 172.

Sive conſiderentur prædicti duo Ordines diſtinctim unuſquiſque ab alio ſeparatus, ſive junctim ſumatur pro uno ſolo Ordine, certum eſt utrumque eandem ſubiiſſe ſortem, & cum Catholica fide in illis Regnis miſere in præſens prolapſa, corruiſſe etiam ibidem Ordines Equeſtres Militares,
37. licet noviſſime ſcriptum fuerit in folio Hebdomadariæ Ephemeridis Italice -- *Gazzetta*, *Piſauri impreſſo die quarta Septembris* 1742., quod de facto in Civitate Londini creatus fuerit Eques, ſed ſolum Ordinis Sancti Andreæ del Cardo. Series autem quæ habetur in d. Piſaurenſi folio, eſt ut ſequitur.

In calce autem d. Ephemeridis Hebdomadariæ adeſt compendiolum Originis hujus Ordinis, tenoris ut habetur in d. Folio, quod hic damus.

Copiato dal Supplemento de' Fogletti di Peſaro li 4. Settembre 1742.

Detaglio delle Cerimonie, colle quali il Milord Hindford, Miniſtro Plenipotenziario di S. M. Brittannica, fu creato in Londra Cavaliere dell' Ordine di S. Andrea.

„ S. M. il Rè della Grande Bretagna ſedeva nel ſuo Trono,
„ quando il Barone di Poellnitz
„ Maeſtro delle Cerimonie, conduſ-
„ ſe il novo Cavaliere nella Sala
„ dell' udienza. Il Generale Ajutan-
„ te Barone di Keyſerling col Con-
„ ſigliere Privato Giordano lo ac-
„ compagnarono, ed il ſuo Segre-
„ tario gli portava inanzi le Inſe-
„ gne dell' Ordine. Il Milord Nind-
„ ford dopo di avere fatte tre ge-
„ nufleſſioni ſi avvicinò a S. M. ed
„ il Conſigliere privato gli fece la
„ lettura degli ſtatuti dell' Ordine,
„ e della formola del giuramento,
„ del quale il Milord ripreſe le ul-
„ time parole. *Così Dio mi ajuti.*
„ *Amen.* Allora S. M. traſſe la
„ Spada nuda, con cui toccò la ſpal-
„ la ſiniſtra del novo Cavaliere, gli
„ poſe il Collare dell' Ordine, ed il
„ Naſtro Verde, ed il Barone di
„ Keyſerling gli attaccò ſopra il pet-
„ to la Stella. Finalmente il Rè gli
„ conſegnò il Libro degli Statuti,
„ ed appreſſo il Milord Cavaliere ſi
„ ritirò colle Cerimonie ſimili a

,, quelle fatte nell'ingreſſo. *Sequitur*
,, *dictum Compendiolum Italice.* Queſt'
,, Ordine di S. Andrea, o ſia del
,, Cardo, è ſtato iſtituito a princi
,, pio da Jacopo V. Rè di Scozia,
,, ed è tanto più ſtimato, quanto
,, che il numero è di 12. ſoli. L'In-
,, ſegna dell'Ordine è un Collare d'
,, Oro compoſto di Cardi, dal quale
,, pende l' imagine di S. Andrea
,, Padrone della Scozia, con queſta
,, diviſa.. *Nemo me impune laceſſit.*
,, Non debbe però tralaſciarſi di di-
,, re, che nella creazione d'un Ca-
,, valiere del Cardo è coſtume, che
,, due degli antichi Cavalieri ac-
,, compagnino il nuovo. Per con-
,, formarſi a tal uſo il Tenente
,, Generale di Kalckenſtein Cavalie-
,, re dell'Ordine dell' Aquila Nera,
,, ed il Barone di Keyſerling Ca-
,, valiere dell'Ordine di S. Giovan-
,, ni conduſſero Milord Nindford
,, inanzi il Trono di S. M., e lo
,, riaccompagnarono terminata la
,, funzione.

Cœterum ex Catalogo infra regiſtrando Regum Scotorum, ſicuti patet ſe-
39. ries Magnorum Magiſtrorum Ordinis Sancti Andreæ Cardui, & Rutæ, ita liquet ad quem de Jure ſpectet collatio dicti Equeſtris Ordinis.

Antedicti Ordines Cardui, & Rutæ, ſive perpendantur ſeparatim, ſive conſideretur unus alteri unitus, juxta Narrationes ſuperius recenſitas, eorum fundationem, vel unionem à Scotiæ Regibus unice habuerunt, & recognoſcunt: idcirco Magni Magiſtri ſunt dictorum Ordinum, Noſque eorum ſeriem Regum, & Magnorum Magiſtrorum hic exponemus, prout exponit *d. Juſtinianus pag.* 175., *&* 176., *& Collector Gallus d. Tom.* 2. §. 18. *à pag.* 62., *& ſeq.*

I. anno 809. Achajus filius Ethfine, vel ut ſcribunt alii Erſini Rex Scotiæ fundator Ordinis Cardui regnavit annos 10.

II. anno 819. Conguallo tertius Nepos Eugenii VIII. regnavit annos 5.

III. anno 824. Dongallus filius Salvazii regnavit Annos *6.*

IV. anno 830. Alpinus filius Achaii regnavit annos 4.

V. anno 834. Clenettus II. filius Alpini regnavit annos 25.

V*I.* anno 855. Donaldus V. frater Clenetti regnavit annos 5.

V*II.* anno 860. Conſtantinus *II.* filius Clenetti regnavit annos 14.

V*III.* anno 874. Ethorlapiedo frater Conſtantini II. regnavit annos 2.

IX. Anno 876. Donaldus VI. filius Conſtantini I*I.* regnavit annos 27.

X. anno 903. Conſtantinus III. filius Ethorlapiedo regnavit annos 40.

X*I.* anno 943. Malcolmus filius Donaldi VI. regnavit annos 16.

X*II.* anno 959. Indulfus filius Conſtantini III. regnavit annos 9.

X*III.* anno 968. Dulfus filius Malcolmi regnavit annos 5.

X*IV.* anno 973. Guilielmus filius Indulfi regnavit annos 5.

XV. anno 978. Clenettus II*I.* filius Malcolmi regnavit annos 22.

XVI. anno 1000. Conſtantinus *I*V. dictus Chauue filius Cullene regnavit annos 2.

XV*II.* anno 1002. Grime Malcolmi regnavit annos 8.

XV*III.* anno 1010. Malcolmus II. filius Clenetti III. regnavit annos 30.

XIX. anno 1040. Donaldus VII. Malcol-

Malcolmi nepos regnavit annos *6*.

XX. anno 104*6*. Macabæus Tirannus Nepos Malcolmi regnavit annos 15.

XX*I*. anno *1661*. Malcolmus *III*. filius Donaldi V*II*. regnavit annos 3*6*.

XX*II*. anno 10*97*. Donaldus V*II*I. filius Macabæi regnavit annum 1.

XXIII. anno 10*9*8. Doncanus filius naturalis Malcolmi III. regnavit.

XXIV. anno 10*9*8. Donaldus IX. regnavit annos 3.

XXV. anno 1101. Edgarus filius Malcolmi *III*. regnavit annos 8.

XXVI. anno 110*9*. Alexander filius Malcolmi *III*. regnavit annos 1*6*.

XXV*II*. anno 1125. David IV. filius Malcolmi *III*. regnavit annos 28.

XXV*III*. anno 1153. Malcolmus IV. nepos David ex filio Henrico præmortuo Patri rexit annos 12.

XX*I*X. anno 11*6*5. Guilielmus frater Malcolmi *I*V. rexit annos *69*.

XXX. anno 1214. Alexander *II*. filius Guilielmi rexit annos 35.

XXX*I*. anno 124*9*. Alexander II*I* filius Alexandri II. per cujus mortem, ſine Deſcendentia Scotiæ Regnum ſub gubernium ſex Electorum manſit quouſque in Regni concurſu, quo electus fuit arbiter Odordus il Santo Angliæ Rex, ab ipſo fuit electus

XXX*II*. anno 128*6*. Joannes Baliolus deſcendens per lineam Maternam a Rege David rexit annos 23.

XXX*III*. anno 130*9*. Robertus deſcendens per lineam maſculinam a David rexit annos 23.

XXX*IV*. anno 1332. David *II*. filius Roberti Infantis ſub Tutela defecit ſine Prole, rexit annos 41.

XXXV. anno 1373. Robertus *II*. nepos Alani Stuardi Electi rexit annos 1*9*.

XXXVI. anno 13*9*2. Joannes Robertus filius Roberti *II*. rexit annos 14.

XXXVII. anno 140*6*. Jacobus *I*. filius Joannis Roberti occiſi a conjuratis rexit annos 31.

XXXVIII. anno 1437. Jacobus *II*. filius Jacobi I. occiſus ex accidentali caſu ictu Bombardæ, quæ crepuit: rexit annos 25.

XXXIX anno 14*6*2. Jacobus *III*. filius Jacobi *II*. a Conjuratis occiſus, rexit annos 2*6*.

XL. anno 1488. Jacobus *IV*. filius Jacobi *III*. in Bello occiſus: rexit annos 45.

XLI. anno 1532. Jacobus V. filius Jacobi *IV*. rexit annos 10.

XL*II*. anno 1543. Maria Stuarda filia Jacobi V. Infans menſium octo ſub tutela Jacobi fratris naturalis Jacobi V., quæque in Scotia, & in Anglia fuit carceribus mancipata, & capite obtruncata juſſu Eliſabethæ Reginæ ejus Amitæ.

XL*III*. anno 1587. Jacobus VI. filius Mariæ Stuardæ, & Henrici Stuardi Comitis de Levinia, & Ducis Rotſaye, fuit Vice - Rex Scotię ſub Eliſabetha ſpatio annorum decem; poſtea ſucceſſit in Regno Angliæ, tuncque in-

eo trium Regnorum Coronæ junctæ fuerunt, hoc eſt Angliæ, Scotiæ, & Irlandę cum Titulo Regis Magnæ Britanniç.

XLIV. anno 1625. Carolus I. filius Jacobi VI. a Rebellibus capite obtruncatus.
Habuit ſubinde Regnum circa annos decem interregnum ſub Gubernio Cramuelis intruſi.

XLV. anno 1661. Carolus II. filius Caroli *I.* rexit annos 24.

XLVI. anno 1685. Jacobus II. Caroli II. frater.
Vide quę dicuntur in Diſcurſu Ordinis Equitum Balnei, & ibidem in Catalogo Magnorum Magiſtrorum.

DISCURSUS XXII.

ANNUNCIATIONIS ANGELICÆ SS. VIRGINIS MARIÆ Sive Ordinis Collaris In SABAVDIA

ARGUMENTUM

Scriptorum Opiniones diſtinctè recenſentur quoad Originem hujus Ordinis, qui in ſui principio nuncupatus fuit Ordo Collaris in Sabaudia, deinde Annunciationis Angelicæ SS: Virginis Mariæ.

1. R*Egia Sabaudiæ Domus laudatur.*
2. *Auctor in hoc Opere de Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus ſtatuit referre ea omnia, quæ apud Scriptores invenit.*
3. Favinus, *& alii ſcribunt erectioni hujus Ordinis Collaris ſub titulo Nodorum Amoris motivum præbuiſſe Amadeo V., vel VI. dextrariolum, quod ei donavit Nobilis Fœmina ex propriis Capillis compactum, aſſignata Torque confecta cum d. dextrariolo, appoſitis quatuor litteris F. E. R. T. Gallice ſignificantibus* Frapez, Entrez, Rompez Tout, *Italice* Ferite, Entrate, Rompete Tutto.
4. *Sic datur huic Ordinis Origo conſimilis, quæ datur Ordini della Jarettiera.*
5. *Reiicitur d.* Favini *Opinio, & oſtenditur ex motivo Religionis, & Devotionis erga SS: Virginem inſtituiſſe hunc Ordinem Amadeum,* & n. *6. 7. 8. 9. 10.*, & 11.
12. *Dictum Ordinem fuiße inſtitutum à d. Amadeo VI. in memoriam ejus Avi, qui anno* 1310. *ſtrenue Inſulam Rhodi propugnavit.*
Ob defenſam Inſulæ Rhodi Domus Sabaudiæ Crucem Hieroſolymitanam in ſuo Stemmate extulit cum dd. quatuor Litteris F. E. R. *T. indicantibus, Fortitudo Ejus Rhodum Tenuit.*
13. *Ordinem Equeſtrem* 1355., *vel* 1360. *inſtituit quindecim Equitibus conſtantem.*
14. *Collare Ordinis erat conflatum ex Nodis, qui Amoris nuncupantur, & communiter Nodi Sabaudici, ſuper quo Collare quatuor Litteræ conſpiciebantur F. E. R. T.*, & n. 15.
15. *Dictum Ordinem anno* 1434. *ab Amadeo VIII. fuiße dicatum Annunciationi Angelicæ Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, alii ſcribunt*, & n. 16., & 17., & ſeq.
21. *Collare compoſitum fuit Roſarum Ramulis, & quomodo?*
22. *Statuta ab eo edita enumerantur.*
28. *Statuta hæc, à quibus jurata fuere.*
29. *Dictum Ordinem alii dicunt fuiſſe dicatam SS: Virgini ab Angelo Annunciatæ anno* 1518. *à Duce Carolo III.*

III. cui Cognomentum Bonus.

30. *Idem addidit Torqui Numiſma cum Imagine Sanctiſſimæ Virginis, & juſſit nominari Ordinem Sanctiſſimæ Annunciationis.*

31. *Torquis quoque immutata fuit, & quomodo.*

32. *Statuta nova juramento firmata fuerunt à d. Carolo III., qui ſe Magnum Magiſtrum nominavit, alii quoque Equites obſervare jurarunt.*

33. *Torquis Figura apud quem habetur.*

34. *Vexillum ſuum quoque habet hic Ordo, & quale.*

35. *Conciliantur Opiniones, quæ fuerunt adductę quoad fundationem hujus Ordinis.*

36. *Magnum Magiſterium hujus Ordinis reſervatum fuit Ducibus Sabaudiæ.*

37. *Annunciationis SS. Virginis Mariæ Ordo conſtat quindecim Equitibus in memoriam quindecim Myſteriorum Sanctiſſimi Roſarii.*

38. *Inter dictos Equites quindecim non enumeratur nec ipſe Princeps, nec Primogenitus ejuſdem. Creari poſſunt etiam alii quinque Equites in honorem quinque Plagarum Chriſti Domini.*

39. *Equites debent eſſe ſanguine Nobiles ex Patre, Matre, & Avis Paternis, & Maternis.*

40. *Adſunt etiam alii Officiales, videlicet Cancellarius, Secretarius, Magiſter Cæremoniarum, & Rex Armorum, & quibus prærogativis gaudeant;* & n. 41. 42.

43. *Pręter Collare Equites deferunt Numiſma affixum Veſti, & Pallio, quod Stella vocatur.*

44. *Quid de Officialibus.*

45. *Habitus Equitum Antiquus, & Modernus qualis ſit, & fuerit,* & n. 46.

47. *Equitum locus in Capellis, quis ſit,* &. n. 48.

49. *Regis Armorum Veſtis dicitur* Cotta d'Arme, *& quando ea utatur.*

50. *Figura Collaris, & Torquis Ordinis, apud quos habeatur.*

51. *Figuram Equitis induti ſua Veſte & Torque referunt Scriptores.*

52. *Aſſembleæ Ordinis quo loco antiquitus habebantur, & quo de præſenti celebrentur.*

53. *Hic Cœtus nobiliſſimus non eſt proprie Ordo, ſed Stygma Honoris.*

54. *Reiicitur, & explicatur* Pater Mendo, *qui ſcripſit hunc Ordinem eſſe extinctum, & oſtenditur illum æquivocum ſumpſiſſe ab alio Ordine inſtituto Mantuæ, qui Ordo ibidem explicatur.*

DISCURSUS XXII.

ANNUNCIATIONIS ANGELICÆ SS. VIRGINIS MARIÆ Sive Ordinis Collaris In Sabaudia.

QUot in ea floruerunt Viri, tot ſemper numeravit Heroes Regia Sabaudię Domus, Europæ totius Decus, & Ornamentum, noſtræque Italiæ ſolidum fulcimentum: omni proinde tempore, prçconiis ſublimiter illam Scribentes extollunt. Plurima ſane inter Auguſtæ Domus præclariſſimorum Facinorum egregia monumenta, non ultimum locum tenent fundationes Equeſtrium, & Militarium Ordinum in feliciſſimis ſuis Ditionibus, hoc eſt *Angelicæ Annunciationis, & Sanctorum Mauritii, & Lazari*: de his ſuo loco agemus. Modo alphabeticam methodum tenentes, primo de Ordine Sanctiſſimæ Annun-

.ciatio-

ciationis verba in præſenti Diſcurſu facimus: Et eam, quam in hoc te-
1. xendo Opere normam Nobis præſcripſimus, ea omnia ſcilicet cumulandi, quæ apud Auctores ſcripta reperimus quoad Ordines Equeſtres, & Militares, exacte ſervantes, in præſenti Diſcurſu, cuncta, quæ de iſto prænobili Ordine hinc inde legimus, recenſere non omittimus: & ſane plures quoad illius Ordinis inſtitutionem referuntur Narrationes.

Scribit quippe *Favinus*, & cum illo
2. plures alii, exilem ſatis facti ſpeciem ad inſtituendum hunc Ordinem Equeſtrem moviſſe animum Amadei V. quem alii nuncupant VI. cognomento Viridis Sabaudiæ Comitis, Ducis Cablai Auguſtæ, vulgo Aouſta, Mar-
3. chionis Italiæ, & Geneuæ: denominabatur autem *Viridis* ex cauſis, quas deſcribit *D. Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 28. à pag. 263. cum ſeqq. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Joan. Baptiſtæ Beſogne* 1726. ubi ſic inquit: *Ame, ou Amede VI. du nom, dit le Verde pour s' è etre trovuè a un Tornoi avec des Armes vertes, e moutè ſur un Cheval caparaçonnè de verd*. Cum enim quædam Nobilis Fœmina, quam ipſe Amadeus deperibat, eidem Amadeo dono dediſſet quoddam dextrariolum, vulgo *Braccialetto* ex ejuſdem Nobilis Fœminæ Capillis contextum, in hujus rei geſtæ memoriam ſubinde d. Amadeus, circa annum 1355., vel 1360. Ordinem Equeſtrem Collaris, ſub titulo Nodorum Amoris, inſtituit, & in Teſſeram ejuſdem Ordinis præſcripſit Torquem ex eodem dextrariolo compactam, & efformatam ex Nodis, quos nuncupant *Amoris*, & ſuper illam quatuor laminibus, quæ catenulis aureis connexæ erant, quatuor addidit litteras F. E. R. T. indicantes Gallice hunc ſenſum - *Frapez, Entrez, Rompez Tout*, hoc eſt italice - *Ferite, Entrate, Rompete Tutto*, de quo meminit *Abb. Bernardus Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte 2. cap. 58. pag. 682., juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, e la Noù 1692. Collector Gallus Hiſtoire des Ordres, ou des Chevaliers Tom. 3. §. 65. pag. 416. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques ſur la Chevalerie &c. Lib. 1. Diſſert. 7. Art. 4. pag. 156. juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *Pater Joſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſis Congregationis Matris Dei in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium Lingua Gallica à Sciptore Anonymo ſcripta, & in Italicum Idioma per d. Fontanam verſa Tom. 8. cap. 48. à pag. 336. cum ſeqq. juxta Impreſſ. Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini anno 1739. ubi quod major Scriptorum pars ita ſenſit.*

Et hoc modo huic Ordini Origo tri-
4. buitur non diſſimilis Origini, quam Scribentes aſſignant Ordini della *Jarretiere* in Anglia: *d. Collector Gallus d. pag. 416., & d. Fontana d. pag. 336.*

At cum *Thoma Bianchi in Compendio Hiſtorico* ſuper Domo Sabaudiæ, Nar-
5. rationem præmiſſam *Favini* fabuloſam nuncupat, reiicitque, & aſſerit Ordinem fundatum fuiſſe ex motivo Religionis erga Sanctiſſimam Virginem *Joannes Soranzo - L' Idea del Cavaliero Parte Prima à pag. 143. cum ſeqq. juxta impreſſ. Mediolani Typis Petri Martini Lo-*

carni

carni 1609. *Abb. Juſtinianus d. pag.*
682. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *d.*
pag. 416., *d. Pater Fontana d. pag.*
337.

Simili modo d. Scriptor *Thomas Bian-*
chi refellit allatam *Favini* interpreta-
6. tionem dictarum quatuor litterarum
F. E. R. T. *Frapez*, *Entrez*, *Rom-*
pez Tout, Italice *Ferite*, *Entrate*,
Rompete Tutto, quem Scriptorem ſe-
quitur *d. Juſtinianus pag.* 682. §.
ſopra coteſte aſſertioni.

Reiicitur quoque *Favini*, ut ajunt, Ta-
bella ab Hiſtoriographo de *Guiche-*
7. *non* in ſua Hiſtoria Sabaudiæ, quem
allegant *Collector Gallus d. Tom.* 3.
ubi ſupra, & *d. Pater Fontana d.*
Tom. 8. *cap.* 48. *pag.* 336., oſtendit-
que omni probabilitate carere, d.
Amadeum ex tam levi cauſa Eque-
ſtrem Ordinem inſtituiſſe, eique præ-
8. fixiſſe Inſigne prorſus jocoſum. Et
revera factum videtur non congruere
tam Magnanimo Principi: quamo-
brem Scriptores ſolide firmant Ordi-
nem ab Amadeo inſtitutum, nuncu-
patum ſtatim fuiſſe Ordinem *Del Col-*
lare, eo quia idem Collare conſtru-
ctum erat ut Millus; Millus autem,
vel Millum eſt Collare Canum vena-
ticorum, & præfatum Collare erat
ut illud di un *Cane Leuriere*.

Pariterque Scriptores firmant Amadeum
prælaudatum hunc Ordinem fundaſſe
9. anno 1362., ex unico motivo Reli-
gionis, & peculiaris Devotionis erga
Sanctiſſimam Virginem, ut non ob-
ſcure colligitur ex ſua teſtamentaria
diſpoſitione, qua iniunxit, quod
Carthuſiæ novus fundaretur Conven-
tus in loco di Pietra di Chatel *en*
Bugey ſub regula Sancti Benedicti,
& morarentur in eo quindecim Reli-
gioſi, ut in Eccleſia Miſſam cele-
brarent in Honorem quindecim My-
ſteriorum Gaudii Sanctiſſimæ Virginis
10. pro ſalute quindecim Equitum e-
juſdem Ordinis, ad tradita per *Juſti-*
nianum ubi ſupra, *Collectorem Gallum*
d. Tom. 3. *pag.* 417. *Patrem Fonta-*
na d. Tom. 8. *pag.* 337.

Petrus vero Chiarel Capre, qui Magno-
rum Magiſtrorum, & Equitum hu-
jus Ordinis edidit Catalogum, po-
nens fundationem huius Ordinis an-
11. no 1362. ſubdit, quod d. inten-
tio fundationis Carthuſianorum fuit
executioni demandata ſolum à Bona
Borbonea Vidua ejuſdem Amadei;
hæc quippe conſtruere fecit Mona-
ſterium, in quo introducti fuerunt
Carthuſiani anno 1392., & in quo
Equites eorum primam Aſſembleam
celebrarunt anno 1410. ad tradita
per d. *Collectorem Gallum d. Tom.* 3.
§. 16., & per allegatum *Patrem Fon-*
tana d. Tom. 8. *pag.* 337.

Alii Scriptores Ordinem hunc Eque-
ſtrem fundatum fuiſſe teſtantur ab
12. Amadeo VI. in memoriam Ama-
dei IV. ejus Avi, qui tam glorioſe
Rhodi Inſulam anno 1310. propu-
gnavit adverſus Turcarum impetus,
arctamque obſidionem, ob quod ſtre-
nuum facinus in Gentilitio Stemmate
Albam Religionis Hieroſolymitanæ
Crucem extulit, cum quatuor ini-
tiativis litteris F. E. R. T. indican-
tibus *Fortitudo Ejus Rhodum Tenuit:*
proinde paulo poſt contractum ab eo
Matrimonium, inſtituit anno 1355.,
vel 1360. Ordinem Equeſtrem (nunc
ſub illuſtri titulo Annunciationis
Angelicę florentem) quindecim Equi-
tibus conſtantem, ut videre eſt apud
Franciſcum Sanſovinum Dell' Origine
de' Cavalieri Lib. 38., *Cavalieri*
dell' Annunciata à pag. 56. *cum*
ſeqq. juxta impreſſ. Venetam Typis
Hæredum Marchio Seſſa 1570. *Joan-*
nem Soranzo l' Idea del Cavaliero
13. *Parte Prima pag.* 142. *cum ſeqq.*
juxta

juxta impreſſionem Mediolani Typis Petri Martini Locarni anno 1609., ubi refert ad litteram Decretum inſtitutionis Ordinis, & ſequitur *Abb. Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 58. *pag.* 680. *Tom.* 4. Volumen, cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo*, ſub Titulo *Degli Ordini di Cavalleria* §. *L'Ordine Militare dell' Annunciata in Savoja pag.* 282. *impreſſ. Venetiis Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin* 1720. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 417. *d. P. Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus d. pag.* 156., *& in Tabula Alphabetica &c. Ordin. pag.* 510.

Huicque Ordini Collare præſcripſit compactum ex quibuſdam Nodis, quos
14. nuncupavit amoris Nodos, quique communiter dicuntur Nodi Sabaudici, ſuper quibus quatuor Laminis, quatuor adſunt litteræ F. E. R. T. ut videre eſt penes allegatos *Juſtinianum*: *Volumen -- Li Sourani del Mondo; & Collectorem Gallum; Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 8. *d. Sanſovini d. pag.* 56.

Qui *Juſtinianus*, *& Collector Gallus* ſubdunt, ex dictis non probari Ordi-
15. nem fuiſſe contemporanee dicatum Sanctiſſimæ Virgini, quin imo conſtat ex Libro antiquo, ſeu Catalogo Armorum, & Nominum veterum Equitum, in ſua ipſa inſtitutione in uſu fuiſſe Collare abſque recenſitis Nodis, & in quo dictæ quatuor litteræ ſcriptæ conſpiciuntur Gottico caractere: & poſtquam Ordo in Titularem accepit Sanctiſſimam Virginem, eædem quatuor litteræ latino caractere inſcriptæ fuerunt. Sicque antea, ad Collare, in medio nulla pendebat Imago, ſive Numiſma, ſed ſimplex nodus ita affabre colligatus tribus nodis, ut in Numiſmatis formam ductus videretur.

Teſtantur alii hunc Ordinem, quem Amadeus VI. Sabaudiæ Comes inſtituerat, fuiſſe inſtauratum anno 1434. ſub Titulo, & inclyta Protectione
15. Sanctiſſimæ Annunciationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ ab Amadeo VIII. Primo Sabaudiæ Duce, qui electus in Conciliabulo Baſilienſi in Pontificem, ſub nomine Felicis V. fuit denunciatus anno 1418., cui Antipapatui poſt novem annos, ſex Menſes, & ſeptem dies renunciavit. Hic quippe juſſit, quod impoſterum vocaretur Ordo Annunciationis, ob Navalem illam ab Amadeo VI. Avo ſuo glorioſe reportatam eadem die contra Turcas Victoriam, in defendenda inſula Rhodos; ut ſequendo *Joſeph Micheli in Theſauro Militar. pag.* 83. *teſtatur Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 2 §. 30. *n.* 68. *Pater Ignatius Hiacynthus Amatus de Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſtica Tom.* 6. *Colloq.* 6. *pag.* 503. *juxta impreſſ. Romæ Typis Tinaſſi.* 1720.

Et generaliter de inſtauratione hujus Ordinis cum hoc Titulo Sanctiſſimæ Annunciationis factæ à dicto Ama-
16. deo VIII. agit *d. Volumen -- Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *d. pag.* 282. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 418. *d. Pater Honoratus a Sancta Maria d. Libr.* 1 *Diſſert.* 7. *Art.* 4. *pag.* 157. & in Volumine *Alexandri Roſſ. in Gallicam Linguam translato per Thomam la Grue in Volum. ſub Titul. Les Religions du Monde impreſſ. Amſtelodami Typis Joannis Schipeter* 1666. *Decima Divis. pag.* 221. *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corollario Celebriorum Ordinum in Chriſtianitate in Verbo Annunciationis Beatiſſimæ, quod Corol-*

larium

larium eſt in calce Tractatus ejuſdem
Auctoris, cui Titulus .. *Adnotationes*
Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis E-
17. *quitum Aquilæ Albæ in Regno Po-*
loniæ à pag. 230. *cum ſeqq. juxta*
impreſſionem Coloniæ apud Adamum
Cholinum 1730. ubi ſic habet .. *An-*
nunciationis Beatiſſimę in Sabaudia.
Equites celeberrimi Authorem ha-
bent *Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ*
anno 1355. *Amadeus vero VIII. Pri-*
mus Dux Sabaudiæ conſecravit Ordi-
nem Amori Divino, *qui noſtræ Hu-*
manitati univit Verbum Æternum
in Myſterio Sacroſanctæ Incarnationis.
Torques , *ex quo dependet Imago*
Beatæ Virginis Annunciatæ ſubſtitu-
ta Imagini Sancti Mauritii Equitis ,
olim uſitatæ à Carolo III. anno 1118.
Alii tamen neutram harum Iconum
veterem eſſe affirmant, *cum olim tri-*
plici tantum nodo intortus anulus
18. *dependeret* . *Conſtat Inſigne qua-*
tuor aureis laminis , *quas catenulæ*
ejuſdem metalli, *in modum laqueorum*
amoris (*ut dicitur*) *effigiatæ coniun-*
gunt. Inſcribuntur ſingulis literę qua-
ternę F. E. R. T. quarum interpreta-
tio ſic ſonat: *Fortitudo Ejus Rhodum*
Tenuit. *A Carolo III. Duce additę*
ſunt quindecim rotę argento, *& coc-*
19. *co tinctę*. *Solemnia Ordinis quotan-*
nis renovantur eo Feſto, *cujus no-*
men præfert Equitum unuſquiſque
Supremus Magiſter , *& Dux Sabau-*
diæ, *modernus Rex Sardiniæ* .
Auguſto Sanctiſſimæ Virginis ab Ange-
lo Annunciatæ titulo nobilitato E-
queſtri Ordine, in Torque ſublati fue-
runt Nodi Amoris , appoſitis in lo-
cum eorundem Vittis , quemadmo-
dum idem Amadeus VIII. loco figu-
20. ræ Sancti Mauritii e Torque pen-
dentis, addidit Numiſma retinens Ima-
ginem Sanctiſſimæ Virginis ab Ange-
lo Annunciatæ: notantque prææallega-
ti Scriptores *Collector Gallus d. Tom.*
3. *pag.* 418. *d. Volumen quartum* .. *Li*
Sourani del Mondo , *d. Pater Hono-*
ratus ubi ſupra pag. 157. , *&* 463.
Collare præſcripſit compoſitum Roſa-
rum ramulis encauſto albo, & rubeo
22. diſpoſitis, in laqueis Amoris cum
quatuor litteris F. E. R. T. ſignifican-
tibus, ut diximus, *Fortitudo Ejus*
Rhodum Tenuit.
Plura edidit quoque Statuta anno 1409.
ut in Ordinem non reciperentur no-
22. tati infamia; quod ſi ab eis in-
honoratum aliquid committeretur ,
Collari privarentur: quod Eques hu-
jus Ordinis alium Equeſtrem Ordinem
23. ſuſcipere nequiret : quod teneren-
tur Equites inſervire Duci Sabaudiæ
in Perſona , & Conſiliis ; tenerentur
24. tueri honorem eorum, qui oppreſ-
ſionem patiebantur , & in eorum ,
Controverſiis ſe ſubmittere Ordini .
Aliquo ex Equitibus moriente, tene-
rentur relinquere centum libras in
manibus Prioris implicandas in Fa-
bricis , & reſtauratione Eccleſię Or-
dinis . Quod Hæres teneretur cele-
brari facere Miſſas centum pro ipſo :
in vita teneretur donare Eccleſiæ Ca-
licem, Albam , atque omnia Orna-
menta Sacerdotalia , ſuper quibus ap-
25. ponerentur ejus Stemmata *in rica-*
mo, ut dicitur, quæque Ornamenta
inſervire deberent pro Capellano
Miſſam celebrante . Secuto alicujus
Equitis obitu , obitus nunciari de-
bebat cœteris omnibus , qui invitari
debebant ad aſſiſtendum Exequiis ta-
lis Equitis Defuncti . Quilibet defer-
re debebat quatuor Cereos ponderis
librarum centum, ſecumque ducebat
duos famulos . *In* hac exequiarum
26. occaſione Habitum album defere-
bant ad inſtar Carthuſianorum . Com-
pletis exequiis, amore Dei omnia
quæ detulerant , dono dabant Eccle-

ſiæ Patribus. Verum prædicta Veſtis alba poſtmodum commutata fuit in nigram, ad demonſtrandum magis dolorem, eodemque tempore injunctum
27. fuit Equitibus, ut per novem dies Collare non deferrent: Et tandem injunctum fuit, ut in Eccleſia appenderentur Collare, Vexillum, Stemmata, & omnis Armatura Defuncti ejuſdem Magni Magiſtri. Poſtmodum Equites agunt de eligendo alium in locum Defuncti Equitis, eliguntque Virum neceſſariis pollentem requiſitis, qui electus jurat obſervare Statuta. Hujuſmodi Statuta refert d. *Abbas Juſtinianus d. pag.* 680. *& ſeq. Franciſcus Sanſovinus de Orig. Ordin. Equeſt. lib.* 3. *pag.* 57. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 418. *& ſeq. d. Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 337. *& ſeq.* Statuta recenſita referuntur, ſed in pluribus diverſa, ab allegato *Joanne Soranzo l'Idea del Cavaliere Parte Prima pag.* 146. *& ſeq. juxta impreſſionem Mediolani Typis Martini Locarni* 1609.

Prædicta autem Statuta ab Amadeo VIII. condita obſervare iurarunt infra nominandi Equites, quos ipſe Torque donavit, ſcilicet Ludovicus de Sa-
28. baudia Princeps, ut dicitur, De la Moree, Oddo de Villars, Dominus de Beaux, Joannes De la Beaume, Dominus de Valleſin, & de Montrevel, Humbertus Dominus de Villars Sexel, Bonifacius de Chelant Mareſciallus Sabaudiæ, Antonius de Grolée ejuſdem Ducis Conſiliarii Ordinarii: *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 418.

Recenſitam Ordinis mutationem alii tri-
30. buunt Carolo III. cui Cognomentum Bonus; ajunt enim, hunc Ordinem ſub anno 1518. ſolemni Decreto iterum ab eodem Carolo III. commorante in *Chambery*, ac fervore Devotionis accenſo, fuiſſe ſacratum & Beatæ Virgini dicatum in pervi-
30. gilio Feſti Annunciationis Angelicæ, & mutato Ordinis nomine, injunctum fuiſſe, ut Ordo Annunciationis Sanctiſſimæ Virginis nuncuparetur; in cujus memoriam: addidit Numiſma ejus Imagine decoratum: Torquis vero hodiernus idem eſt cum Roſarium ramulis caracteribus ſimul, & Nodis connexis, quibus quindecim Myſteria Roſarii exprimuntur encauſtico albo, immutavitque Torquem, ſive Collare
31. iniungendo, quod eſſet ponderis biſcentum Scutorum auri, & quatuor adeſſent litteræ F. E. R. T. quæ à Nodis, ut vocant Amoris, inter ſe uniantur, & à quindecim ſeparentur Roſis aureis, quarum ſeptem albo, & ſeptem rubeo, & illa quæ in medio ſiſtit, partim albo, & partim rubeo encauſto ornata eſſet: Collare autem exornatum, & circumdatum ſpinis aureis, a quo penderet Imago Annunciationis Sanctiſſimæ Virginis, in quodam Numiſmate Oualis formæ, ex tribus Nodis amoris compoſito; & ita nova hac Collaris forma immutatum fuit antiquum Collare, quod latum erat tribus digitis, prędictaſque quatuor continebat litteras diſtributas inter Nodos Amoris; à quo Collare duo pendebant Nodi Amoris efformantes circulum vacuum, in quo nulla conſpiciebatur Imago, ut ſcribunt *Abbas Juſtinianus loco ſuperius allegato pag.* 681. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 418. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 8. *d. Pater Honoratus a S. Maria in Explicat. Armor. pag.* 464. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom.* 2. *ſub. Litt. S. Tit de Sum. Trinit., & Fide Catholica in §. Notitia & Series Ordin. Equeſt. Militarium n.* 8. *pag.* 734. *iuxta impreſſ. Saliſburgi Typis Ioannis*

nis Ioſephi Mayr Anno 1729. *d. Pater Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 338.
Horum novorum Statutorum obſervantiam juravit d. Sabaudiæ Dux, qui
32. ſe Magnum Magiſtrum, ſupremum. que Dominum nominavit: juraverunt quoque Philippus de Sabaudia Genevæ Comes & Frater Ducis, Ioannes Genevæ Comes, Thomas de Valpergne, Comes de Mazin, qui primi poſt hanc mutationem adſcripti fuerunt huic Ordini: *d. Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 339.
Figuram vero antedictæ Torquis exhi-
33. bet *d. Juſtinianus d. pag.* 381. à tergo; *d. Sanſovini pag.* 56. à tergo.
Suum pariter Vexillum habet hic Ordo, quod conſiſtit in Scuto rubeo coro-
34. nato, & Crucem albam planam habente in memoriam ſtrenuæ Bellicæ Virtutis, qua Amadeus IV. in Sanctæ Fidei Defenſam, & propugnationem, Inſulam Rhodi glorioſe defendit, & in perpetuum Monumentum a Sacra Religione Hieroſolymitana retulit, ac in ſuæ Auguſtæ Familiæ Stemmate inſeruit. Idemque Scutum in girum ductum retinet Collare ejuſdem Ordinis, ut tradit *Franciſcus Sanſovinus dell' Origine de' Cavalieri pag.* 56., *& ſeqq. Abbas Juſtinianus d. cap.* 58. *pag.* 683., *& in antecedenti pag.* 681. à tergo refert expreſſam hujus Vexilli figuram. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 420.
Cum autem hactenus recenſitæ Narrationes inter ſe diſſonæ videantur, dum diverſimode Inſtitutionem Ordinis, ac Tituli, & Dedicationis ejuſdem
35. in honorem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ ab Angelo Annunciatæ quoad tempus exponunt; conciliantur tamen, ſi perpendantur, non ut diſtinctæ fundationes, ſed ut ſucceſſivæ reſtaurationes ejuſdem Equeſtris Ordinis peractæ à pluribus Sabaudiæ Ducibus, ut bene advertit *d. Soranzo. ſupra allegatus a pag.* 142. *cum ſeqq.* & de ſe conſideranti patet.
Magnum Magiſterium hujus Ordinis re-
36. ſervatum eſt Ducibus Sabaudiæ: *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 58. *per totum*; *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *a pag.* 416. *cum ſeqq. d. Pater Honoratus a S. Maria d. pag.* 157. *Pater Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 339. *cum aliis ſuperius allegatis*.
Ordo hic ſub Titulo Annunciationis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ conſtat
37. quindecim Equitibus, in memoriam quindecim Myſteriorum Sacratiſſimi Roſarii: dicti *Abb. Juſtinianus d. pag.* 68. *Pater Honoratus a S. Maria pag.* 157.
Inter præfatos quindecim Equites non
38. enumeratur ipſe ſupremus Princeps Magnus Magiſter, nec Princeps Primogenitus ejuſdem. Servatur præterea facultas creandi etiam alios quinque Equites in Honorem quinque Plagarum Chriſti Domini Mundi Salvatoris.
Equites eligendi debent eſſe ſanguine Nobiles, & Uiri honorati, ac ex
39. Patre, Matre, & Avis tam paternis, quam Maternis Nobilibus.
Ultra prænominatos Equites in Ordine
40. adſunt etiam Officiales, ſcilicet Cancellarius, Secretarius, Magiſter Cæremoniarum, Theſaurarius, Rex Amorum, Italice autem *Re d' Arme*, hoc eſt *una ſorte di Araldo*, ſicuti legere eſt in Vocabulario della Cruſca in verbo *Re d' Arme*, Gallice vocatur *Benven Nouvelles*. Cancellarius autem, & Cæremoniarum Magiſter ſunt Perſonæ Eccleſiaſticæ; Cœteri Seculares ſunt: Cancellarius vero licet, ut diximus, ſit in numero Officialium Ordinis, pollere tamen debet eo Nobilitatis gradu quo Equites gaudent, omnibuſque gaudet Privilegiis, quæ Equitibus conceſſa fue-

re: unde cum nuper Abbati de A. linques Cancellario Ordinis fuerit in controverſiam revocatum, an eidem competeret Titulus *di Eccellenza*, Regia Majeſtas Sardiniæ Regis Magni Magiſtri Decreto die 17. Decembris 1739., ſanxit eidem Cancellario competere Titulum Excellentiæ. Præter Natalium Nobilitatem debet idem Cancellarius inſignitus eſſe Archiepiſcopali, vel Epiſcopali gradu fulgere, aut conſtitutus eſſe in aliqua Primaria Eccleſiaſtica Dignitate, ac merito ſimili diſtinctione gaudere debet; cum enim ille tractare debeat omnia Negotia ad Ordinem ſpectantia, & cum munus hoc non verſetur circa ſimplex officium, peculiarem exigit capacitatis, & prudentiæ dotem.

41. Cœteri Officiales (excepto Armorum Rege) debent ipſi quoque eſſe Viri Nobiles. Iſti antiquis temporibus particulari diſtinguebantur Teſſera; Cancellarius quippe e Collo pendens, & amento appenſum Numiſma gerebat, in quo Sanctiſſima Virgo ab Angelo Annunciata conſpiciebatur: Secretarius, & Ceremoniarum Magiſter, ac Theſaurarius, loco dicti Numiſmatis Roſam geſtabant, quę pro medietate alba erat, & pro alia medietate rubra.

42. Rex vero Armorum, ideſt ut diximus, *L'Araldo*, diebus ferialibus Scutum gerebat, quo Stemma ſupremi Principis, & ſubtus idem Roſam. Diebus autem publicarum Functionum, ultra dictum Scutum, magnum gerebat Collare, parvis Scutis compactum, quo ſculpta erant, & coloribus diſtincta Stemmata Equitum viventium.

43. At de præſenti Equites Ordinis præter Collare affixum Veſti, & Pallio gerunt d. Numiſma Ordinis auro circumornatum, quod numiſma ſic exornatum Stella vocatur.

44. Excepto Armorum Rege, qui extra Functiones nullum habet diſtinctivum, Officiales Ordinis Collo appenſum gerunt idem Numiſma, quod non Collari appenditur, ut gerunt Equites, ſed appenſum amento lato coloris cœleſtis, ipſique etiam deferunt Stellam ſuperius deſcriptam.

45. In folio e Taurini Urbe mihi tranſmiſſo quoad Equitum Habitum, ſic exprimitur; quod ſit Veſtis, & Pallium breve, ut dicitur *Fatto di Pizzi neri guarnito d'oro, e quello del Sourano ſeguita ad eſſere di tela d' argento guarnita d' oro, e quello degli altri Cavalieri, e Principi, è pure di Stoffa preziosa.*

46. Habitum Equitum in publicis Functionibus diverſimode explicant Scribentes juxta diverſitatem temporum, quibus fuit variatus, de qua variatione teſtatur *d. Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium* è Gallico Idiomate in noſtram Italicam Linguam translata à præ. laudato *Patre Joſeph Franciſco Fontana Tom.* 8. *cap.* 48. *pag.* 339. ubi ſic habet .. *L' Abito che portano i Cavalieri nelle Funzioni, è ſtato ſoggetto à molte mutazioni; imperocchè conforme agli Statuti ſteſi da Amadeo VIII. il Mareſo doveva eſſere bianco, e fu in progreſſo cambiato in nero, come ſi è detto. Al tempo di Carlo il Buono, era di color roſſo cremeſi, adornato di frangia, e bordo formato di Nodi di amore di oro fino, e quello del Sourano foderato di ermellino; indi fu cambiato in turchino foderato di taffetà bianco, ſotto il Duca Emanuele Filiberto; e finalmente Carlo Emanuele ordinò, che in avvenire foſſe di colore di amaranto, foderato di tela di argento, con fondo turchino: d. Collector Gal-*

lus d. Tom. 3. pag. 420. d. Pater Bonannus d. n. 8.

Quoties habetur Cappella, in ea Equites, qui interſunt, locum habent di-
47. ſtinctum, ſedentque ad dexteram Troni Supremi Principis Capite cooperto, quoties Princeps ſedet, & caput operit.

Cancellarius Ordinis ſedet immediate ante in ſuo gradu poſt Equites, &
48. poſt iſtos aſſiſtunt Officiales, qui ſolum interſunt dictis Capellis, in quibus Equites magnum Collare deferunt, tuncque pariter intereſt Rex Armorum cum ſua peculiari Veſte, quæ dicitur *Cotta d' Arme*, hoc eſt Supraveſtis, qua utuntur Reges Armo-
49 rum, vulgo *Araldi*, ut habetur, apud *Arioſt Fur.* 27., *&* 52.

Già con la Cotta d' Arme alla diviſa
Del Re Agramante in campo venut' era
L' Araldo a far divieto, e metter leggi
Che ne in fatto ne in detto alcun pareggi.

Et apud *Torquatum Taſſi. Geruſalem.* 6. 16.

Così gl' impone, e de veſtiti allotta
La purpurea dell' Armi aurata Cotta.

Quos refert *Vocabularium della Cruſca* in verbo *Cotta* §. 2. ibi *Cotta d' Arme vale Sopraveſta, che portano gli Araldi*.

Figura Collaris, & Torquis eo quo
50. nunc utuntur modo Equites, exhibetur à *Patre Philippo Bonanni in ſuo Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 8., *& in Generali Deſcriptione Omnium Teſſerarum n.* 7., *quæ Deſcriptio Generalis eſt in calce d. ſui Catalogi*: *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 416. *& Tom.* 4. *in Generali Explic. Armorum &c. pag.* 408. *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario pag.* 222.

Figura autem Equitis induti ſua Clamy-
51. de, & cum dicta ſua Torque habetur apud *d. Juſtinianum d. cap.* 58. *Parte Secunda pag.* 682. à tergo *d. Philippum Bonanni d. n.* 8. *Collectorem Gallum d. Tom.* 3. §. 65. *pag.* 416.

Hujus Ordinis Equites eorum Aſſembleas in Carthuſia in loco dicto *Pietra di Chiarel* celebrarunt uſque ad Annum 1600. quo cum vigore permu-
52. tationis ſecutæ inter Franciæ Regem Henricum IV., & Carolum Emanuelem II. Sabaudiæ Ducem, Status nuncupatus *Le Breſſe*, *& il Bugey* fuerit permutatus cum Marchionatu *di Saluzzo*, & ſic Carthuſia effecta fuerit de Dominio Regis Galliarum, Sabaudię Dux iniunxit, ut Equitum Aſſembleæ haberentur in Eccleſia Sancti Dominici di *Montmellant*. Sed tandem idem Dux conſtruere fecit anno 1627. Eremum Camaldulenſem in Monte Taurini, & in d. loco tranſtulit Celebrationem Capitulorum Ordinis hujus Equeſtris: *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 421. *d. Fontana d. pag.* 339.

Nobiliſſimus eſt, & ſummopere florens etiam de pręſenti Equeſter hic Ordo, ſive Cœtus, & ad illum admittuntur
53. ſolummodo Viri Nobilitate, & Virtutum Pręrogativis inſignes, ut patens eſt cunctis, & inquit etiam *Abbas Juſtinianus pag.* 681., *&* 683. ubi ſubiungendo notat, quod proprie loquendo, hic Cœtus veluti nullam, ſub qua Milites vivant Regulam habens, & ad quem conſtat fuiſſe admiſſos nonnullos Equites etiam Magnę Crucis Ordinis Sanctorum Mauritii, & Lazari, non Militaris Ordo proprie, ſed potius ſimplex Stygma honoris cenſendus ſit, ad tradita in *Primo Noſtro Diſcurſu ſub n.* 49., *& in Diſcurſu de Magno Magiſtro*.

Quoad Narrationes hucuſque recenſitas videantur Documenta, quę damus in Calce. De cœtero, licet hic Vatis di-

ctum repetere: *Quandoque bonus dormitat Homerus:* hic etiam accidit *Petro Andreæ Mendo* in ſuo cæteroquin erudito elaboratoque Tractatu de *Ordinibus Militaribus Diſq.* 1. *Quæſt.* 2. §. 30. ubi referuntur *aliquæ Militiæ jam extinctæ extra Hiſpaniam olim erectæ*, inter has autem *ſub n.* 64. apponitur, uti extinctus, hic Ordo Sanctiſſimæ Annunciationis in Ducatu Sabaudiæ. Sed revera Nobilitate conſpicuus Ordo hic a ſua primæva
54. inſtitutione ſemper perdurans floruit, & adhuc glorioſiſſime continvans emicat. Æquivocationi vero locum fortaſſe præbuit *Patri Mendo* alius Ordo ſub eodem Titulo *Annunciationis* fundatus a Carolo Duce Mantuæ anno 1618. qui poſtmodum obſolevit, & brevi intervallo fuit extinctus, ut narrat idem *Mendo* antecedenti numero 63., nil vero mirum, ſi dictus *Mendo* Natione Hiſpanus, & in longinquis Hiſpaniarum Regnis commorans, ac ſcribens ſuper Equeſtri Italico Ordine, in re facti plene inſtructus non fuerit, unumque cum alio confuderit, minime conſiderata multiplici inter unum, & alterum Ordinem diverſitate, tum in Fundatore, tum in Dominio quo fuit fundatus, tum in Anno fundationis.

Quin imo prædictus Ordo fundatus a Carolo Duce Mantuæ Anno 1618. per æquivocum aſſeritur fundatus ſub Titulo Annunciationis; re enim vera d. Ordo a Duce Mantuæ fundatus, eſt Ordo *Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ac Militiæ Chriſtianæ*, ſuper quo Ordine peculiarem exaravimus *Diſcurſum* infra regiſtrandum.

Memoria in riguardo al Supremo Ordine della Santiſſima Annunciata.

„ L' Ordine dell' Annunciata è ſtato inſtituito circa l' anno 1362. ſotto nome d' Ordine del Collare da Amadeo *VI.* Conte di Savoja. Non ſi ſa di certo per qual cagione; Altri vogliono, che un braccialetto dato al Conte Amadeo da una Dama, che l' aveva teſſuto de' ſuoi Capegli ne foſſe il ſimbolo; altri pretendono, che Amadeo abbia voluto ſodisfare con queſto alla ſua divozione particolare verſo la SS. Vergine. E certo che queſta ne fu la ſua intenzione almeno per ciò che ſeguì, allorchè per ſuo teſtamento ordinò la fondazione della Certoſa di Pierre-Chaſtel del Bagey, e che comandò, che vi ſarebbono quindici Certoſini in quella Caſa per celebrare ogni giorno la Meſſa ad Onore delle quindici Allegrezze della SS. Vergine, e per la ſalute dei quindici Cavalieri del ſuo Ordine; Ma non fece queſto teſtamento, che qualche tempo avanti la ſua Morte ſucceſſa nel 1383. Bona di Buorbon Vedova del Conte eſeguì queſta fondazione: Li Certoſini furono introdotti a Pierre Chaſtel nell' anno 1392., ed Amadeo VII. nell' anno 1410. vi tenne la prima Capella dell' Ordine, ed egli ſteſſo ne compoſe gli Statuti, mentre l' Inſtitutore avea ſolamente regolata la forma del Collare, ch' era compoſto de' laccj d' amore, fra quali eranvi queſte quattro lettere F. E. R. T. che vengono interpretate -- Fortitudo Eius Rhodum Tenuit. Per queſti Statuti li Conti di Savoja, che poco dopo ebbero il titolo di

ſempre

,, Duchi, furono dichiarati Gran Mae-
,, ſtri dell' Ordine perpetui. Li Ca-
,, valieri furono obbligati a portar
,, ſempre il Collare, e loro fu proi-
,, bito di entrare in alcun altr' Or-
,, dine. Le differenze, che poteva-
,, no naſcere tra eſſi, doveano de-
,, ciderſi dall' Ordine. Ciaſcuno di
,, eſſi dovea dare alla Chieſa di Pier-
,, re-Chatel un Calice, un Cami-
,, ce, e tutti gli abiti Sacerdotali per
,, celebrar la Meſſa: dovea anche
,, laſciare morendo per mantenimen-
,, to della medeſima Chieſa cento
,, Fiorini, quali ſi depoſitavano nelle
,, mani del Principe, ed ordinare a
,, ſuoi Eredi di far celebrare cento
,, Meſſe per il riposo della ſua
,, anima. Tutti gli altri Cavalieri
,, erano tenuti di aſſiſtere al Sacri-
,, fizio, che ſi celebrava per lui a
,, Pierre-Chaſtel, e di laſciare li loro
,, ornamenti per elemoſina a Certoſi-
,, ni. Il loro mantello in queſta Ce-
,, rimonia era bianco, dopo fu ne-
,, ro; nelle altre cerimonie era cre-
,, meſi con frangia, e bordo di lac-
,, ci di amore di oro fino; dopo ſi
,, volle che foſſe di color bleù con
,, fodra di Taffetà bianco, e final-
,, mente fu cambiato in amaranto
,, con fodra di tela di argento a
,, fondo bleù. Carlo III. Duca di
,, Savoja eſſendo in Ciambery nell'
,, anno 1518. fece nuovi Statuti per
,, queſt' Ordine, a cui diede il no-
,, me dell' Annunciata in onore della
,, Santiſs. Vergine, e volle, che in
,, fine del Collare, a cui aggiunſe
,, quindici roſe di oro, l' une colo-
,, rite di roſſo, l' altre di bianco, ed
,, un contorno di due ſpine di oro,
,, vi foſſe un' Immagine dell' Annun-
,, ciazione in un circolo compoſto
,, di trè lacci di amore. L' anno
,, 1600. eſſendo ſtate cambiate le
,, Provincie di Breſſa, e Bugej nel
,, Marcheſato di Saluzzo tra En-
,, rico IV. Re di Francia, e Carlo E-
,, manuele Duca di Savoja, il Ca-
,, pitolo dell' Ordine fu trasferito
,, nella Chieſa di S. Domenico di
,, Mommigliano, ed il medeſimo Du-
,, ca nell' anno 1607. ordinò, che
,, le adunanze ſi teneſſero nell' Ere-
,, mo de' Camaldoleſi ſoura la Mon-
,, tagna di Torino, ch' Egli aveva
,, fatto fabbricare.

,, E' queſt' Ordine compoſto di 15.
,, Cavalieri, non compreſo il Soura-
,, no, ed il Principe Primogenito,
,, con facoltà di crearne ancora
,, cinque ad onore delle Piaghe del
,, Salvatore. Devono queſti eſſere
,, e Gentiluomini, e Perſone onora-
,, te, i di cui Padri, Madri, ed Avi
,, sì Paterni, che Materni, ſiano di
,, Nobile eſtrazione. Oltre al numero
,, de' Cavalieri, ha pure queſt' Or-
,, dine li ſuoi Officiali, che ſono il
,, Cancelliere, il Segretario, il Ma-
,, ſtro di Cerimonie, il Teſoriere
,, e Re d'armi addimandato *Bonven*
,, *Novvelles*. Il Cancelliere, e Mae-
,, ſtro di Cerimonie ſono Eccleſia-
,, ſtici, e gli altri Secolari.

,, Il Cancelliere ancorche compreſo ſia
,, fra gli Ufiziali dell' Ordine, deve
,, avere lo ſteſso grado di Nobiltà,
,, che hanno i Cavalieri, e gode
,, tutti li Privilegi, che a quelli
,, ſono ſtati conceſſi: anzi negandoſi
,, in queſti tempi all' Abate di Alin-
,, ques Cancelliere dell' Ordine il
,, titolo di Eccellenza, ha S. M. per
,, ſuo Biglietto delli 17. Dicembre
,, 1739. dichiarato competergli tal
,, Titolo; ed oltre la nobiltà de' na-
,, tali richiedeſi, che ſia Arciveſco-
,, vo, o Veſcovo, o coſtituito in
,, primaria dignità Eccleſiaſtica: ed
,, in vero una ſimile diſtinzione gli

è ben

,, è ben conveniente, dovendo trat-
,, tare tutti gli affari importanti dell'
,, Ordine. incombenza, che non è
,, ſemplicemente di puro officio,
,, ma che richiede una ben diſtinta
,, capacità, e prudenza.
,, Gli altri Ufiziali, eccettuato il Re
,, d'armi, devono anch'eſſi eſsere
,, Gentiluomini. Queſti avevano le
,, altre volte le loro particolari di-
,, viſe, cioè il Cancelliere portava
,, al collo attaccata ad un naſtro la
,, Medaglia dell' Annunciata; il Se-
,, gretario, il Maſtro di Cerimonie,
,, e Teſoriere in luogo della Medaglia
,, portavano una roſa, metà bianca,
,, e metà roſsa, e l' Araldo porta-
,, va ne' giorni ordinarj uno Scudo,
,, con l' Armi del Sourano, ed al
,, di ſotto la roſa: nei giorni poi di
,, pubblica funzione, oltre la ſolita
,, inſegna aveva un gran Collare for-
,, nito di piccoli Scudi, in cui v'e-
,, rano ſcolpite, e colorite l' armi
,, de' Cavalieri viventi.
,, Al preſente li Cavalieri dell'Ordine,
,, oltre al Collare portano al veſtito,
,, ed al mantello la medaglia dell'
,, Ordine in Broderja d'oro, che ad-
,, dimandaſi la Stella. Gli Ufiziali
,, dell'Ordine, eccettuatone il Re d'
,, armi, che fuori delle funzioni non
,, ha diſtintivo veruno, portano la
,, medaglia al collo appeſa non già
,, al Collare, come li Cavalieri, ma
,, ad un largo naſtro di color cele-
,, ſte, ed anch' eſſi portano la Stella.
,, L'abito de' Cavalieri dell'Ordine è di
,, Giuppone, e mantello corto fat-
,, to di pizzi neri guarnito d'oro,
,, e quello del Sourano ſeguita ad
,, eſſere di tela d' argento guarnita
,, d'oro, e quello degli altri Ca-
,, valieri, e Principi è pure di ſtof-
,, fa prezioſa. Nelle Capelle hanno
,, queſti il loro poſto diſtinto alla
,, deſtra del Trono, ſedono, e ſi cuo-
,, prono ogni qual volta il Soura-
,, no ſiede, e ſi cuopre. Il Can-
,, celliere dell' Ordine ſiede immedia-
,, tamente in rango dopo li Cava-
,, lieri, e dietro a queſti ſtanno gli
,, Ufiziali, quali intervengono ſola-
,, mente alle Capelle, in cui i Ca-
,, valieri portano il gran Collare,
,, ed all' ora interviene pure l' Aral-
,, do veſtito colla ſua Cotta d'armi.

Series Magnorum Miniſtrorum Ordinis Annunciationis Angelicæ Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſive Ordinis Collaris in Sabaudia, una cum ſerie Equitum ab ipſis creatorum.

I. Anno Chriſti 1360., ſive 1362. Amadeus V. qui etiam VI. dicitur cognomento Viridis Comes Sabaudiæ Dux Chablai, & Auguſtæ Fundator Ordinis rexit annos 13.

Ut refert Abbas Juſtinianus in allegato cap. 58. Parte Secunda pag. 683. Quod rexerit autem annos 21. inquit prænominatus Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 472.

A dicto Amadeo creati Equites fuerunt, ut refert Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 422., & ſeq.

Amadeus Ame Comes Geneuæ.
Antonius Dominus de Beaujeu de Dombes.
Hugo de Chalons Baro, & Dominus d' Arlay.
Aymon de Geneve Dominus de Authon, & de Varey.
Joannes de Vienna Dominus de Roland &c. Architalaſſus Franciæ.
Guilielmus de Grandſon Dominus Sanctæ Crucis.

Gui-

Gulielmus de Chalamont Domi. nus de Meximjeux &c.
Stephanus Batard dela Baume
Dominus Sancti Dionyſii de Chauſſon in Bugey &c.
Gaſpar de Montmayeur &c.
Barle de Forax.
Thennard de Menthon.
Amè de Bonivard.
Richardus Muſard Gentilis homo Anglus.

II. 1373. Amadeus VII. Comes Sabaudiæ Dux Chablasy, ut refert d. Juſtinianus rexit annos 24. & juxta d. Collectorem Gallum pag. 413. rexit annos 27.
Ab eo creati ſunt Equites
Aymon de Chalant Dominus de Fenis &c.
Eudes de Villars Dominus de Montillier &c.
Hyblet de Chalant Dominus de Caſtillon &c.
Joannes de Vernay Dominus dela Rochette.
Humbertus de Luyrieux.
Thomas de Geneve Dñs de Lullin.

III. 1397. Amadeus VIII. ut narrat d. Juſtin. pag. 683. primus Dux Sabaudiæ, ac in Conciliabulo Baſileæ electus Pontifex anno 1440. ſub nomine Felicis V. juxta Juſtinian. rexit annos 55. & juxta d. Collectorem Gallum pag. 424. rexit annos 30.
Ab eo creati fuerunt Equites, ut Collector Gallus ſcribit
Ludovicus de Sabaudia Princeps ut dicitur dela Morèe.
Oddo de Villars Dominus de Baux &c. Comes de Montrevel.
Humbertus de Villars Sexel.
Bonifacius de Chalant Dominus de Fenis.
Antonius de Grolèe.
Girardus de Ternier.
Joannes dela Chambre.
Joannes Lugny.
Thomas Marchio de Saluces.
Amè de Sabaudia Princeps Pedemontis.
Joannes Panterot de Serraval.
Geoffroy de Charny.
Ludovicus de Montjoye.
Jacobus de Villette.
Gaſpar de Montmayeur.
Humbertus de Villars.
Jacobus de Miolans.
Franciſcus de Buſſy.
Ludovicus de Sabaudia Comes Genevæ.
Ludovicus Marchio de Saluces.
Humbert Batard de Sabaudia.
Richardus de Montehenu.
Joannes de Montluel.
Manfroy de Saluces.
Ludovicus Batard d'Achaye.
Philippus de Sabaudia Co. Geneve.

IV. 1452. Ludovicus Dux Sabaudiæ Chablasy, & Auguſtæ rexiſſe annos 13.
inquit Juſtinianus d. pag. 683. at Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 425. ſcribit rexiſſe annos 25. Ab eo, ut ſcribit d. Collector Gallus d. pag. 425. creati fuerunt Equites
Amè de Sabaudia Princeps Pedemontis.
Joannes de Sabaudia Co. Genevæ.
Philippus de Levis primus Comes de Villars.
Franciſcus de Chalant primus Comes hujus nominis.
Guilielmus de Menthon.
Joannes de Seyſſel.
Guilielmus de Geneva Dominus de Lullin.
Franciſcus dela Palu.
Guilielmus de Luyrieux.
Jacobus dela Baume.
Jacobus de Chalant.

Jacobus de Montmayeur.
Petrus de Grolèe.

V. 1465. Amadeus IX. Dux Sabaudiæ Chablay, & Auguſtæ Fundator Ordinis Sancti Mauritii, ut inquit d. Juſtinianus d. pag. 683. rexit annos 10.
juxta autem Collectorem Gallum d. Tom. 3. pag. 427. rexit annos 7.
Ab isto creati fuerunt Equites Claudius de Seyſſel Dominus Aix.
Ludovicus de Chalant.
Claudius de Bourgeois.
Jannus de Geneva Dominus de Lullin.

VI. 1475. Philibertus I. filius Amadei Ducis Sabaudiæ juxta d. Juſtinianum pagin. 683. ſed à Collectore Gallo ponitur anno 1472., concordant tamen, quod rexerit annos 10.
Non ponitur tamen quod creaverit Equites.

VII. 1485. Carolus I. Frater Philiberti Sabaudiæ Ducis, cognomento Belliger, ut narrat d. Juſtinianus pag. 683. rexit annos 5.
ſed juxta d. Collectorem Gallum pag. 426. rexit annos 9.
Ab iſto creati fuerunt Equites teſte d. Collectore Gallo d. Tom. 3. pag. 427.
Hugues dela Palu.
Philibertus de Chalant.

VIII. 1490. Carolus II., aut ut alii nominant Carolus Joannes Amadeus filius Caroli I. Infans defunctus tam juxta d. Juſtinianum, quam d. Collectorem Gallum: rexit annos 6. nullum creavit Equitem.

IX. 1496. Philippus I. Dux Sabaudiæ Princeps di Breſſa Frater Amadei II. Gener Caroli I. Sabaudiæ Ducis poſt Carolum II. ut inquit d. Juſtinianus d. pag. 683., & juxta Collectorem Gallum d. pag. 427. ponitur ingreſſus in Anno 1497. concordant tamen, quod rexit annum 1.

X. 1497. Philibertus II. cognomento le Beau filius Philippi Ducis Sabaudiæ juxta d. Juſtinianum pag. 683. rexit annos 7.
Sed iuxta Collectorem Gallum d. pag. 427. ponitur ingreſſus in anno 1498. aſſeritur quod rexerit annos 20.

XI. 1504. Carolus III. cognomento Bonus Dux Sabaudiæ &c. frater Philiberti rexit juxta Juſtinianum d. pagina 683. annos 32.
& juxta Collectorem Gallum d. Tom 4. pag. 427. ponitur ingreſſus anno 1518., & quod rexerit annos 50. Ab eo creati fuerunt Equites teſte d. Collectore Gallo d. pag. 427.
Philippus de Sabaudia Comes de Genevois &c.
Franciſcus de Luxembourg Vicecomes de Martigues.
Joannes Grueres.
Thomas de Valpergue.
Claudius de Sabaudia Dominus de Raconis.
Jacobus de Miolans.
Rene de Chalant.
Honoratus Beumaldy Baro de Bevil.
Joannes Philibertus dela Palu.
Guilelmus de Vergy.
Claudius de Stavaye Epiſcopus Belley.

Fran-

Franciſcus dela Baume.
Bertolinus de Montebel.
Carolus dela Chambre.
Ayme de Geneve Dominus de Lullin.
Sebaſtianus de Montebel.
Petrus de Buſſy.
Joannes dela Chambre primus Marchio de Ceſcom.
Joannes de la Palu.

XII. 1536. Emanuel Philibertus Filius Caroli Ducis Sabaudiæ, in quo vigore renunciationis, & Bullæ Pontificiæ fixum fuit Magnum Magiſterium Ordinis Sancti Lazari anno 1575. uniti Ordinis Sancti Mauritii: ita firmat d. Juſtinianus pag. 683. ubi notat rexiſſe annos 44.
Sed Collector Gallus ubi ſupra pag. 429. ponit ingreſſum ſub anno 1568., & quod rexerit annos tredecim. Ab iſto creati fuerunt Equites

Carolus Emanuel Prin. Pedemontis
Philippus de Sabaudia Comes de Raconis.
Claudius de Sabaudia Comes de Pancalier.
Andreas Provana Dominus de Leiny &c.
Joannes Franciſcus Coſte Comes de Arignan &c.
Joannes Thomas de Valpergue.
Laurentius de Correvod.
Gaſpar Capois Epiſcopus Aſtenſis.
Carolus Emanuel de Sabaudia Princeps Geneuæ.
Bernardinus de Sabaudia.
Proſper de Geneve.
Joannes Federicus Madruzze.
Philippus d' Eſte Marchio Sancti Martini.
Hieronymus dela Rovere Archiepiſcopus Taurini.
Don Amadeus de Sabaudia fils donne da Marquis de S. Ramberte.
Federicus Ferrero.
Ludovicus dela Baume Princeps de Stienbuſe.
Robertus Rover, Sainſeverin Grand Eſcuyer Sabaudiæ.
Thomas Iſnard de Caſtello.
Beſte Ferrero Fieſque.
Honoratus II. Grimaldi.
Franciſcus Martinengue Grande Eſcuyer Sabaudiæ.
Æneas Pius de Sabaudia.

XIII. 1580. Carolus Emanuel filius Emmanuelis Philiberti, quem Juſtinianus pag. 684. ponit rexiſse annos 50.
Sed Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 430. ponit introitum in anno 1581., & exponit, quod ab ipſo creati fuerunt Equites

Claudius de Chalant Grand Maître Sabaudiæ.
Joannes Baptiſta de Sabaudia Grand Chamberlan.
Joannes Ludovicus dela Chambre Vice comes de Maurienne.
Octavianus de Sancto Vitale.
Carolus Palavicinus.
Aſcanius Bobba Grand Chamberlan.
Michael Bonellus.
Henricus de Sabaudia Marchio de S. Sorlin.
Gaſpar de Geneva Marchio de Lullin.
Philippus Emanuel de Sabaudia Princeps Pedemontis.
Victor Amadeus de Sabaudia.
Carolus de Simiane Marchio de Roat &c.
Michael Antonius de Saluces.
Carolus Franciſcus de Manfroi de Lucerna.
Guiron de Valpergue.

Franciſcus Villa.
Annibal Grimaldus.
Claudius de Rie.
Carolus Philibertus d' Aſte Marchio Sancti Martini.
Nicolaus de Watteville Marchio de Verſoye &c.
Carolus Emanuel dela Chambre.
Erneſtus de Molard.
Jacobus Antonius dela Tour.
Petrus dela Cambre.
Ludovicus Grimaldi Veſcovo di Uence.
Franciſcus Philibertus Ferrero Fieſque.
Nicolaus S. Martini d' Agliè.
Philibertus Scaglia Comes de Verrùe &c.
Franciſcus Arconat Milanois.
Guido de Sancto Georgio.
Philibertus Milliet.
Sigiſmundus d' Eſte Marchio Sancti Martini.
Franciſcus Spinola Grand Maitre d' Hotel.
Guiliemus Franciſcus Chabo.
Joannes Comes de Naſſau Orator Sabaudiæ apud des Etats Generaux Provinciarum Unitarum.
Antonius de Valpergue.
Franciſcus Thomas de Sabaudia Princeps Carignani.
Jacobus Paillard d. Urfe de Laſcaris &c.
Philibertus Mercurinus Arborius.
Bernardinus Parpaille Comes dela Baſtia &c.
Petrus de Duyn.
Emmanuel Solar Orator ad Urbem Mantuæ, & poſtmodum ad Regem Franciæ.
Contenus Rovet Gentilis Homo dela Chambre.
Cleriades de Geneva.
Franciſcus Damas Baro S. Reran.
Guiddus Villæ Marchio de Cillan &c.
Franciſcus de Briohantau Nangis Mareſchallus de Camp General.
Carolus Franciſcus de Valpergue.
Franciſcus Rene de Salcues.
Honoratus de Urfè Marchio de Chateaumorant.
Ludovicus dela Chambre de Seyſtel.
Albertus Bobbe Marchio de Graglie.
Bertrandus de Seyſſel.
Auguſtus Manfroy Scaglia Conſiliarius Status à Secretis.
Gaſpar Purpuratus Gubernator Taurini.

XIV. 1630. Victorius Amedeus filius Ducis Caroli Emmanuelis, juxta Juſtinianum pag. 684. rexit annos 6., & juxta Collectorem Gallum d. Tom. 3. pag. 433. rexit annos 8. ab eo creati fuerunt Equites
Joannes Aureille Arborio.
Paulus Beſſe Ferrer Fieſque Princeps Maſterani.
Philibertus Carret Grande Eſcuyer.
Joannes Franciſcus de Sales Epiſcopus, & Princeps Genevæ.
Ludovicus de Sancto Martino d' Agliè.
Claudius Hieroiſme de Chabo.
Paulus Emilius S. Martini de Parelle.
Antonius Ponte Grande Maitre d' Hotel de Madame Royale.

XV. 1637. Carolus Emmanuel II. filius Victorii Amedei, quem rexiſſe annis 38. refert d. Juſtinianus d. pag. 684.

XVI. 1675. Gabriel filius Caroli Emmanuelis

nuelis Dux Sabaudiæ, qui regebat Ordinem de tempore quo ſcripſit d. Juſtinianus pag. 684. ſub quo Genealogiam Magnorum Miniſtrorum finit.

At Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 434. loco prænominati Caroli Emmanuelis II. poſiti ſub numero decimi quinti Magni Magiſtri ponit pro Magno Magiſtro decimo quinto

XV. 1638. Franciſcum Hiacynthum Ducem Sabaudiæ, à quo creati fuerunt Equites.

Iafre Bens Dominus de Santena.
Amadeus du Puy Marchio de Vaguere &c.
Aſcanius Boba Marchio de Graye &c.
Julius Rangon Marchio dela Maiſon Blanche.
Aleranus Blandrate Grande Chiamberlan du Cardinal de Savoye.
Michael Antonius de Saluces.
Aldovinus Valpergue de Rivare.
Franciſcus Provane de Leyni.
Hieronymus de Roſſillon.
Jo. Dominicus Doria.
Albertus Epiſcopus Genevæ Marchio de Lullin.
Antonius Mariæ Tiſſon.

XVI. 1639. Ponit d. Carolum Emmanuelem II. Ducem Sabaudiæ, quem rexiſſe ſcribit annos 36. d. Collector Gallus Tom. 3. pag. 435. à quo creati fuerunt Equites

Joannes Ludovicus du Mas de Caſtellane.
Paulus Millet Epiſcopus, & Princeps de Maurienne.
Mauritius de Sabaudia.
Emmanuel Philibertus Amadeus de Sabaudia filius Principis Franciſci Thomę.
Carolus Emmanuel Philibertus Hiacynthus de Simiane Grand Camberlan de Savoye.
Octavianus de Sancto Martino d'Aglie Grand Eſcuyer.
Philippus de S. Martino d'Agliè.
Joannes de Wille Carde Grand Maitre d'Hotel.
Carolus Emmanuel Pallavicinus.
Carolus Ubertin Solar.
Carolus Victor Scaglia.
Fridericus Tane Marchio d'Entrague.
Franciſcus Provana.
Gettulus Pioſſaſque.
Guirinus Franciſcus Ville Marchio Cigliani &c.
Franciſcus Ponte Orator ad diverſas Aulas.
Franciſcus Coſte Comes de Polonguere primus Eſcuyer ordinaire de Madame Royale.
Fridericus Blandrate Orator in Urbe.
Franciſcus Doria.

XVII. 1675. Victor Amedeus II. Dux Sabaudiæ, Rex Siciliæ, poſtmodum Rex Sardiniæ: ab eo creati fuerunt Equites, teſte d. Collectore Gallo Tom. 3. pag. 436., & ſeq.

Thomas Felix Ferrero Orator Extraordinarius in Gallia.
Carolus Franciſcus Morozzo Grand Maitre dela Maiſon Royale.
Carolus Mauritius Iſnard de Caſtello.
Thomas Marchio de Carail.
Ludovicus Solar Marchio Dogliani.
Carolus Hieronymus Marchio de Bourg.
Joannes Philippus Solar.
Auguſtus Philibertus Scaglia Can-

Cancellarius Ordinis.
Philibertus Gerard Scaglia.
Auguſtus Manfroi Scaglia.
Carolus Victor Scaglia.
Auguſtus Philibertus Abbas de Verrue Cancellarius Ordinis.
Carolus Joſeph Victor Caron Marchio &c. Secretarius Ordinis.
Joſeph Deleſcheraine Theſaurarius Ordinis.

VIII. 1730. Carolus Emanuel III. Sardiniæ Rex, & Dux Sabaudiæ filius d. Victoris Amadei Sardiniæ Regis natus 27. Aprilis 1701. Huic Rex Pater Regnum, ac Ducatum Sabaudiæ renunciavit, unde inauguratus fuit Rex 3. Septemb. 1730.

Interea præſtolanti integram ſeriem Equitum, damus notulam creationis eorundem Equitum SS: Annunciationis habita Taurini die 23. Maii 1750. eo modo quo nuper ad manus noſtras pervenit.

Dominus Dux Chablais Regis Sardiniæ filius.
Dominus Marchio della Chiuſa.
Dominus Eques Sinzani.
Dominus Marchio S. Juliæ.
Dominus Eques Mombarſelli.
Dominus Commendator Barolo.
Dominus Comes Cumiana.
Dominus Comes Berton.
Dominus Comes della Manta.
Dominus Comes Sales.
Dominus Marchio Tournon.
Dominus Princeps D. Emmanuel Valguartera.
Dominus Comes Gienella.
Dominus Comes della Rocca.
Dominus Commendator Solaro di Moretta.
Dominus Baro Blonais.

DISCURSUS XXIII.

ANTIQVORUM EQVITUM ROMANORUM

ARGUMENTO ET SUMMARIO

Non indiget.

Ordinibus Equeſtribus ſucceſſive in Orbe erectis, exordium normamque Antiquos quoque Romanos tribuiſſe, nemo in dubium revocat: Noſque innuimus in Præliminaribus noſtris Diſcurſibus 2., *&* 3. *ac* 4. *n.* 15. *cum ſeqq.* Licet autem in prædictis noſtris proæmialibus *Diſcurſibus* 2., & 3. late de his Romanorum Equitibus actum fuerit, rurſus tamen hìc, ne noſtra hæc Equeſtrium Cœtuum Nomenclatura ordine Alphabetico concinnata, mutila remaneat, breviter Hiſtoriam Ordinis Equeſtris antiquos apud Romanos breviter recenſemus. Proinde dicimus, quod Equitum Vocabulum à Romanis dupliciter accipiebatur. Primo ad ſignificandum Milites illos, qui Equo militabant, ad diſtinctionem Militum, qui pedites in Exercitibus certabant.

Secundo, ad exprimendos Viros illos, qui Equeſtrem Ordinem conſtituebant, & à Cenſoribus in eundem Equeſtrem Ordinem electi erant, atque illis Equus publicus dabatur: d. noſtro *Diſcurſu* 2. *à d. n.* 67. *cum ſeqq.*

Porrò ad hunc Equeſtrem Ordinem non eligebantur niſi illi, qui ingenui eſſent, & ex Patre, & Avo ingenuis, quique ſanguinis Puritatem non maculaverint, vilibuſque artibus non ſe immiſcuerint, ut diximus d. noſtro *Diſcur.* 2., *&* *Diſcur.* 3.

Neceſſe erat, ut Cenſum Equeſtrem poſſi-

poſſiderent: ad quam vero ſummam aſcenderet Equeſter Cenſus, exponitur in d. *noſtro Diſcurſu 3. n. 1.*

Peculiaris Teſſera horum Equitum erat Anulus antiquiſſimis temporibus ferreus, poſtmodum aureus, ſine gemma, de quo d. noſter *Diſcurſ. 2. n. 71. cum ſeqq.*

Suam quoque Togam habebant Equites, hoc eſt anguſtum Clavum *d. Diſc. 2. n. 68.*

Atque ita cum tota Urbs in Claſſes tres diſtingueretur, in Senatores nempe, Equites, & Plebem; Equitum Claſſis ſecunda erat, & de horum Equitum Prærogativis ample actum eſt in noſtris *Diſcurſibus Proœmialibus 2., & 3.* aguntque etiam *Bonannus*, & *Collector Gallus* inferius allegandi, *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ* in Volumine cui Titulus. *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Diſcurſu Præliminari de Equitibus impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730.

Equeſtris Anuli figuram refert *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Equeſtr. Ordinum in Generali Teſſerarum forma*, quæ habetur in calce ſub n. 89.

Figura vero antiqui Romani Equitis d. Toga induti, & Anulum gerentis videri poteſt apud *d. Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Equeſtrium Ordinum n. 99.* & apud *Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires ou des Chevaliers Tom. 1. §. 1. pag. 1. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

DISCURSUS XXIV.

S. ANTONII ABBATIS IN ÆTHIOPIA

ARGUMENTUM

Præſens Diſcurſus duabus partibus conſtat. In prima oſtenditur fundatum fuiſſe hunc Ordinem Equeſtrem Militarem ad Catholicæ Eccleſiæ exaltationem, & ad conterendos Eccleſię Hoſtes anno 370. a Joanne Æthiopiæ Imperatore, qui cognomentum Pretioſi meruit, quodque pretioſi Joannes nomen, annorum curſu in ſucceſſionibus tranſivit in nuncupationem di *Prete Janni*, ſeu *Preſte Janni*. Eumerantur Leges, & ſtatuta ejuſdem Ordinis ex duabus Claſſibus conflati, Equitum videlicet Militum, Clericorum, & Monachorum; eorum Jura recenſentur, ac Prærogativæ cum allegatione Scriptorum, qui de illo egerunt.

In altera Diſcurſus parte exponitur ſeries rationum demonſtrantium fabuloſas eſſe Narrationes adductas quoad fundationem hujuſmodi Ordinis, ac penitus fictitias, & reiiciuntur contrarii Auctores, & tandem aliqua ex parte excuſatur, & defenditur Scriptor *Abyſſinus Joannes Balthaſſar Telez.*

SUMMARIUM

1. *Æthiopiæ Imperatores originem ſumunt è Sanguine Regis Salomonis.*
2. *Joannes Imperator Æthiopiæ dictus fuit Pretioſus, & ab hoc nomine ſucceſſive ortum habuit nuncupatio di* Preſte, o Prete Janni.
3. *Dictus Joannes Imperator anno* 370. *Militarem Equeſtrem Ordinem inſtituit duabus Claſſibus, Equitum nempe, & Monachorum conſtantem, ſub Titulo Sancti Antonii Abbatis, ad Defenſionem Catholicæ Fidei, ac Exaltationem* & n. 16. *Confirmavit illum S. Baſilius Magnus, & Regulam præſcripſit* d. n. 3.
4. *Teſſera Equitum eſt Crux cærulea, cum lilio in prima parte, & brachiis.*
5. *Dicta Crux filo aureo, juſſu Impera-*

peratoris Philippi fuit exornata.
6. *Clerici, & Monachi gerunt Habitum nigrum cum Teſſera* T. *vulgo* Tnau.
7. *Vexillum Ordinis in Bello, quale fuerit.*
8. *Figuram Equitis ſua veſte induti, qui exprimant.*
9. *Magnus Magiſter Ordinis adeſt ad vitam durans, & eligitur alternatim modo ex una, modo ex altera Claſſe. Habitus Magni Magiſtri, & Crux, cujus forma ſit?*
10. *Magnus Magiſter eligi non poteſt, qui eſt ex genere Imperatoris.*
11. Inſula Meroe *donata fuit Ordini ab Imperatore Philippo, vel à Claudio.*
12. *Equites utriuſque Claſſis morantur in dicta Inſula.*
13. *Omnes Patres, etiam Reges, habentes tres filios tenentur filium unum, non tamen Primogenitum tradere Ordini Sancti Antonii, exceptis Medicis,* & n. 15.
14. *Habitatores Inſulæ* Meroe, *veluti Vaſſalli pendent ab arbitrio Magni Abbatis.*
16. *Duodecim mille Equites ſtant pro Cuſtodia Regis.*
17. *Caſtitatem Conjugalem vovebant Equites, ac Sanguinem pro Sancta Eccleſia Romana profundere, & Summo Pontifici Obedientiam.*
18. *Statuta, & Conſtitutiones hujus Ordinis ſunt conſimiles Statutis, & Conſtitutionibus Ordinis Conſtantiniani.*
19. *In armandis Equitibus idem ritus ſervatur in utroque Ordine. Religio Antoniana ſummopere colit S. Georgium Martyrem, cujus Imaginem in qualibet Eccleſia ſervat.*
20. *Ordinem Sancti Antonii comprobavit, & Privilegiis auxit Divus Leo, & Pius V. Pontifices Summi.*
21. *Ordo ultra Magnum Magiſtrum habet ſuas Dignitates & Graaus, ac Servientes, & Donatos* & n. 22. 23. *&* 24.
25. *Magnus Magiſter ſub Titulo Magni Abbatis, iuriſdictionem habet ſuper Equitibus.*
26. *Conſilium Equitum tenet Magnus Magiſter, & ex quibus Equitibus, & Monachis componatur.*
27. *Magno Magiſtro mortuo, quomodo Funus celebretur.*
28. *Quomodo mortuo Abbate Spirituali.*
29. *Quomodo mortuo Abbate Militari.*
30. *Magni Magiſtri nova electio, quomodo fiat, & quibus Cæremoniis.*
31. *Magni Magiſtri Habitus deſcribitur,* & n. 32.
33. *Ordo poſſidet in qualibet Civitate Conventum.*
34. *Seculares non poſſunt introire in Monaſteria, neque Fœminæ, nec ulla Animalium ſpecies, ſolumque Galli admittuntur cum Tintinnabulo ad pedes, ut ſic Matutini hora pulſetur.*
35. *Abbatiæ tot ſunt, quot ſunt Æthiopiæ Civitates, ſcilicet bis centum quinquaginta, & quidem in forma Caſtri conſtructæ, & qua amplitudine, & forma.*
36. *Abbates licet ſint ad vitam, tamen in ſignum humilitatis, in Vigilia Sancti Antonii in Capitulo renunciant; confirmantur tamen à Capitulo, laudato per Decanum bono Regimine eorundem Abbatum.*
37. *Annuatim Abbatiæ viſitantur, & quomodo.*
38. *Abbates Spirituales tenentur omnia neceſſaria ſubminiſtrare Abbatiis & Equitibus, & quomodo hoc compleatur,* & n. 71.
39. *Equites vivunt ſeparatim à Secularibus, nec quidquam recipere poſſunt, à Genitoribus, aut Conſanguineis.*

guineis, neque ab Extraneis, & ſub qua pena? & n. 72.

40. *Equites Monachi inſimul comedunt in Abbatia, & qua methodo?*

41. *Magnus Magiſter reſidet in Inſula Meroe.*

42. *Inſulę Meroe deſcribitur ſitus.*

43. *Magnus Abbas, ſive Magnus Magiſter abſolutam Iuriſdictionem d. Inſulæ, pluresque Reditus ex ea percipit & quot.*

44. *Magnus Magiſter cum magna pompa vivit, centum Equites magnæ Crucis, & bis mille, & quingentos Equites inferiores Commendatores retinens in ſua Aula.*

45. *Abbates Spirituales quomodo aſſociati ad Chorum pergant?*

46. *Ordo tenetur præſtare Regi ter mille Equites.*

47. *Imo pro illius cuſtodia duodecim millia Equitum.*

48. *Iuvenes recipiendi in Ordinem debent eſſe in ætate ſexdecim, vel decem & octo annorum, & ſe præſentari Abbatiæ Provinciali.*

49. *Novitiatus quomodo, & in quibus locis, & per quod temporis ſpatium peragatur?*

50. *Novitiatu completo cum litteris Magni Magiſtri admittitur ad profeſſionem, & quibus Ceremoniis* & n. 51. 52. 53. 54., & 55.

56. *Profitens emittit Votum ſolemne Obedientiæ, & Fidelitatis Sedi Apoſtolicæ Romanę, Imperatori Abyſſinorum, & Magno Magiſtro, de bellando contra Infideles, de obſervandis Statutis Ordinis, & Canonibus Decretiſque Concilii Tridentini.*

57. *Jurat in manibus Abbatis Spiritualis ſe non bellaturum contra Chriſtianos, vel non recepturum alium Ordinem Sacrum, neque Matrimonium contracturum ſine expreſſa licentia Summi Pontificis.*

58. *Super prędictis tamen conceditur Diſpenſatio ex juſtis cauſis, & quæ ſint?*

59. *Ita profeſſione emiſſa, remanet adſcriptus numero Equitum Commendatorum.*

60. *Profeſſus volens ad Statum Matrimonii tranſire, quomodo ſe gerat?*

61. *Abbates Militares, & Spirituales, ac Equites, & Monachi quo modo, & ritu exeant e Conventu?*

62. *Equites Commendatores ſe exercent in exercitio Belli.*
Et tempore Pacis diebus Martis, & Jovis vecti Equis in Haſtiludiis.

63. *Equitibus Commendatoribus ad Bellum ire cupientibus, examinatur in Aſſemblea eorum deſiderium; & annuente Aſſemblea Abbatia Equiti ſubminiſtrat Arma,* & *Servientes ad locum Tentorii, ubi adeſt Menſa pro ipſo.*

64. *Novitii nondum Crucem gerentes diverſæ accumbunt menſæ: ſic etiam Servientes, & Oblati.*
Quodlibet Tentorium ſuum habet Capellanum in peculiari Tentorio habitantem pro Divinis Officiis celebrandis, & miniſtrandis Sacramentis, cum duobus Oblatis.

65. *Abbatia quęlibet debet neceſſarios omnes ſumptus ſubminiſtrare.*
Nullus Eques tranſire poteſt à proprio Tentorio ad aliud diverſæ Abbatiæ, ſine expreſſa licentia ſui Ducis.

66. *Servientes quomodo admittantur ad Profeſſionem.*

67. *Oblati ſimiliter quomodo admittantur.*

68. *Abbates Spirituales Monachi, & Abbates Militares Equites in Monaſteriis morantur, & reſpective ſuos Subditos tenent, dum Milites non ſunt in Bello, vel non ſunt in cuſtodia confinium.*

69. *Equites, & Commendatores inobe-*

dientes, vel peccantes quomodo puniantur?

70. *Viſitantur annuatim Abbatiæ Ordinis, & antecedente* n. 38.

71. *Et debent provideri Equites de omnibus.*

72. *Equites nihil poſſunt à Parentibus, vel extraneis recipere ſub pæna privationis Habitus per annos ſeptem, & privationis Vocis activæ, vel paſſivæ.*

73. *Equites Monachi comedunt in communi, & quomodo Commendatarii. Diebus Mercurii, Veneris, & Sabbathi Carnem non comedunt, ſed Lacticinia, & Piſces.*
In diebus autem abſtinentiæ ſolo pane & Aqua, ac ſimplicibus herbis coctis.

74. *Monaſteria plura adſunt ad hunc Ordinem ſpectantia, & Commendæ etiam in Hiſpania, in Italia, & Gallia.*

75. *Series Magnorum Magiſtrorum integra non invenitur; unde à Scriptoribus, loco Catalogi eorundem, apponitur Catalogus Imperatorum Abyſſinorum.*

76. *Adducuntur alii Auctores, qui deſcripſerunt Originem, Progreſſum, & Preconia hujus Ordinis Militaris, & Equeſtris S. Antonii Abbatis in Æthiopia.*

77. *Si Auctores relati veritate nituntur, hic Ordo optimis legibus fuit conſtructus, & non immerito emicuit.*

78. *Hic Ordo ob errores Schiſmaticorum in quos incidit, extinctus remanſit.*

79. *Adducuntur Scriptores impugnantes fundationem d. Ordinis, ac teſtantes Narrationes de illo eſſe fabuloſas, et ideales.*

80. *Reiicitur Scriptor Abyſſinus Joannes Balthaſſar Telez.*

81. *Criticam Diſſertationem exaravit Collector Gallus impugnantem hunc Equeſtrem Ordinem per extenſum* numeris ſequentibus, & n. 82. 83., & 84.

85. *Impugnatur aſſertio, quod in Italia Hiſpania, et Gallia, Viennæ in Auſtria, et in tota Europa adſint Commendæ, et Conventus hujus Ordinis Æthiopiæ.*

86. *Reſpondetur Auctori Abyſſino quoad numerum, & qualitatem Abbatiarum.*

87. *Sic quoad qualitatem Crucis.*

88. *Enumerantur Auctores ſuſtinentes ſubſiſtentiam hujus Ordinis.*

89. *Impugnatur forma Habitus, & cætera tradita à* Juſtiniano, & Bonanno, & n. 90. 91., & 92.

93. *Transferuntur ad literam verba Hiſtoriæ Gallicæ in Idioma Italicum translata à* Patre Fontana.

94. *Defenditur, & excuſatur Scriptor Abyſſinus* Joannes Balthaſſar Telez *hujus Ordinis Eques ab objurgationibus contra illum cumulatis, & oſtenditur illum locutum fuiſſe analogice, et n. 95., et 96.*

97. *Oſtenditur d. Joannem Balthaſſarem Telez cum dicta ſua Hiſtoria Abyſſina efformaſſe Equeſtrem Otopiam.*

DISCURSUS XXIV.

S. ANTONII ABBATIS IN ÆTHIOPIA

NOn ſine ingenti admiratione vel audiri, vel legi poſſunt ea, quæ de Militari Equeſtri Ordine Sancti Antonii Abbatis in Æthiopia ſcripta reliquerunt Auctores. Plures ſiquidem etiam Majorum Gentium in re hac Scriptores Præſtantiam, Amplitudinem, illiuſque Nobilitatem commendarunt. Sed plures quoque ſunt

ſunt etiam eruditi, qui multifarie,
multiſque modis eundem Ordinem,
penitus apocryphum, idealem, nu lo-
que facti munimine innixum oſten-
dere nituntur. Nos vero quæ utrius-
que Claſſis Scriptores tradiderunt,
præſenti Diſcurſu ad Lectorum no-
ſtrorum inſtructionem cumulare ſa-
tagemus.

Et ſane, qui hujus Ordinis originem
progreſſumque enarrant, præmiſſa Jo-
annis Æthiopiæ Imperatoris inclyta
Nobilitate, quippe qui a Regina
Candace deſcendens eſt, quæ ex
1. ſanguine erat Regis David, median-
te Salomonis Filio ex Regina Sa-
ba ſuſcepto, nuncupato proinde *Fi-
lio Sapientis*, hoc eſt Salomonis: Re-
gina autem Candace illa eſt, quæ
Chriſtianæ Fidei nomen dedit ob præ-
dicationem habitam per illius Præ-
fectum Domus, Eunuchum illum ſci-
licet mirabili modo a Sancto Phi-
lippo baptizatum, ut habetur in A-
ctibus Apoſtolorum cap. 8. 38. De
hujuſmodi Genealogia agit *Abb.
Bernardus Juſtinianus* .. *Iſtorie Cro-
nologiche dell' Origine degli Ordi-
ni Militari ec. Parte Prima cap.*
5. *pag.* 65. *juxta impreſſionem Ve-
netam Typis Combi, et Là Noù* 1692.
Volumen, cui Titulus .. *I Sourani del
Mondo Tom.* 4. *cap.* .. *Il Rè degli
Abiſſini, o di Etiopia pag.* 235. *cum
ſeq. juxta impreſſionem Venetam
Typis Sebaſtiani Coleti, et Joan-
nis Malachini anno* 1720. ubi per
extenſum omnes Stirpes enume-
rat, quæ Regnum poſſederunt, ſcri-
bunt, quod idem Joannes Religioſus,
& Chriſtianus Imperator, & ſum-
mopere zelans Chriſtianam Fidem,
& Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ exal-
tationem, & ob Religioſos ejus mo-
res Pretioſi cognomentum meruit,
2. quod Pretioſi Joannis nomen anno-
rum curſu corrupit antiquitas in Suc-
ceſſoribus, illud vertendo in nomen
& nuncupationem *Di Prete Ianni*,
ſeu *Preſte Ianni*, ad conterendos Ec-
cleſiæ Catholicæ Hoſtes Anno 370.
Sacram Militiam, & Equeſtrem Or-
dinem inſtituit, ſub Titulo Sancti
Antonii Abbatis principalis ejuſdem
Imperii Protectoris, qui Ordo dua-
bus Claſſibus conflatus erat, Equi-
tum videlicet, qui Armis, ac Cleri-
corum, & Monachorum, ut oratio-
3. nibus precibusque Catholicæ Fidei
ſubſidio eſſent; huicque Ordini Re-
gulam tribuit Sanctus Baſilius Ma-
gnus, qui eundem Ordinem con-
firmavit: tunc enim temporis in
humanis fuiſſe eundem Sanctum Ba-
ſilium, pluribus auctoritatibus demon-
ſtrat, & prædicta comprobat *Abbas
Bernardus Juſtiniani d. Parte Prima
cap.* 5. *pag.* 65. ubi reſpondet *Ono-
phrio Panvinio* contrarium ſentienti
in Chronica Eccleſiaſtica. *Pater An-
dreas Mendo de Ordin. Militaribus
Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 2. *n.* 20. *Joan-
nes Boterus Parte Secunda Relatio-
num Univerſalium libr.* 3. *pag.* 150.
*de quo infra. Collector Gallus Hiſtoi-
re Des Ordres Militaires Tom.* 1. §.
5. *pag.* 150., *juxta impreſſ. Amſte-
lodami Petri Brunel Anno* 1721. *Pa-
ter Philippus Bonanni in Catalo-
go Ordinum Equeſtrium n.* 4. *Pe-
trus Franciſcus Bergamaſchi Prior
Cambiani in ſuo Volumine* .. *Breve No-
titia Iſtorica del Pontificio, & Im-
perial Ordine de' Cavalieri Aureati
pag.* 50. *juxta impreſſ. Taurini Ty-
pis Dominici Paulini* 1695. *Do-
minus Joannes Fidericus S. R. I. Co-
mes Sapieha Eques Ordinis Aqui-
læ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo
Corollario Omnium Ordinum in ver-
bo Sancti Antonii Abbatis in Æthio-
pia a pag.* 231. *cum ſeq.* quod *Co-
rol-*

tellarium eſt in calce Tractatus ejuſdem Auctoris, cui Titulus -- Adnotationes Hiſtoricæ de Origine, ec. Ordidis Aquilę Albæ in Regno Poloniæ impreſſum Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, ſive Jus Canonicum Tom.* 2. *Litt. S. §. Notitia & ſeries Ordinum Equeſtr. Militarium n.* 4. *pag.* 734. *juxta impreſs. Salisburgi Typis Joannis Ioſephi Mair.* 1729.

Dictis Equitibus inſigne præſcripſit Crucem cæruleam habentem lilia in pri-
4. ma parte, & duobus lateribus ſeu brachiis, non autem in inferiori parte, ſeu pede: *Mendo ubi ſupra*. Et figuram exhibet *d. Juſtinianus pag.* 64. *Bonannus n.* 4. & 5.

Imperator autem Philippus juſſit, quod d. Crux aureo filo circumornata eſſet
5. ſicuti notat *Juſtinianus d. pag.* 66. *Bonannus d. n.* 5. Sic etiam Veſtem talarem nigram, ut proſequuntur ſuperius allegati.

Pro Clericis pariter, & Monachis ſtatuit Habitum nigrum talarem, una cum Cruce cerulea non integra, ſed
6. in figura T. vulgo *Tau*, ſicuti ante pectus Divum Antonium geſſiſſe teſtantur Annales: formam vero exhibet *d. Juſtinianus pag.* 66. *Bonannus d. n.* 4. & 5. *d. Collector Gallus d. Tom.* 1. *pag.* 173.

Cum autem hæc Figura Crucis, cui deficiat prima pars, & efformetur littera T. dicatur *Tau*, hæcque variis Religionibus Equeſtribus, & Militaribus, ut in Religione Melitenſi, & Sancti Stephani Papæ & Martyris adhibeatur pro Servientibus Officii; hìc in propoſito d. figuræ *Tau* ad eruditionem ſubdimus, quod huiuſmodi *Tau* Græcis pariter, ac Latinis, uti & veteribus Hebræis Littera erat Salutis, & Vitæ; & eodem modo olim ſcribebatur, habebatque Figuram Crucis: Imo & Ægyptii Serapidis pectori *Tau* inſcribebant, quasi in ſignum futuræ Vitæ.

Volunt alii hanc vocem *Tau* ſignificare Statum perfectorum, qui vita ſunt digni, ex quo ultima Litterarum Hebraicarum, & initialis vocis *Thota*, quæ legem ſignificat.

Pro *Tau* Virgilius in Catul. ad Tuccam etiam Crucem intellexit, *Tau* Gallicum appellans; cujus rei rationem diligenter inquirens Goropius Becanus, putare ſe dicit, intellexiſſe Virgilium a quopiam illorum Sacerdotum qui Orvides appellantur, vel forte à ſcriptis, & vaticiniis Sybillarum, quæ ſurripuerat, quæque ſibi adſcivit, & inter Opera ſua publicavit, illos caracteres ſcilicet, illaſque litterarum figuras, inter quas erat *Tau*, prius apud Gallos, quam apud Græcos in uſu fuiſſe: ideoque *Tau* Gallicum Crucem ipſam appellare voluiſſe. Videatur Theatrum Vitæ Humanæ Beyrlinck litt. T. *Cornel. a Lapide ſuper Cap.* 9. *Ezechiel. Vers.* 4.

Cælius Rhodiginus Lectionum antiquarum lib. 10. *cap.* 8. tradit Crucem ideo *Tau* Gallicum appellatam eſſe, quia Galli Crucem ipſam ad *Tau* formam conſtruere ſolebant atque hinc factum eſſe dicit, cur apud pleroſque celebres Authores ipſum *Tau* pro Cruce ponatur.

Ordo hic Equeſter Militaris ſuum in Bello Vexillum extollebat, hocque ni-
7. grum erat, & una parte Crux Ordinis aderat cum Diademate Imperiali, in quo Leo, ut dicitur *Rampante* conſpiciebatur, tenens Crucem, vel Crucifixi Imaginem cum Lemmate -- *Vicit Leo de Tribu Juda* -- d. Volumen quartum -- *Li Sourani del Mondo pag.* 242. cujus figura adeſt penes

nes *d. Juſtinianum pag.* 71. ubi notat, quod d. Scutum eſt Stemma Imperatoris *Prete Ianni*, & ibidem redarguit *Jo. Ludulfo* in Hiſtoria Æthiopica, ſeu Deſcriptione Regni Abyſſinorum deſcribentem Leonem ambulantem cum Cruce Patriarchali.

Figura pariter habetur impreſſa in d. Volumine *Li Sourani Tom.* 4. *pag.* 235. ubi quod Campus eſt argenteus, & Leo rubeus, & Crucifixus aureus.

Figura Equitis d. Veſte induti una cum Deſcriptione antiqua, & moderna
8. ejuſdem Veſtis habetur apud allegatos *Juſtinianum pag.* 69, *& Bonannum n.* 4. *d. Collectorem Gallum d. Tom.* 1. *pag.* 172. *ſicuti n.* 5. adeſt figura Equitis Sacerdotis.

Suum Magnum Magiſtrum habet hic
9. Ordo, qui dicitur Magnus Abbas, cui paret totus Ordo, & munus ad vitam durat: mortuoque Magno Magiſtro eligitur alternatim novus ex duabus Claſſibus, ita ut ſi Defunctus erat ex Claſſe Equitum, debet eligi novus ex claſſe Monachorum. Magna pollet auctoritate hic Magnus Magiſter, *d. Juſtinianus pag.* 67. plura infra dicemus.

Peculiarem Habitum gerit Magnus Magiſter, ſicut & Crucem, & hujus figuram formamque Crucis exhibet *d. Juſtinianus, & Pater Mendo* in locis ſuperius allegatis; *Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 4., *& 6. d. Collector Gallus Tom.* 1. *pag.* 152. Habitus vero deſcriptio habetur infra *n.* 31., *&* 32. ubi lato calamo exponitur.

Ad Dignitatem Magni Magiſterii pro-
10. moveri non poteſt ille, qui eſt ex Genere Imperatoris, ne forte in Imperatorem ampliſſimæ tranſeant facultates, quas habent hujuſmodi Magni Magiſtri: *d. Mendo n.* 21. *Abb. Juſtinianus d. pag.* 67.

Ordinem hunc ampliavit Privilegiis,
11. & Reditibus, eique donavit Meroe Inſulam ſitam in Nili flumine Philippus dictus etiam ipſe *Prete Ianni* filius d. Joannis, ut notant præallegati Auctores *Juſtinianus, Collector Gallus, Philippus Bonanni, & Comes in Koden Sapieha*, qui tamen inquit illi datum fuiſſe a Claudio Imperatore Abyſſino.

Utriuſque Claſſis Equites morantur in
12. d. Inſula Meroe: d. Bonannus n. 5.

Statuit præterea d. Philippus Imperator, quod omnes Subditi, qua late patet ejus Imperium Abyſſinum, tenerentur ſi tres haberent filios, filium unum tradere d. Religioni Sancti An-
13. tonii, quod Decretum afficiebat etiam filios ipſorum Regum, ſolumque ab eodem Decreto exempti erant Medici: Habitatores vero d. Inſulæ Meroe veluti Vaſſalli ab arbitrio
14. Magni Abbatis pendent: *dict. Pater Mendo Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 2. *n.* 21. *d. Juſtinianus pag.* 66., *& ſeq. &* 75. *Joannes Botero Parte Secunda Relationum Univerſalium lib.* 3. *pag.* 105. *ibi loquendo de Rege Abbatia, aut Abyſſinorum, quem ille nuncupat Preſte Gianni, ſic ait* - *Hà una Religione Militare ſotto la Protettione di Sant' Antonio, alla quale ogni Pa-*
15. *dre di Famiglia Nobile deve deſtinare uno d' ogni trè Figliuoli, non però il Primogenito, e di queſti ſi cavano Dodici mila Cavalieri per*
16. *la Guardia del Re. Il fine di queſta Religione è difendere i confini dell' Imperio, e far teſta a' Nemici della Fede*.

Equites hujus Ordinis vovebant Caſtitatem Coniugalem, ac etiam profun-
17. dere ſanguinem pro Sancta Eccleſia Romana, & Summo Pontifici ejuſdem obedientiam profitentur, uti

eorun-

corundem ſupremo, & naturali Do.
mino ac ſuperiori, ut tradit *d. Ju-
ſtinianus d. pag.* 70. *P. Andreas Men-
do de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.*
2. §. 2. *n.* 21. *d. Laurentius Vigilius
de Nicollis d. Tom.* 2. *d. pag.* 724.
Hujus Ordinis Conſtitutiones, & Sta-
18. tuta conſimilia ſunt ſtatutis Or-
dinis Conſtantiniani, ut obſervant *d.
Pater Mendo ubi ſupra, Juſtinianus
d. pag.* 66. *d. Bonannus n.* 4. *d.
Laurentius Vigilius de Nicollis d.
Tom.* 2. *d. pag.* 734.
Quapropter in armandis Equitibus, ſi-
cut Religio Conſtantiniana Divum
19. Georgium invocat, ſic Divi An-
tonii Religio Divum Antonium nun-
cupat, d. Sanctum Gorgium Marty-
rem ſummopere colit; unde in qua-
libet Eccleſia ejus ſervatur Imago
cum illum Antoniani Equites Pa-
tronum agnoſcant generalem Equi-
tum: *d. Iuſtinian. pag.* 66.
Hunc Ordinem ajunt comprobatum, &
Privilegiis decoratum a Divis Leone,
& Pio V. Pontificibus: *d. Pater An-
dreas Mendo Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 2.
n. 2. *d. Juſtinianus pag.* 66. *Pater
Philippus Bonannus antedictus in*
20. *Catalogo Equitum n.* 4. *d. Comes
in Koden Sapieha d. pag.* 232.
21. Præter Magnum Magiſtrum, vel Ma-
gnum Abbatem, componitur Ordo
ſuis Dignitatibus, & Gradibus, Ser-
vientibus, & Donatis, tam in Claſſe
Equitum Militum quam Monachorum
de quibus infra diſtinctim loquemur.
Hinc pro recto Regimine Ordinis adſunt
Dignitates & Gradus, Abbates ſcilicet
22. Majores, Spirituales nempe, & Mi-
litares, qui Monachos, & Clericos
Militares, & qui Equites Militares
antecedunt. Abbati Spirituali mor-
tuo ſuccedit Monachus magis anti-
quus in Habitu. Pro Abbatiis Milita-
ribus eliguntur Abbates per ſuffra-
gia ipſorum Equitum. Numerus non
est præfixus: quamobrem adſunt
Abbatiæ quingentos, aut mille, vel
bis mille habentes Commendatores, qui
debent eſſe ex ſanguine Nobili ac
Equeſtri: Adſunt etiam Servientes,
qui in duplici Claſſe diſtinguuntur.
Prima Claſſis componitur ex Filiis
Civium honoratis, & ex iſta Claſſe
23. Servientes litterarum ſtudiis ſe e-
xercent, & ad Sacerdotium promoven-
tur, fiuntque Equites Monachi: Claſ-
ſis altera ex Oblatis componitur,
ſuntque filii popularium Perſonarum,
& civilibus Officiis addicti. Et quemad-
modum Superior in prima Claſſe
24. dicitur Decanus, ita Superior in
ſecunda Claſſe nuncupatur Prior,
moramque omnes trahunt in pe-
culiari Clauſtro ab Equitibus, & Mo-
nachis diſtincto; quibus omnibus
Magnus Magiſter ſub Titulo Magni
Abbatis præeſt, hicque dominium
25. Inſulæ Meroe ex donatione Philip-
pi tenet, & ſuper Equitibus Juriſdi-
ctionem: *d. Iuſtinianus pag.* 67. *Bo-
nannus n.* 4. *&* 5.
Tenet præterea Equitum Conſilium
conflatum ex duodecim Equitibus
26. Monachis, & duodecim Militibus,
qui extrahuntur ex quadraginta o-
cto Equitibus, viginti ſcilicet qua-
tuor Monachis, totidemque Militibus,
ſumptis duobus ex qualibet Pro-
vincia Ordinis: *Iuſtinianus ubi ſupra
pag.* 67.
Mortuo autem Magno Magiſtro, illius
funus ſic peragitur. Induitur illius
Cadaver Pontificali Habitu, quod
Sacerdotes deferunt induti Sacerdo-
27. talibus Veſtibus, hiſque præcedit
Decanus ſolemni Habitu Baculum
Paſtoralem manu tenens; Abbas ve-
ro Militaris Aulæ Magiſtralis Enſem
defert, & in Eccleſia Reſidentiæ ſo-
lemnes celebrantur Exequiæ: ſed an-
tequam

ſequam tumuletur Cadaver, quilibet Eques defunctum ſalutat, & ei manum oſculatur, & ſpatio dierum triginta funerales actiones in ſuffragium ejus Animæ continvantur.

Pene conſimiles exequiæ fiunt in obi-
28. tu Abbatis Spiritualis in Abbatiis Provincialibus, ſed ſolum ſpatio trium dierum, & cum minori concurſu Equitum.

Quoties moritur Abbas Militaris, indui-
29. tur Cadaver armatura, juxta eorum morem; completiſque exequiis, exuitur Armis, & induunt Habitu Religionis. Demum, ſi moritur ſimplex Commendator, induitur Habitu Capitulari ſolito, & quemadmodum dum vivunt, diſtinctas habent habitationes, ita etiam iiſdem reſpective defunctis, ſeparatim habent Cœmeteria Abbatum Sacerdotum, & Commendatorum Equitum, & Servientium: *d. Iuſtinianus pag.* 75.

Lugubris Funeris completa pompa, novi Magni Magiſtri fit electio, in qua regula eſt ſervanda. Primo, quod
30. Magnus Magiſter eligatur modo ex una, modo ex alia Provincia alternatim, & per girum: Secundo, quod alia alternativa inter Claſſem Monachorum, & Claſſem Militum ſervetur, ſcilicet, quod ſi Defunctus Magnus Magiſter fuiſſet ex Claſſe Monachorum, novus eligendus eſt ex Claſſe Militum: *Iuſtinianus n.* 68., *&* *ſeqq. Bonannus n.* 6., *&* *ſupra tetigimus §. Suum Magnum Magiſtrum habet.*

Abbates Spirituales, & Militares Conſilium convocant, intimantque omnibus Provinciis proximam electionem habendam, & ſubinde publicant ad quam Provinciam ſpectet ratione Antianitatis temporis Magna Abbatia, & an debeat Magnus Abbas eligi ex Monachis, aut Militibus, unde electus dicitur abſque alio concurſu, & facto Conſilii, quod ſolummodo cognoſcit de illius antianitate in Ordine: ſtatimque Epiſcopus, & tres Abbates præventive ad hoc vocati, novum Magiſtrum confirmant, & benedicunt. Si ergo ita electus ſit abſens, immediate plures Commendatores pergunt ad illum excipiendum, & per omnes Abbatias, & Ordinis loca publicatur electio cum ingenti omnium lætitia, præcipue in illa Abbatia, cujus electus erat filius, & in qua Profeſſionem emiſerat. Abbatiam hanc adeunt omnes Equites Monachi, & Militares, & proceſſionaliter ad Domum pergunt proximi Conſanguinei novi Magni Abbatis, ut feſtivas congratulationes exhibeant: inde novum Magnum Abbatem in medio Abbatis Spiritualis, & Militaris excipiunt, illumque una cum tota Familia etiam Fœminarum, ad Abbatiam ducunt, in qua octo dierum curriculo, conviviis, continvis tripudiis, Haſtiludiis Equeſtribus lætiſſime moram trahunt, & poſtmodum ſolemni pompa, cum tota Familia ad Domum comitantur, ut narrat *d. Iuſtinianus pag.* 68., *&* *ſeqq.*

Diximus ſupra quod Equites Militares, & Monachi habent reſpective ſuos Habitus, quos deſcribit allegatus *Iuſti-*
31. *nianus*. Hic quoque refert, & deſcribit Habitum Magni Magiſtri, qui in pectore Magnam Crucem cæruleam gerit; Habitus vero antiquis temporibus, tum Equitum, tum magni Abbatis efformabatur ex Veſte nigra lanea, uſque ad medietatem cruris profluens, & ad pectus pendebat Crux Ordinis. In Solemnitatibus vero, & in Divinorum Officiorum intereſſentia Cucullam gerebant pretioſe compactam cum Manicis apertis, & latis uſque ad terram: in Capite Biretum quatuor plicaturis ex eadem lana, & ſuper

ſuper ſiniſtrum Cucullæ latus Crucem gerebant: Unde Magni Magiſtri Habitus ſolum ab Habitu Commendatorum, & Equitum diſtinguebatur à delatione Crucis Majoris in pectore ſupra Cucullam, & ſuper latus. Abbates Militares pari forma induti erant, cum breviori tamen Cruce. Spirituales vero Abbates habent Habitum conformem Monachis, ſed ſolum difformem ab Equitibus in hoc, quod in manicis Cucullæ clauſis & arctis, & loco Crucis in pectore & latere, *Tau* expreſſum cum litt. *T.* deferunt. In capite autem gerunt loco Bireti amplum Capucium, ut ſequendo auctoritatem *Joſeph Micheli in Theſauro Militari Equitum*, *Ludovicum Urretta in Hiſtoria Abyſſinorum*, *Franciſcum Menneniun in Deliciis Ordinum Equeſtrium* deſcribit *d. Iuſtinianus pag. 67. d. Pater Bonannus n. 5. ubi refert Figuram.*

Dictus tamen Habitus eſt, ut diximus, Habitus antiquus: modernus vero eſt in pluribus immutatus, & effectus pretioſus, nam Capucium in Ca-
32. pite eſt, ut dicitur, *di ricco Drappo*, gemmis ornatum, & unionibus magni pretii, ac animalium pellibus ſimiliter magni valoris, deſcenditque ad Scapulas uſque, quæ cooperiuntur à *Mozetta* ad uſum Principum ex pellibus pretioſis. Deſuper adeſt Torques gemmata ad pectus; à qua Crux pendet. Veſtis extenditur uſque ad medietatem cruris, & eſt ex panno, aut *Drappo* floribus elaborato, cum faſcia, ſeu cingulo verſicolorato, cui affixus eſt culter gemmis ſimiliter in vagina ornatus: Ad latus autem pendet Enſis pariter gemmis præclarus: Induſii manicæ non extenduntur niſi ad brachii medietatem: Manicæ Veſtis largæ ſunt, & ex ſerico albo, et non admodum long... cum Caligæ detectæ ſint, quæ Cal... uſque ad talos profluunt. Sub Mo...ta, & Capucio adeſt Clamys ...cullaris ex panno, veſte longior, & ad plantas currens, juxta figuram, quam exhibet ſic indutam *d. Juſtinianus pag. 67. cum ſeqq.* ubi teſtatur dictas notitias deſumpſiſſe non ſolum ex ſuperius allegatis Auctoribus, ſed reſpective ex *Cæſare Veccellio in ſuo Tractatu de Habitibus Omnium Nationum*: fatetur tamen idem Juſtinianus quod d. *Cæſar Veccellius* non exprimit d. formam Habitus eſſe Habitus Equitum, cum revera Equites nullibi nominet, nec de Equitibus ullum verbum faciat, cum forraſſe de illis nullam notitiam haberet; idemque accidit *Job Ludolfo in Hiſtoria Æthiopica*, *ſeu Brevi Deſcriptione Regni Abyſſinorum*, in qua Equites non nominantur. Putat tamen, tenetque *Juſtinianus* eſſe Equitum Habitum, dum diſtinguit omnes ſpecies Veſtimentorum Quoad Primates Nobiles Militares, & Religioſos, non niſi de magno Abbate, ac Equitibus loqui dicendum eſt, concludit idem *Iuſtinianus à pag. 67. cum ſeqq.*, *& 76. & ſeqq.*, *& Bonannus n. 4.*

Ordinem hunc Equeſtrem præclarum in d. Imperio, ac divitem deſcribit idem *Juſtinianus à pag. 70. cum ſeqq.* Inquit enim quod Ordo in qualibet Imperii Civitate Conventum poſſidet,
33. & Abbatiam, in quibus Equites Commendatarii, & Monachi, ac Abbates Militares, & Spirituales morantur reſpective. Quod ſi ratione ſenectutis Equites à Militia recedunt, poſſunt ſi volunt, Habitum Monaſticum ibi ſumere. Nequeunt tamen in ullo ex Conventibus excedere numerum viginti quinque, ſervata antianitate quoad Habitum. Per mortem Abbatis ſuccedit

cedit in ſpirituali Abbatiæ.

In his Abbatiarum ſpiritualium Conven-
34. tibus Equitum Monachorum non poſ-
ſunt introire Seculares, neque Fœmi-
næ, nec demum ulla Animalium ſpe-
cies, ſolumque admittuntur Galli
cum tintinnabulis ad pedes, ut ſic
Matutini hora pulſetur: *Juſtinianus pag.* 71.

Numerat hic Ordo tot Abbatias,
quot Æthiopia numerat Civitates,
35. hoc eſt bis centum quinquaginta.
Quælibet ex dictis Commendis in for-
mam Caſtri conſtructa eſt, & ſita
extra Urbem. In qualibet Abbatia
quatuor Clauſtra adſunt, Monacho-
rum, Equitum, Servientium, & Ob-
latorum. Ad januam Abbatię pro
cuſtodia Eques Commendator cum
duobus Servientibus, duobuſque Obla-
tis: dictus Eques menſtruatim mu-
tatur; prænominati vero quolibet
Sabbatho deputantur. Eadem forma
ad Clauſtrum pro cuſtodia Equitum
Senex Eques, cum duobus Juniori-
bus locatur. Si aliquis alloqui cupit
Equitem, Commendator Nuncium
mittit ad Clauſtrum, mediante Obla-
to, Cuſtoſque Januæ Equitem vo-
cat, qui licentiam obtinet ab Abbate:
ſi vero Eques ſit Juvenis, datur Aſ-
ſiſtens eidem Eques Senex vitæ exem-
plaris, dum Juvenis colloquium ha-
bet cum exteris, pro quibus haben-
dis allocutionibus adſunt Collucuto-
ria, in quibus Equites Commendatarii
accedunt ad loquendum cum Seculari-
bus: excipiuntur tamen dies Mercurii,
& Veneris, nec non tempus Qua-
drageſimæ; his enim temporibus
cum Secularibus loqui non poſſunt,
imo neque à Conventu exire, ſed
orationibus incumbunt: *Juſtinianus d. pag.* 74.

Cujuſcumque Abbatiæ Abbates, hoc
eſt Spiritualis, & Militaris, quamvis
in ſe munus eorum ſit perpetuum,
attamen ut humilitatis actum exer-
36. ceant, in vigilia Sancti Antonii
convocato Capitulo, in eo proteſta-
tionem emittunt, ſe per multos an-
nos munus eorum exercuiſſe, & for-
taſſe imperfecte; idcirco munus di-
mittunt, & eorum dimiſſionem ad-
mitti poſtulant. Quibus verbis De-
canus nomine Capituli, eorum vir-
tutem laudat, & de novo per ſuf-
fragia confirmantur.

Annuatim Abbatias viſitant hoc mo-
37. do. Magnus Abbas quatuor Equi-
tes Monachos, totidemque Commen-
datores eligit, qui per girum Viſita-
tionem Abbatiarum peragunt, quam
ad Concilium Magni Magiſtri defe-
runt.

Abbates Spirituales ſubminiſtrare tenen-
38. tur Abbatiis, & Equitibus ea om-
nia, quæ illis neceſſaria ſunt: unde
in Clauſtris Servientium ampla Do-
mus adeſt, quæ cuſtoditur ab Offi-
cialibus, & Miniſtris, in qua Domo
aſſervantur res omnes, quibus indi-
gere poſſunt Equites. Succeſſive quoli-
bet menſe quatuor eliguntur Equites
Militares, qui cum aſſiſtentia Senio-
rum, ac Servientium Cubilia Com-
mendatorum in ſuis Cellis Cam-
panæ ſonitu convocatorum viſitant,
ut recognoſcantur indigentiæ Equi-
tum, quæ annotantur in Libro, qui
defertur a Serviente; hæcque Viſita-
tio habetur per girum omnium Cu-
biculorum, incipiendo à Cella Equitis
Senioris, & progrediendo ad omnes,
& ſingulas Cellas: deinde Liber de-
fertur ad Cameram Computorum,
& Equites in ea præſidentes injun-
gunt Miniſtris, ut de neceſſariis pro-
videant Equites: quibus peractis Viſi-
tatores eundem Librum tradunt in
manibus Officialium, ad quos ſpe-
ctat. Quoties Veſtimenta nova tra-

 duntur

duntur Equitibus, ab eis vetera reſti-
tuuntur, quæ inſerviunt pro Ser-
vientibus, & Oblatis: *Juſtinianus d.*
pag. 74, *& Nos infra n.* 71.

Religioſe obſervantur Conſtitutiones
injungentes Equitibus vitam a Secu-
39. laribus remotam: quemadmodum e-
tiam ſervatur prohibitio, quod Equi-
tes nihil recipiant a Genitoribus,
Conſanguineis, neque ab aliis: unde
ſi aliquis etiam quid minimum reci-
peret a Conſanguineis, plecteretur ta-
lis Eques pœna privationis Habitus
ſeptem annorum ſpatio, & in per-
petuum voce activa, & paſſiva, cum
prohibitione geſtandi Cucullam, &
in Clauſtro vivendi cum aliis Com-
mendatoribus. Quod ſi ſit Serviens,
aut Oblatus, rigoroſe pariter plecti-
tur abſque ulla diſpenſatione, cum
illam neque Magnus Abbas, neque
Concilium ejuſdem Magni Abbatis
valeat concedere; de quo etiam in-
fra n. 72.

Equites Monachi inſimul in qualibet
Abbatia comedunt. At Commenda-
tores, cum in majori numero ſint,
per Claſſes dividuntur, & quolibet
40. Sabbatho eliguntur Capita dictarum
Claſſium, quæ aſſiſtunt Refectoriis
ſibi aſſignatis: quælibet vero Claſſis
componitur duodecim Commenda-
toribus; unde addito illo, qui cui-
libet Claſſi præeſt, ut dictum eſt, Claſ-
ſis quælibet eſt conflata numero trede-
cim Commendatorum, quibus duo
Servientes, & duo Oblati inſerviunt
fercula miniſtrantes, ſervato antiani-
tatis gradu, ſcilicet prius antiquio-
ribus, deinde iunioribus Equitibus.
Die vero Mercurii, Veneris, & Sabba-
thi Lacticiniis, & Piſcibus veſcuntur,
ac diebus abſtinentiæ ſolo pane, &
aqua veſcuntur, ac herbis minime
conditis: *d. Abbas Juſtinianus pag.*
74. *& ſeq.*

Superius pariter diximus, Magnum Ma-
giſtrum Sedem ſuam, ac Reſiden-
41. tiam tenere in Inſula Meroe. In-
ſula hæc in medio magni Fluminis
Nili ſita eſt, extenditurque à Meridie
ad Septentrionem. Inſula eſt Nili Me-
tropolis, à qua & tota Inſula Me-
roe dicitur, teſtante Herodoto, quod
hęc Meroe fuit olim Regni caput.
Clypei figuram illa imitatur, ad tria
millia ſtadiorum cum Nilo protenſa,
42. & lata mille. Nomen Meroe indi-
xit Cambyſes illius Fundator de no-
mine illius ſororis Meruæ nuncupatæ:
cum enim Cambyſes Ægyptum om-
nem occuparet, d. Meroe ſecum uſque
ad Ægyptios ducens proceſſit; cum-
que ibi obiiſſet, Urbi nomen indidit:
Ambroſius Calepinus in Verbo *Me-*
roe.

Ab aliis appellatur *Gueguere*. Diſtat hæc
à Syene octocentum mille paſſibus,
& decem mille ab Alexandria, juxta
Strabonem.

Inquit *Boterus*, quod hanc pro majo-
ri parte incolunt Mahometani con-
fęderati cum Mauris contra Abyſſino-
rum Imperatorem, vulgo *Prete Janni*:
fortaſſe id aſſerit Scriptor ob illius
temporis tumultus ibi ferventes.

Jovius vero ſcribit hujus Inſulæ Domini-
um fuiſſe tripartitum, in Regem videli-
cet Maurum, Gentilem alterum, & ali-
um Chriſtianum, ſubditum Imperato-
ris Abyſſini. Verum poſt multorum Bel-
lorum curſum compoſitis rebus, re-
diit Inſula ſub eodem Abyſſinorum
Imperatore. Inſulam hanc Imperator
Prete Janni Claudius donavit Reli-
gioni Sancti Antonii, quæ confirmata
fuit ab Imperatore *Prete Janni* Ale-
xandro II. favore ejuſdem Religio-
nis, addendo etiam alios Reditus
pingues.

Habet ergo Magnus Abbas, ſeu Ma-
43. gnus Magiſter abſolutam Inſulæ
Juriſ-

Juriſdictionem cum amplis rediti-bus, itemque Fodinas omnes, qui-bus eadem Inſula abundat, hoc eſt Auri, Argenti, Æris, Ferri, Eba-ni, Palmarum, cœterarumque Mer-caturarum, & ea tributa, quę ſol-vuntur à Judęis, qui præſtant Zecchi-nos duos pro Perſona, & Mauris ratione tranſitus, ſolvuntque iſti Zec-chinum unum. Tandemque exigunt Gabellas, & ſic reditus aſcendunt ad duos milliones, qui reditus inſer-viunt pro ſuſtentatione magnifica Ma-gni Magiſtri, & quod ſupereſt repo-nitur in Theſauro Religionis; ut de prædictis omnibus teſtatur *d. Abb. Ju-ſtinianus pag. 66., & ſeqq. d. Bo-nannus d. n.* 4.

Dictus Magnus Magiſter, cum magna Pompa ſe gerit: nam in Aula ſua cen-tum Equites Magnæ Crucis, & bis
44. mille & quingentos Equites infe-riores Commendatores Abbatiarum in ſui obſequium retinet, præter cen-tum Servientes, ac Oblatos: *d. Iuſtinia-nus ubi ſupra pag. 67. Bonannus d. n.* 4.

Abbas Juſtinianus pag. 67. inquit -- *Si mantiene con luſtro, e pompa ma-gnifica, trattenendo alla ſua Corte cento Cavalieri Commendatari del Corpo di* 250., *mandati uno per ogni Abbazia al ſervizio del Grande Ab-bate, e queſti oltre a* 2500. *Procura-tori delle Abbazie medeſime, i quali aſſiſtono alla Corte di eſſo, cento Ser-vienti, ed altrettanti Oblati, i quali ogni Meſe ſono mutati di officio.*

Abbates Spirtuales ad Chorum eun-
45. tes aſſociantur à Commendato-ribus, & Servientibus domeſticis, ad quem effectum Militares quolibet Sabbatho ſe congregant, aſſignantque Equites aſſociare debentes Mona-chos: *d. Juſtinianus pag.* 70.

Tenetur hic Ordo præſtare Imperatori
46. Abyſſinorum ter mille Equites, ut eidem ſerviant Imperatori: *Juſtinia-nus d. pag. 70. d. Mendo n.* 21.

Imo ex Ordine iſto extrahuntur pro
47. cuſtodia Regis duodecim millia E-quitum, ut ſcribit *d. Joannes Boterus d. pag.* 105.

Optimas Leges pro Gubernio hujus Or-dinis recenſet idem *Juſtinianus*, qui
48. *ſub pag.* 72. inquit, quod Juvenes in Ordinem recipiendi debent eſſe in ætate ſexdecim, vel decem & octo annorum, ſeque præſentare Abbatiæ Provinciali, à qua expediuntur ad peragendum Novitiatum in Bello, qui Novitiatus novem annorum cur-ſu conficiendus eſt: triennio nem-pe in Præſidio maris Bermeſi, ut
49. Æthiopiam à Piratis Arabis defen-dant; triennio in Inſula Meroe, Æ-gyptum verſus, qua in Inſula con-tra Turcas generoſe militant Equites; alio demum triennio in finibus Re-gni Borny Æthiopię finitimi, in quo dominatur Maurus Rex ſævus Imperatoris Abyſſinorum inimicus. Completo Novitiatus novennio, Dux ſub quo militavit Novitius fidem fa-cit de bene præſtito officio ſuo, Vi-ta, & Moribus directam Procurato-ri Magnæ Abbatiæ commoranti in Aula magni Abbatis, ſeu magni Ma-giſtri, qui Procurator illam exhibet magno Magiſtro, à quo cum Concilio
50. ejuſdem approbatur acceptatio in Ordine (Quod ſi ex fide prædicta conſtet non bene ſe geſſiſſe, protrahi-tur ad majus tempus Novitiatus) Magnuſque Magiſter Ordinis Paten-tales Litteras in ſcriptis dirigit Ab-
51. bati Provinciali, ubi Novitius ad-miſſus fuit, ut ad Profeſſionem ad-mittat: fas vero eſt d. Novitio, uni-us menſis ſpatio in Paterna Domo morari. Sociatus tandem à Parenti-bus, & Conſanguineis, ab omnibus

Nobilibus Civitatis armatus Thorace, ex pelle Elephantis, ac Enſe ad latus, & Lancea in manibus, ac Scuto ad ſiniſtram, Abbatiam pedeſter pergit, & ad Januam perventus, ſtatim duodecim Commendatores prędicta forma armati, Januam in facie Novitii claudunt. Novitius tribus ictibus Portam percutit innitans, 52. quod ſibi aperiatur. Senior ex Commendatoribus eundem interrogat -- *Quid quęris?* Ille reſpondet -- *Præmium meorum laborum, hoc eſt Habitum Religionis Sancti Antonii*: ſubiungit Commendator -- *Inſerviſti tu in Bello, ut præſcribunt Conſtitutiones, & Regula Equitum?* tuncque Novitius oſtendit approbationem magni Magiſtri, illique eam tradit, & à Commendatoribus præſentatur Abbati Spirituali Conventus, qui recognita approbatione magni Magiſtri, Habitu ſolemni indutus, & ſociatus ab Abbate Militari, & duodecim Equitibus armatis, ad Januam Eccleſiæ accedit, præcedente Equite ar-
53. mato nudatum Enſem tenente, qui Commendatoribus cuſtodientibus Januam jubet, ut Januam aperiant. Ibidem Abbas Militaris interrogat Equitem, an ille ſit idem, qui in litteris patentalibus magni Magiſtri nominatur; & affirmativo reſponſo habito, apprehenſa illius manu ad limen Eccleſiæ ducit, ubi Abbas adeſt Spiritualis, adſtantibus Equitibus Monachis, & Militaribus, & Pretendens genibus flexis. Abbas Militaris dexteram manum tenens ſuper humerum exponit Superiori Spirituali -- *Pater hic Eques N. N. filius N. N. qui novem ab hinc annis hic fuit admiſſus, ad Novitiatum*
54. *ipſe petiit ad ſerviendum in Bello contra Arabes Mauros, & Arianos, exponendo propriam Vitam periculis, pro Amore IESU Chriſti, & pro Fide Catholica Romana: nunc petit præmium, & fructum ejus laborum, hoc eſt Habitum glorioſi noſtri Patris Sancti Antonii, ſecundum Ordines, & Statuta noſtræ Religionis*: Quibus dictis Abbates ſedent, & Abbas Spiritualis examinat Prætendentem ſuper Articulis Fidei, totaque Doctrina Chriſtiana: Deinde ſurgens Abbas Spiritualis cum quatuor Equitibus Commendatoribus magis antiquis Religionis, expoliant Novitium Ar-
55. mis, illique imponunt Veſtem nigram talarem, cum Cruce in pectore, & deſuper Cucullam: Deinde Abbas Spiritualis manu ducit Equitem proceſſionaliter concomitantibus Equitibus, & Eccleſiam ingreditur, qua occaſione utriuſque ſexus Conſanguinei ejuſdem novi Equitis ingredi poſſunt Eccleſiam, quod aliis temporibus vetitum eſt. Mos eſt etiam in Proceſſione admittendi Curatum, aut Vicarium Parochiæ, in qua d. novus Eques fuit baptizatus, qui in loco eminenti elegantem Panegyrim habet in laudem Catholicæ Fidei, oſtendendo meritum, quod in ea defendenda acquiritur: collaudat quoque ipſius Equitis in Bello oſtenſam ſtrenuitatem, tandemque pro collatis illi favoribus gratias agit Deo: qua Oratione peracta nouvs Eques genua flectit in Sanctiſſimi Sacramenti adoratione, coram quo in manibus Abbatum Votum ſolemne
56. emittit Obedientiæ, ac Fidelitatis Sedi Apoſtolicæ Romanæ, Imperatori Abyſſinorum, magno Magiſtro, & Abbati de bellando contra Infideles, ad omne Superiorum Mandatum, de obſervandis Conſtitutionibus, & Regulis Religionis Equeſtris Sancti Antonii, Canonibus, & Decretis Concilii uſque ad Florentinum ſub Euge-

Eugenio IV. Poſtmodum in manibus
Abbatis Spiritualis Juramento pro-
mittit ſe non bellaturum, contra Chri-
57. ſtianos, nec alium Ordinem Sacrum
recepturum, neque Matrimonium con-
tracturum ſine expreſſa licentia Sum-
mi Romani Pontificis. Hujuſmodi
autem ſuper his diſpenſatio ex juſtis
58. cauſis, veluti ſumendi Sacros Ordi-
nes, & Sacerdotium tempore ſene-
ctutis, & jubilationis, ut ſupra di-
ximus, ab Imperatore, aut Vicario
Apoſtolico ibi aliquoties commo-
rante, Apoſtolica Auctoritate ob lo-
ci diſtantiam, conceditur: *d. Juſtinia-
nus pag. 72. & ſeq.*
Hac forma ſervata, novus Miles Pro-
feſſionem emittit, & adſcriptus re-
59. manet numero Equitum Com-
mendatorum. Quod ſi aliquis ex il-
lis ad Matrimonii Statum tranſeat
60. (quod raro evenit, niſi pro con-
ſervanda Nobili propria deſcendentia,
quæ alias deficeret) taliter Uxora-
tus Domi ſuæ in Civitate cum U-
xore vivit: tenetur tamen quolibet
die Feſto de Præcepto in Habitu Ca-
pitulari in Abbatia in Communitate
una cum aliis Commendatoribus Di-
vinis intereſſe Officiis, cæteriſque a-
ctibus. Prædicta Narrationum Capita
habentur apud allegatum *Juſtinianum
a pag. 72. cum ſeq.*
Quando Abbas Militaris exit è Conven-
ventu, quod raro evenit, exit indu-
61. tus ſolemni Habitu, ſociatus a qua-
tuor Commendatariis, & duodecim
Servientibus, quorum duo Paſtoralem
Baculum, & reſpective Enſem nuda-
tum deferunt. Sic ſe gerit Abb. Spiri-
tualis, qui facie velo tecta indutus
ſuo Capitulari Habitu exit, duode-
cim Commendatariis Sacerdotibus, &
Decano ſpirituali ſociatus cum mul-
tis Servientibus, quorum duo Bacu-
lum Paſtoralem, & Enſem prædictum
reſpective deferunt. Tandem e Con-
ventu aliquando exeunt Equites, &
Monachi cum licentia Abbatum cum
Habitu, ſociati quatuor Servientibus:
Sacerdotes autem velata facie: *d. Ju-
ſtinianus pag. 73.*
Equites Commendatores ſe in Belli
Exercitiis exercent: unde Belli tem-
62. pore Mercurii die, coacto Capitu-
lo, cum Abbate Militari de Belli
negotiis agunt: Pacis autem tem-
poribus, diebus Martis, & Jovis,
vecti Equis, e Conventu exeunt,
& in ſegregato loco, intra tamen
Abbatiæ circumdarium, Armorum
Ludos agunt, ut in Haſtiludiis cum
Lanceis, & ceteris Armorum ſpe-
ciebus, dummodo tamen dicti dies,
non ſint dies Feſti; tunc enim ab
illis abſtinent, & in obligatione
Divinorum Officiorum occupantur:
Juſtinianus pag. 73.
Quoties aliquis ex Equitibus Com-
63. mendatoribus ire cupit ad Bellum,
proponitur in Aſſemblea ejus deſide-
rium, & per ſuffragia examinatur,
& conceditur licentia; tuncque Abba-
tia tribuit Equiti Arma, Equum,
& Servientes, qui eundem aſſociant
ad locum ſibi aſſignatum, hoc eſt u-
num ex tribus locis Præſidii ſupe-
rius enumeratis aſſignandis Novitio
ad Bellum; in quolibet enim ex re-
cenſitis tribus Præſidiis quælibet Ab-
batia ſuum Tentorium habet, ibique
elato Abbatiæ Vexillo, Equites Com-
mendatarii moram trahunt, & com-
muni Menſa edunt. Novitii vero non-
dum Crucem gerentes diverſæ ac-
64. cumbunt Menſæ: ſic pariter diſtin-
ctam Menſam retinent Servientes, &
Oblati Militiæ aggregati. Quodlibet
Tentorium ſuum habet Capella-
num, qui Divina Officia celebrat, &
Sacramenta adminiſtrat, qui Capel-
lanus in peculari Tentorio moratur,
eique

eique duo inſerviunt Oblati.

Sumptus in omnibus neceſſarios quælibet Abbatia ſuis Tentoriis ſuppeditat.
65. Nullus Eques a proprio Tentorio
diverſæ Abbatiæ ad aliud Tentorium tranſire poteſt ſine expreſſa licentia Ducis, ſub quo militat: *d. Juſtinianus pag.* 73.

Servientes de quibus ſupra egimus, inſervire debent Religioni ſpatio duodecim annorum, hoc eſt novem in Bello; & reportata Fide Ducum,
66. ſub quibus militarunt, ad Abbatiam
ſpiritualem ſe conferunt, in qua ad ſervitium admittuntur trium annorum ſpatio: ſubinde Profeſſionem emittunt coram Abbate, emittendo ſolemne Votum Obedientiæ, & ad Bellum eundi ad omne Superiorum mandatum, & ad obſervandum Regulas, & Conſtitutiones: *d. Juſtinianus pag.* 74.

Sæpe cum his Servientibus diſpenſatur ob eorum ſervitia, ut ad Sacerdotium promoveantur, & Oblatis imperant: *d. Juſtinianus d. pag.* 74.

Adſunt etiam Oblati, qui in Habitu Seculari juxta morem Patriç incedunt:
67. quando acceptantur in Ordinem,
perpetuam Obedientiam Abbati, & Superioribus jurant, & ſi in aliquem incidant errorem, Decanus Servientium defert Abbati, qui illum opportune corrigit: *d. Iuſtinianus pag.* 74.

In Monaſteriis itaque Ordinis Abbates ſpirituales Monachi, & Abbates Mi-
68. litares Equites morantur, & unuſ-
quiſque ſuos Subditos retinet in obedientia, dum Milites in Bello non verſantur, vel non ſint ad cuſtodiendos Imperii terminos: *d. Mendo d. n.* 21.

Si aliquis ex Equitibus, & Commendatoribus in aliquo peccaverit, vel inobediens fuerit, Decanus Commendatorum, qui eſt primus inter Abbates, rem proponit Capitulo, in
69. quo diſcuſſo negotio, Eques ad
Bellum mittitur ad unum ex tribus locis pro Bello aſſignatis, quouſque ſe correxerit: *Juſtinianus d. pag.* 74.

Præterea Statuto cavetur, quod Abbatiæ Ordinis annuatim viſitentur. Hinc
70. Magnus Abbas quatuor eligit E-
quites Monachos, & quatuor Commendatores, iique Viſitationem peragunt, ac relationem ſuper ea exhibent Concilio magni Magiſtri: *d. Iuſtinianus pag.* 74.

Ad ſpirituales Abbates ſpectat integre
71. providere de neceſſariis ad Victum,
& Veſtes Abbatias, & Equites: Unde ampla ſunt Horrea promptuata, Veſtiaria, & Manſiones, & Cellæ refertę rebus omnibus neceſſariis, adſuntque Officiales, & Miniſtri pro cuſtodia, & diſtributione Equitibus, juxta præſcriptum Equitum Viſitatorum, qui Cellas Equitum viſitant: *d. Juſtinianus pag.* 74.

Tamque diligenter, & prompte ea omnia Equitibus ſuppeditat Ordo, ut Equitibus expreſſe vetitum ſit quodcumque rei genus recipere, neque à
72. Parentibus, neque Conſanguineis,
neque ab aliis Perſonis ſub pœna privationis Habitus per annos ſeptem, ac privationis Vocis activæ, & paſſivæ, ac privationis delationis Cucullæ, & in Clauſtris vivendi cum aliis Equitibus: Qui rigor etiam obſervatur cum Servientibus, ut tradit *d. Juſtinianus pag.* 74.

Equites Monachi in communi come-
73. dunt in ſua Abbatia; Commenda-
tores vero dividuntur in Cœtus, quorum Doctores per omne Sabbathum cum duodecim ſibi aſſignatis comedunt, ſervata in ſedendo Antianitate, quibus Servientes, & Oblati inſerviunt: Diebus Mercurii, Veneris, &

& Sabbathi Carnem non comedunt, ſed Lacticinia, & Piſces: In diebus autem abſtinentiæ veſcuntur Pane, & Aqua, & Herbis coctis ſine ulla mixtura obſonii: *d. Juſtinianus pag.* 75.

Innumera propemodum habere Monaſteria hunc Ordinem ait *d. Mendo n.* 21. ubi ſubdit, quod in Hiſpania ad-
74. ſunt aliquæ Commendæ hujus Ordinis, quas tamen obtinent Fratres Clerici, & ab Hiſpaniarum Rege præſentantur, & illi immediate ſubjacent. Pontifici olim ſubdebantur Commendatario Majori, ſeu Abbati Ordinis in Germania, qui ad Hiſpaniam mittebat Commendatarios exteros; & cum jam diu ſancitum fuerit, exteros non poſſe Reditus Eccleſiaſticos in Hiſpania poſſidere, iſtæ Commendæ ſeparatæ fuerunt, & ad Reges Hiſpaniarum jus præſentandi fuiſſe translatum contenditur ex graviſſimis fundamentis, inquit idem *Mendo*, qui poſtmodum immediate ſubjungit: *Attamen ſcio etiamſi a Rege noſtro hæ Commendæ præſententur, a Pontifice etiam eas præſentari, quaſi quid ad ſe pertinens, & contentiones extitiſſe inter præſentatos a Pontifice, & a Rege, Pontificemque non ſemel, & tunc temporis obtinuiſſe. Litis hujus diſſidium non eſt noſtrum componere*, concludit *idem Mendo ubi ſupra*.

Imo non ſolum in Hiſpania, ſed etiam in Italia, Gallia, & in tota Europa adeſſe Commendas hujus Ordinis, & Viennæ in Auſtria Magnum Magiſtrum, ſcribunt *d. Schoonebeck* & alii; *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Libr.* 1. *Diſſert.* 1. *Art.* 1. *pagina* 126. *Collector Gallus Tom.* 1. Magnorum Abbatum, ſeu Magnorum Magiſtrorum ſeriem nullus Europæus Scriptor exaravit, teſte antedicto
75. *Abbate Juſtiniano pag.* 77. *ubi* ſolum ſex enumerantur ab ipſo, ſcilicet *Abba Aragavvi; Abba Criſtòs bezana; Abba Meſchel mou; Abba Ioanni; Abba Tecla baimanoto; Abba Euſtachio*. Loco itaque Catalogi Magnorum Magiſtrorum, Catalogum ponit Imperatorum Abyſſinorum in Æthiopia, quibus Magni Magiſtri hujus Ordinis Sancti Antonii obſequium præſtitere. Ad litteram itaque ut jacet apud eundem *Juſtinianum à pag.* 78., *&* 79. videri poteſt, & ad eum hic Nos remittimus: qui Catalogus Gallice habetur penes allegatum *Collectorem Gallum d. Tom.* 1. *à pag.* 159., *& ſeqq.* ubi idem *Collector Gallus* agnoſcens quodammodo Catalogum Magnorum Magiſtrorum imbibi in Catalogo Imperatorum, Catalogum hunc nominat etiam Catalogum Magnorum Magiſtrorum, & ſic dicit: *Succeſſion Chronologique des Grandes Maitres del Ordre de S. Antoine en Etiopie, ou des Impereurs Abiſſins, que on pretend avoir exercè cette Charge.*

Hęc eſt ſeries Originis, progreſſuſque Nobilis Equeſtris Militaris Ordinis Sancti Antonii Abbatis in Æthiopia,
76. quam dilucide tot Auctores deſcribunt ſuperius relati, & quibus addimus Hiſtoricum Natione Abyſſinum, ſcilicet *Ioannem Balthaſarem Telez* ejuſdem Ordinis Equitem, qui peculiari ſuo Volumine publicæ luci dato, diffuſe exponit hujus Ordinis integram Hiſtoriam, quæ Hiſtoria in Hiſpanum, Gallicumque idioma translata eſt Anno 1632. ut inquit *d. Pater Honoratus a Sancta Maria Carmelita Excalceatus, Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Che-*

valerie &c. lib. 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 1. *pag.* 127. §. *Jean Baltazar : Pater Fontana infra allegandus cum aliis*.

Quapropter, ſi horum Auctorum ſcripta Hiſtorica veritate nituntur, fate-
77. ri cogimur Equeſtrem hanc Militiam optimis legibus fuiſſe conſtructam, & inter cæteras non immerito emicuiſſe.

Verum, ut notant allegati Auctores, in-
78. ter quos *d. Pater Bonanni n.* 5. ſucceſſive ob errores Schiſmaticorum utraque Ordinis hujus Claſſis à Sancta Catholica Romana Eccleſia diviſa eſt, ſicque extinctus manſit hic Ordo, ut ſcribit *d. Comes in Koden Sapieha d. Corollario in Verbo Sancti Antonii Abbatis in Æthiopia pag.* 231.

At jam alteram Diſcurſus noſtri partem aggredimur, qua enumerabimus diſtinctim Scriptores, eorumque dicta perpendemus demonſtrantia præmiſſas Narrationes de hoc ſuppoſito Ordine eſſe penitus fictitias, & fabuloſas, omnique facti munimine deſtitutas. Et primo animadvertimus, quod præallegati *Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 127., *& Collector Gallus d. Tom.* 1. *d.* §. 5. *pag.* 150. *Storia degli Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari, ex Gallico Idiomate in Italicum translata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei Tom.* 1. *cap.* 13. quod infra tranſcribimus in §. *Cæterum* præmittunt qui-
79. dem Narrationes demonſtrantes fundationem hujus Ordinis, illiuſque dilatationem cum ſuis Prærogativis, & *d. Collector Gallus* refert etiam Figuram Magni Magiſtri, & Equitum, ac Nomenclaturam Imperatorum Abyſſinorum, & ſubindè eaſdem ſuperius allatas *Abbatis Juſtiniani, Hermani Schoonebek, & Patris Bonanni* Narrationes fabuloſas, & ideales ſolido ratiocinio comprobant, & demonſtrant.

Secundo ſuſtinent hujuſmodi fictitias Hi-
80. ſtorias fere omnes deſumptas eſſe ex dicta Hiſtoria antedicti Abyſſini Scriptoris *Joannis Balthaſſaris Tellez*, qui ſe Ordinis hujus Equitem appellat.

Tertio in medium producunt integram
81. Criticam Diſſertationem, quam antedictus *Collector Gallus* exaravit, & refert in *d. Tom.* 1. *à pag.* 168., *uſque ad* 174.

In hac porro Critica Diſſertatione Collector Gallus diſtincte perpendit Hiſtoricas Aſſertiones, quas ad comprobandam hujus Ordinis Fundationem, & propagationem cumulant Scribentes eiſdemque ſingulariter ſatagit reſpondere. Quamobrem Nos ex ſerie dictæ Criticæ Diſſertationis exercerpere, quin imo tranſcribere rationes, & argumenta conabimur, additis aliorum Scriptorum auctoritatibus. Gallus Collector Extenſor Criticæ illam à proteſtatione exorditur, clamans, id
82. omne, quod ipſe Collector in antecedenti *Articulo ſub pag.* 150., *& ſeqq.* cum Auctoribus ibi allegatis de iſtomet Ordine retulit, potius imaginarium Ordinem convincit, quam illius exiſtentiam comprobet, ut repetit *d. Pater Fontana pag.* 155. *Tom.* 1. *cap.* 13.

Deinde *ſub pag.* 168. *idem Collector Gallus* per figuram præteritionis ſuper puncto, *an Joannes Pretioſus* nuncupa-
83. tus *Il Prete Janni* in Æthiopia revera regnaverit, ſeu potius in Aſia reſidentiam tenens in *Trancut*, ut pluribus Auctoribus in aſteriſmo allegatis ſuſtinet *d. Pater Fontana d. Tom.* 1. *pag.* 157. *d. Collector Gallus ubi ſupra pag.* 168. arguit improbabile eſſe Sanctum Leonem Magnum hunc

Ordinem

Ordinem approbaſſe, & privilegiis exornaſſe Equites Abyſſinos, cum conſtet eorum Imperium infectum remanſiſſe Hæreſi Dioſcoriana, illoſque Populos ſemper repudiaſſe Calcedonenſe Concilium, cui mediantibus ejus Legatis, præfuit d. Sanctus Leo Pontifex, cui parere detrectarunt Abyſſini, & in quo Concilio d. Dioſcorus Sacerdotali, & Epiſcopali Dignitate privatus fuit.

Quis ſibi ſuadere poteſt, Religioſos Æthiopię, qui tamen infenſi ſunt Eccleſiæ Romanæ, quique continvo Miſſionariis obſtant, ne Hæreticos ad Catholicæ Romanæ Fidei veritatem

84. convertant, iidem poſtea Æthiopes Religioſi Fidelitatem, & Obedientiam Sedi Apoſtolicæ voveant? voveantque obſervare Deciſiones Concilii Florentini, & de non ſe promovere facere ad Sacros Ordines ſine permiſſione Summi Pontificis?

Hinc ſubiungit, quod Auctores ſuſtinentes aſſertum hunc Ordinem Equeſtrem, in conſimili errore verſantur, cum quo errant *Schoonebeck*, & alii, qui aſſerunt hos Equites plures in Gallia, Hiſpania, Italia, & in

85. tota Europa Commendas poſſidere, quodque ad præſens Viennæ in Auſtria adeſt Magnus Abbas. Primo enim æquivocum eſt manifeſtum, quia Ordo Sancti Antonii, cujus Generalis Abbas reſidet in Abbatia Sancti Antonii prope Viennam in Delphinatu, non autem in Auſtria. Secundo liquet evidenter quod iſti Scriptores rem involuunt, verum Ordinem Sancti Antonii in Europa exiſtentem miſcere ſatagendo cum imaginario Ordine Sancti Antonii in Æthiopia, arguendo ab exiſtentia Ordinis in Europa ad exiſtentiam Ordinis Æthiopiæ, contra regulam, quod ex diverſis non fit illatio: & prædicta ſequitur *d. Fontana d. Tom.* 1 *pag.* 157. Quin imo ipſe Hiſtoricus Abyſſinus *Jo. Balthaſſar* in ſua Ideali hujus Equeſtris Ordinis Hiſtoria fatetur, Ordinem S. Antonii Viennę diſtinctum ab illo Æthiopiæ, quamvis dicat Religioſos utriuſque eſſe Fratres: *d. Fontana pag.* 158. confirmat antedicta, ibique notat, quod id quod ſupra aſſeritur, Magnum Abbatem adeſſe *Viennæ in Auſtria*, dici debet Viennæ in Delphinatu, non Viennæ in Auſtria.

Continvat Criticus Scriptor ſuam Criticam à §. *L' Abbè Giuſtiniani* hoc ratiocinio, & dicit quod *Abbas Juſtinianus* videns dictum Auctorem Abyſſinum aſſerere in omni, & qualibet Civitate Æthiopiæ adeſſe hujus Ordinis Conventum, ſive Abbatiam in formam Arcis conſtructam, & in qualibet Abbatia quatuor adeſſe Clauſtra, credidit hunc aſſertum nu-

86. merum eſſe inſubſiſtentem: hinc idem *Juſtinianus* ponit numerum bis centum quinquaginta, quamvis Abyſſinus Scriptor variis locis ſibi contrarius, indicaverit bis mille, & ſeptingentos; in alio autem loco bis mille & quingentos. Ex hac narratione, concludit Criticus, fidem non mereri hunc Auctorem, maxime cum à veriſimili abhorreat, noſtros per illa Æthiopiæ loca itinerantes nullam de dictis Abbatiis mentionem facere, vel illas in pręceps ruiſſe poſt non longum tempus, quo ſcripſit d. Abyſſinus, centum viginti Annorum curſum circiter excedens: & ſic advertit etiam *d. Pater Fontana pag.* 158.

Ex eadem improbabilitatis ratione reſpondit Criticus Auctor in d. §. *L'Abbe* aſſertioni ejuſdem *Juſtiniani*, & *Schoonebeck* deſumptæ à Scriptore Abyſſino

87. quad formam Crucis Equitum Abyſſinorum: ſiquidem, ſi hoc ſubſiſtens eſſet, de ea ſcripſiſſet Scriptor *Poncet*, & ta-

& tamen nihil dicit: & præciſe reiicit Auctorem Abyſſinum: *Abram Ecchelenſis* doctus Maronita *in Præfatione ſuper Regula Sancti Antonii*, qui inquit, valde mirari quod Hiſtoria prædicti Abyſſini inſubſiſtentibus Narrationibus referta, fuerit in Gallicum, & Hiſpanum idioma tranſlata: unde his verbis exclamat: *Deus Bone, ac immortalis, quæ mendacia! quæ ſomnia, quæ commenta eo in libello ſub nomine miſeri Æthiopis confiſto non continentur!* Addimus Nos eadem verba repetere *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Diſſertat. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Libr. 1. Diſſert. 7. Art. 1. pag. 127.* ac repetere etiam *Patrem Fontanam d. Tom. 1. cap. 13. pag. 158. & ſeq.*

In §. *Nous pouvons encore* refutat d. Scriptorem Abyſſinum ſuſtinentem Maronitas, Giorgianos, Armenos, aliosque parere Abbati Montis Sion in Aſia; cum nullus revera in d. Monte Sion Abbas exiſtat, ideoque
88. Criticæ prædictæ Auctor ſubdit, quod illi, qui fidem præſtare volunt aſſerentibus verum eſſe hunc Militarem Equeſtrem Ordinem, recurſum habere poterunt ad *d. Joannem Balthaſſarem Abyſſinum*, cujus Hiſtoria in Lingua Hiſpanica tranſlata fuit in Gallicam Linguam anno 1632. Nec non ad præallegatum *Abbatem Juſtinianum in d. Hiſtoria Cronologica Venetiis impreſſ. 1691. Ad Hermanum impreſſ. Roven 1642. & Roani 1698. ad P. Philippum Bonannum in Catalogo Ordinum Equeſtrium impreſſ. Romæ* 1711. addimus Nos *Adrianum Scoonebeck impreſſ. Amſtelodami anno 1699.* quos allegat *d. P. Fontana pag. 159.*

At illi, qui huic Diſſertationi Criticæ adhærent, de facili inſubſiſtentes dictorum Scriptorum aſſertiones detegent.

Et poſtremo ipſe Scriptor Criticus demonſtrare ſatagit, idealem eſſe deſcriptionem Habitus tum aſſerti
89. Magiſtri, tum Equitum Militum, ac Religioſorum, Servientium, & Oblatorum, quam d. Scriptor Abyſſinus, *Abbas Juſtinianus ſupra allegatus, & Pater Bonannus* exponunt cum figuris Equitum Togis indutorum, quaſque illas impugnando, refert quoque idem *Collector Gallus in d. cap. 5. pag. 152., & in d. Critica Diſſertatione pag. 172., & 173.* ibique ratione oſtendit *Cæſarem Veecellium Titiani Fratrem*, *qui anno* 1589. deſcriptionem edidit Veſtium omnium Mundi Nationum, quemque *Juſtinianus* allegat ad probandum
90. Habitum horum Equitum Sancti Antonii in Æthiopia, nequaquam probare Veſtes horum aſſertorum Equitum, de quibus nullam mentionem facit, ſed ſolum loqui de Veſtibus Nobiliorum Virorum in Aula Imperatoris *Prete Ianni*: quemadmodum deſcriptio Veſtium, quam in d. ſua Hiſtoria hujus Ordinis exaravit antedictus *Ioannes Balthaſſar* aſſertus hujus Ordinis Eques diſcrepat a deſcriptione *Juſtiniani, Scoonebeck*, & *Patris Bonanni*, qui Togam Magni Magiſtri, ac Religioſi hujus prætenſi Ordinis ex proprio capite ſibi effinxit, ut diximus, diſſimilem a Veſtibus deſcriptis ab ipſo Auctore Abyſſino. Reiiciuntur proinde dictæ Narrationes à ſepe laudato *Patre Fontana pag. 160. cum ſeq.*

Sic ſuam Diſſertationem Criticam claudit Gallus Scriptor Criticus. Nos vero ad comprobandum ea quæ cumulat allata Critica Diſſertatio, ſub-
91. dimus Narrationem ex Urbe nuper Nobis tranſmiſſam, & eſt ut ſequitur. *Erravit Pater Bonanni, qui in Catalogo Ordinum Equeſtrium*

ait

qit Monachos in Æthiopia à Joanne Pretioſo Imperatore Æthiopiæ circa annum 370. accerſitos fuiſſe, & à Sancto Baſilio Regula confirmatos. Primo, quia in ſerie Regum Æthiopiæ nunquam legitur hic Joannes Pretioſus, ſive Pretejanni, illud enim cognomen falſo apponitur Regibus Abyſſinorum. Secundo, quia apud Euthicianos, Neſtorianos, cæteraſque Nationes Orientales, exceptis Græcis, omnes Monachi Regulam ſub invocatione Sancti Antonii, non vero Baſilii profitentur. At Habeſſini Euthichianorum Dogmata, ac ritus obſervant, & Patriarchis, & Epiſcopis Copticis obediunt, unde falſo Baſiliani appellantur.

Nunquam vero extitiſſe apud prædictas Nationes Eccleſiaſticum, vel Secularem Equitum Ordinem plane eruitur, tum ex eo quod huiusmodi cognomen tum apud omnes illas Nationes ſit prorſus ignotum, tum quia à Latinis dumtaxat, & apud Latinos originem duxit.

Fruſtraneum eſt inſuper, quod Pater Bonanni de Cruce, quam in pectore gerunt Monachi Abyſſini autumat; nam eam, non in pectore, vel ex auro gemmiſque confectam, uti noſtrates Equites gerunt, ſed Cucullo Monaſtico aſſutam, uti ſolent omnes Monachi Copſitæ, vel Jacobitæ, & Neſtoriani, in ſignum ſcilicet Baculi, quem Tau Sancti Antonii nuncupant, cujus inſtituti ſunt Profeſſores, aliter omnes Laici, vel Monachi Orientales in Equitum Ordines forent admittendi, quod plane eſſet ridiculum, niſi forſan æthimologia nominis ad omnes Chriſtianos extendatur &c.

Cæterum pro coronide Narrationum quas huc uſque recenſuimus pro utraque Scribentium claſſe propugnante, atque reſpective impugnante hunc Equeſtrem Ordinem, hic ad litteram tranſcribimus ea omnia, quæ habentur in præallegata *Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium Gallico Idiomate ſcripta, et in Linguam Italicam translata à Patre Ioſeph*
92. *Franciſco Fontana Religioſo Congregationis Matris Dei Tom. 1. cap. 13. a pag. 154. uſque ad 161. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Ioſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.* ubi compilatis motivis erectionem Ordinis, ejuſque extenſionem comprobantibus, eiſdem late reſpondet. Quæ Hiſtoria ſic loquitur *cap. 13. Dell' Ordine Militare di Sant' Antonio in Etiopia.*

Avendo molti Autori parlato di un Ordine Militare di Sant' Antonio in Etiopia, ci crediamo obbligati a doverne preſentemente trattare; ciò nondimeno non ſarà per proporlo come un Ordine, che veramente eſiſta, ma ſolamente per far conoſcere, che tuttociò che di lui vien detto, non è che una menzogna inventata da un cer-
93. *to Giovanni Baldaſſar, che ſi ſpacciava Abiſſino di Nazione, e Cavaliere di queſt' Ordine, benchè l' Abbate Giuſtiniani, il Signor Erman, e Scoonebeck abbiano di queſto trattato nelle loro Storie degl' Ordini Militari, come di un Ordine vero; & il dicui racconto hanno eglino veſtito di circoſtanze, che non ſervono ad altro, che a rendere più agevole l' impugnarla, ed a manifeſtamente dichiararla per una favola, come Noi faremo conoſcere, dopo aver parlato della preteſa Origine di queſt' Ordine, che viene in queſta maniera deſcritta.*

Circa l' Anno 370. dicono queſti Autori, che un Jmperatore di Etiopia, ſecondo alcuni chiamato Giovanni, a cui gl' Imperadori, che gli ſono ſucceduti debbono il nome, che eſſi por-

tano di Prete Ianni, volendo render ſtabile il ſuo Trono, e conſervare la Religione Cattolica nel ſuo Impero, iſtituì un' Ordine Militare ſotto il nome di Sant' Antonio per opporſi alla malizia degli Eretici, che ſi sforzavano di ſpargere da per tutto il veleno de' loro errori. Acquiſtò queſt' Ordine in poco tempo molto luſtro dopo la morte del ſuo Inſtitutore, mercè i privilegj accordatili da Filippo VII. ſuo figliuolo, che volle altresì, che la Croce che portavano in petto turchina, e della forma d' un T. foſſe adornata da un filo d' oro.

Queſto Principe ordinò ancora, che tutte le Famiglie del ſuo Impero, in cui ſi trovaſſero trè Maſchi, aveſſero l' obbligo di dare il ſecondo alla Religione; il che ſi oſſervava con tanta eſattezza, che ne pure il dilui figlio ne andò eſente, e queſto è ſtato parimente praticato da ſuoi Succeſſori. I ſoli figliuoli de' Medici, e gli Abitanti dell' Iola di Meroe venivano diſpenſati da queſta legge. Queſti Autori pretendono, che San Leone Magno approvaſſe queſt' Ordine, e che foſſe confirmato da Papa Pio V. con una Bolla autentica, in cui molto lo commenda.

Poſtremo, quid Nobis dicendum ſuper eſt in hac, ut ita dicamus, Hiſtoriarum antinomia, quæ ſane in ſimplicibus his facti narrationibus, ſummopere Scriptorum affirmantium, & reſpective negantium librato rationum numero, & pondere, hinc inde urget? Ut tamen contra allegatum Joannem Balthaſſarem Tellez Abyſſinum obiurgationes ſuperius allatę aliqua explicatione, ac excuſatione temperentur, animadverti poteſt, antedicti Balthaſſaris Literarios
94. labores in ſuo Volumine pro ſcopo habuiſſe ſuæ Gentis gloriam, & Patriam illuſtrem reddere, ac proinde Hiſtoriam Æthiopiæ, & hujus Ordinis exaravit, publicæque luci donavit, quæ Hiſtoria poſtmodum in Gallicam, & Hiſpanicam linguam tranſlata fuit, ut notat *d. Pater Honoratus à Sancta Maria & d. Collector Gallus*.

Hinc in eadem Hiſtoria Æthiops Nationem ſuam nobilitare ſatagens, Ordinem Monaſticum in iiſdem ſuis Regionibus, retroactis potiſſimum Seculis florentem ſub nomine Equeſtris Ordinis deſcripſit, & pompatice Monachos Equites nuncupavit. Hoc
95. quidem detegitur ex quo, loco vocandi Commendas, ut Nos vocamus, appellat Abbatias; & loco nominandi Magnum Magiſtrum, nuncupat Magnum Abbatem. Abyſſinus Scriptor hunc Monachorum Ordinem analogiam aliquam in illis locis habere credidit cum Ordinibus Equeſtribus apud Nos, hoc eſt honorificam graduationem, maxime cum ibidem Monachi plurimi ſint, vel fuerint, adeo ut in uno ex Monaſteriis nuncupato di *Biſan*, tria Religioſorum millia morentur: Monachi pariter ditiſſimi ſint, plura habentes latifundia, & ampliſſima Territoria, quorum ratione Imperatori plures ad Bellum Equos præſtent: Rurſus Monachi omnes ligneam Crucem manu deferant, & eorum Habitus ex pellibus coloratis conſtet, ut videre eſt apud Hiſtoricos illius Imperii, & apud *Patrem Paulum Morigia in ſuo Volumine -- Hiſtoria dell' Origine di tutte le Religioni &c. capitolo* 71. *& ſeq. a pag.* 215., *& ſeq. juxta impreſſ. Venetam Hæredum Petri da Fino* 1575.

Accedit quod iidem Monachi in Civilibus etiam Muneribus ab Imperatore

tore exercentur, & Urbium Guber-
96. natoris Officio funguntur, ſicuti videre eſt apud ſæpe laudatum *Juſtinianum*.

Ex quibus omnibus ſimul junctis dici fortaſſe poteſt Scriptorem Abyſſinum ſimbola Ordinis Militaris Equeſtris deſumpſiſſe, ac efformaſſe Ideam Equeſtris Ordinis; cum ut notavi-
97. mus, Leges & Statuta quæ huic tribuuntur, optima ſint, perfectumque Equeſtrem Ordinem conſtituerent: concludendumque in hujuſmodi Narrationibus ingenioſe Hiſtoricum Æthiopem Equeſtrem deſcripſiſſe in Æthiopia Utopiam, non ab ea diſſimilem, quam pro civili, politicoque optimo regimine exaravit doctiſſimus, celeberrimuſque Angliæ Cancellarius *Thomas Morus*, in ſuo Volumine, cui Titulus *Utopia*.

DISCURSUS XXV.

S. ANTONII ABBATIS IN HANNONIA ET HOLLANDIA

ARGUMENTUM

Recenſentur Inſtitutores, ac Tempus Inſtitutionis Ordinis Sancti Antonii in Hannonia, & enumerantur motiva hujuſmodi erectionis Ordinis.

SUMMARIUM

2. *Inſtitutores Ordinis Sancti Iacobi in Hollandia fuerunt etiam Inſtitutores Ordinis Sancti Antonii in Hannonia*.
2. *De iſtis Ordinibus agit* Abbas Juſtinianus, & n. 3.
4. *Albertus Bavarus anno* 1382. *inſtituit hunc Ordinem Sancti Antonii*, & n. 5., & 11.
6. *Inſtitutus fuit Ordo pro Bello contra Saracenos pro Terra Sancta*.
7. *Teſſera Ordinis qualis fuerit*, & n. 12.
8. *Figura Equitis apud quem habeatur*.
Series Magnorum Magiſtrorum traditur in Diſcurſu Sancti Jacobi in Hollandia.
9. *Adducitur aliud motivum fundationis Ordinis, ſcilicet morbus ille, qui Sacer Ignis, ſeu S. Antonii dicitur*, & n. 10, *& ſeqq.*
12. *Stemma hujus Ordinis quomodo erat formatum*.
13. *Fuiſſe inſtitutum à Bonifacio VIII. tradunt alii*.
14. *Remittitur Lector ad Diſcurſum Ordinis Sancti Antonii Viennenſis in Delphinatu*.
15. *In Loco* de Avre *fuit conſtituta Aſſemblea Ordinis, & de quo Anno?*

DISCURSUS XXV.

S. ANTONII ABBATIS IN HANNONIA ET HOLLANDIA

Hiſtoricæ Narrationi Militaris Ordinis Sancti Jacobi in Hollandia *Abbas Juſtinianus* in ſuo Volumine -- *Iſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap.* 48. *pag.* 618. *juxta impreſſionem Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692.
1. immediate adnectit Hiſtoriæ ſeriem alterius Ordinis Militaris, ſub titulo Divi Antonii in Hanonnia, eo quia utriuſque Ordinis Fundatores, fuerunt Domini, & reſpective Succeſſores dictarum Provinciarum,

cum,

cumque primo inſtitutus fuerit Ordo Sancti Jacobi, & *Juſtinianus* in ſuis Narrationibus antiquitatis normam ſervans, præmittit narrationem Ordinis Sancti Jacobi in Hollandia,
2. & deinde deſcriptionem Ordinis Sancti Antonii, & tandem in calce exponit ſeriem Magnorum Magiſtrorum d. Ordinis Sancti Jacobi, quæ ſeries inſervit etiam pro Catalogo Ordinis Sancti Antonii.

Nos vero, qui in noſtro Opere Alphabeticam regulam ſervamus, præmitti-
3. mus Diſcurſum ſuper Ordine Sancti Antonii, & quoad ſeriem Magnorum Magiſtrorum d. Ordinis Antoniani Lectorem remittimus ad dictum Diſcurſum Ordinis Divi Jacobi in Hollandia.

Dicemus in Diſcurſu Ordinis Sancti Jacobi in Hollandia, circa annum 1290. erectum fuiſſe à Florentio V. Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ Comite, cujus Genealogiam in ſerie Magnorum Magiſtrorum ibidem adducimus. Cum autem ob deficientiam lineæ Guilielmi IV. dominium dictarum Provinciarum deveniſſet in Ludovicum Bavarum Imperatorem ex Iuribus Margaritæ ejus Uxoris, ac d. Guilielmi So-
4. roris, Albertus Bavarus ex filio Imperatoris Nepos, Hannoniæ Provinciæ dominium, ut dicitur, *In Appanaggio* poſſidebat. Hic itaque Albertus Anno 1382. ſub Urbano Sexto inſtituit hunc Ordinem Sancti Antonii Abbatis, ut cum *Elia Aſhmole in Inſtitutione Ordinis dela Gartiera tradit Abbas Bernardus Juſtinianus d. Parte Secunda d. cap.* 48. *pag.* 618. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 7. *Collector Gallus in Hiſtoire des Ordres &c. Tom.* 3. §. 68. *pag.* 455 *juxta impreſs. Amſtelodami Anno* 1721., *& in Hiſtoria Ordin. Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium Gallico Idiomate ſcripta, & in Italicam linguam translata per Patrem Ioſephum Franciſcum Fontana Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *cap.* 41. *pag.* 301. *impreſs. Lucæ Typis Ioſephi Salani, & Vincentii Giuntini Anno* 1739.

De iſto Ordine Sancti Antonii in Hannonia ſimpliciter meminit *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom.* 2. *ſub lit. S. de Summa Trinitate & Fide Catholica* §. *Notitia, & Series Ordinum Equeſtr. n.* 7. *pag.* 734. *juxta impreſs. Salisburgi Typis Ioannis Ioſephi Mayr* 1729. *Io: Fridericus Comes in Koden Sapieha in Corollario Omn. Ordin. in verbo Sancti Antonii in Ba-*
5. *varia*, ita illum nominat, & dicit Inſtitutorem fuiſſe Albertum pag. 232. & ſeq., quod Corollarium eſt impreſſ. in calce Tractatus ejuſdem, cui Titulus - *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia Typis Coloniæ Adami Cholini* 1730.

Motiuvm inſtitutionis hujuſmodi Ordinis fuiſſe, ajunt, Bellum ſuſcipiendum pro Terræ Sanctæ recuperatione: cum enim tunc temporis Chriſtiani Principes fœdus inter ſe inire intenderent ad Bellum ſuſcipiendum, ad Ter-
6. ram Sanctam recuperandam, ad quod Bellum ire perſonaliter deliberaverat Albertus, eundem Ordinem Sancti Antonii erexit. Sic ſcribit *d. Ashmole* apud *d. Juſtinianum* ubi ſupra: Licet ob aſſuetas Criſtianorum Principum diſcordias infectum fœdus remanſerit armis depoſitis, & ſic etiam finem habuit ipſe Militaris Ordo. Scribunt Auctores antedictum Ducem Albertum Ordinem hunc Equitum Sancti Antonii in Hannonia inſtituiſſe, animo exercitum Militum mittendi

tendi in Subſidium Equitum Teuto-
nicorum in Pruſſia bellantium; proin-
de creavit in hoc Sancti Antonii Or-
dine Equites Milites, & Comeſtabilem
Mareſchallum, ut dicitur *di Campo*;
& huic Militiæ Equeſtri ſe adſcripſe-
runt Ant. de Ligne d'Auſie de Lon-
geval, & de Boſſu, ſcribit *d. Pa-
ter Fontana pag.* 302.
In Teſſeram Ordinis ſtatutus erat ex
7. Corio Cingulus, quo Eremitæ utun-
tur, à quo Baculus parvus pendebat,
& ab illo Campanula aurea ſimili-
liter pendebat, ut notat *d. Bonannus
in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 7. *d.
Fontana pag.* 302. Figura prædicto-
rum adeſt apud *d. Bonannum d. n.* 7.
& d. Juſtinianum pag. 610. Imo quod
Cingulus eſſet funiculus, refertur ſub
n. 15. hujus Diſcurſus.
Figura Equitis habetur penes *d. Bonan-
8. num d. n.* 7. *d. Collectorem Gallum
ubi ſupra pag.* 455.
Series vero Magnorum Magiſtrorum
refertur in *Diſcurſu* Ordinis Sancti
Jacobi in Hollandia.
Referunt Scriptores aliud motivum fun-
9. dationis hujus Equeſtris Ordinis,
quod ſcilicet tempore prædicti Al-
10. berti, cum Hannonia vexaretur à
morbo illo, qui *Sacer Ignis*, *ſeu San-
11. cti Antonii* nuncupatur, de quo
ſermonem habebimus in *Diſcurſu
Sancti Antonii Viennæ in Delphinatu
à n.* 2. *cum ſeqq.* animadvertit d.
Princeps Albertus, nullum contra
dictum Morbi genus reperiri Medi-
camentum, ſolumque implorandum
eſſe auxilium de Sancto, glorioſiſſi-
mi ſcilicet divi Antonii Abbatis, cu-
jus ſubſidium expoſtulabant fructuo-
ſe hujuſmodi morbo infecti, median-
te viſitatione cujuſdam Sacelli ei-
dem Sancto dicati, ſiti in Sylva de
Aure prope locum *de Mons*: Alber-
tus ergo in honorem laudati Sancti
Antonii Abbatis Ordinem Equeſtrem
erexit eo modo, & forma, qua
alium de anno 1298. Bonifacius VIII.
inſtituerat cum ſua Bulla, in qua
præſcripſerat, quod in eo non ad-
mitterentur niſi primi Ordinis Nobi-
les, facta probatione Nobilitatis,
aut Viri Doctores, qui eorum ſcien-
tia ſe Nobiles reddiderunt; quod-
que Equites in Teſſeram deferrent
12. Torquem auream, à qua pendere
debebat Littera *T.* ex auro, vel ar-
gento juxta eorundem Nobilitatem,
una cum Campanula argentea; ad
tradita per *Vincheut*, *& Patrem Ru-
teau Ordinis Minimorum*, *Annaldum
Aynout cap.* 23. quos allegat, & ſe-
quitur *Pater Fontana Tom.* 8. *pag.*
301.
Fuiſſe hunc Ordinem inſtitutum à Bo-
13. nifacio VIII. tradunt aliqui, quos
non amplectitur *d. Pater Fontana
pag.* 302. *d. Collector Gallus d. Tom.*
3. *pag.* 455.
Cæterum Lectorem noſtrum remitti-
14. mus ad ea, quæ ſcribimus in *Diſ-
curſu Sancti Antonii Viennenſis in
Delphinatu.*
Hoc unum ſuperaddentes, quod in præ-
dicto loco d. Aure ad inſinuationem
quorundam Equitum Gallorum loca-
15. ti fuerunt nonnulli Religioſi Ordi-
nis Sancti Antonii in Delphinatu
anno 1415. erectumque ibidem fuit
Monaſterium, & Hoſpitale pro Pau-
peribus Peregrinis, & tandem Equi-
tes Sancti Antonii in Hannonia d.
Monaſterium elegerunt pro loco
eorum Aſſembleæ; unde poſtmodum
ibi locabant eorum Imagines una
cum Stemmatibus, ut narrat *d. Pater
Fontana pag.* 302. ubi de Stemmate
ſic loquitur. *Con le loro Armi cir-
condate da una Collana d'Oro fatta
di Corda annodata col T., ed un Cam-
panello, come vedevaſi tutta al loro
tempo.*

tempo. Auberto Mireo, Orig. Ord. Equeſt. cap. 12. parlando di queſt' Ordine dice ancora, che il Collare era fatto a foggia di Corda d' Eremita, e che da lui pendeva un Baſtone per appoggiarſi, ed un Campanello. Tutti gli Autori, che trattano degli Ordini Militari, ſimilmente dicono, che il Collare di Sant' Antonio era compoſto da una Cintura da Eremita, che da eſſi viene rappreſentata, come una Cintura di Cojo, con una Fibbia: ma Noi vogliamo più toſto attenerci a quanto ne riferiſcono gli Autori delli Annali di Hannonia, e Auberto Mireo, i quali, ſono ſtati meglio informati di quanto concerneva a queſt' Ordine. Quanto poi alla ſua Iſtituzione, di cui queſti Annaliſti di Hannonia fanno Autore Papa Bonifacio VIII., citando la ſua Bolla dell' 1297., io non ho trovato alcuno Storico, che ne habbia parlato: d. Collector Gallus ubi ſupra.

DISCURSUS XXVI.

S. ANTONII ABBATIS VIENNÆ IN DELPHINATU

ARGUMENTUM

Exponitur cauſa, tempus, & ſeries fundationis Hoſpitalis, & Religionis Hoſpitalariæ Sancti Antonii Abbatis in Delphinatu, & oſtenditur hanc Religionem à Scriptoribus vocari Equeſtrem.

SUMMARIUM

1. *Hoſpitalarius Ordo Sancti Antonii Viennæ in Delphinatu a nonnullis Scriptoribus vocatur Ordo Equeſter,* & n. 28.
2. *Morbi genus illud, quod vulgo dicitur* Ignis Sacer, & Divi Antonii, *sub Sæculis* 1100, *vel* 1200. *erat valde frequens.*
3. *In quo conſiſteret talis morbus?*
4. *Fundationis hujus Hoſpitalis ſeries recenſetur,* & n. 5. & 6.
7. *Hoſpitalitas ibi ſumme exercebatur per adſcriptos.*
Hanc Societatem approbavit Urbanus II.
8. *Religioſi hujus Hoſpitalis vocabantur Fratres, & eorum Caput Magnus Magiſter.*
9. *Divi Antonii Abbatis Corpus, Guido Deſiderius ſua propria auctoritate extraxit ex quadam parva Eccleſia, & ſecum ferebat etiam in Bello, quod illi prohibuit Urbanus II.*
10. *Anno* 1218. *Fratres Religioſi emiſerunt Vota.*
11. *Fratribus Hoſpitalariis Bonifacius VIII. conceſſit Eccleſiam S. Antonii.*
12. *Dicti Fratres obſervant Regulam Sancti Auguſtini, gerunt tamen litteram* Tau.
13. *Vocati fuerunt Canonici Regulares, & Abbatia Sancti Antonii ut Caput Ordinis.*
14. *Quam Veſtem deferunt?*
15. *Cæperunt eorum Domos poſſidere in Commendam.*
16. *Reformatio Ordinis quando fuit promota,* & 17., & 18.
19. *Quomodo vivant?*
20. *Generalis durat ad Vitam.*
21. *Multis fruitur Privilegiis hic Ordo, & quæ ſint?* & n. 22.
23. *Magna eſt Populorum erga Reliquias d. Sancti Antonii devotio, & frequens concurſus ad illius Eccleſiam.*
24. *Anno* 1533. *tradit Scriptor Almarus Falco ex Italis pluſquam decem mille viſitaſſe d. ejus Eccleſiam.*

25. *Ma-*

25. *Magna etiam multitudo aliarum Nationum: & eorundem Caravanæ parvi exercitus videbantur.*
26. *Ab Hæreticis vaſtata fuit: Campana major translata conſpicitur in Civitate Genevæ.*
27. *Viri Illuſtres prodierunt ex d. Ordine.*
28. *Hic Ordo Sancti Antonii in Delphinatu Ordo Equeſter nuncupatur à Scriptoribus, & ei tribuitur Titulus Equeſtris.*
29. *Magnus Magiſter vocatur illius prima Dignitas, & Domus appellantur Commendæ.*
30. *Nos in noſtro Volumine cumulamus non ſolum proprios Ordines Equeſtres, ſed alios etiam analogiam cum Equeſtribus habentes.*

DISCURSUS XXVI.

S. ANTONII ABBATIS VIENNÆ IN DELPHINATU

CUM pluribus ex Scriptoribus, qui de hoc Ordine Hoſpitala-
1. rio Sancti Antonii Viennæ in Delphinatu agunt, nonnulli eidem Equeſtrem Titulum tribuant, ut inferius conſtabit; Nos quoque in præſenti Volumine generaliter de Re Equeſtri tractante, ac Ordines Equeſtres proprie, vel minus proprie tales complectente, illum recenſebimus. Utque tota Hiſtoriæ ſeries exponatur, præmittimus, quod undecimo, ac duodecimo currente Seculo, valde frequens ſæviebat illud morbi genus,
2. quod vulgo Ignis Sacer, aut Divi Antonii nuncupabatur. Morbus hic, ut teſtantur Scriptores, perfecte deſcribi nequit; tantæ quippe malignantis naturę erat, ut eam corporis partem
3. quam miſere inficiebat, atram, nigramque efficeret, ac undique aridam, & ſiccam, ac ſi ab igne conſumpta eſſet, ac inutilis reddebatur, & aliquando eandem corporis partem adeo putrefaciebat, ut ipſa caro in fruſta dilaberetur. Unde eidem morbo nomen Ignis inferni tribuebatur: quemadmodum legitur in quodam Inſtrumento de anno 1254. ſtipulato pro Hoſpitali antiquitus erecto in Eccleſia Sancti Antonii Marſiliæ ibi -- *Eorum qui Igne infernali laborare dicuntur*: hæcque omnia habentur *in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium Gallico Idiomate ſcripta, & in noſtram Italicam Linguam translata à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſe Clerico Regulari Congregationis Matris Dei Tom. 2. cap. 16. pag. 114., & ſeq. juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1737., ubi per hæc verba ſubiungitur: *ed anco oggidì veggonsi di queſte aride membra nello Spedale del Borgo Sant' Antonio nel Delfinato, ove è l' Abbazia capo di tutto l' Ordine.*
Noſque hìc addimus, quod etiam, in hac Civitate Forolivii, in Sacriſtia Confraternitatis Sancti Antonii Abbatis, pes & manus combuſta ſervantur, ut fertur, conſimili igne, in punitionem infelicis Hominis periuri.
Fundationis autem hujus Hoſpitalis ſeries ita ſe habuit. Accidit quod quidam Nobilis, & Dives Vir, nomine Gaſto, unicum filium nomine Gerindum habens, & hunc ægrotum, de filii ſui ſalute ſolicitus, Divi Antonii Abbatis Patrocinium imploravit, ſupplexque acceſſit ad lo-

 cum

cum nuncupatum Sancti Deſiderii, ſitum in Delphinatu, ubi conſtructum erat Sacellum eidem Divo Antonio dicatum, quem ex corde rogavit, ut à Deo Optimo Maximo ſanitatem ægroto Filio impetraret, promiſitque quod ſe, ac filium, una cum Bonis ſuis ſervitio ægrotorum morbi Sacri Ignis obſtringeret, ac ſervitio Peregrinorum ex omni parte confluentium ad idem Sancti Antonii Abbatis Sanctuarium. Cumque in
4. ſomnis idem Divus Antonius Gaſtoni apparuiſſet, nunciaviſſetque filium eſſe reſtitutum ſanitati corporis, monuit etiam eundem Gaſtonem, ut promiſſa per eum adimpleret: unde ut ipſe Gaſto, ac alii qui ſervitio ejuſdem Sancti Antonii addicerentur, deferre deberent, & inſigniri cum Teſſera *Tau* coloris cœleſtis; ſubinde figuram d. *Tau* in ſummitate ſui baculi oſtendit, qui baculus in Terra defixus in arborem virentibus foliis excreviſſe fertur, dilatatiſque ramis totam terram inumbraſſe. Tunc manu, quam è Cœlo extendebat, ſuper ipſum benedictionum copiam effudit. Ipſe ergo, una cum filio, nulla interpoſita mora votum executioni mandavit, ſeque ad d. Burgum Sancti *Deſiderii la Mothe* tranſtulerunt, & Sancti Antonii Sacellum adiverunt, eorumque Perſonas, & Bona pauperum In-
5. firmorum ſervitio manciparunt, & Hoſpitale conſtrui curarunt prope Eccleſiam eidem Divo Antonio dicatam, cujus Eccleſiæ ædificium inceptum fuit à Goſſelino potente ſatis in Delphinatu Viro, quod tamen morte præventus perficere non potuit. D. autem Goſſelinus ille erat, qui ab Imperatore Conſtantino nuncupato Monomaco, glorioſum ejuſdem Divi Antonii Corpus dono receperat, & à Conſtantinopolitana Urbe anno 1050. illuc tranſtulerat ad d. Sacellum, quod Sacrum Corpus juſſu Gregorii VII. locandum erat in Parochiali dicti loci Eccleſia. Sed hæc cum anguſta nimis fuerit, motivum præbuit ædificationi dictæ Eccleſiæ, quę ſolum anno 1101. completa fuit à Guidone Deſiderio Goſſelini Hærede.

Itaque d. Gaſto cum d. Gerindo, ſeu
6. Guerrino filio ſuo die 28. Junii 1095., vel ſecundum alios anno 1121., ut notat *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Diſſert.* 10. *Lib.* 1. *Art.* 2. *pag.* 223. *juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri, & Franciſci Giffart* 1718. depoſitis pretioſis Veſtibus, pauperem nigri coloris Veſtem aſſumpſit, eamque deſuper Teſſeram *Tau* cœruleam efformatam encauſto more Equitum, quibus alii ſex pii acceſſere Viri: unde hujus Inſtituti Scriptor *Aimarus Falconius Hiſtoriæ Scriptor cecinit.*

Gaſtonis Voto, Societatis Fratribus octo

Ordo eſt hic captus ad Pietatis opus;

quos verſus una cum ſupradictis narrationibus refert *d. Pater Fontana Tom.* 2. *pag.* 121. *d. P. Honoratus pag.* 510.

Tam laudabiliter in Hoſpitalis exercitio, tantaque charitate in Ægrotis cuſtodiendis ſe gerebat Gaſto, ut non ſolum Delphinatus, ſed aliorum Re-
7. gnorum Populi eleemoſynis Inſtitutum hujuſmodi ditaverint, hancque Societatem Apoſtolica Auctoritate in Concilio di *Clermont* Urbanus II. approbavit, & ſpecialibus Privilegiis exornavit.

Vocabantur autem Religioſi Fratres, &
8. eorum Caput Magni Magiſtri Titulo nuncupabatur, cui omnes parebant, ſicque

ſicque eorum primus Magnus Magiſter fuit idem Gaſto; quam Dignitatem uſque ad mortem tenuit, ſecutam anno 1120.

Pia hæc Congregatio nullam peculiarem Eccleſiam poſſidebat pro Pietatis muneribus exercendis: quamobrem Fulco VII. Magnus Magiſter, novam incæpit Eccleſiæ Fabricam; ſed præpeditus litigio à Patribus Ordinis Sancti Benedicti Abbatiæ de Monmajor, qui à Guidone Deſiderio Goſſelini Hærede Eccleſiam Sancti Antonii receperant, & quæ Eccleſia, ut diximus, anno 1101. fuit conſtructa ab ipſo Guidone Deſiderio, qui cum propria auctoritate ex parva illa Eccleſia Sacrum Divi Antonii Corpus, in qua quieſcebat, extraxiſſet, ſecum continue etiam in Bello, audacter deferebat, & ob id ab Urbano II. Apoſtolica
9. Auctoritate monitus, ne Sacrum hujuſmodi Corpus circumducere auderet, in obſequium Pontificiæ juſſionis deſtitit Guido, & perfecto d. Eccleſiæ ædificio à Goſſelino, ut diximus incæpto, ſub titulo Sanctiſſimæ Virginis, ibi Sacrum Corpus poſuit, curaque dictæ Eccleſiæ juſſu Pontificis commiſſa fuit dictis Patribus Benedictinis. Sane inſtructo litigio, ſicuti præmiſimus, cum d. Falcone, & Patribus Benedictinis coram Archiepiſcopo Vienñenſi, Hic favore Falconis prelaudati ſententiam tulit, & in eadem Eccleſia Miſſæ primum Sacrificium celebravit, & hujus Eccleſiæ erectionem confirmavit Innocentius III. anno 1208.

Predictus Falco Magnus Magiſter VII.
10. anno 1218. à Summo Pontifice Honorio III. facultatem obtinuit, ut omnes Fratres Vota Religionis emitterent, uſque enim ad d. tempus Fratres Sancti Antonii nulla emittebant Vota: *d. Fontana pag.* 117.

Tempore poſtmodum ſucceſſivo, regente Hoſpitalariorum Religione Aimondo Montanay XVII. Magno Magiſtro, cum occaſione qua ab ipſo empta fuerit Juriſdictio loci, ſeu Burgi Sancti Antonii, nova excitata fuit lis à Patribus Benedictinis, ad quam cæteraſque dirimendas, Bonifacius VIII. Summus Pontifex anno 1297. con-
11. ceſſit Eccleſiam Sancti Antonii cum omnibus juribus, & juriſdictionibus eiſdem Fratribus Hoſpitalariis, declarando Benedictinos nullum impoſterum ſuper d. Eccleſia jus, & prætenſionem habere poſſe, eamdemque Eccleſiam, quæ Prioratus erat, in Abbatiam erexit: *d. Fontana pag.* 117.

Præterea idem Pontifex ſtatuit, ut Fratres Hoſpitalarii, ſervare tenerentur Regulam Sancti Auguſtini, retenta
12. tamen per eos Teſſera *Tau*, quam deferre tenerentur in eorum Habitu; demumque mandavit, quod dicti Religioſi vocarentur Canonici Regulares, & eorum Caput, Abbas, quodque omnes Religioſi, & Religioſorum hujus Ordinis Domus ſubiectæ eſ-
13. ſent, ac dependentes à d. Abbatia, quam ipſe Pontifex declaravit Caput Ordinis immediate Sanctæ Sedi ſubiectam: *d. Pater Fontana pag.* 118. *d. Pater Honoratus pag.* 510.

Deferunt iſti Religioſi, ut diximus, Veſtem nigram, ut Sacerdotes Seculares, & in parte ſiniſtra Veſtis, &
14. Pallii litteram *T.* cœruleam. In Habitu autem in choro, paucis ab hinc annis, in aliquibus Domibus uſus eſt, quod ſe conforment cum Canonicis Cathedralibus loci, in quo morantur, ut proſequitur exemplificando *d. Pater Fontana d. pag.* 121.

In Abbatia vero Sancti Antonii, quæ ut diximus, caput eſt Ordinis, necnon aliquibus aliis Domibus, in Choro

utuntur Habitu nigro cum Bireto quadrato: *d. Fontana pag.* 118.

Hujuſmodi Canonici Regulares eorum Officii partes per aliquod temporis ſpatium diligenter exercuerunt, tum in Choro cantando, tum Hoſpitalitatem fovendo, & infirmos curando, pro quibus ſpecialiter Religioſos ſtatuerunt, & inſimul Fratres Converſos: decurſu tamen temporis nonnulli irrepſerunt abuſus; plures quippe Ordinis hujus Domus Commendæ Titulum habebant, qui illas
15. poſſidebant, uti veri Commendatarii ſe gerebant, & ut Beneficium poſſidebant eorum vita durante, & quandoque eaſdem reſignabant inſcio etiam Abbate.

Ad hos abuſus tollendos plurimum fruſtra laboravit Antonius Toloſanus XXIII. Abbas, donec in Capitulo Generali anno 1616. injuncta fuit Reformatio Ordini, etiam Regio
16. Edicto roborata die 24. Decembris 1618. Quæ tamen Generalis Reformatio, & Conſtitutiones Capituli Generalis ſolum Anno 1630. recepta fuit in Domibus Ordinis, eæque Generalis Capituli Conſtitutiones approbatæ fuerunt à ſan. mem. Urbano *VIII.*

Quo autem ad Domos extra Gallias, quæque eandem non acceptaverunt
17. Reformationem, recognoſcunt tamen in Caput totiuſque Ordinis Superiorem Abbatem Sancti Antonii.

Licet in Chriſtiano Orbe plurimæ ſint hujus Ordinis Religioſæ Domus, ſolum tamen illæ, quæ in Gallia ſitæ
18. ſunt, ac quatuor in Italia, & totidem in Germania, ſe ſubiecerunt d. Reformationi, quæ Domus in totum ſunt triginta tres, quibus Abbas præficit Religioſos, qui in illis morari debent: *d. Pater Fontana d. pag.* 121.

Religioſi prædicti comedunt Carnes quater in Hebdomada: die Mercurii
19. ab eis abſtinent, tempore Adventus jejunant, & in certis aliis anni feſtivitatibus: *d. Fontana d. pag.* 121.

Eorum Generalis durat ad vitam, & quolibet triennio congregat Capitulum Generale, in quo Domorum
20. Superiores eliguntur, quorum major pars titulum habet Commendatorum: *d. Fontana d. pag.* 121.

Ordo hic multis fruitur Privilegiis, quæ illi conceſſerunt Summi Pontifices,
21. nec non Principes Seculares: *d. Fontana pag.* 119.

Delphinus quippe Viennenſis cum totius Nobilitatis aſſenſu indulſit, ut hic Ordo primum locum teneret
22. poſt Epiſcopum Gratianopolitanum, ac jus præſidendi abſente d. Epiſcopo, qui eſt Præſes natus.

Anno 1502. Imperator Maximilianus I. in Stemma conceſſit Ordini Stemma Imperii, hoc eſt Aquilam cum Alis nigris expanſis, & cum Roſtro, cum Imperiali faſcia, ſed rubei coloris, cum Thiara ſupra caput imperiali flava, & in pectore Scutum flavi coloris, in cujus medio *Tau* cæruleus adeſt.

Carolus Rex Hieruſalem, & Siciliæ exiſtens in d. Abbatia Sancti Antonii Anno 1288. 4. Martii ſub ſua protectione recepit hujus Ordinis Religioſos. Jacobus pariter Rex Hieruſalem, & Siciliæ ultra fundationes ab ipſo factas injunxit, & comendavit in Teſtamento 1403. ſuis Hæredibus & Succeſſoribus continuam,
23. & ſpecialem Devotionem erga Divum Antonium, & ut deferrent continve e Collo pendentem *Tau* aureum, & Campanulam.

Erat pariter peculiaris Devotio Caliſti II. Martini V. Julii II. Leonis X. etiam

etiam quando erant Cardinales. Sex Reges Franciæ, plurimique alii Principes, Reginæ, & Principiſſæ, Cardinales, Prælati, & multitudo Populi, qui ad viſitandum illius reliquias ſe
24. contulere, adeo ut *Almarus Falco*, qui ſcripſit anno 1533. teſtetur, quod unius anni curriculo pluſquam decem mille Italorum acceſserint ad hujus Sancti Antonii Eccleſiam, nec non numeroſa Germanorum, & Hun-
25. garorum multitudo, eorumque Caravanæ parvi exercitus viderentur: *d. Fontana pag.* 120.

Antiquitus hic Ordo plura Bona poſſidebat, quibus tamen in magna parte
26. ſpoliatus ab Hæreticis fuit. Adeſt Monumentum adhuc in Civitate Genevæ, major ſcilicet illa Campana, cujus Inſcriptio teſtatur illam fuiſſe hujus Ordinis. Rurſus anno 1561. Abbatiam ipſam Sancti Antonii depopulati fuerunt, terque ideo ab ea Religioſi receſſerunt: *d. Fontana d. pag.* 120.

Ex hoc Ordine plures Dignitate, & Scientiis prodiere illuſtres Viri, quos inter Sacra Vaticana Purpura redimiti, duo numerantur Cardinales, Joannes Trivultius Mediolanenſis, & Fran-
27. ciſcus de Tournon: plures Epiſcopali Thiara ornati in Civitatibus Taurini Bezieres Tarantaſiæ di Viviers di Chaors, & Genevæ, quæ Sedes poſſeſſa fuit à Michaele Gabriellio di Roſſiglione. In Mathematicis Scientiis in Gallia emicuit Joannes Borelli, de quibus mentio habetur in d. Hiſtoria Gallica translata in Italicam Linguam per *d. Fontana pag.* 120.

In exordio Diſcurſus expoſuimus, quare in præſenti hoc noſtro Volumine narrationes Equeſtrium Ordinum complectente, etiam Ordinem Sancti Antonii in Delphinatu repoſuimus,
28. eo quia ſcilicet hic idem Ordo à Scriptoribus Equeſter nuncupatur, & ulterius graduationes, tituloſque præſetulit Equeſtres: Equeſtrem ſanè Ordinem appellat ipſe Gallus Scriptor laudatus, *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus lib.* 1. *Diſſert.* 10. *art.* 2. ſic ab aliis nominari teſtatur anted. *Pater Fontana d. Tom.* 2. *cap.* 16.

In eodem præterea Ordine Primus in dignitate vocabatur Magnus Magiſter,
29. cujus Officium durabat ad vitam. Domus ad hunc Ordinem ſpectantes appellabantur Commendæ, ac etiam de præſenti eiſdem præfecti, dicuntur Commendatores. Quamobrem, cum Nos non ſolum Ordines proprie, & ſpecifice Equeſtres, vel Mi-
30. litares, ſed alios quoque aliquam ſimilitudinem, vel partem Equeſtrem habentes, in noſtro Volumine recenſeamus, non immerito ob prædicta, hìc de iſto Ordine Verba fecimus.

DISCURSUS XXVII.

ANULI AVREI

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

ANuli Avrei Equites conſtituit Palatinus Elector Fridericus II. ad Rhenum, huncque Ordinem inſtituit, ut diſcerent Equites quantum interſit à nimio, & immoderato potu ſe ſe abſtinere, ne mens corpuſque torpeant, ſicuti ſcribit *Joannes Hybner in ſuo Lexicon in verbo — Ordo Anuli Avrei Col.* 1620. *juxta impreſſionem Lypſiæ anno* 1735.

Hinc Avrei Anuli Inſigne præſcriptum fortaſſe

fortaſſe fuit, ut quodammodo ſobrietati deſponſarentur huic Societati adſcripti Equites, ac memoria retinerent Anuli aurei Inſigne fuiſſe Equitum Romanorum, & ſicuti eos in Teſſeris nobilibus deferendis imitabantur, ita eorundem mores undique ſobrios, & moralis Philoſophiæ probis legibus innixos æmularentur.

DISCURSUS XXVIII.

ANULI

Gemmam Amethyſti vulgo *Granata* in medio habentis Adamantibus exornati.

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

IN proœmialibus præſenti Volumine regiſtratis Diſcurſibus, late actum eſt de Veterum Romanorum Equitum Claſſe, expoſita Hiſtorice eorum introductione in Urbe, progreſſu, & Præeminentiis; ac oſtendimus peculiarem eorum Equeſtrem Teſſeram fuiſſe Anulum aureum, ut videre eſt in allegatis Diſcurſibus, & adeſt Titulus de jure Anulorum aureorum in Codice. Pro integra igitur Narratione eorum, quæ ſpectant ad hos Veteres Equites Romanos, remittimus Lectores ad memoratos noſtros *Diſcurſus*; ſolumque addimus, quod Figura dicti antiqui Equitis Romani habetur apud *P. Philippum Bonannum in Catalogo Ordin. Equeſt. n. 99.* & apud *Collector. Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers* §. 1. *pag.* 1. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Verum Sereniſſimus Clemens Auguſtus ex Bavariæ Electorali Domo Coloniæ Elector, quantum Clemens, tantum Auguſtus, in honorem glorioſiſſimi Divi Huberti Leodienſis Epiſcopi, nuper anno 1745. Nobilem Cœtum Equitum inſtituit. Quibus non Crucis, non Torquis, non Numiſmatis Inſigne ſtatuit, ſed antiquo veterum Romanorum Equitum renovato more, qui Anulum aureum digito geſtabant, Gemmatum Aureum Anulum præſcripſit in Teſſeram. Siquidem duodecim Anulos avreos affabre elaboratos paravit, Gemmam *Amethyſtus* in medio habentes, quam Nos *Granatam* nuncupamus. Gemma autem Amethyſtus gemma eſt diluto Violæ colore, fulgore purpuræ non prorſus igneo, ſed in Vini colorem deſinente, ſive quod ebrietati credatur reſiſtere, ſive ut *Plinio* placet, quod uſque ad Vini colorem accedens, priuſquam eum deguſtet in Violam deſinat. Sic inquit *Ambroſius Calepinus* in ſuo *Dictionario* in verbo *Granata. Pietra pretioſa*.

In horum Anulorum Gemma, parvis hinc inde cincta Adamantibus, inſculpta eſt Clavis, ſive ut dicitur, il *Cornetto* d. Sancti Huberti, cum d. Epigraphe -- *Quantum Clemens, tantum Auguſtus*.

Prædictos Anulos Sereniſſimus Elector per Nobilem Aulæ ſuæ Virum Dominum Comitem Verita, ad Abbatiam d. Sancti Huberti tranſmiſit, ut Reliquiis ejuſdem Sancti benedicerentur, prout benedicti fuere; & ſucceſſive idem Sereniſſimus Elector Colonienſis Miſſæ Sacrificium cebebravit, quo peracto, nonnullis recitatis precibus, proprio digito unum ex iiſdem Anulis impoſuit, hæc proferens verba -- *Pax tecum*: Poſtmodum tres creavit Equites Dominos Baronem

de

de Kol Magnum Scutiferum Canonicum Mettenerniki, & antedictum Comitem Verità, ſingulis Anulum digito imponens.

Hactenus recenſita deſumpſimus ex narratione, humaniſſime Nobis de more tradita à ſæpe in hoc noſtro Volumine comendando, Nobili Viro Domino Comite Franciſco Piazza, ad quem illa noviſſime ex Alemaniæ partibus, mediante ejuſdem erudito Amico, devenerat. Collegimus quoque Inſtitutionis horum Equitum notitiam ex Folio illo, quod celer Tabellarius in ſingulas hinc inde defert Hebdomadas, in quo Rerum publicarum continetur Ephemeris, noſque dicimus *Foglietti*; in his enim Mantuæ impreſſis 15. Julii, anni 1746., ſub datum Coloniæ, refertur dicta ſeries Inſtitutionis horum Equitum.

DISCURSUS XXIX.

APIS

NEC ARGUMENTO,

NEC SUMMARIO

indiget.

IN Proæmiali noſtro Diſcurſu octavo ſatis oſtenſum eſt, Mulieres Ordinum Equeſtrium cujuſcumque Generis eſſe capaces, aptaſque ad eorundem Ordinum Supremum Regimen, ac ipſas plures Ordines inſtituiſſe demonſtravimus, non ſolum pro Mulieribus, ſed etiam pro Maſculis, adductis ibidem exemplis: nunc ſpecifice exponimus, quod Sceaux die 4. Junii de anno 1703. Ludovica Benedictina Borbonia Uxor Ludovici Auguſti Ducis Maine, & Dombes, Ordinem Equeſtrem inſtituit, nuncupatum *Apis* pro utroque ſexu Maſculorum, & Fœmmarum. In hujus Ordinis Teſſeram Numiſma preſcripſit aureum, ex una parte Effigiem ejuſdem Duciſſæ habens, & ex altera parte adeſt Apis, cum hoc lemmate. *Je ſuis petite, mais mes piqueures ſont profondes*: Hoc eſt Italice: *Io piccola ſono, ma le punture mie ſono profonde*.

Numiſma hujuſmodi ipſa Duciſſa Fundatrix diſtribuit: ſic narrat *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers. Tom. 4. §. 114. pag. 279. juxta impreſſ. Amſtelodami. Typis Petri Brunel. anno 1721. Hiſtoria Ordinum Monaſticorum Religioſorum, & Militarium, à Gallo Auctore* Gallico Idiomate edita, & quam in Italicum Idioma tranſtulit *Pater Joſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſis, Clericus Regularis Congregationis Matris Dei* ſub Titulo *Storia degli Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari Tom. 8. cap. 68. pag. 447. impreſſ. Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1739.

DISCURSUS XXX.

AQVILÆ ALBÆ

IN REGNO POLONIÆ.

ARGUMENTUM.

Antiquiſſimi Equeſtris Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ refertur Origo, & ob rerum humanarum viciſſitudinem, ſucceſſivis temporibus peractæ ejuſdem Ordinis collapſi renovationes tres à Regibus Poloniæ: & demum exponitur quarta reſtauratio, & renovatio magnificentiſſime facta ab Auguſto Secundo Poloniæ Rege anno 1705. die prima Novembris cum Teſſeræ nobiliſſimæ Incremento.

SUM-

SUMMARIUM

1. *ORdo Aquilę Albę diverſis locis, ſcilicet in Polonia, & in Auſtria, & Bohemia inſtitutus fuit, unde à Scriptoribus confunditur unus cum alio*, & n. 2.

3. *Aquilæ Albæ in Auſtria Ordo, dicitur Ordo* Diſciplinæ, & Aquilæ candidæ.

4. *De Ordine Aquilæ Albæ in Regno Polonię agit plene, & particulariter* Dominus Comes Joannes in Koden Sapieha, & n. 5.

6. *Aquila Alba eſt, & fuit ſemper Stemma Regni Poloniæ, & qua de cauſa*, & n. 7., & 8., *ac* 9.

9. *Lechius Primus Inſtitutor fuit Ordinis Aquilæ Albæ: ejus Imago cum Aquila Alba.*

10. *Aquila Alba adeſt in Imaginibus, Numiſmatibus Regum Polonię e Torque dependens.*

11. *Boleslaus Rex Poloniæ, ob necem Divi Stanislai Epiſcopi Cracoviæ fuit privatus Titulo Regio; & ſubinde Equeſter Ordo Aquilæ Albæ pluſquàm bis centum annorum circulo evanuiſſe viſus eſt.*

12. *Pręmislaus Secundus anno* 1295. *electus fuit Poloniæ Rex, qui decori Ordinis Aquilæ Albę incubuit*, & n. 13.

13. *Imagines illius cernuntur exornatæ Aquila Alba, & dicitur Inſtitutor Ordinis* n. 14., & 15.

15. *Pręmislaus inſtituit Phalangem cathafractam Militum cum Teſſera Aquilæ Albæ, quę etiam nunc durat ſub nomine Huſſarorum, ex lectiſſima Nobilitate, quæque eſt robur Exercituum, & Seminarium Dignitatum Regni.*

16. *Uladislaus Locticus Rex, hic quoque reſtauravit collapſum Aquilæ Albæ Ordinem.*

17. *Ejus Imago cum Corona ibidem exhibetur cum inſcriptione, quod fuerit Ordinis Inſtitutor.*

18. *Torquis forma qualis fuerit?*

19. *Figura Equitis cum Paludamento habetur.*

20. *Uladislaus cur dicatur Locticus?*

21. *Ordinem Aquilæ Albæ qua occaſione inſtituit.*

22. *Balthei Militaris, ſive Torquis uſus vigebat Polonię, & ſub eo ſolum exprimebantur Ordines Equeſtres:*

23. *Polonię Reges conſtat creaviſſe Equites Baltheo, & Torque; ſic per conſequens creaviſſe Equites Aquilæ Albæ, cum ſolum hic Ordo in Polonia viguerit.*

24. *Aquilæ Albæ Ordinis ſplendor aliquando neglectus fuit, quia Reges aſſumebant Ornamenta Ordinum exterorum.*

25. *Ordo Aquilæ Albæ ſub protectione Immaculatæ Conceptionis fuit ab Uladislao Quarto Rege reſtabilitus anno* 1634., *& quomodo*, & n. 26.

27. *Lechius Primus fuit Inſtitutor Ordinis, cæteri Inſtauratores, Reſtitutores, & Reparatores fuere.*

28. *Poſt obitum d. Uladislai Quarti gloria Ordinis rurſus perierat.*

29. *Auguſtus Secundus Poloniæ Rex d. Ordinem reſtauravit: & numeris ſequentibus*, & n 39. 40., & ſeqq. n. 60., & 62. 63, 64.

30. *Die quinta Novembris* 1705. *quomodo Rex renovaverit hunc Ordinem mediante Numiſmate?*

31. *In d. Numiſmate ex una parte aderat Aquila Alba, ex alia duæ litteræ* A. R.

32. *Inſignia auxit deinde; hoc eſt Crux octangularis coloris punicei, magnitudinis, ut Cruces Sancti Spiritus in Galliis, in extremitate albeſcens cum expanſis Alis cum Adamantibus, & aliis ornamentis.*

33.

33. *Nova Crucis ſtructura praſcripta fuit, & qua*, & n. 34.
35. *Addita fuit Stella radiis repleta deferenda ad latus ſiniſtrum*, n. 36., & 37. *cujus forma habetur apud d. Comitem Sapieha*.
38. *Ordinis Statuta, & leges pene ſunt illę preſcripta ab Uladislao IV.* & n. 39. 44. 45. 46., & ſeqq., & n. 59., & 60.
40. *Ordo conſtat Equitibus ſeptuaginta duobus*, & n. 44.
41. *Nobilitas eorum qua debeat eſſe?* & n. 42.
42. *Nobilitas ſic debet eſſe vera, legitima, completa, ac probata*, & n. 43. & 44.
43. *Pulli Aquilarum quomodo probentur legitimi?*
44. *Equites debent eſſe Subditi Regis Polonia.*
Exteros tamen etiam eligere poteſt, dummodo non excedatur numerus ſeptuaginta duorum Equitum.
45. *Ordinis ſupremus Princeps eſt Rex Polonia libere electus, ipſo Coronationis die.*
47. *Eliguntur in Equites etiam Eccleſiaſtici eandem Teſſeram deferentes*, & 48. & 49.
50. *Defuncti Equites tenentur intra trimeſtre remittere ad Theſaurarium Ordinis, vel ad Principem d. Torquem. Amiſſa ſi fuerit, hæredes tenentur ſolvere ſummam ſufficientem ad conficiendum.*
51. *Habitus qualis eſſe debeat?*
Ordo vivit ſub Patrocinio Sanctiſſimę Virginis.
52. *Pro Defunctis, qua Suffragia praſtare debeant Equites*, & n. 53.
54. *Sicut Uladislaus Rex Equites ſuos ad fidem obligat erga Regem, & Legis Defenſionem, ad Captivorum ſublevationem &c. ita etiam Rex Auguſtus Secundus*, & n. 55.
56. *Eliguntur Equites juſſu Regis Auguſti eo modo, quo tempore Vladislai*, & n. 57.
58. *Quibus Praeminentiis gaudeant Equites?*
59. *Ordo Aquila Alba à Regibus Polonię fuit renovatus.*
60. *Solemnis fuit innovatio ultimo loco peracta à cla. mem. Auguſto II. Poloniarum Rege*, & n. 61.
62. *Confirmatio Apoſtolica Ordinis Aquilę Albę indulta Vladislao Quarto, durat etiam quoad ultimam Reſtaurationem Ordinis peractam ab Auguſto II. Rege*, & n. 63.
64. *Nomina Equitum enumerantur.*
65. *Reges Polonia fuerunt Fundatores, & Magni Magiſtri hujus Ordinis*, & n. 66.

DISCURSUS XXX.

AQVILÆ ALBÆ IN REGNO POLONIÆ

Diſtincto licet tempore, diverſiſque Regnis, & ſub variis Principibus duo fuerint inſtituti Equeſtres Ordines, ſub unico Aquilæ Albæ vexillo, nihilo tamen minus Scribentes unicum reputantes Ordinem, Fundatores,
1. & Fundatorem diverſimode aſſignant, vel deſumunt partem ex uno, & partem ex altero aſſerentibus in Polonię Regno fuiſſe inſtitutum, nonnullis autem in Auſtria, & Regno Bohemiæ, ſicque Hiſtoricas horum Ordinum Narrationes involuunt.

Hìc Nos, ut tollantur equivoca, reſque dilucidentur, opportune notamus, duplicem revera olim viguiſſe Equeſtrem Ordinem ſub Teſſera Aquilæ Albæ,
2. alium nempe ab antiquiſſimo tempore in Regno Poloniæ, & alium in

Auſtria, & Bohemiæ Regno. Modo in præſenti Diſcurſu agemus de Ordine Aquilæ Albæ in Poloniæ Regno, acturi poſtmodum ſuo loco de Ordine in Auſtria, & Regno Bohemiæ erecto; quippe ad differentiam Ordinis Polonici, exprimitur ſub titulo
3. *Diſciplinæ*, & *Aquilæ Candidæ*: unde ponimus ſub litera D. *in verbo Diſciplinę*, & *Aquilę Candidę*.

Quo igitur ad Heroicum Equeſtrem Ordinem Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, ex hiſtoricis narrationibus infra recenſendis, illius emergit antiquitas; Originem quippe ab ipſis pene Poloniæ Regni cunabulis metiri, documentis, & ponderationibus ex Poloniæ Regni Annalium ſerie deſumptis, convincit *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden*
4. *Sapieha Eques ejuſdem inclyti Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Polonię*, quem unum pro cunctis allegare ſufficeret, cum idem peculiare ſuper
5. eodem ordine Volumen exaraverit, cui Titulus -- *Adnotationes Hiſtoricę de Origine, Antiquitate, Excellentia Heroici, ac Celeberrimi in Regno Polonię Ordinis Equitum Aquilæ Albæ per Sacram Regiam Majeſtatem Orthodoxam Auguſtum II. a diverſis revolutionibus vindicati: Necnon circa initia pręſentis Seculi ad ampliſſimum pręcipui Honoris ſplendorem infra, & extra Regnum ſublimati: impreſſum Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. Quo ſane Volumine late originem, progreſſum, & renovationem, ac præſtantiam eleganti calamo comprobat eruditiſſimus Scriptor. Nobiliſſimum quidem Aquilę Albę Stemma, & fundamentale Vexil-
6. lum, ac peculiare Regni Poloniæ Labarum ſemper fuit, & eſt ad præſens, ſive illud deſumptum habeatur à celebri Victoria illa, quam Sarmatæ, a quibus propaginem ſumpſere Poloni, Auguſti Cæſaris temporibus anno Chriſti Domini decimo in Weſtphalia prope Amaſin, & Lupiam glorioſe retulerunt de tribus Romanorum Legionibus ſub Quintilio Varrone militantibus, qua Victoria inter alia ſpolia Victrices Sarmatarum Manus Ar-
7. genteas Aquilas Romanis eripuere, tamque ingens Romanorum Clades fuit, ut Romani perpetuis ſtatuerint Legibus, ne deinceps eorum Exercitus Sarmatiæ fines temere irritarent: ſive idem Aquilinum Stemma Poloniæ tribuerit Lechius ille, Poloniæ Gentis illuſtris Conditor. Hæc e Sclavoniæ Civilibus motibus agitata, ad citeriorem Septemtrionem tranſiit, dumque ibi late patentes conſpiceret campos, obtulit ſe ſe ſpectanda Nidorum Aquilinorum ingens multitudo: quamobrem fortunatum omen reputans Lechius, Aquilam Albam in Regni Stemma extulit ſubinde glo-
8. rioſum; novamque conſtruendo Urbem, eam nuncupavit *Gneſnam*, quod vocabulum Sclavonica lingua *Nidum* ſignificat: dictaque Hiſtoriæ ſeries ſequentibus exprimitur carminibus.

Quæ modo Sarmatia eſt, quondam deſerta fuerunt
Invia, poſt magnas Deucaleonis aquas.
Primus in hæc Lechus populum deduxit Agreſtem
De Patria pulſum ſeditione Domo.
Dalmata Vir Phariis, claro Patre natus in agris
Quos rapidus curvis, Crupa pererrat Aquis.
Colle ſuper pulchro properata mœnia Gneſnæ
Struxit, & à Nidis Nomen habere dedit.
Omine permotus, multas ibi namque videbat

Per vicinum Aquilas nidificare nemus.
Exule Patre ſumus, ſed plurima Regna per Orbem
Principia Exulibus dant ſua Romæ lupæ.

Tranſcripſimus hucuſque relata ex *d. Domino Comite in Koden Sapieha in allegato Volumine* ſub Titulo -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ cap.* 4. *à pag.* 37. *cum ſeqq.*, & tradit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus*, *Differtat. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Lib.* 1. *Diſſertations* 7. *pag.* 155. *juxta impreſſ. Pariſien. Petri Franciſci Giffart anno* 1718. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 3. *tit.* 56. *Les Chevaliers de l' Aigle Blanche en Pologne pag.* 328. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunél* 1721.

Hinc Scribentes d. Lechium in Poloniæ Regni Stemma Aquilam Albam præſcripſiſſe, teſtantur & inſimul fuiſſe Equeſtris Ordinis Aquilæ Albæ Inſtitutorem, ſibique, & Succeſſoribus
9. ſuis in Principatu Jura ejuſdem refervaſſe. Vetus proinde ejuſdem Lechii Imago conſpicitur Torquem avreum collo tenens, ex quo Aquila Alba coronata expanſis alis pendet; hancque Imaginem exhibet *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 43. ſub qua hæc leguntur -- *Lechius Primus Princeps Poloniæ, & Inſignium Ordinis Aquilæ Albæ Auctor. Morerius in d. ſuo Dictionario relat. à d. Comite in Koden Sapieha pag.* 67. Volumen, cui Titulus -- *Storia degli Ordini Monaſtici &c. e Militari ex Idiomate Gallico in Italicam Linguam translata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregat. Matris Dei Tom.* 8. *Parte Sexta cap.* 51. *pag.* 48. *juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. Quemadmodum ſubſequentium Poloniæ Principum Ima-
10. gines, Numiſmata, Simulacra conſpiciuntur Aquila Alba, e Torque pendente exornata, teſte *d. Comite in Koden Sapieha pag.* 44. in allegato Volumine *de Ordine Aquilæ Albæ in Polonia.*

Varii longo temporis tractu in Poloniæ Regno ſucceſſerunt Principes, iſtiuſque Aquilæ Albæ in Teſſera uſum continvarunt. Sed cum Boleslaus tyrannice audax, quia Divi Stanislai Cracovienſis Epiſcopi barbarus Interfector, ob tam enorme facinus Re-
11. gio Titulo cum regimine privatus fuerit, mox univerſa Poloniæ Regni decora peſſum ire cæperunt, totaque Reipublicæ forma diu ſqualida manſit, ac deformis, totumque Regnum in plures partes ſciſſum eſt, circa annum Domini 1140. tuncque fere penitus deletum fuit Avitum Stemma Aquilæ Albæ; adeo ut ejuſdem Equeſtris Ordinis Decus pluſquam per gemina ſecula evanuiſſe viſum fuerit, donec Dei munere Regni Optimates unum ex multis Principibus Caput, liberis ſuffragiis conſtituerunt, unum videlicet Regnatorem, qui diſmembrata Regni fragmenta colligeret. Anno proinde ſalutis humanæ 1295. die 26. Junii elegerunt Præmislaum ſecundum in Regem, & Regio Dia-
12. demate coronarunt. Hic revera conſpicuus fuit Poloniæ Rex, ut rem totam exponit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 51. *cum ſeq.*, ubi prælaudati Regis Præmislai, Regalis Familiæ ſuæ præconia, & ad tot Provincias jura recenſet.

Præmislaus Secundus Rex in id maximo conatu incubuit, ut vetera Inſignia, ſplen-

ſplendoremque Regno de integro re-
ſtitueret: & licet florenti ætate, tri-
geſimum octauum ſcilicet annum
agens, brevi Regiminis ſui curſu, hoc
eſt octavo menſe, nam in prælio ad
Rogoznum occiſus occubuit, præ-
clara pro Regni Poloniæ Gloria inſti-
tuit, & ad decus Equeſtris Ordinis
Aquilę Albæ: Magnum quippe Re-
gium ſigillum ſuum inſculpi manda-
13. vit, quo ex una parte effigies A-
quilę Albæ, cum Epigraphe -- *Reddi-
dit ipſe ſuis victricia ſigna Polonis*:
ex altera ipſius Regis Icon in Thro-
no conſidentis: in circuitu Regalis
Imaginis exarata cernebantur hæc ver-
ba -- *Sigillum Pręmiſlai Regis Ducis
Pomeraniæ. Videatur d. Comes in
Koden Sapieha d. Volumine de Ori-
gine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Re-
gno Poloniæ pag.* 55., *& ſeq.* ubi ex-
hibet Figuram d. Regis Præmislai
Secundi pedibus ſtantis, Sago induti,
& Collo gerentis Torquem auream,
a qua pendet coronata Aquila Alba,
alis, pedibusque expanſis; & ma-
nu dextera Haſtam, in cujus verti-
ce Vexillum adeſt continens conſimi-
lem coronatam Aquilam, & ſiniſtra
manu tenentis Gladium, & Scutum,
in quo Aquila pariter coronata alis,
& pedibus expanſis, ſub qua Figura
hæc verba leguntur -- *Præmislaus II.*
14. *Rex Polonię, Dux Pomeraniæ, Ordi-
nis Aquilæ Albæ Inventor, ex anti-
quiſſimo Prototypo delineatus*: *dictus
Comes in Koden Sapieha d. Volumi-
ne de Origine Ordinis Aquilæ Albæ
in Regno Poloniæ d. pag.* 55., *&
ſeqq.* Refert etiam d. Præmislaum II.
adeo fuiſſe ſolicitum in promovendo
pręrogativas Polonici Equeſtris Or-
dinis Aquilæ Albæ, ut ad expugnan-
dum Lituanos tunc Ethnicos, ad uſ-
que Lancitiam hoſtili excurſione ſævi-
entes, inſtar Aquiliferæ Romanorum
Cohortis cæteras æſtimatione præcel-
lentiſſimæ, inſtituiſſe perhibeatur quam-
15. dam Phalangem Cathafractam Mi-
litum Torquem e Collo gerentium,
& a qua Aquilæ Albę Teſſera, quod
Militiæ genus etiam nunc durare ſub
nomine Huſſarorum ex lectiſſima No-
bilitate conflatum, principale robur
Exercituum, nec non uberrimum Di-
gnitatum Regni Seminarium, teſta-
tur laudatus *Comes in Koden Sapie-
ha pag.* 56.

Qua propter ex hujuſmodi Monumen-
tis, ex Vexillis, Numiſmatibus, Num-
miſque Monetariis non immerito
Hiſtorici Præmislaum II. Ordinis
Polonici Aquilę Albæ in Reaſſum-
ptorem, imo Primarium Inventorem
indigitant; ut proſequitur *d. Co-
mes in Koden Sapieha pag.* 55. *in d.
Volumine de Origine &c. Ord. Aquilę
Albæ in Regno Poloniæ.*

Ad Thronum Poloniæ Regni evecto
Uladislao III. Loctico, hic quoque
collapſum Aquilæ Albæ Ordinem re-
16. ſtabilivit, imo ejuſdem Auctor eſſe
voluit, Magiſterio Sibi, ejuſque
in Regno Succeſſoribus reſervato: *d.
Pater Honoratus à Sancta Maria Car-
melita Excalceatus d. Lib.* 1. *Diſſert.*
7. *pag.* 155., *& in Tabula Alphabe-
tica des Ordres pag.* 510. *Dictus Co-
mes in Koden Sapieha in Corrolario
omnium Ordinum Alphabetico, in ver-
bo Aquilę Albæ pag.* 233. *impreſſ.
poſt dic. Volumen ejuſdem Auctoris
ſub d. Titulo Adnotationes Hiſtoricæ
&c. de Ordine Aquilæ Albæ*: unde illius
Imago habetur *apud d. Comitem
in Koden Sapieha in d. Volumine de
Origine Ord. Aquilæ Albę pag.* 65.
geritque Caput Regio Diademate co-
ronatum, colloque Torquem aure-
17. um, à quo Polonica Aquila Al-
ba pendet cum Inſcriptione -- *Uladiſ-
laus Locticus Rex Poloniæ Inſtitu-
tor*

tor Ordinis Heroici Aquilæ Albæ anno 1425.

Quidam aſſerunt Torquem præſcriptum parvis Aquilarum Simulacris inter-
18. polatum fuiſſe, a quo tamen una cæteris major prominebat, teſte *d. Co. in Koden Sapieha pag. 68. & pag. 70. cum Spennero*, ſic inquit .. *Torques triplex Aquilam Argenteam coronatam ſuſpenſam duplici catenula ſuſtinebat:* cum *Schonebek in Hiſtoria de Ordinibus* ſubiungit, quod præter pendulam Aquilæ Albæ effigiem e collari aureo cærulei Paludamenti amictum appingat Equitibus, in quo iisdem Pallio candicans Ales acu picta conſpiciebatur.

Figura Equitis cum d. Paludamento
19. habetur penes *d. Collectorem Gallum d. Tom. 3. d. pag. 328.*

Dictus Vladislaus Rex nuncupatus fuit *Locticus* à parva Statura, puſſil-
20. lam enim ſtaturam, quam ſortitus fuerat, virtutibus, & fama gigantæa longe ſuperavit, & de eo elogium habetur apud *Guagninum* relatum à dicto *Comite in* Koden *Sapieha pag. 77., & ſeq.*

Corpore parvus eram, Cubito Vix altior uno;
Sed tamen in parvo Corpore Magnus eram.
Non ego Pruſſiorumque, Bohemorumque Cruorem
Iactabo, Cladem nec Gedemine tuam.
Fortunam vici, cum qua mihi bella fuerunt.
Ut niger a terra triſte volaret iter.
Ter cecidi Regno, per te Rhamnuſia ſemper
Poſt lapſum erexi majus ad Aſtra caput.
Corde Viris opus eſt Magno, non Corpore, Magnum
Qui ſtravit Goliam, nonne puſillus erat?
Ingentem parvus Polyphemum vicit Ulyſſes;
Sed tamen ille hominem; Tam grave Numen ego.

Hanc autem Aquilini Ordinis, alias
21. jam inſtituti ad defenſionem limitum Regni Poloniæ, inaugurationem peractam fuiſſe ab Uladislao Loctico occaſione Nuptiarum filii ſui Caſimiri ſextum decimum ætatis annum agentis cum Anna Duciſſa Lituaniæ circa annum 1325. in ſignum ſtabiliti fœderis, ſive ſocialis amicitiæ cum Gente reconciliata, allegatis *Cromero in Antiquo Manuſcripto*, *Vallemontio in elementis Hiſtoriæ Univerſalis*, *Schonebeko in Hiſtoria de Ordinibus*, *Spennero in Opere Heraldico*, *Morerio in ſuo Dictionario*, *Cavelier Scriptore recentiſſimo*, *tradit d. Dominus Comes in* Koden *Sapieha a pag. 65. cum ſeqq. & in d. Corrolario Alphabetico in Verbo Aquilæ Albæ pag. 233. Volumen cui Titulus li Sourani del Mondo Tom. 4. ſub Titul. Degli Ordini di Cavalleria §. L' Ordine di Cavalleria dell' Aquila Bianca pag. 309. juxta Impreſs. Venetam Sebaſtiani Coleti anno* 1720. *d. Pater Honoratus a Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Libr. 1. Diſſert. 7. Art. 4. pag. 155. Collector Gallus d. Tom. 3. d. pag. 328.*

Succeſſivis etiam temporibus uſus continvavit creandi Equites hujus
22. Ordinis Aquilæ Albæ apud Poloniæ Reges; ſiquidem cum antiquitus, & præſertim Poloni, Equeſtres Ordines exprimerent ſub ſola nuncupatione *Balthei Militaris*, ideſt Torquis, & in Poloniæ Regno nonniſi Equeſter Ordo *Aquilæ Albæ* in uſu eſſet, & Ordo Aquilæ Al-

bæ

bæ ſub nomine *Balthei Militaris* tribueretur, ut oſtendit *d. Dominus Comes in* Koden *Sapieha de Origine &c. Ordinis Aquilę Albæ cap. 6.*, *& cap. 7.*, *Corrolario Omn. Ordin. ejuſdem Auctoris* in verbo *Balthei Militaris pag.* 244. ubi exprimitur, quod Balthei Militaris Ordo in Polonia eſt idem, ac ille Aquilæ Albæ. Hinc cum conſtet Polonos Reges diſtinctæ præſtantiæ Viris Baltheos Militares, hoc
23. eſt Torques, tradidiſſe, per conſequens conſtat creaviſſe Equites Aquilæ Albæ, ut de creatis ſic Equitibus Aquilæ Albæ à Caſimiro Magno, ac Iagellone, videre eſt in iis, quæ demonſtrat *d. Comes in* Koden *Sapieha d. Volumine de Origine &c. Ordinis*, *Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ cap. 6. d. pag.* 79. *cum ſeqq.*, *& à pag.* 84. *cum ſeqq.*, *& cap.* 7. *d. pag.* 110. ubi allegat Monumenta, & exempla de Torquibus Aquila Alba inſignitis per Reges Poloniæ diſtributis.

Et licet iterum ſub variis Polonię Re-
24. gibus neglectus fuerit proprii antiquiſſimi Aquilæ Albæ ſplendor Ordinis, eo quia ipſi Poloni Reges aſſumpſerint ornamenta Ordinum exterorum, ut ponderat *d. Co. in* Koden *Sapieha à pag.* 104., *uſque ad pag.* 125. Uladislaus tamen IV. Poloniæ Rex
25. Ordinem Equeſtrem Poloniæ toties ruinę proximum, iterum à fundamentis reſtabilire cupiens, & ſolidius excitare, anno 1634. Ordinem Militarem Aquilæ Albæ ſub præſidio Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Immaculatæ Conceptæ inſtituit, Equitibus Collo geſtandam præſcribendo, avream videlicet Torquem, cum Cruce octogona ex una parte, in centro habente Effigiem Virginis Mariæ Immaculatæ Conceptæ, ex altera parte Simulacrum Aquilæ Albę expanſis alis, atque ut ita ſub potentiſſima Santiſſimæ Virginis Marię Tutela vetuſtiſſimum Ordinem Polonicum Aquilæ Albæ vivificaret, ut bene oſtendit *d. Comes in* Koden *Sapieha* ſepe allegato Volumine *de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Polonię pag.* 127. *&* 128. ubi Collare, ſeu Torquem Equitum Conceptionis Immaculatę Virginis Mariæ, & Aquilæ Albæ delineatam exhibet; de quo etiam meminit idem *Comes Sapieha in dicto ſuo Corrolario Alphabetico omnium Ordinum in verbo Conceptionis Immaculatę Virginis pag.* 261. impreſſo poſt Tractatum ejuſdem Auctoris ſub Titulo -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Ordine Aquilæ Albæ*.

Exornavit præterea idem Uladislaus IV. eundem reſtauratum Ordinem oppor-
26. tunis ſtatutis, ſuper quibus obtinuit confirmationem Apoſtolicam à ſa: me: Urbano VIII. ut videre eſt in Breve Pontificio ſub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Anulo Piſcatoris die 5. Iulii 1634. Pontificatus ſui anno XI. quod Breve impreſſum eſt etiam penes *d. Comit. in* Koden *Sapieha à pag.* 150. *cum ſeqq.*

De quo Ordine Immaculatæ Conceptionis, & Aquilæ Albę adeſt noſter Diſcurſus ſub verbo *Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ & Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ*.

Ex hac Hiſtoricarum rerum ſerie, quemadmodum aperte conſtat Le-
27. chium Primum fuiſſe hujus Equeſtris Ordinis Inſtitutorem, ita exploratum manet ſubſequentes Reges illos, quos Scriptores vocant Inſtitutores, de quibus ſupra meminimus in Diſcurſu, & refertur in Volumine, cui Titulus -- *I Sovrani del Mondo ſub Tit. degli Ordini di Cavalleria* §. *L' Ordine dell' Aquila Bianca*

pag.

pag. 3. *juxta impreſſ. Venetam Se. baſtiani Coleti*, *&* *Jo: Malachin anno* 1720. revera fuiſſe Inſtavratores, Reſtitutores, Reparatoreſque, juxta ea quæ tradit *d. Comes in Koden Sapieha cap.* 5. *pag.* 64. Sed poſt obitum d. Uladislai IV. cum immediati illius Succeſſores parum ſoliciti fuerint de eorum Ordine,
28. factum eſt tractu temporis ut ejuſdem Ordinis exigua ſolum decoris memoria in domeſticis, exteriſque annalibus, ſub varia nominum, ſeu Vocabulorum diverſitate, & mentio ſuper fuerit: & Ordinis Aquilę Albæ gloriam penitus corruiſſe viſum fuerit, quo uſque per Auguſtas manus, Ordinis Aquilæ Albæ renovata fuerit, ut Aquilæ, iuventus ejus. Hactenus recenſita totam antiquiſſimam hujus Ordinis ſeriem continent, cujus Lechius I. fundationis ſemina jecit, ut diximus in numero 9., & 10. & ſubinde quatuor Polonię Reges reſtaurationis, innovationisque Opus reſumere curarunt, Rex ſcilicet Pręmislaus II., Uladislaus Locticus, Uladislaus IV. de quibus actum eſt in præſenti Diſcurſu ſub *n.* 9. 10. 12. 13., *&* 25., & noviſſime tandem
29. Rex Auguſtus II. intra, & extra Poloniam ſplendorem Ordinis Aquilæ Albæ collapſi reſtituit. Inſignis ſiquidem, maximuſque Heroici Ordinis Reſtaurator, Illuſtratorque immortalis in æuum memoriæ Auguſtus II. Poloniæ Rex ad perpetuam Regii ſui nominis Gloriam, Reipublicæ maximum Decus, & ad præmia emeritis Civibus elargienda, externoſque etiam Heroes Nobiliſſima Teſſera exornandum, Equeſtrem Aquilæ Albæ Ordinem renovavit, cumulavitque prærogativis, ut ipſa Polonica Aquila Alba magnarum Alarum Aquila effecta fuerit. Anno ſiquidem 1705. die prima Novembris, renovationis opus aggrediens,
30. plurimis Proceribus *Tykeocini* collectis, Numiſmata quædam aurea rubicundo opere encauſtico elaborata diſtribuit, ut ante pectus appenſa deferrent. Ex uno latere in Numiſmatibus inſculpta ſpectabatur Aquila can-
31. dida cum hac epigraphe -- *Pro Fide, Rege, & Lege:* in altero latere Regii nominis initiales Litteræ *A. R.* legebantur, ut habetur apud ſæpe laudatum *Dominum Comitem in Koden Sapieha cap.* 10. *pag.* 162. *in d. Volumine de Origine &c. Ordinis Aquilę Albæ in Regno Poloniæ. Dictus Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 348. *Dominus Hermant Hiſtoire des Religious, ou Ordres Militaires &c. Tom.* 2. *cap.* 52. *pag.* 507. *juxta Impreſſionem Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne* 1726.

Auxit ſucceſſive paulo poſt Rex Inſignia
32. renovati Ordinis Aquilæ Albæ; præſcripſit enim *Cruces aureas octangulares Gallicanis Equitum Sancti Spiritus magnitudine ęquales, puniceo, ac tranſparente encauſto ſuper inductas extremis marginibus albeſcentes, quarum latera expanſæ alæ candicantis volucris ambiebant, quaternos autem angulos Adamantini radii illuſtrabant, ſuperveniente deſuper Regali Diademate: ita fabrefactis Crucibus, in alba ligula fimbriis, rubeo colore tinctis variegata è collo dependentibus, exornati Magnates tunc comparuerunt*, juxta deſcriptionem, quam ſupra relatis verbis refert *d. Comes in Koden Sapieha d. cap.* 10. *pag.* 163.

Tandem Rex ſemper Auguſtus adhuc
33. conſpicuam, magnificamque reddere cupiens Teſſeram eandem, anno 1713. ſtatuit, ut Equites Cruces deferant *à ſiniſtro brachio*, ſub dexterum paulo infra cingulum protenſas, in tænia

nia limphata cœrulei, ſive ciſanei coloris quatuor digitorum latitudinem complexa. Ruſſicę Sancti Andreæ Danicæ Elephantis, tum Gallice *Cordon Bleu* dictæ, non abſimili geſtarent: hic ipſe videlicet color primitus ab Uladislao Loctico paludamentis Equitum, ut ſupra diximus, fuit attributus. Hunc præ cæteris magis honorificum apud retrolapſam antiquitatem extitiſſe, liquet ex hiſtoriarum monumentis, nominatim à *Speneri* teſtimonio. Cœruleus, *inquit ille*, ſeu cyaneus præcipuus inter a-
34. lios colores beneficentiam, civilitatem, Pacis ſtudium, conſtans gaudium, velocitatem, potentiam denotat, quæ omnia diſperſa per omnes, ſi aggregarentur in unum, virtutibus, qualitatibus, talentis coronati Inſtitutoris adæquate correſpondent. Crucis modernę differentiam aptiorem facit adempta vertici Corona: ſiquidem loco illius continet Aquilam expanſam, diadema Capiti impoſitum præferentem, necnon ex adverſo minorem cruculam circulo vallatam, Saxonicis innixam Gladiis, initialibus Hominis Regii litteris inaratam, cum præcitato lemmate -- *Pro Fide*, *Rege*, *&* *Lege*.

Acceſſit ſiniſtro Equitum lateri quaſi ad Cordis cuſtodiam excubans Aurea
35. Stella juſtæ magnitudinis, Phrygio opere contexta, addenſatis Radiis, ipſo ſui meditullio Crucem, ex argento ductili formatam comprehendens, in cujus extremitatibus eadem legitur Inſcriptio -- *Pro Fide*, *Rege*, *&* *Lege*. Jam vero apud Regem vicem iſtarum vocum *Pro Rege* ſupplent hæ dictiones -- *Pro Grege*. Totam hanc
36. Teſſeræ deſcriptionem expoſuimus, ut per eadem verba exponit *d. Comes in Koden Sapieha d. cap.* 10. *a pag.* 162., *&* *ſeqq. ubi ſub pag.* 164. exponit quoque figuram delineatam
37. d. Octangulæ Crucis Aquilæ Albæ in Tænia Cœrulea pendentis: & rurſus *ſub pag.* 222. *in Corrolario omnium Ordinum*, *&* *in dicto ſuo Tractatu de Origine &c. Equeſtris Ordinis Aquilæ Albæ d. cap.* 10. *ſub pagina* 166. refert figuram delineatam Stellæ ad latus Equitis exiſtentis, in cujus Stellæ medio poſita eſt Crux, quæ dicitur Crux patens: ſub *pag. autem* 174. expoſita eſt effigies Equitis d. habitu induti cum d. Cruce, & Stella.

Porro conſuetudines & Leges, quibus regitur Equeſter hic Ordo glorioſe renovatus, paucis dumtaxat exceptis, & immutatis, confor
38. mes ſunt ſtatutis, & legibus ab Uladislao IV. pręſcriptis, in memorata alia renovatione, & inſtauratione Ordinis, ut teſtatur *d. Dominus Comes in* Koden *Sapieha cap.* 182., *&* 184. leges autem Uladislavienſes per extenſum referuntur *a. d. Domino Comite in Koden Sapieha cap.* 9. *pag.* 129. *cum ſeqq.* Noſque expoſuimus in Diſcurſu, in quo agimus de Ordine Immaculatæ Conceptionis, & Aquilæ Albæ. Unde conſtantiam Legum Uladislavienſium, cum hoc inſtaurato Ordine, compendiarie demonſtrat *d. Comes in Koden Sapieha a pag.* 182. & ſane earum ſeriem percurrendo, fit manifeſtum: ſiquidem d. Uladislaus IV. ſub potentiſſimo Cœlorum Reginæ Patrocinio, Ordinem Aquilę Albæ e fundamentis reſtabilivit, ut
39. videre eſt in Volumine Statutor. d. Ordinis, cui Titulus -- *Statuta inclyti*, *ac Heroici Ordinis Equitum Imaculatæ Virginis* impreſſo Romæ, cujus ſummarium in principalioribus habetur apud *d. Dominum Comitem in Koden Sapieha a pag.* 133. *cum ſeqq.*

ſeqq. De eodem Auguſtiſſimę Virginis Deiparæ Præſidio nunc quoque gloriatur Ordo Aquilæ Albæ, ut notat *d. D. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 182. Conſtat Ordo numero Equitum ſeptuaginta duorum, ut præ-
40. ſcripſerat etiam Uladislaus IV. Genus Equitum Nobile, & quorum à
41. majoribus derivata antiquitas, nulla macula defœdata, nulla ſuſpicione in dubium revocata, ut inquit Statutum Uladislai *in* §. *De nobilitate*, de quo *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 132. Hoc ipſum præſcribitur ab Auguſto II. Rege Reſtauratore Ordinis, ut explicat idem *Comes in Koden Sapieha capite* 10. *à pag.* 182. per hæc formalia verba
42. -- *Genus alto à Sanguine Divum, celſoque Jovem de Sanguine ducens,* ex qua emphatica verborum formula eruitur, Nobilitatem eſſe debere veram, legitimam, & completam, juxta legales Regulas, quas in noſtris Diſcurſibus enucleavimus, in præſenti Opere regiſtratis in ſecundo Volumine, atque ita neceſſe eſt, quod in Candidato adſit Nobilitas naturalis, univerſalis, & generoſi ſangvinis, ſine macula, & ſine ruga, palam, & publice notoria, & ut dicitur, in radiis, & oculis Solis comprobata: cum enim agatur de admiſſione ad inclytum Aquilæ Albæ Ordinem ab Auguſto II. Rege inſtauratum, non immerito peragitur
43. ad inſtar illius probationis, quam ſuper Filiorum ſuorum legitimitate peragit Aquila -- *Dicuntur enim & Pulli Aquilarum à Parentibus ſic probari: Patris ſcilicet ungue ſuſpendi, & radiis Solis opponi; qui firme contemplatus fuerit, Filius agnoſcitur; ſi acie palpitaverit, tamquam adulterinus ab ungue dimittitur; ut refert Divus Auguſtinus in Joannem capit. 36.* & narrationem elegantibus carminibus exponit *Claudianus in Præfatione* Panegyrici de tertio conſulatu Honorii Auguſti, quæ cum ad rem noſtram de renovato Aquilæ Albæ Nobiliſſimo Ordine ab Auguſto II. Poloniæ Rege undique quadret, per extenſum ad litteram tranſcribimus.

Parvos non Aquilis fas eſt educere fœtus
Ante fidem Solis, judiciumque poli:
Nam pater excuſſo, ſaliit cum germine proles,
Ovaque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes convertit ad æthera nidos,
Et recto flammas imperat ore pati.
Conſulit ardentes radios, & luce magiſtra
Natorum vires, ingeniumque probat.
Degeneres refugo torſit qui lumine viſus,
Unguibus hunc ſævis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes
Suſtinuitque acie nobiliore diem,
Nutritur, volucrumque potens, & fulminis hæres,
Geſturus ſummo tela triſulca Jovi.
Me quoque Pieriis tentatum ſæpius antris
Audet magna ſuo mittere Roma Deo.
Jam Dominas aures, jam regia tecta meremur,
Et Chelys Auguſto judice noſtra ſonat.

In Statutis Uladislavianis Equites debent
44. eſſe ſubditi Poloniæ Regibus, qui tamen etiam Exteros poterunt cooptare, modo numerum viginti quatuor non excedant, ut in *d. Statuto* §. *De Patria. Comes in Koden Sapieha pag.* 133. Idem ſancitur ab Auguſto II.

ut apud *d. Comitem in Koden Sapieba pag.* 180., *&* 183.

Supremus Ordinis Principatus in Statutis Uladislai IV. reſervatus eſt Regi Poloniæ pro tempore libere electo,
45. qui una cum Regalibus inſigniis ejus Magiſtratum, ejuſque ornamenta ipſo Coronationis die (niſi prius in numero eorundem Equitum fuerit) capeſſet, ut loquitur dictum Statutum Uladislai IV. §. *de Principe apud d. Comitem in Koden Sapieba pag.* 134. Sic etiam cautum eſt per Regem Auguſtum II., ut notat *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 182., per quod ſubdit omnimodam cum antecedente
46. renovatione ab Uladislao IV. facta paritatem. Per Uladislaum IV. admittebantur Eccleſiaſtici Prælati, ut in Statuto §. *De Prælato*: *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 140. Ulterius
47. ſtatuitur à Rege Auguſto II. in hac nova inſtauratione, in qua ſpirituales, hoc eſt Eccleſiaſtici Viri, in Candidatos eliguntur, quique geſtant ſimilem Crucem in medio pectore de cœrulea Tænia pendulam, more Gallicano, ſidusque artificiale à pectore minime diverſum lævo lateri affixum.

Hinc jure merito prout in Galliis Sancti Spiritus, ita hic Ordinis Aquilæ
48. Albæ Comendatarii appellari deberent, ut tradit *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 167. 169., *&* 183. Qui quidem Eccleſiaſtici (in ſolemni Convivio ad differentiam laicorum deferentium Clamydem rubeam) deferunt congruum ſuo characteri colorem, illumque retinent, ut notat idem *Comes in Koden Sapieba pag.* 171., *& ſeq.*

Similiſque paritas oritur quoad Inſignia, & Torquem; nam juxta Statutum Uladislai IV. donabuntur hæc
49. à Rege Equitibus, ut in *Statuto* §. *de Inſigni*, *ſeu Torque*, apud *Comitem in Koden Sapieba pag.* 134. ita etiam ſtatuit Auguſtus II. Rex, ut proſequitur *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 182.

Hæredes Defuncti Equitis Torquem intra trimeſtre remittere ad Theſaurarium Ordinis, vel ipſum Principem
50. tenentur: quod ſi vero quiſpiam Equitum per incuriam, vel caſu fortuito Torquem amiſerit, tantum auri in Theſaurum Ordinis inferet, quantum ad novum conficiendum requiritur. Sic diſponit Statutum Uratislavii IV. in §. *De Torque remittendo*, de quo apud *Comitem in Koden Sapieba pag.* 139.

Idem diſponit Auguſtus II. Rex, ut notat *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 183.

Præſcripſerat Uladislaus Habitum interiorem purpurei coloris, & Pallium longius candidi coloris, & ferendum
51. ad manum ſiniſtram potius, quam dexteram ex panno phrygio ſubductum panno ſericeo breviori purpurei coloris, ut deſcribitur in Statuto §. *De Habitu*, ut refert *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 134. Auguſtus vero II. Rex injungit colorem Veſtimentorum ſuperiorum purpureum, inferiorum, album, ut inquit *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 182.

Sicut Ordo Uratislavienſis, ita & præſens vivit ſub Patrocinio Sanctiſſimæ Virginis Mariæ: *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 182.

Diſpoſuit Uladislaus, quod Defunctorum Animabus ſuffragia per Equites præſtentur annuatim, intereſſendo
52. Sacris in Templo; Habitaque notitia obitus, Equites triginta Miſſas pro Defuncto abſolvi curent: ipſi vero totidem vicibus, *Salve Regina* recitent, juxta Statutum §. *De Fratribus Defunctis* §. *Quod Unicuique*

quo Defunctorum debeatur, ut videre eſt penes *d. Comitem Sapieha pag.* 138.

Idem injungitur ab Auguſto II. Rege :
53. *d. Comes in* Koden *Sapieha pag.* 182.

Uladislaus Equites obligat ad Fidelitatem in Patriam, & Principem, ad Bellum contra Turcas, ad tuendum
54. Dei Honorem, & Beatiſſimæ, Eleemoſynam pro Redemptione Captivorum, vel ſuſtentatione Egenorum, ſicuti conſtat in *Statutis* §. *Fidelitas in Patriam*, *&* *Principem* §. *Bellum contra Turcas* §. *Dei Honor*, *& Beatiſſimæ*, *&* §. *Eleemoſyna*, ut videre eſt penes *d. Comitem in* Koden *Sapieha à pag.* 140., *cum ſeqq.*

Conſimilia præcipiuntur ab Auguſto II. Rege, Militare ſcilicet obſequium ad
55. Fidei, Regis, ac Legis Defenſionem, Munifica Captivorum ſublevatio, Allocutio Majeſtatis ab ore antiquioris Equitis, ut proſequitur *d. Comes in Koden Sapieha a pag.* 182., *& ſeq.*

Locum inaugurandi Equites ſtatuit Uladislaus Templum, inter Miſſarum ſolemnia, antequam cantetur Evangelium : & ſtatuta die Equites non impediti Principem deducent ex Pa-
56. latio, eumque per Seniorem Equitem, accomodata ſalutabunt Oratione, ut latius habetur in Statuto §. *Locus inaugurandi Equites* apud *d. Comitem in Koden Sapieha à pag.* 143.

Non abſimilis in ſubſtantia modus præſcribitur ab Auguſto II. Rege, tum
57. in electione promovendorum ad Ordinem, tum in collatione Teſteræ ; „ Evocat enim in lucem ſui conſpectus Monarcha Supremum Regni Mareſcallum, vel Ordinis Cancellarium cauſa capiendæ informationis de concurrentibus ad Ordinem ſubiectis, quorum habita connotatione, & intra privatos lares mature perpenſa, determinat aliquos ex Competitoribus partim ibidem propoſitos, partim prius è ſpecula altiſſimę reflexionis prævi- ſos, intimatque eidem Mareſcallo, quatenus ita ſelectis, favorem ſuum denunciet. Exequitur hic prompte mandatum, præmonendo, ſeu certificando tum Spirituales, tum Seculares Candidatos de ſecutura propediem inauguratione, ſpeciali Principis Gratię adſcribenda. Informat præterea pridie, ut in craſtinum omnes pro more Gentis Patrio, aut extraneo, veruntamen concoloris nempe purpurei panni, vel holoſerici amictu induti, circa horam ante meridiem decimam, ad ſuum Palatium deſcendere dignentur. Placuit prudentiſſimo Principi, pro majori dignitatis apparatu, rubeum colorem Equitibus attribuere, cum omnibus aliis ſit præſtantior; ſimbolizat enim nobiliſſimum ignis elementum, poſt Solem cœteris cœleſtibus corporibus lucidius. Inſuper Perſonis in Supremis Præeminentiis poſitis, videlicet Summis Pontificibus, Coronatis Capitibus, Cardinalibus, Principibus, Primariis Magiſtratibus, Regnorumque Senatoribus ab antiquo eſt proprius. Denotat quoque congruas Equitibus qualitates, utpote audaciam, magnanimitatem, animi fortitudinem, generoſitatem, & charitatem ardentem in Deum, & Proximum. Correſpondet pariter Planetæ Marti, Igni Elemento, tum cœleſtibus Signis, Arieti, Leoni, & Sagittario. Quam primum, juxta condictum tempus, convenerint Candidati, in Comitatu Mareſcalli

„ pergunt ad Regiam, ubi ante faciem ſuæ Majeſtatis officioſe comparentibus, prævia laconica allocutione genuinam benignitatem ſuſpirante, confert Princeps Ordinis Inſignia. Ex nunc in intimis penetralibus Conclavis Regii, adaptantur lateribus Equitum Tæniæ undatæ coloris cœrulei, cum Cruce Aquilam albam præſeferente, adamantibus diſtincta, necnon Stella modo ſupradicto contexta ſuper mamillas ſiniſtræ manus veſtibus aſſuitur. Prælati Spirituales geſtant ſimilem Crucem in medio pectore de cœrulea Tænia pendulam more Gallicano, Siduſque artificiale a priore minime diverſum, lævo lateri affixum. Hinc juremerito, prout in Galliis Sancti Spiritus, ita hic Ordinis Aquilæ Albæ Comendatores appellari deberent. Poſt perſolutas grates debitas Majeſtati pro tanti honoris munere, nova Habitus elegantia ornati Equites, ſubintrant anticameram, tam extraneorum Miniſtrorum, Procerumue Regni, quam aliarum exquiſitæ extractionis Perſonarum congratulationes audituri: ab antiquioribus autem Sociis cordialem amplexum cum oſculo genarum, in ſignum initæ fraternitatis recepturi. Apponitur deinde ſumptuoſum epulum, præmiſſa ſalutatione Principis per Equitem prioritate temporis principaliorem, nomine Ordinis univerſi, & ipſo Rege, paucis quidem, ſed ponderoſis verbis, humaniſſimam erga omnes propenſionem teſtificante. Mox cuncti admittuntur ad exoſculandum dexteram Principis, concoloribus eo die Veſtimentis præfulgidi, cum hac nonniſi differentia, quod is circumferentias indumentorum habeat ex auro, cœteri ex argento. Ad extremum diſpoſitis rite ferculis, Rex ipſe commenſalis, in capite dapſilis tabulæ reſidet, reliqui Equites Senatores, interpoſita notabili diſtantia, dextrum latus, Miniſtri vero Status occupant ſiniſtrum; Officiales Regni, ac externi hoſpites ſubſequenter aſſident ſecundum ſenium, ſeu tempus receptionis in Ordinem, idque ſinguli purpurea chlamyde rubeſcentes, exceptis Eccleſiaſticis, qui congruum ſuo characteri retinent colorem. Præter incorporatos Ordini, utriusque Status Magnates, nemo hac Nuptiali Veſte deſtitutus, accumbit Menſæ convivali: interim aula tubarum Tympanorumque fragore perſonat. Tria pocula à Sereniſſimo Architiriclino propinantur, aſſidentibus primum quidem in memoriam inſtituti Ordinis; cui Senator primarius altero Cratere Regali ſanitati votivo reſpondet. Secundam pateram prælibare ſolet Majeſtas pro incolumitate Equitum, cui parem viciſſim illi explent declaratoriam perennaturæ gratitudinis pro exundantibus Dominatricis munificentiæ in ſe profuſis laticibus, atque Reipublicæ decoramentis. Tertius denique Calix offertur convivantibus manu ſceptrigera, apprecatorius illibatæ in ſequentem annum Soſpitatis; quatenus ea conſtanter arridente, univerſos commenſales optime valentes, ac vegetos luxi anniverſaria conſpectui Principis ſiſtat præſentes, quem pariter epotant omnes, cum voto diuturni, & feliciſſimi Regiminis Majeſtati. Interiecta competente mora, ſurgitur ab epulari Menſa, Rege,

que

,, que ad interius conclave digreſ-
,, ſo, quilibet lautè; atque opipare
,, refectus, ad Stationem propriam
,, recedit; ut totidem verbis huc
uſque relatis exponit laudatus *Do-
minus Comes in Koden Sapieba*, *à
pag.* 166., *uſque ad* 173., & pag. 183.
compendiarie quoad Epulas hæc ſub-
dit .- Inſtructio ſolemnis Epuli .. Prio-
,, ritas (exceptis Senatoribus) ju-
,, xta ſenium promotionis obſervan-
,, da in ſola dumtaxat univerſi Ordi-
,, nis annua feſtivitate, ſalvis in cun-
,, ctis aliis occaſionibus, quorumcum-
,, que Officialium prẹeminentiis,
,, atque præcedentiis antiquo Palati-
,, natuum, & terrarum uſu recepto.
,, Poſtremo ſtatuit, quod Equites ſic
,, recenter creati per modum Tyro-
,, cinii, ſeu Novitiatus, tenentur geſta-
,, re toto trimeſtre Habitum Ordi-
,, nis particularibus ſignis emicantem,
,, & quidem quotidie; ſtatuta contra
,, tranſgreſſores iſtius legis mulcta, li-
,, cet leviſſima quam exigunt anti-
,, quiores, quamquam abſque ullo
,, rigore pœnæ: quandocumque in-
,, tra parietem Regalis Curiæ verſan-
,, tur, honorandis ejuſmodi cimiliis
,, coruſcantes comparent ad majorem
,, Aulẹ nitorem conciliandum, ſuæ-
,, que Dignitatis diſtinctionem illuſtri-
,, us demonſtrandum: Hoc tamen ip-
,, ſum non eſt omnino eſſentiale,
,, dummodo Stella in ſuperiore Veſti-
,, mento acu picta ſemper ab ubivis
,, locorum conſpiciatur; ut per dicta
verba proſequitur *d. Dominus Co-
mes Sapieba in d. Tractatu de Origi-
ne &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Re-
gno Poloniæ pag.* 173.
,, Accumulat inſuper ſpecialem Equi-
,, tum obſervantiam ſtabilis conſuetu-
58. ,, do, vi cujus diſpoſitẹ per Atria
,, Palatii, & ad Regiam Januam ex-
,, cubiẹ, iiſdem tranſeuntibus, pulve-
,, rarias elevant fiſtulas, ſive (ut
,, militari utar termino) Arma ſua
,, prẹſentant; cum eodem tempore
,, cœteri Satellites ad Ordinem ſe ſe
,, redigant propter exhibendam am-
,, pliorem reverentiam: habet nimi-
,, rum inviolabiles ritus Politica Ci-
,, vilitas, quos vel minima lẹdit o-
,, miſſio, ut per hæc verba ſcribit
,, ſæpe laudatus *Comes in Koden Sa-
,, piebà pag.* 174., *& ſeq.*
Patet ex hactenus expoſita rerum ſerie,
antiquiſſimum Equeſtrem Ordinem
Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, plu-
ries diſtinctis temporibus à Regibus
Poloniæ fuiſſe à ſomno dormientem
excitatum, relangueſcentem robora-
59. tum, & inſtauratum: ſic potiſſime
anno 1325. Uladislaus Locticus il-
lum reſtauravit, ut ſupra oſtendimus
§. *Hanc autem.* Sic Uladislaus IV.
anno 1634. innovavit, refecitque ſo-
lemniter, ſub Titulo, & Protectione
Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſimæ
Virginis Mariæ, obtenta etiam à ſan.
mem. Urbano VIII. Apoſtolica con-
firmatione, de qua loquimur in prẹ-
ſenti Diſcurſu §. *Uladislaus tamen
Quartus*; & in alio *Diſcurſu de Or-
dine Immaculatæ Conceptionis*.
Perfectiori methodo tandem Auguſtus
II. Poloniarum Rex ſemper auguſtæ
memoriæ Ordinem eundem Equeſtrem
Aquilẹ Albæ innovando nobilitavit,
60. veteribus Statutis retentis, parum
dumtaxat exceptis nonnullis pruden-
tiſſime ad ornatum additis, & ad i-
dentitatem antiqui Ordinis Aquilæ
Albæ ſervandam: ita de Theſauris
ſuis nova & vetera protulit, ut de
hac reſtauratione Ordinis ab Au-
guſto Rege facta, inquit *d. Dominus
Comes in Koden Sapiebà in d. Cor-
rolario Omnium Ordinum in Verbo
Conceptionis Immaculatẹ V. M. pag.*
262. quem referemus in *Diſcurſu* no-
ſtro

ſtro ſuper *Ordine Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, & Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ.* Ideoque eundem Regem Auguſtum, juremerito poſtremum Inſtauratorem Maximum Ordinis hujus collaudant
61. omnes, & prædicant, ut videre eſt in Volumine cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 309. *d. Comes in* Koden *Sapieha in d. Tract. Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia pag.* 184., *& in Corrolario in verbo Aquilæ Albæ in Polonia pag.* 233. *Joannes Hybner in ſuo Lexico in verbo Eques Aquilæ Albæ pag.* 1588. *juxta impreſs. Lypſiæ Anno* 1735.

Summum itaque Poloniæ Regni Ornamentum, Decus, & Præſidium quiſque fateri debet ſecum ferre ſolemnem hujus Equeſtris Ordinis reſtaurationem, *nec*, ut inquit ſæpe laudatus *Comes in* Koden *Sapieha pag.* 185. *cenſorius quiſquam Ariſtarchus aliquid hic poteſt carpere, tanquam juribus liberæ Reipublicæ præjudicioſum; mox enim ſimilibus exemplis mordaciorem linguam hebetabit. Convertat curioſam, detersa albugine livoris, pupillam in Venetorum Rempublicam, inter politicas Chriſtianitatis Communitates liberrimam, in manutentione Avitarum libertatum ſapientiſſimam, in retinenda æqualitate contra faſtum, ac ambitionem Magnatum exactiſſimam, quandoque etiam ſeveriſſimam. Hæc nihilominus præter ſenatorias Curules, aliaque Officia confert Ordinem S. Marci Equitum &c. Equites Stolæ aureæ &c.*

Reſuſcitata itaque, ſubiungit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 187. *in Regno noſtro Equeſtris Societas, non ſolum juribus Patriis minime adverſatur, ſed potius jura tuetur, ſplendorem Gentis dilatat, Vicinorum amicitiam fovet, Cives ad honeſtam refectarum excitat æmulationem &c.*

Hinc poſita confirmatione Apoſtolica, jam ut præmiſſum eſt, ab Uladislao IV. obtenta ſuper hoc Ordine Aqui-
62. læ Albæ, ſequitur illam durare in ipſa ejuſdem Ordinis ab Auguſto Rege peracta reſtauratione; cum hæc non ſit nova Ordinis inſtitutio, nec nouus Ordo diſtinctus ab illo, qui jam fuit à Sa: me: Urbano VIII. Apoſtolica confirmatione roboratus, ſed unus, & idem Ordo ſit, ut bene arguit laudatus *Dominus Comes in Koden Sapieha in d. Tractatu de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ pag.* 184. Et comprobant ea, quæ in ſimili caſu reſtaurationis Regularis
63. Ordinis nuncupati *Sanctæ Mariæ Della Trappa, tradit Pater Ignatius Amat de Graveſon in Hiſtoria Eccleſiaſtica Tom.* 8. *Parte Secunda Colloq. 6. à pag. 606. cum ſeqq. juxta impreſſionem Romæ Typis Tinaſſi* 1721.

Utque nihil intactum quoad hujus Ordinis notitias relinquamus, ſubdere non omittimus, quod antedictus Dominus *Comes in* Koden *Sapieha in d. Tract. de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ cap.* 11. *à pag.* 189. in fine dicti ſui Voluminis, refert per extenſum Nomina, & Cognomina
64. omnium Equitum viventium, & defunctorum, intra & extra Regnum, de tempore, quo dictus Scriptor ſuum Opus exaravit.

Quemadmodum etiam refert Catalogum Magnorum Magiſtrorum Ordinis, Regum videlicet Poloniæ. Sicut enim Poloniæ Reges fuerunt Ordinis Inſtitutores, Fundatores, ac reſpective Reſtauratores; ita Magnum Magiſte-
65. rium ſemper apud eoſdem fuit, & eſt, minime ad extraneos tranſeundum, ut appoſite notat *d. Dominus Comes*

mes im Koden Sapieha pag. 188.
Antequam vero d. moderni Scriptoris
66. ſeriem enarremus, præmittimus, quod Catalogus Principum, & Regum, qui in Polonia regnaverunt, in aliqua tamen parte diverſus cum diſtinctione tamen Principum, & Regum, ac cum enumeratione annorum refertur in Volumine, cui Titulus -- *Reſpublica, ſive Status Regni Poloniæ, Litvaniæ, Pruſſiæ, Livoniæ, &c. Diverſorum Auctorum pag.* 44. *Impreſſ. Lugduni Batavorum, ex Officina Elzeviriana anno* 1627.

REGES POLONIÆ

Lechius I.
Viſimirus.
Duodecim Palatini.
Craccus.
Lechius *II.*
Venda.
Duodecim Palatini.
Præmyslaus, ſeu Leſco I.
Leſcus *II.*
Leſcus *III.*
Popielus *I.*
Popielus *II.*
Piaſtus.
Zemovitus.
Leſcus IV.
Zemoyslus.
Miecislaus I. Princeps Chriſtianus.
Boleslaus Chrobrii Primus Rex Poloniæ.
Miecislaus II. Rex Poloniæ.
Caſimirus I. Rex.
Boleslaus II. Rex, dictus Audax exauthoratus ob necem Divi Stanislai.
Uladislaus Hermannus illius Frater Princeps.
Boleslaus III. Krivouſtus.
Uladislaus dictus Sputator.
Boleslaus IV. Chriſpus.
Miecislaus III. Senex.
Caſimirus II. Juſtus.
Leſcus V. Albus.
Boleslaus Pudicus.
Leſcus Niger.
Henricus Probus.
Præmislaus II. qui titulum Regium reaſſumpſit.
Venceslaus Boemus.
Uladislaus Locticus.
Caſimirus Magnus.
Ludovicus Hungarus.
Heduvigis cum Uladislao Jagiellone.
Uladislaus Jagiellonides.
Caſimirus Jagiellonides.
Joannes Albertus.
Alexander.
Sigiſmundus I.
Sigiſmundus II. Auguſtus.
Henricus Valeſius.
Stephanus Bathoreus.
Sigiſmundus *III.*
Uladislaus IV. Sigiſmundi Filius.
Joannes Caſimirus.
Michael Korybuth Wiszniowiechi.
Joannes *III.* Sobieski.
Auguſtus *II.* Elector Saxoniæ.

Ut diximus ſupradicta Poloniæ Regum ſeries habetur apud *d. Dominum Comitem in Koden Sapieha* loco prælallegato *à pag.* 200. *uſque ad* 203.
Addimus, quod poſt obitum d. Regis Auguſti *II.* electus fuit in Regem Poloniæ die 5. Octobris 1733. illius Filius Fridericus Auguſtus *III.* Saxoniæ Elector feliciſſime regnans.
Hiſtorica ſeries electionis prælaudati Friderici Auguſti *III.* in Regem Poloniæ deſcripta habetur in Volumine, cui Titulus -- *La Storia degli Anni* 1732. *e* 1733. *Diviſa in Quattro Libri Stampata in Amſterdam a ſpeſe di Franceſco Pitteri Librajo in Venezia.*

DIS-

DISCURSUS XXXI.

AQUILÆ

In Mexico Novo

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

IN Novo Mexico, ut vocant Hiſpani, Provinia dives, & populoſa floret. Apud Incolas præcipuum Honoris Genus in Armorum Tractatione conſiſtit, qua mediante Nobilitas acquiritur, & ſervatur. Earundem Regionum poſtremus poſſeſſor, & Rex vocabatur Montezuma, de quo hiſtorica Monumenta ample loquuntur: dictus autem Montezuma ibidem nonnullos Equeſtres Ordines inſtituit, vel ſervavit; inter quos Equites aliqui nuncupabantur *Principes*, alii *Leones*, alii *Aquilæ*, alii *Pardi*. Jus Equitibus hujusmodi faſque erat Aurum et & Argentum gerere, ſicut & Veſtes, ut dicitur *di Cctone*, ac Calceamenta deferre, & calceati incedere: Præterea Vaſa dealbata, & picta retinere, quæ omnia Plebeis, & Ignobilibus vetita erant: ſic tradit *Joannes Boterus in ſuis Relationibus Univerſalibus Parte Secunda Lib.* 4. *pag. Nobis* 131. Noſque d. Boteri verba retulimus in noſtro *Diſcurs.* 8. *ſub n.* 23. *pag.* 205.

Ex diverſis Equeſtribus Ordinibus ſub Titulis Principum, Leonum, Pardorum, & Aquilæ in Mexico novo vigentibus de tempore Regis Montezumæ, manifeſte comprobatur antiquum Equitum uſum omni tempore toto in Orbe Terrarum adfuiſſe, neque fuiſſe Equites inventos à Romanis, ſed deſumptos a Nationibus antiquioribus ſub diverſis nuncupationibus ad tradita per Nos in noſtris *Diſcur.* 1. *n.* 71. & 85. *pag.* 19. & 22. & *Diſc.* 2. *n.* 2. *pag.* 51.

Unde juxta temporum locorumque diverſitatem in ſubſtantia Equites dicebantur Proceres, Magnates, Nobiles, Primique Milites Viri potentes, Virique Gigantes, prout ſic nuncupantur in Sacris Paginis, juxta ea quæ expoſuimus in d. noſtro *Diſcurſu* 1. *n.* 85. *pag.* 12. Quibus addimus id quod ſcribit *Pater Calmet de Gigantibus* in ſua Diſſertatione, cujus ſeriem hìc ad litteram referimus.

P. Calmet de Gigantibus, diſſertatione peculiari, pag. 355. *hæc ad verbum exſcribit*. „P. Bouldu-„cus Capuccinus in ſuo Opere de „Eccleſia ante legem *lib.* 1. *cap.* 2. 8. „9. & *lib.* 3. *cap.* 2. defendit *Nephilim*, *Raphaim*, *Zuzim*, *Enacim*, *Emim*, *Zomzomim*, quæ va„ria habentur Gigantum ſæviſſimo„rum, & immaniſſimorum homi„num nomina, nihil tale utique de„ſignare, quin potius virtute, San„ctitate, animi magnitudine, con„ſtantia, ac bonis operibus Gigan„tes; Nomen *Nephilim* ſonans eos, „qui cadunt, qui ſe proſternunt, „inditum cenſet viris quibuſdam „piis, quod aſſidui eſſent in pre„ces. *Enacim*, vel Torquem fe„rens, equitum erat inſtitutus ab „Abrahamo, quo tempore in He„bron morabatur, Ordo; conſta„bat autem viris per omnia ſin„gularibus, ſtatura, divitiis, ma„gnificentia.

„Addit Gigantum nomen eſſe hono„ris datum viris illis juſtis ante, „& poſt diluvium. Porro viri erant „illi apud omnes ſpectatiſſimi, quos „Moabitę honoris gratia appella„bant *Emim*, ideſt Reverendos, Am-

„ Ammonitæ *Zomzomim*, Sapientes, „ Chananæi *Raphaim*, reſtauratores, „ Syri *Zuzim*, illuſtres; addit pro- „ inde, elogium illud Nembrodo „ datum à Sacra Scriptura, probri „ loco ab Interpretibus præpoſtere „ acceptum fuiſſe, *Venator Robuſtus* „ *coram Domino*, ſignare hęc vi- „ rum ſpectatæ pietatis, & Sanctita- „ tis.

„ Docet tandem Boulducus veteribus „ Gigantibus ſua fuiſſe in locis, quæ „ in ſedem ſibi conſtituerant pie- „ tatis Aſceteria. Hæc viri com- „ menta refutavit Anonymus in O- „ pere, quod nunquam videre mi- „ hi contigit, inſcripto, *de Nephi-* „ *linis, Gigantibus, vulgo dictis e-* „ *xercitatio contra Jacobum Bouldue*. Hæc ad verbum eruta ex Calmeto loco ſupra citato.

DISCURSUS XXXII.

AQVILÆ NIGRÆ SIVE FIDELITATIS

ARGUMENTUM

Exponitur ſeries temporis Inſtitutionis Ordinis Aquilæ Nigræ, ſive Fidelitatis, motivum quod habuit Fundator, Numerus Equitum, eorumque qualitas.

SUMMARIUM

1. F*Ridericus Elector Brandemburgi anno* 1701. *aßumpſit Coronam Regiam Pruſſiæ*.
2. *Eadem die inſtituit Ordinem* Fidelitatis, & Aquilæ Nigræ, *quem communiter alii nuncupant* Aquilę Nigræ, *& alii addunt* Fidelitatis.
3. *In Teſſeram Ordinis præſcripſit Crucem Auream cærulei coloris tenentem Aquilam Nigram cum alis expanſis in quolibet angulo, & in medio Crucis adſunt Litterę F. R. ſignificantes Fridericum Regem*, & n. 4.
4. *Crucem etiam nuncupatam Stellam, ante pectus deferunt cum Aquila Nigra coronata tenente ex una parte unguibus Coronam lauream, ex alia fulmen, cum lemmate* Suum cuique, & n. 5., & *6*.
7. *Ordo fuit inſtitutus in Civitate Regiomontis, vulgo* Konigsberg. *Aquila Nigra eſt Stemma Pruſſiæ.*
8. *Color croceus cur fuerit à Fundatore ſelectus*.
9. *Habitus Equitum deſcribitur*, & n. 10., & 11.
12. *Crucis figura à quibus Scriptoribus referatur?*
13. *Figuram Equitis quis referat?*
14. *Magnus Magiſter fuit ſtatutus idem Fundator, & ejusdem Succeſſores.*
15. *Equites ſunt numero triginta*, & n. *16*.
17. *Equites debent eſſe ſanguine Nobiles per decem latera. Promittere debent ſe juſtos, caſtoſque futuros, & quod Viduis, & Orphanis ſuccurrent.*
18. *Eques quilibet ſtatim conſequitur in Dominiis Fundatoris Gradum Locumtenentis Generalis.*
19. *Eques ut ſit hujus Ordinis, debet prius habuiſſe alium Ordinem Generoſitatis, ſubinde ab eodem Fundatore commutatum in Ordinem* Meriti.
20. *Equites Ordinis Aquilæ Nigræ non poßunt eße alterius Ordinis.*
21. *Ponitur Notitia ejuſdem Ordinis Italico ſermone.*
22. *Adducitur Summa Statutorum Ordinis.*
23. *Poſt mortem Fundatoris, in Magno Magiſterio ſucceſſit ejus filius.*
24. *Refertur ſeries Apoſtolicarum Litterarum Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti Papæ XIV.*

DISCURSUS XXXII.

AQVILÆ NIGRÆ

SIVE FIDELITATIS

MArchio, & Elector Brandeburgi Fridericus III., ea die, qua Regiam Pruſſiæ Coronam aſſumpſit, die ſcilicet 14. Januarii anno 1701, ea Pompa eoque Magnifico Apparatu deſcripto *à Domino Hermant Hiſtoire des Religions ou Ordres Militaires Tom. 2. cap. 50. à pag. 497., cum ſeqq. juxta Impreſſ. Rothomagenſem Typis Joannis Baptiſtæ Beſogne* 1726, hunc Ordinem Equeſtrem Militarem
1. erexit ſub denominatione Ordinis Fidelitatis, & Aquilæ Nigræ, ut refert *Collector Gallus Tom.* 4. infra allegandus; Volumen, cui Titulus -- *Storia degli Ordini Monaſtici &c. e Militari, ex Idiomate Gallico in linguam Italicam translata à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſi Congregationis Matris Dei Tom. 8. Parte ſexta cap. 51. pag. 350. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. Alii autem Scriptores, de quibus infra, communiter nuncupant Ordinem
2. *Aquilæ Nigræ*, & alii addunt *Fidelitatis: d. Hermant pag.* 499. ceterique infra allegandi. *Collector Gallus Tom. 4. Comes in Koden Sapieha.*
3. In Teſſeram Ordinis præſcripſit Crucem Auream cum encauſto cærulei coloris, in quolibet angulo tenentem Aquilam nigri coloris, cum alis expanſis, & in medio ejuſdem Crucis adſunt litteræ F. R. quibus ſignificatur Fridericus Rex. Dicta autem Crux appenditur funiculo, ſeu Magno Amento coloris crocei, & ut nos dicimus di *Melarancia matura*, eamque Crucem deferunt Equites diagonaliter pendentem e ſiniſtro latere. Præterea ante pectus deferunt Equi-
4. tes Crucem in formam Stellæ, quam ſic nuncupant Stellam phrygiatam argento, in cujus medio adeſt circulus, ſeu Scutum ejuſdem crocei coloris,
5. in quo appoſita eſt Aquila nigra coronata expanſis alis, ex una parte unguibus coronam lauream tenens, & ex altera fulmen cum epigraphe aure-
6. is litteris -- *Suum cuique* -- innuens Juſtitiam cujlibet à Principe, ac Equite eſſe adminiſtrandam, promptoſque æqualiter ad ſervandam æquitatem, & iniuſtitiam puniendam; & ita Principem, & Equites eſſe diſpoſitos paratoſque æqua lance ad coronandam æquitatem, & ad puniendam iniuſtitiam, & ad præſidium Viduis, Orphaniſque præſtandum. Sic narrant Volumen cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo impreſſ. Venetiis, Typis Coleti, & Jo. Malachin anno* 1720. *Tom. 4. pag.* 306. *Collector Gallus in Hiſtor. Ordin. Militar. Tom. 4. impreſſ. Amſtelodami, Typis Petri Brunel anno* 1721. *pag.* 277. *d. Pater Fontana d. Tom. 8. pag.* 350. *Comes Jo. in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Polonia, in ſuo Corrolario Omnium Ordinum impreſſ. in calce Voluminis ejuſdem Auctoris, cui Titulus -- Adnotationes Hiſtoricæ de Orine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in verbo Aquilæ Nigræ pag.* 234. *impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. *Baro de Polinitz in Volumine ſub Titulo -- Lettres, & Memoires du Baron de Polinitz Tom.* 1. *Amſtelodami apud Franciſcum Changuien anno* 1735., Ubi notat, quod Fundator inſtitutio-
7. nem Ordinis perfecit in Civitate Regiomontis in Pruſſia, vulgo *Konigsberg*, illumque nominavit Ordinem

Aquilæ

Aquilæ Nigræ, quia Aquila Nigra eſt Pruſſiæ Stemma, & quod inter cœteros colores ſelegit colorem croceum, & ut Nos dicimus *d' Arançio*, à famigerato fructu illo, quem appellamus *Arancio*, *Arancia*, *Melarancia*. Cum enim hujuſmodi color Gallico idiomate exprimatur *Orange*, vel *Aurance*, aut *O coleur Orangèe*, his vocibus indicare voluit Ordinis
8. Fundator nomen, & memoriam ejus Matris, quæ fuerat Principiſſa Familiæ *de Orange*, idemque habetur apud *d. Collectorem Gallum d. Tom.* 4. *d. pag.* 277. *Jo. Hybner in ſuo Lexicon*: *d. Pater Fontana Tom.* 8. *pag.* 350.

Præſcripſit etiam Fundator pro Equitibus Habitum, hoc eſt interiorem veſtem ex ſerica tela, ut dicunt, di *Drappo au-*
9. *reo*, & deſuper aliam Veſtem ex ſerico villoſo, vulgo *Vellutò* cœrulei coloris, uſque ad medium pedis extenſam, quæque ſubſuta eſt ſerico coloris ignei, & clauditur ad collum funiculo aureo coloriſque ignei, & flocci uſque ad genua extenduntur. Cingulus eſt ſerici Villoſi, hoc eſt *Velluti* coloris ignei, ſimiliter phrygiatus auro: Pallium tandem adeſt ſerici villoſi coloris ignei ſubſutum, ut dicitur, de *Amoerre aurei*, ſuper quod adeſt Collare aureum, cum encauſto cœruleo efformans binas has litteras *F. R.* per quas ſignificatur, ut diximus, *Fridericus Rex*. Biretum in
10. capite geritur ſimiliter ſerici villoſi nigri coloris, plumis albis ornatum: *d. Collector Gallus d. Tomo* 4. *pag.* 302., *& d. Baro de Polinitz* ubi ſupra; *d. Hermant pag.* 499.

Rex conſimilem Equitibus Habitum defert. Habitus vero Magiſtri Cæremo-
11. niarum, Secretarii, & Theſaurarii, diverſimode conſtruitur: iſti ſiquidem longam deferunt Veſtem villoſi ſerici coloris ignei, ſubſutam ſerico coloris crocei, qui eſt ut pręmiſimus, color di *Arancio*, & collo appenſam Tæniæ ejuſdem coloris d'*Arange* Crucem Ordinis deferunt, juxta ea, quæ tradunt mox allegati Auctores.

Crucis figura habetur apud *d. Hermant*
12. *d. Tom.* 2. *cap.* 50. *pag.* 495.

Figura Equitis hujus Ordinis Fide-
13. litatis, & Aquilæ Nigrę, recenſitis Veſtibus, & Cruce ornati expreſſa habetur apud *d. Collectorem Gallum d. Tom.* 4. *pag.* 277.

Primi qui adſcripti fuerunt huic Ordini, fuerunt Princeps Realis, tres Margravii Regis Fratres, Margravius de Auſpach, Dux Curlandiæ, & de Holſtein, Comites de Wartemberg, & Barfons Donæ, & Loltam, quatuor Conſiliarii Pruſſiæ, Regentes Domini de Berbant Bruſchk Creuræ, & Valerond Magnus Magiſter, ut dicitur *Dell' Artiglieria*, & Generalis Major Commiſſarius Generalis Comes de Onhoff, Comes Donæ, ut dicitur Ciamberlano, Dominus de Bilau Magnus Magiſter Palatii Reginæ: ſic enumerat *d. Pater Fontana d. cap.* 51. *Tom.* 8. *pag.* 350.

Pro hujus Ordinis regimine Statuta
14. preſcripſit Fundator, qui ſe Magnum Magiſtrum, ejuſque Succeſſores conſtituit; omnes Familiæ ſuæ Principes ipſis natalibus Equites Ordinis cenſentur.

Statuit idem Fundator, quod Officiales Ordinis eſſent Cancellarius Or-
15. dinis ejuſdem Ordinis Eques, Magiſter Cæremoniarum, ac Theſaurarius: d. Volumen *Li Sourani del Mondo pag.* 307.

Equites numerum triginta non excedunt, quos inter minime comprehendun-
16. tur Principes propriæ Familiæ, neque alii Supremi Principes: *d. Volumen li Sourani del Mondo pag.* 306.

Debentque dicti triginta Equites No-
bilitatem Sanguinis ſexdecim late-
17. rum comprobare. Tenenturque pro-
mittere ſe juſtos, caſtoſque futuros,
Viduis Orphaniſque ſuccurrere te-
nentur ad normam moniti in theſſera
appoſiti *Suum cuique*, ut ſcribunt an-
tedicti Auctores.

In actu quo huic Ordini cooptatur
quilibet Eques, ſtatim ipſe in Do-
minis Conditoris Ordinis Gradum
18. Locum Tenentis Generalis conſe-
quitur: ſic Scriptores ſuperius alle-
gati: *d. Volumen I Sourani del
Mondo*.

Qui admitti debent ad hunc Aquilæ
Nigræ Ordinem, debent prius eſſe
Equites alterius Ordinis, quem idem
19. Fridericus anno 1685. ſub Titu-
lo *Generoſitatis* erexerat, quemque
ſubinde commutavit die nona *Julii*
anno 1740. in Ordinem nuncupa-
tum *Del Merito*; ut notant Scrip-
tores, quos prællegavimus, & videre
eſt in noſtro Diſcurſu de Ordine
Meriti.

Neque poſſunt iidem Equites Ordinis
Aquilæ Nigræ eſſe alterius Ordinis,
vel ad alios admitti, niſi forte eſſet
20 Rex, Elector, aut Princeps, ut pro-
ſequuntur præallegati Auctores: *d.
Volumen I Sovrani del Mondo pag.
306*.

Hic ponimus notitiam ab Amico Nobis tranſmiſſam, vernacula lingua repetentem totam ſeriem *I*nſtitutionis hujus Ordinis Aquilæ Nigræ, & exponentem præcipue Statuta ejusdem Ordinis.

Notizie toccanti l' Ordine dell' Aquila Nera.

,, TUtti i Principi della Caſa Rea-
,, le portano l' Ordine, che ri-
,, cevono nel loro naſcere. Con-
,, ſiſte la marca di tal Ordine in
,, un Cordone di colore di Aran-
,, cio, all' eſtremità del quale pen-
,, de una Croce ſmaltata di turchi-
,, 21. no, fatta a guiſa di quella di
,, Malta in una Stella di argento
,, ricamata ſull' abito. Vi ſi ve-
,, de nel mezzo uno Scudo dello
,, ſteſſo colore di Arancio, ſul qua-
,, le vi è un Aquila nera con le
,, ale ſpiegate, e coronata; la qua-
,, le tiene in uno de' ſuoi artigli
,, una Corona di Lauro, e nell' al-
,, tro un Fulmine col motto in
,, lettere d' oro: *Suum cuique*.

,, Federico I. iſtituì queſt' Ordine li
,, 17. di Gennajo 1701. in occaſio-
,, ne della ſua dichiarazione a *Konig-
,, sberg*. Egli lo nominò l' Ordine
,, dell' Aquila Nera, poichè l' A-
,, quila Nera forma l' Arme di Pruſ-
,, ſia; E ſcielſe il colore di Aran-
,, cio, perchè in Franzeſe tal colore
,, ſi dice d' *orange*, *o aurance*, *o
,, coleur orangèe* in memoria dell'
,, Elettrice ſua Madre, che era una
,, Principeſſa della Famiglia d' O-
,, range.

,, Sin quì nel libro intitolato -- *Let-
,, tres, & Memoires du Baron de
,, Polinitz tom.* I. *Amſterdam preſſo
,, Franceſco Changuion* 1737.

,, I principali Statuti di queſt' Ordi-
,, ne ſono.

,, 1. Che il numero de' Cavalieri non
,, paſſi il 30. non compreſi i Prin-
,, cipi della Famiglia Reale, ed al-
,, tri Sourani.

,, 2. Che facciano la prova di ſedici
,, Quarti.

,, 3. Che promettino di eſſer Giuſti,
,, Caſti, di proteggere, e di ſoccor-
,, rere le Vedove, e gli Orfani ſe-
,, condo la Diviſa *Suum cuique*.

,, Due anni dopo l' iſtituzione il Rè
,, diede a' Cavalieri l' Abito, che con-

ſiſte

„ ſiſte in una veſte di drappo d'oro, „ ſopra la quale vi è un'altra veſte „ di velluto turchino, celeſte, che „ arriva a mezza gamba. Eſſa è „ foderata di color di fuoco, e ſer- „ rata ſotto la crovatta con cor- „ doni di colore di fuoco, e d'oro, „ li di cui fiocchetti cadono ſino „ alle ginocchia. Il Centurone è di „ Velluto di colore di fuoco rica- „ mato d' oro: Il Mantello è pa- „ rimente di Velluto di colore di „ fuoco foderato d' un Amoerre d' „ oro, e ſopra d' Eſſo vi è un Col- „ lare d' oro ſmaltato di turchino, „ che forma queſte due lettere F. R. „ per ſignificare Fredericus Rex. „ Portano ſul loro capo un Beret- „ tone di velluto nero con piume „ bianche.

„ L' Abito del Rè è ſimile a quello „ degli altri Cavalieri, mà quello „ del Maeſtro di Cerimonie, del „ Secretario, e del Teſoriero è „ diverſo, mentre sù gl' Abiti lo- „ ro ordinarii portano una lun- „ ga Veſte di velluto di color di „ fuoco foderata di colore di A- „ rancio, e ſopra quella la Croce „ dell' Ordine attaccata a un Na- „ ſtro del medemo colore di A- „ rancio, che gli pende dal Collo.

Principali Regole, e Statuti de' Cavalieri dell' Aquila Nera; Ordine eretto da Federico I. Rè di Pruſſia l' anno 1701.

Art. I. „ DEclariamo Noi, e i „ Succeſſori della Co- „ 22. rona di Pruſſia Sourano, e Gran „ Maeſtro di queſt' Ordine.

Art. II. „ Vogliamo che il numero „ de' Cavalieri di queſt' Ordine non „ ſorpaſſi mai i 30. e ſenza ragio- „ ne grandiſſima, che ridonda in „ vantaggio, e particolar onore e „ della Reale Noſtra Caſa, e di „ tutto l' Ordine, non ſarà lecito l' „ ampliare il ſopraddetto numero: I „ Figliuoli però, e Fratelli del Re- „ gnante Sourano, eſſendo già per „ ſe Membri dell' Ordine, non ven- „ gono compreſi nel prefiſſo nu- „ mero.

Art. III. Avendo, come già di ſopra „ fu accennato, i Figli del Regnan- „ te Sourano diritto di eſſer ameſſi „ nell' Ordine, perciò nati che ſa- „ ranno, ſubito gli ſi porrà indoſſo „ il Naſtro di color d' Arancio col- „ la Croce Turchina. La ſolenne „ di loro Veſtizione poi ſi farà, „ quando la prima volta s' accoſte- „ ranno alla Cena, o ſia Commu- „ nione.

Art. IV. Per i Rè, Elettori, e Prin- „ cipi dell' Impero, che ſaranno „ aſcritti in queſt' Ordine, non ſi „ richiede una certa determinata età, „ mà ſarà in arbitrio del Regante „ Gran Maeſtro d' ametterli in qua- „ lunque tempo, ed età col comu- „ nicarli la Croce, ed il Naſtro „ dell' Ordine.

Art. V. Chiunque bramerà d' eſſer ono- „ rato di queſt' Ordine, dev' eſſere „ di antica, e Nobil Proſapia, e di „ queſta darne prova, col moſtrare „ Otto quarti, cioè Quattro dalla „ parte del Padre, e altrettanti „ dalla parte della Madre.

Art. VII. Avendo Noi in queſt' oggi, „ come giorno della ſolenne Noſtra „ Incoronazione dato principio à „ queſt' Ordine, col dar la Croce al „ Real Noſtro Principe, e al Fra- „ tello Noſtro, come anche coll' „ aver nominati Cavalieri di queſt' „ Ordine varj altri Principi, Conti, „ e Baroni; perciò vogliamo, che „ in avvenire in queſto giorno, cioè

„ cioè gli otto Gennaro, o pure
„ gli undici Luglio, come giorno
„ della Noſtra Naſcita, venga fat-
„ ta la ſolenne veſtizione di quelli,
„ i quali dal radunato Capitolo ſa-
„ ranno ammeſſi in queſt' Ordine.

Art. VIII. Chiunque ſarà ammeſſo nell'
„ Ordine, principalmente ſarà obbli-
„ gato di oſſervare i punti ſeguen-
„ ti. 1. Deve vivere da buon Criſtia-
„ no, e menar una vita non ſolo ir-
„ reprenſibile avanti Dio, ma an-
„ che avanti il Mondo oneſto. 2.
„ A ciò deve ogn' altro animare.
„ 3. Una delle principali ſue cure ſii
„ il difendere la vera Criſtiana Re-
„ ligione, et in particolare contro
„ gl' *Infedeli*. 4. S' ingegni di pro-
„ teggere le povere abbandonate
„ Vedove, ed Orfani, come anche
„ chiunque ingiuſtamente verrà op-
„ preſſo. 5. *In* ogni occaſione di-
„ fenda l' onore della Real Noſtra
„ Caſa, e di tutto l' Ordine; Ne
„ permetta in niſſun conto, che le
„ Reali noſtre Prerogative ſiino ſce-
„ mate, mà con ogni diligenza cer-
„ chi il modo d' accreſcerle. *6.*
„ Pace, Unione, e buona intelligen-
„ za vegga di piantar da pertuttto.
„ 7. Tratti con ognuno, ma in
„ ſpecie co' ſuoi Confratelli dell'
„ Ordine, con ſpecial pace, e Ca-
„ rità, e propongaſi di difendere con
„ ogni vigore, e fedeltà il loro o-
„ nore, beni, e buon nome con-
„ tro ogni calunnia, e contro qua-
„ lunque ingiuſto aggreſſore.

Art. IX. Il ſegno di queſt' Ordine
„ ſarà una Croce d' oro ſmaltata
„ di turchino in otto punte diviſa.
„ Nel mezzo di queſta ſtà ſcritto
„ colle due lettere initiali il Noſtro
„ nome *Fridericus Rex*. Ne' prin-
„ cipali quattro angoli ſtà impreſ-
„ ſa un' Aquila Nera colle ali ſpie-
„ gate. Queſta Croce ogni Cava-
„ liere porterà a un naſtro di co-
„ lor di Arancio dalla ſpalla ſiniſtra
„ al fianco deſtro con una ſtella
„ ſull' abito ricamata. Nella Stella
„ vedraſſi un Aquila nera colle ali
„ ſpiegate tenente in un Artiglio
„ una Corona di alloro, e nell' al-
„ tro un fulmine, con queſto lemā;
„ *Suum cuique*; acciocchè da queſto
„ ſii in primo luogo ciaſchedun Ca-
„ valiere animato all' oſſervanza de'
„ ſuoi doveri; cioè di dar prima à
„ Dio, e poi à Noi come Soura-
„ no, e Gran Maeſtro dell' Ordine
„ il dovuto riſpetto; di trattar quel-
„ li, i quali o per ragione d' uf-
„ fizio, o per altro gli ſaranno
„ ſudditi, colla dovuta Carità, e
„ Giuſtizia; e in ſecondo luogo,
„ acciocchè ſi ricordi, che dall' eſat-
„ ta oſſervanza degli ſtatuti dipen-
„ derà, o il guadagnarſi la benedi-
„ zion Celeſte, o tirarſi ſopra la
„ Divina vendetta, come anche o l'
„ onore, e l' accreſcimento dell' Or-
„ dine, o pure la total ſua rovina,
„ e vergogna.

Art. XIV. L' Abito di queſt' Ordine
„ conſiſte in una Camicciola di vel-
„ luto turchino, con ſopra un
„ maeſtoſo Manto di velluto roſſo,
„ foderato di turchino Celeſte; Il
„ Manto ſolo del Gran Maeſtro, e
„ quello del Principe Reale ſtraſci-
„ na dietro una aſſai longa Coda.
„ Sopra queſto Manto, tanto il Rè,
„ che gli altri Cavalieri portano la
„ Catena dell' Ordine intrecciata di
„ Cifre del nome Reale, e d' Aqui-
„ le armate di fulmine: al fondo di
„ queſta pende la ſopra deſcritta
„ Croce. Alla ſiniſtra del Manto
„ è ricamata in argento la Stella,
„ già di ſopra accennata. Final-
„ mente con queſt' Abito portaſi un
Capello

„ Capello di velluto nero ornato di
„ pennacchio bianco.
Art. XXIV. „ Ogni giorno da Cava-
„ lieri porteraſſi la Croce col Na-
„ ſtro di Color di arancio.
Art. XXV. Quelli poi che prima furo-
„ no onorati coll' Ordine parimenti
„ da Noi eretto col nome della *Ge-*
„ *neroſità*, lo laſcieranno, allor-
„ chè in queſto verranno aſcritti.
„ Non vogliamo però abolire il
„ ſopradetto, anzi ſiccome quelli
„ che già da molto tempo lo por-
„ tavano con più facilità ſaran-
„ no nel grand' Ordine dell' Aqui-
„ la Nera ammeſſi, così vogliamo che
„ niſſuno paſſi a queſto ſecondo,
„ ſenza aver avuto almeno per
„ qualche tempo il primo.
Art. XXXII. Acciocchè ſiino con
„ più efficacia oſſervati gli Statuti
„ di queſt' Ordine, ordiniamo, e vo-
„ gliamo che ci ſiino i ſeguenti
„ Offiziali. 1. un Cancelliere dell'
„ Ordine, 2. un Maeſtro di Ceri-
„ monie, 3. un Teſoriere, 4. un
„ Secretario.
Pleſingero Tom. 2. Del ſuo Vitriario.
Diximus ab Inſtitutore fuiſſe ſibi re-
ſervatum Magnum Ordinis Magi-
23. ſterium, & ſubinde ejuſdem Suc-
ceſſoribus: Unde poſt d. Fridericum
III. Fundatorem defunctum ſucceſ-
ſit ejus filius Carolus Franciſcus.
Supremus hic Princeps Beneficentiæ,
ac Benevolentiæ ſuæ Signis Nos quo-
que Catholicos Romanos proſe-
quitur, & favoribus afficit, ut le-
gere eſt in Apoſtolicis Litteris in
forma Brevis, quas Summus Regnans
Pontifex Benedictus Papa XIV. diri-
git omnibus Patriarchis, Primatibus,
Metropolitanis, Archiepiſcopis, Epiſ-
copis, & Præſulibus Locorum Ordi-
nariis univerſis gratiam, & commu-
nionem Sedis Apoſtolicæ habentibus,
quæ quidem Litteræ ex Urbe ad
Manus noſtras pervenerunt, dum
Nos huic Diſcurſui ſupremam ma-
num imponebamus, & finem. Di-
ctas autem Litteras Apoſtolicas inte-
gre in calce referimus ſequentis
tenoris.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Præſulibus locorum Ordinariis univerſis gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

„ PRæclara beneficentiæ exempla,
„ quæ Supremi Brandeburgenſi-
„ um Ditionum Domini poſt pa-
24. „ cem Weſtphalicam erga Catho-
„ licos in ſuis Ditionibus, ac præ-
„ ſertim Berolini degentes omni tem-
„ pore exhibere non deſtiterunt,
„ modernus earumdem Ditionum
„ Princeps etiam veluti ejuſdem be-
„ nevolentiæ heres ſemper æmulatus,
„ luculentiora erga ipſos Catholicos
„ nuper edidit. Cum enim perſpe-
„ xiſſet eorumdem Catholicorum Ec-
„ cleſiam, ad quam Sacris Catholi-
„ co Ritu peragendis interfuturi
„ convenire ſolebant, ita anguſtam
„ eſſe, ut excipiendæ non parvæ il-
„ lorum multitudini haud ſufficeret,
„ non ſolum novam ampliorem que
„ a fundamentis Eccleſiam excitan-
„ di facultatem tribuit; ſed locum
„ etiam, in quo conſtrueretur, ap-
„ tum opportunumque conceſſit.
„ Quamplura itidem ad hujuſmodi
„ Ædificium neceſſaria liberaliter im-
„ pertitus, ipſe quoque intereſſe
voluit,

„ voluit, cum primus ſolenni pom„ pa & Sacris omnibus Cæremoniis „ a Catholica Eccleſia præſcriptis „ pro fundamentis extruendis poſi„ tus fuit lapis. Ac, ne deinceps „ Eccleſia ædificanda in alium, quam „ pro Sacris Catholico Ritu facien„ dis uſum converti poſſit, ſuam „ ſucceſſorumque ſuorum Principum „ fidem obſtrinxit, &, ut inchoata „ jam Templi moles magnificentiſſi„ ma, qualem inter Catholicos de„ cet eſſe, quantocius abſolvatur, „ probe animadvertens tenues illo„ rum facultates haud ſatis eſſe, co„ piam iiſdem fecit, ut pias ab om„ nibus ubique Catholicis largitio„ nes ſibi comparare valerent. Tot „ itaque humanitatis ſtimulis Catho„ lici Berolinenſes acti incenſique „ ſtudio novam Eccleſiam ad opta„ tum finem perductam uidendi, poſt„ quam pecuniæ ſubſidium a finiti„ mis Polonis expoſtulaſſent, Nobis „ pariter ſeſe ſupplices commenda„ vere. Nos ſane, quos non ſolum „ piis eorumdem Catholicorum pre„ cibus, ſed omnium etiam Chriſti„ fidelium ubique terrarum neceſſi„ tatibus in dies ſubvenire oportet, „ quamvis maximæ ſint propter aſ„ peram temporum conditionem „ Ærarii noſtri Pontificii anguſtiæ, „ ipſumque Ærarium & exhauſtum, „ & ingentibus contractis nominibus „ jamdudum obnoxium reperiatur, „ non mediocre tamen argenti pon„ dus pro eadem Eccleſia erogare „ conſtituimus. Verum providentes „ noſtram pontificiam liberalitatem „ tanto operi ad majorem divini „ honoris cultum & Orthodoxæ Re„ ligionis decus & incrementum ve„ hementer profuturo haud reſpon„ dere poſſe, relicta Nobis Præde„ ceſſorum noſtrorum Romanorum „ Pontificum exempla ſequi exiſti„ mavimus. Eapropter Venerabili„ bus Fratribus noſtris Sanctæ Ro„ manæ Eccleſiæ Cardinalibus in „ Conſiſtorio noſtro ſecreto die xx. „ currentis menſis Novembris habi„ to eadem, quæ ad Vos per haſce „ noſtras in forma Brevis Literas „ perſcribimus, fuſius expoſita com„ municavimus, atque inſimul ro„ gavimus, ut quiſque, quoad ſibi „ integrum eſſet, ad graviſſimum „ Catholicæ Religionis negotium con„ tribueret. Id ipſum igitur a Fra„ ternitatibus Veſtris expoſcimus, „ ut quod a Vobis ſacerdotalis di„ gnitas, paſtoralis ſollicitudo, & „ Orthodoxæ Religionis zelus requi„ runt, illud Supremo Paſtorum „ Principi Jeſu Chriſto ſapientiſſimo „ remuneratori fœnerari ſatagatis, a „ quo uberem quidem cœleſtium mu„ nerum copiam in terris, in cœlis „ verò meritam æternæ beatitudinis „ mercedem accipiatis. Interim Vo„ bis, Venerabiles Fratres, Apoſto„ licam Benedictionem divinæ retri„ butionis auſpicem & noſtræ bene„ volentiæ pignus peramanter imper„ timur. Datum Romæ apud San„ ctam Mariam Majorem ſub An„ nulo Piſcatoris die xxx. Novem„ bris MDCCXLVII. Pontificatus „ Noſtri Anno Octavo.

Cajetanus Amatus.

ROMÆ, MDCCXLVII.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

DIS-

DISCURSUS XXXIII.

DE AVIS SIVE AVISII VEL S. BENEDICTI DE AVIS

SECTIO I.

ARGUMENTUM

Late exponitur fundatio hujus Ordinis, & Religionis.

SUMMARIUM.

1. *Equeſtres Ordines quot ſint in Regno Portugalliæ?*
Antiquitas involuit originem rerum, & n. ſeqq.
2. *Antiquitas confundit tempus originis, & fundationis hujus Ordinis*, & n. 3. 4. 5. 6. 7. 8., & 9.
9. *Fundationis hujus Ordinis diſcordantes opiniones ad concordiam revocantur, diſtinguendo tempora, & loca*, & n. 10., & 11.
11. *Axioma* diſtingue tempora, & concordabit Scriptura *procedit in quacumque materia Hiſtoriæ, Chronologiæ &c.*
12. *Ordinis hujus fundatio eſt antiquiſſima*, & n. 13.
14. *Ordinis hujus inſtitutionis tempus ſumendum eſt ab annis* 1175., *quo fuit à Summo Pontifice Alexandro III. mediante ejus Legato à Latere conſtitutus.*
15. *Inſtitutor hujus Ordinis fuit Alphonſus I. Portugalliæ Rex*; & n. 16. 17., & ſeqq., uſque ad 28.
16. *Hic novus Ordo dictus fuit nova Militia.*
29. *In Religionem fuit hic Ordo redactus anno* 1161., *vel* 1164.
Militat ſub Regula Sancti Benedicti.
30. *Pro Fide Catholica militant Equites.*
Charitatem, & Caſtitatem obſervant.
Continue contra Mauros pugnant.
31. *Habitus qualis fuerit, & Arma?*
32. *Tempore Pacis debent orare, Miſſas audire, jejunare.*
Sextis Feriis in Refectorio ſervare ſilentium, Peregrinos recipere.
33. *Magiſtrum honorare, & capta in Bello dividere inter Pauperes, & Eccleſiam.*
34. *Quæ obſequii ſigna præſtare teneatur Eques Ordinis, ſi in viis obviam occurrat aliquis Abbas Ciſtercienſis*, & n. 35.
36. *Magiſter Ordinis verbo, & exemplo gubernare debet Equites ſuos.*
37. *Appellatio quomodo detur à ſententia Magiſtri, & ad quem?*
38. *Habitus Ordinis à quo confertur*, & n. 39., & 40.
41. *Statuta Ordinis fuerunt confirmata ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac Auctoritate Apoſtolica à Legatis à Latere.*
42. *In diverſis locis habuit Sedem, & nomen accepit*, & n. 43. & 44.
43. *Aviſii Ordini dum Eboræ morabatur fuit unitus Ordo de Calatrava, & illius effectus*, & n. 44.
44. *Aviſii Ordinem eſſe filium Ordinis de Calatrava aliqui Scriptores aſſeruerunt: ſed revera Aviſii Ordo eſt magis antiquus Calatravenſi.*
Quomodo intelligatur unio cum Calatravenſibus, & n. 45.
46. *Quando, & quomodo fuit Aviſii Ordo exemptus à Calatravenſi*, & n. 47., & 49.
48. *Ordine de Avis in Eborenſi Civitate commorante, Alphonſus filius Regis Don Sanctii plura loca donavit, inter quæ locum de Avis, ut ibi Caſtrum ædificaretur, & popularetur.*

Avis locus jacet inter Santaren, & Culuchium &c. & n. 51.

49. *Hic Ordo, & Militia poſt ſeparationem à Calatravenſi Militia, vocatus eſt Ordo, & Militia Sancti Benedicti de Avis.*
Explicatur Inſtrumentum Donationis anno 1181. *peracto ab Alphonſo Secundo.*

50. *Reiicitur Auguſtinus Paradiſi circa denominationem de Avis, Subiectionem Ordini Calatravę, ac circa Stemma.*

51. *Ordo de Avis nomen ſumpſit à Caſtro dicto* De Avis.
Nomen Avis ex quibus inditum fuit, & n. 52.

53. *Habitus antiquus Ordinis de Avis qualis erat?*
Et quando fuit mutatus?

54. *Crucis uſum quando aſſumpſit?* & n. 55. 56., & 57.

58. *Crucis figura cum duabus Avibus nigris apud quos habeatur?* & n. 59.

60. *Habitus Novitiorum qui ſit?* & n. 71.

62. *Habitus Profeſſorum qualis ſit?*

63. *Figuram Equitis cum ſua Veſte quis illam referat?*
Sigillum Ordinis antiquum, & modernum, quale fuerit, & modo ſit? n. 64. 65. 66. 67. 68. 69., & 70.

DISCURSUS XXXIII.

DE AVIS SIVE AVISII VEL S. BENEDICTI DE AVIS

SECTIO I.

IN Florentiſſimo Luſitaniæ Regno Equeſtres Militares Ordines ad pręſens ſolum tres emicant, Sancti videlicet Benedicti de Avis, Sancti Jacobi, & Jeſu Chriſti; nam Ordo Alæ Sancti Michaelis jam ceſſavit, & de eo egimus in peculiari anteacto Diſcurſu XV. ſicut de dictis Ordinibus Sancti Jacobi, & Jeſu Chriſti ſuo loco agemus.

1. Porrò nunc Hiſtoricam Equeſtris Militaris Ordinis Sancti Benedicti de Avis narrationem expoſituri, peropportune exclamare cogimur: quanta eſt vis Vetuſtatis! & ut inquit *Vates Ovidius Met.* 5.

Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus ævi
Paulatim longa conſumitis omnia morte.

O vetuſtas, quæ non rerum modo originem, ſed etiam Auctorum ſenem in omni quoque materia, Arte, vel Scientia rerum geſtarum Narrationes, licet per accidens, undique reddit obſcuras, & Hiſtoricos caſus involvit, & quæ aperta fuerant, antiquitatis tegmine efficiuntur operta, Fluminis Nili ad inſtar; Nili enim Fluminis origo neſcitur, & Nili Fonte nihil obſcurius olim fuiſſe omnes jam ſciunt, ut inquit *Eumenius Panegyrico ad Conſtantinum Auguſtum, inter Panegyricas Orationes Veterum Oratorum la 9. cap. 9.* ibique cum Italica Interpretatione *Laurentii Patarol Venet. Typis Venetiis apud Nicolaum Pezzana anno* 1708. *pag.* 326.

Fas Nobis ſit hic repetere, quod in forenſi argumento de antiquitate originem rerum involvente ſcriptum reliquit pręclarus in Rotalibus Studiis olim Magiſter noſter bo. me. *Anſaldus de Anſaldis Deciſ. 9.* in principio, nimirum quod *Antiquitas veluti Nilus, rerum humanarum initii caput abſcondens, anſam plerumque prębet forenſibus Colluctationibus.*

Ipſa quippe dicti Militaris Ordinis Antiquitas

tiquitas erectionis ejuſdem Militiæ tempus occuluit, & variatim de ea ſcripſere Auctores inter ſe adeo diſcordes, ut octo circumferantur opiniones. Primo ſunt qui aſſerunt in-
2. ſtitutam fuiſſe à Rege Luſitaniæ Alphonſo I. paulo poſt prælium in Campo de Orique; quod evenit anno 1139. Ita *Frater Hieronymus Romanus* in ſua Republica Chriſtiana.

Secundo alii aſſerunt fundatam anno
3. 1146., ut ſcribit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 177.

Tertio ſcribunt alii erectam fuiſſe anno 1147., quando expugnata fuit Civi-
4. tas Uliſſyponenſis ex allegatis per *Patrem Andream Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 177. *Ab. Juſtinianum Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari part.* 1. *cap.* 25. *pag.* 343. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires Tom.* 2. *pag.* 384. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſertat.* 10. §. 4. *pag.* 265, *juxta impreſſ. Pariſiis Typis Petri, & Franciſci Giffart anno* 1718. qui tamen nominat fuiſſe in expugnatione Eboræ. *Sebaſtianus Pauli in Codic. Diplomat.* Del Sacro Militar Ordine Geroſolimitano Oſſervaz. ſopra i Diplomi *ad Dipl.* 205.

Quarto ait *Joſeph Micheli in Volumine*
5. *Teſoro Militare degli Ordini &c. pag.* 25. fuiſſe fundatum d. anno 1147. ab Alphonſo primo, eo quia tunc fuerit extinctus Ordo Templariorum. Sed hæc cauſa erronea detegitur, & contra Hiſtoriæ veritatem: ſiquidem notum ſatis ſuperque eſt, quod Tem-
6. plariorum Ordo, ſedente in Apoſtolico Solio Clemente V. extinctus fuit de anno 1310., de qua Templariorum Ordinis extinctione late agimus in noſtro Diſcurſu particulari. Quemadmodum Hiſtorias callentibus optime innoteſcit d. Regem Alphonſum I. obiiſſe anno 1185.: nequivit ergo d. Rex moveri ad fundandum Ordinem S. Benedicti de Avis ab extinctione Ordinis Templariorum, quæ ſucceſſit poſt mortem Alphonſi, elapſo uno ſeculo cum dimidio, ut bene *d. Michaelis* erroneam narrationem refellendo comprobat *d. Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 344.

Quinto in deſignatione d. anni 1147. variant quoad locum Scribentes: prædictus enim *Joſeph Micheli* inquit,
7. quod Inſtitutio Ordinis de anno 1147. peracta fuit in Civitate Eboræ, quod inquit *d. Pater Honoratus d. pag.* 265. Verum falluntur in Hiſtoria dicti Auctores; nam de illo tempore nondum Civitas Eboræ à Maurorum Jugo libera erat, ſolumque à manibus Maurorum dictus Rex exemit anno 1166. ſicuti demonſtrat *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *d. pag.* 344.

Sexto inſtitutionem ponit ſub anno 1162. occaſione expugnationis dictæ Civitatis Eboræ *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. num.* 9. Cui repugnat id quod antecedenter notavimus, fuiſſe ſcilicet liberatam à Mauris Eboram anno 1166.

Septimo inſtitutionem fuiſſe peractam
8. anno 1174. ſuſtinet *d. Abbas Juſtinianus d. Parte Prima d. cap.* 25. *pag.* 343.

Octavo aſſeritur inſtitutio habita anno 1177., quando Civitatem Eboræ à
9. Mauris liberavit d. Alphonſus I. ſic legitur in Volumine, cui Titulus -- *Li Sovrani del Mondo Tom.* 4. *impreſſ.*

preſſ. Venetiis 1720. *Typis Sebaſtiani Coleti*, *& Joannis Malachin pag.* 225. Et coincidunt cumulata per *Jo. Fridericum S. R. I. Comitem in Koden Sapieha in Corrolario celebriores in Chriſtianitate Ordines ſuccincte enumerante in verbo Aviſii Equites pag.* 237. licet ibidem diſcrepet annus; nam ponitur longe antiquius tempus, hoc eſt annus 1102. *Quod Corrolarium* eſt in calce *Tractatus* ejuſdem Auctoris *ſub Tit. Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ Typis Adami Colini anno* 1730.

Recenſitæ opinionum varietates conciliari facile poſſunt, tum ſi ponderetur aliquos ex Scriptoribus loqui de temporibus confirmationum Apoſtolicarum ipſius Ordinis, quæ ſucceſſive ſupervenerunt, tum ſi recurratur ad ea, quæ infra exponimus. §. *Variæ*
10. *ſunt*, ibi ſiquidem oſtendimus variis diſtinctis locis, ac temporibus variiſque de cauſis Ordinem hunc Equeſtrem tenuiſſe Domicilia: unde Scribentes de hujuſmodi Domiciliis anſam reſpective tribuerunt ad aſſerendum, vel credendum talia Domicilia fuiſſe Domicilia originis, cum revera jam Militaris Ordo præcedenter fuerat inſtitutus. Qua Locorum, Cauſarum, & temporum diſtinctione re-
11. tenta, tollitur Scriptorum diſſonantia, juxta axioma illud: *Diſtingue cauſas, diſtingue tempora, & loca, & concordabit Scriptura:* quod ſane in quacumque materia, & ſic etiam in Hiſtoriis, Chronologiis, ac Genealogiis de plano procedit.

Cœterum in hac tam multiplici Scriptorum opinione, licet certus fundationis annus firmari non poſſit, fundationem
12. tamen antiquiſſimam eſſe, ac quodcumque ſuperius relatum tempus excedere optime comprobat *Statutum ejuſdem Ordinis S. Benedicti de Avis Tit.* 1. *Da Origen, e Eſtado da Cavallaria, e Orden Militar de Sam Bento de Avis cap.* 1. *Dò principio, e antiquidade da Cavallaria, e Orden Militar de Sam Bento de Aviz.*

Quo Statuto hujus Ordinis loco præallegato appoſito ſubditur, quod ſive
13. uno, ſive alio modo initium Ordinis conſideretur, idem Ordo detegitur magis antiquus omnium Ordinum in cunctis Hiſpaniarum Regnis vigentium, ut tradit *Rades de Andrade in Chronica Militiarum Caſtellæ*; nam licet Militiæ Sancti Jacobi in Hiſpaniis multo antiquius tribuatur principium, cum tale exordium non poſſit conſiderari ut exordium veræ Militiæ Chriſtianæ, quin imo revera adverſatur ſtatui Chriſtianæ Militiæ, juxta ea, quæ adducemus in noſtro de dicto Ordine Sancti Jacobi peculiari *Diſcurſu*, merito principium veræ Ordinis Jacobæi ſumendum eſt ab anno 1175., quo Summi Pontificis aucto-
14. ritate, hoc eſt Alexandri III. mediante ejus Legato à Latere Hyacintho Cardinale in Ordinem Militiæ Chriſtianæ contra Infideles ſanctis Legibus fuit inſtitutus, ut bene ratiocinatur prædictum *Statutum Ordinis d. Tit:* 1. *cap.* 1.

Illud ſane exploratum eſt, & in hoc Scribentes omnes concordant, quod hujus Militaris Ordinis Sancti Benedicti de Avis Inſtitutor, fuit Alphon-
15. ſus I. Portugalliæ Rex: conſtat ſiquidem, quod in Luſitania Regnante Principe Don Alphonſo Henriques, qui poſt mortem Comitis Don Henriques ejus Patris Luſitaniæ poſſeſſionem cæperat, cum ſummopere Chriſtiano Principe digniſſimo ferveret Zelo, Sanctæ Chriſtianæ Fidei

dei noſtræ Inimicos profligandi, & Maurorum impetus coercendi, ſuperno Dei munere plures generoſi Aulæ Suæ Equites Voto, & Juramento ſe invicem obſtrinxerunt, una cum dicto Principe, pro Sanctæ Chriſtianæ Fidei dilatatione Vitam profundere ſub Chriſti Domini Vexillo. Nouum hoc Militiæ, ac Profeſſionis genus ſub protectione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, plures alios Viros Nobiles gloriæ cupidos excitavit ad nomen eidem Novæ Militiæ dandum, cui ſe adſcribere ſatagerunt; & ſubinde, Duce prælaudato Principe, contra Mauros novi Equites pugnavere, & de illis inſignes retulere Victorias, ad tradita per *Statutum hujus Ordinis d. Tit. 1. cap. 1. d. P. Andr. Mendo de Ordin. Milit. Diſſert. 1. Quæſt. 10. n. 177. Juſtin. d. Parte Prima cap. 25. pag. 344. Collector Gallus in Volumine -- Hiſtorie Des Ordres Militaires ou des Chevaliers, Impreſs.*
16 *Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.
Tom. 2. ſub n. 28. *pag.* 384. *Qui Juſtinian., & Collector Gallus* ubi ſupra teſtantur, quod primis temporibus Ordo hic vocabatur *Nova Militia*: ſic etiam prææallegatus *Sebaſtianus Pauli d. Obſervat:* ad Diploma 205. *Bonan. in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 9. d. Pater Honoratus d. pag. 265. Dominus Hermant Hiſtoire Des Religions, ou Ordres Militaires Tomo Secundo a pag. 429. juxta impreſs. Rotomagen. Typis Joannis Baptiſtæ Beſogne* 1726. Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, & Militarium ex Gallica lingua in Italicum idioma translata à Patre *Joſeph Franciſco Fontana Congr. Matris Dei* infra allegando.

Hactenus recenſitis Scriptorum Hiſtoriis, in earundem comprobationem, explanationemque addendum credimus, non abs re, quod legitur in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium Gallico Idiomate ſcripta, quamque in Italicam linguam tranſtulit *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſis Clericus Regularis Congregationis Matris Dei d. Tomo Sexto capit. 6. à pag. 68. cum ſeqq. juxta d. impreſſionem Lucenſem Typis Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. *ibi.*

CAPITOLO SESTO.

De' Cavalieri dell' Ordine d' Avis.

,, QUantunque l' Ordine d' Avis
,, ſia più antico di Calatrava,
,, e d' Alcantara, nondimeno hò
17. ,, ſtimato doverne dopo que-
,, ſto ragionare, perchè fu ſotto-
,, poſto a quello di Calatrava. Vi
,, è chi pretende, che ei aveſſe prin-
,, cipio nell' 1147. e dice, che al
,, tempo di Alfonſo I. Rè di Por-
,, togallo, eſſendoſi uniti alcuni Gen-
,, tiluomini per combattere contro
,, i Mori, formarono trà di loro
,, come una ſpecie di Società, ſen-
16. ,, za obbligarſi ad alcun Voto,
,, nè ad alcuna particolar maniera
,, di vivere, altra obbligazione non
,, correndo loro, che di combattere
,, contro gl' Infedeli, e di ſeguire
,, il Rè nelle ſue Armate; che
,, queſto Principe diede loro per
,, Maeſtro D. Ferdinando Rodrigo
,, di Monteiro; che la loro Socie-
,, tà fu chiamata nuova Milizia, e
,, che queſti Cavalieri, eſſendoſi nell'
,, Aſſedio di Lisbona impadroniti
,, del Caſtello di Mafra, il Rè ne
,, fece loro un Dono.
,, Può eſſer, che queſt' Ordine comin-

ciaſſe

„ cialſe ſino dall' 1147., mà ei non
„ fu certamente eretto in Ordine
17. „ Religioſo Militare che nell' 1162.
„ & il primo Gran Maeſtro non
„ fu Ferdinando Rodrigo di Mon-
„ teiro, mà un Principe Franceſe
„ nomato Pietro Pari di Francia,
„ come appariſce dall' atto primor-
„ diale dell' Iſtituzione di queſt'
„ Ordine, il di cui Originale ſi con-
„ ſerva [al dire di Bernardo Britto
„ nelle ſue Croniche dell' Ordine
„ Ciſterciense) negli Archivj del Con-
„ vento di Alcobaza dello ſteſſo
„ Ordine; il qual Atto, che è in
„ data delle Idi dell' Era 1200., è
„ ſottoſcritto dall' Arciveſcovo di
„ Braga a nome di tutto il Regno,
„ dal Veſcovo di Coimbra per i
„ Signori della Corte; da quello
„ di Lisbona a nome di tutto il
„ Clero; da Pietro Parente del
„ Re, e Pari di Francia, come
„ Maeſtro della nuova Milizia, per
„ ſe e per tutti i ſuoi Cavalieri.
„ *Petrus Proles Regis, Par Fran-*
„ *corum, & Magiſter novæ Mili-*
„ *tiæ pro parte mea, & meorum*
„ *Militum confirmo omnia, & ap-*
„ *probo*; e da Ferdinando Rodrigo
„ Monteiro ſoltanto come Cavalie-
„ re: *Ferdinandus Roderici Monte-*
„ *iro, miles novę Militiæ approbo*
„ & *confirmo*; e da ſei altri Cava-
„ lieri.
„ Deduceſi da queſt' atto, da Ange-
„ lo Manriquez inferito tal quale
„ è ne' ſuoi Annali Ciſtercienſi, e
18. „ fatto mettere da' Cavalieri d' A-
„ vis in fronte à loro ſtatuti, che
„ queſta nuova Milizia fu eretta in
„ Religione Militare alla preſenza
„ del Rè Alfonſo, de' Signori del-
„ la ſua Corte, e del Legato del
„ Papa, da Giovanni Zirita Abate
„ di Tarouca, il quale preſcriſſe a
„ Cavalieri un tenore di Vita, ed
„ alcune altre obbligazioni, che con-
„ ſiſtevano di difendere coll' armi
„ la Religione Cattolica, eſercitare
„ la Carità, oſſervare la Caſtità, ve-
„ ſtir l' Abito della Religione, cioè
„ un Cappuccio, ed un corto, e
„ ſtretto Scapolare fatto in guiſa,
„ che non poteſſe dare loro alcuno
„ impaccio nel combattere. Il colo-
„ re, e la figura de' loro Abiti po-
„ tevano a lor talento eleggerlo; ma
„ lo Scapolare, ed il Cappuccio do-
„ vevano eſſere neri, nè potevano
„ avere alcuna doratura nelle loro
„ Armi, a riſerva della Spada, e
„ degli Speroni.
„ In tempo di pace dovevano abban-
„ donare il ripoſo al primo ſpuntar
„ dell' Aurora per fare Orazione, ed
„ aſcoltare la Meſſa; erano tenuti a
„ digiunare in tutti i Venerdì, a
„ dormire con i loro Cappucci, ad
19. „ oſſervare il ſilenzio, a mangiar
„ in comune, ad alloggiar i Pelle-
„ grini, e ad oſſervare la Regola di
„ San Benedetto. Se i Cavalieri e-
„ rano mal ſodisfatti del loro Gran
„ Maeſtro, dovevano ricorrere all'
„ Abate, dato ad eſſi per Superiore
„ dall' Abate di Ciſtello, ne poteva-
„ no appellare dalla ſua ſentenza,
„ che al Papa, all' Abate di Ciſtello,
„ o a quello di Chiaravalle. Nelle
„ elezioni de' Gran Maeſtri doveva-
„ no ſeguire la pratica oſſervata da'
„ Religioſi di Ciſtello nell' elezioni
„ de' loro Superiori. Ordinavaſi an-
„ cora, che quando il Gran Maeſtro
„ foſſe eletto, deſſe il giuramento nel-
„ le mani di un Abate dell' Ordine;
„ che ubbidiſſe al Papa, al Rè,
„ & all' Abate Generale di Ciſtel-
20. „ lo; che ei darebbe l' Abito a
„ Cavalieri in aſſenza del Rè, e
„ de' ſuoi Figliuoli; e qualora foſſe
pre-

,, preſente qualche Abate dell' Or-
,, dine , queſto diritto apparteneſſe
,, a lui ; finalmente , che ſe qual-
,, che Cavaliere ſi foſſe per iſtrada
,, avvenuto in qualche Religioſo
,, Ciſtercienſe , ſcendeſſe da Caval-
,, lo , gli domandaſſe la ſua bene-
,, dizione , e lo accompagnaſſe per
,, via ; e che ſe qualche Religioſo
21. ,, viaggiando paſſaſſe da qualche
,, Fortezza , o Caſtello appartenen-
,, te a Cavalieri , il Governatore
,, gli preſenterebbe le Chiavi , e
,, riceverebbe li ſuoi ordini per tut-
,, to il tempo della ſua dimora .
,, Furono queſti Cavalieri di grande
,, ajuto al Rè di Portogallo nella
,, guerra da lui ſoſtenuta contro i
,, Mori , e nel 1166. Gerardo det-
,, to l' Intrepido , che era un Ca-
,, po di Maſnadieri , avendo di not-
,, te colta la ſentinella d' Evora nel
,, ſonno , paſſò a fil di ſpada le
22. ,, guardie , e s' impadronì di que-
,, ſta Città , la quale il Rè aven-
,, do data a' Cavalieri della nuova
,, Milizia , laſciarono eſſi queſto no-
,, me per prendere quello d' Evora ,
,, il quale altresì dopo alcuni anni
,, cambiarono con quello d' Avis ,
,, quando il Rè diede loro nel 1181.
,, delle Terre ſulle Frontiere del
,, Regno , con patto , che fabbricaſ-
,, ſero una Fortezza per opporſi al-
,, le ſcorrerie de' Mori . Alcuni pre-
,, tendono , che eſſi la fabbricaſſe-
,, ro in un luogo appellato Avis ,
,, ed altri ſoſtengono , che queſto
,, Nome le fuſſe dato da Cavalieri ,
,, perchè nel delineare il Piano del-
,, la Fortezza , viddero nello ſteſſo
,, luogo ſollevarſi in aria due Aqui-
,, le . Rimanendo queſta Fortezza
,, compita nel 1187. fiſſarono qui-
,, vi la loro dimora , e ne preſero
,, in queſto ſteſs' anno il nome .
,, Furono quindi dal Rè Alfonſo , e
,, da ſuoi ſucceſſori di nuovi bene-
,, ficj ricolmati . Scancio I. donò loro
23. ,, la Torre d' Alcaden , e le Ca-
,, ſtella d' Alpedin , e di Girumin ,
,, e ciò fu loro confermato da Al-
,, fonſo II. Papa *Innocenzo III.*
,, confermò queſt' Ordine nel 1284.
,, e lo poſe ſotto la protezione del-
,, la S. Sede : nel 1213. i Cavalieri
,, di Calatrava in Iſpagna donarono
,, loro de' Poderi , che poſſedevano
,, in Portogallo , con patto , che
,, foſſero ſoggetti al loro Ordine , ed
,, alla viſita del loro Gran Maeſtro :
,, ciò fu da loro accettato , e fe-
,, delmente oſſervato fino al 1385.
,, in cui Giovanni I. Rè di Caſti-
,, glia volendo ſoſtenere il diritto del-
24. ,, la ſua Spoſa Beatrice , figliuo-
,, la unica di Pietro il Giuſtiziere ,
,, intimò la guerra a Giovanni I. , il
,, quale eſſendo figliuolo baſtardo di
,, Pietro ſi era impadronito del Re-
,, gno di Portogallo in pregiudi-
,, zio della legittima Erede , la quale
,, benchè doveſſe per Giuſtizia aver-
,, ne il poſſeſſo , vi ſi vide per ſua
,, ſventura eſcluſa ; avvegnacchè il
,, Rè ſuo Spoſo , perdendo la Bat-
,, taglia d' Aliiuraboto foſſe coſtret-
,, to a laſciare il Regno di Porto-
,, gallo in mano di Giovanni , il
,, quale proibì a' Cavalieri d' Avis ,
,, come gran Maeſtro di ammetter
,, la viſita , e di dipender dagli ordi-
,, ni del Gran Maeſtro di Calatrava ,
,, perchè era ſuddito del Rè di Ca-
,, ſtiglia ſuo nemico . Ciò però non
,, trattenne D. Gonzaluo di Guſmano
,, Gran Maeſtro di queſt' Ordine d'
,, Avis ; ma il Rè comandò al Gran
,, Maeſtro d' Avis di ricevere quel-
,, lo di Calatrava ſolamente come
,, Oſpite , e non come Superiore , e
,, di preſtargli gli onori dovuti alla

ſua

,, ſua dignità. Quindi i Cavalieri
,, d' Avis aderendo a voleri del Rè
,, ricuſarono di ricevere la ſua vi-
,, ſita, giuſtificando queſta loro ri-
,, pulſa con una Bolla, la quale li
,, eſentava dalla Giuriſdizione dell'
,, Ordine di Calatrava. Gonzaluo
,, allora fece iſtanza, che gli foſſe
25. ,, moſtrata queſta Bolla; ma riculan-
,, do eſſi di farlo, ei li trattò co-
,, me ſcommunicati, e ribelli, e ri-
,, tornò in Caſtiglia; indi fattone
,, querela al Concilio di Baſilea,
,, queſto decretò, che l' Ordine d'
,, Avis riceveſſe la Viſita dal gran
,, Maeſtro di Calatrava; ma ciò non
,, ebbe alcun effetto. Riconoſciu-
,, to che fu Giovanni I. che era
,, Gran Maeſtro d' Avis per Rè di
,, Portogallo, i Cavalieri eleſſero
,, per Gran Maeſtro D. Ferdinando
,, Rodrigo di Seguira, che fu l'
,, ultimo Gran Maeſtro: perocchè
,, dopo la ſua Morte il Papa no-
,, minò degli Amminiſtratori pel
,, governo di queſt' Ordine, de
,, quali il primo fu il Principe
,, Ferdinando Figliuolo del Rè Gio-
26. ,, vanni, e ciò durò fino al 1550.
,, nel qual anno ſotto il Regno
,, di Giovanni III. la Gran Maeſtran-
,, za fu unita alla Corona di Por-
,, togallo da Papa Paolo III.
,, Poſſiede queſt' Ordine circa quaran-
,, ta Comende in Portogallo. L' A-
27. ,, bito da Funzione di queſti Ca-
,, valieri conſiſte in un lungo Man-
,, to bianco, che ha nella parte ſini-
28. ,, ſtra una Croce Verde gigliata,
,, a piè della quale vi ſono due
,, uccelli; ed anno per arme una
,, Torre accompagnata da due
,, uccelli.
,, Veggaſi *Angel. Manriquez*, *Annal.*
,, *Ordin. Ciſterc. Tom.* 2. *Franciſco*
,, *Rhodez*, *Chronic. de las Ord. y*
,, *Caval. de Sant' Jago Calatrava*,
,, *y Alcantara*. *Bernardo Giuſtinia-*
,, *ni Storia Cronologica degli Ordi-*
,, *ni Militari*. *Favino*, *Menennio*,
,, *Herman*, *e Schoonebek nelle loro*
,, *Storie degli Ordini Militari*.

Fuit hic Ordo in Religionis formam redactus anno 1162. vel 1164. juxta antedicta, & Auctoritates infra allegandas, & addit *d. Sebaſtianus Pauli d. Oſſervaz. ad Diplom.* 205. Auctoritate Apoſtolicæ Sedis mediante Humbaldo Cardinale Hoſtienſi in Hiſpania Legato à Latere Alexandri *III.* Legatus ſiquidem Apoſtolicus vices ſuas commiſit Fratri Joanni Abbati Sancti Joannis de Tarouca Or-
29. dinis Ciſtercienſis, qui Abbas, vigore hujus Commiſſionis Conimbriam adivit, ac præſentibus Rege Alphonſo Henriquez, ac Archiepiſcopo Bracharen: Epiſcopis Canimbricen., & Ulyſſiponen. Don Petro Alphonſo Germano Fratre ejuſdem Regis, quique fuit Primus hujus Militiæ Magiſter, aliiſque Principibus, & Equitibus præſentibus ſtatuit, quod hic Ordo militaret ſub Regula Sancti Benedicti, juxta reformationem hujus Ciſtercienſis, illamque profiteren-
30. tur. Quod Equites Religionem Catholicam defenderent Bello, & ejuſdem Religioſi exercerent Charitatem pacis tempore, ac Caſtitatem obſervarent, ut loquitur Statutum *Em toda a parte*: Quod continue contra Mauros pugnarent: *Statutum hujus Ordinis Tit.* 1. *cap:* 2. *Pater Mendo de Ordin. Militar: Diſq:* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 177., & *ſeqq. Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 344. *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 385.

Statuit, quod pro Habitu deferrent, ut dicunt, *Hum Capello perqueno* coloris nigri cum quo dormirent, ac

ac Eſcapularium aptum exercitio Ar-
31. morum, pariter coloris nigri. Quod Arma deferrent magis apta, nulla tamen deaurata, exceptis Calcaribus, & Enſe. Quod tempore Pacis
32. ſurgerent ad orandum ad Miſſas; quod jejunarent omnibus Sextis Feriis, & quod comedendo in Refectorio ſilentium ſervarent, ut videre in *d. Statuto Ordinis d. Tit.* 1. *cap.* 2. Quod reciperent Peregrinos, & Senes ho-
33. norarent, & Magiſtrum Ordinis ut Ducem, & Patrem venerarentur: *d. Stat. Tit.* 1. *cap.* 2. Quod ea, quę Bello acquirerent, dividerent inter Pauperes, ac Eccleſias, & ſatagerent ut Mauri, quos in Bello caperent, ad Fidem converterentur: *Statut. d. Tit.* 1. *cap.* 2.

Quod capta per ipſos aliqua Civitate, vel Fortalitio certiorarent Regem, ut de illis ad arbitrium diſponeret: *Statutum prædictum Tit.* 1. *cap.* 2.

Quod ſi alicui Equiti equitanti obviam iret aliquis ex Ordine Ciſtercienſi Ab-
34. bas, ſtatim Eques ex Equo deſcendat, & humiliter Benedictionem ab eo petat, ſeque ei offerat ad illum ſociandum: *Statutum ubi ſupra*.

Quod tranſeunte aliquo ex prædicto Ordine Ciſtercienſi Abbate per Civitatem
35. vel Arces, quarum Dux fuerit Eques, Abbati Claves offerre debeat, illique permittat, quod omnia gubernet quouſque in tali loco moratur: *Statutum ubi ſupra*. Quod omnes Monachos Ciſtercienſes, uti Fratres amore charitateque recipient.

Quod Militiæ Magiſter, uti Capitaneus omnium Equitum, non ſolum verbis, ſed etiam exemplo gubernare jurabit Subditos, tam tempore Pacis, quam Bellorum pugnando: *Statutum Ordi-*
36. *nis d. Tit.* 1. *cap.* 2.

Quod ſi aliquis Eques ſe gravatum, vexatumque à Magiſtro Ordinis crediderit, querelas ſuas coram ipſo Magiſtro proponet, & ſi deinde gravatum ſe agnoverit, recurret ad Abbatem ſibi à Generali Ciſtercienſi aſſignatum, illiuſque ſententiæ acquie-
37. ſcet, adverſus quam ad Romanum Pontificem appellabit, vel ad ejus Legatum de Latere, aut ad prædictum Generalem Ciſtercienſem, ſive ejus Viſitatorem ad hoc deputatum, aut ad P. Abbatem Claravallenſem, ſi perſonaliter accedet. *Statutum dict. Tit.* 1. cap. 2.

Quod Magiſter Equites armaret, &
38. Habitum daret, & Inſignia in Militiam inſtantibus.

Quod præſente Rege, ſeu illius Filio
39. Hærede, ipſi Cæremonias conficerent: ſed ſi præſens in tali actu eſſet aliquis Abbas Ciſtercienſis, ipſe Habitum conferret, & in ſuis manibus homagium præſtaretur: *Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 2.

Quod Magiſtri cœterorumque Offi-
40. cialium electiones fierent juxta Decreta Ordinis Ciſtercienſis; & quod Magiſter inſignia reciperet e manibus alicujus Abbatis, coram quo Juramentum præſtaret: *Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 2.

Supradicta Statuta ſe obſervare obligavit Magiſter, & Equites, fueruntque approbata, & confirmata ab Archiepiſcopo, & Epiſcopis pro parte Sta-
41. tus Eccleſiaſtici, & Secularis, & d. Abbas Frater Joannes Cirita, auctoritate Apoſtolica habita à d. Legato à Latere approbavit, & confirmavit hanc novam Religionem, & ſuper prędictis omnibus confectum, fuit authenticum Inſtrumentum die 13. Auguſti anno Domini 1162. *Statutum Ordinis, ubi ſupra: Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 177. *Juſtinianus ſuperius allegatus*. Succeſſive confirma-

vit Alex. III., *Mendo*, & *Juſtinian.* poſt annos 39. anno 1205. Ordinem hunc, ſuaque bona ſub ſua ſuſcepit protectione Innocentius III., Innocent. IV., aliique Pontifices, de quibus *Statutum Ordinis ubi ſupra*: *Pater Andreas Mendo d. Diſq.* 1. *quæſtion.* 10. *n.* 118. *Abb. Juſtinianus Parte Prima cap.* 24. *pag.* 347. *Pater Philippus Bonannus d. n.* 9. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 265. *Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Caſtellanus Trocenſis Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia in ſuo Corollario Ordinum in Chriſtianitate vigentium, in verbo Aviſii Equites pag.* 237. *impreſſ. in Calce Voluminis ejuſdem Auctoris, cui Titulus Adnotationes Hiſtoricæ &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730.

Varia ſunt loca, in quibus ſuum habuit Domicilium hæc Militia, ut referunt præcitati Auctores, quos inter *Mendo d. Quæſt.* 10. *n.* 177., ubi appoſite notat, quod Ordo exordium habuit abſque loco fixo, nulloque deſi-
42. gnato nomine, *Quippe utrumque optabant Equites per Arma comparare*, et pro locorum varietate variis quoque nominibus nuncupabantur. Sedem itaque, brevi licet tempore, habuit in Civitate Conimbriæ, hocque deducunt Scribentes ex quadam Via ibi exiſtente ſub nomine de *Freyria*: *d. Statutum Ordinis* loco ſuperius allegato: *Pater Mendo d. n.* 177. Tuncque Ordo novæ Militiæ, ut præmiſimus, dicebatur: *Statutum Ordin. d. Tit.* 1. *cap.* 2. *Da Inſtituiçar*: *Juſtin. d. Parte Prima cap.* 2. *pag.* 344. *d. Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 384.

Deinde recuperata bellica virtute anno 1166. Eboræ Civitate per Giraldum
43. Giraldes nuncupatum *Sine pavore*. oblataque Regi Alphonſo Henriquez, hic ad eandem Eboræ Civitatem Militiam prædictam tranſtulit, & in eadem Militiæ Sedem fixit, melioremque ejuſdem Civitatis partem illi Militiæ donavit, ædificavitque Nobilem pro illis Conventum, Hoſpitale pro Infirmis, & in Bello vulneratis: *d. Statut. Ord. loco ſuperius allegato*; *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 191. *Ab. Juſtin. d. P. Prima cap.* 25. *pag.* 344. *Pater Bonannus d. n.* 9. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *Hiſtoire des Ordres Militaires n.* 28. *pag.* 384., & 385. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Jus Canonicum Tom.* 2. *ſub lit.* S. §. *Notitiæ &c. n.* 9. *pag.* 735. *juxta impreſſ. Saliſburgen. Jo. Mayr* 1729.

Et hodie etiam monumenta remanent tum in viæ denominatione, quæ hodie etiam dicitur *Rayro da Freyria*, ob inhabitationem olim Fratrum hujus Militiæ, tum ex quo adeſt Eccleſia nuncupata Sancti Michaelis in Cathedrali, & Domibus Comitis *Do Baſſo*; in qua Eccleſia Capellanus Miſſam celebrat pro Rege, ac Equitibus ibidem ſepultis, ac in d. Hoſpitali adeſt Commenda Ordinis nuncupata da *Freyria*: *Statut. d. Ordinis ſuperius allegatum*: *P. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 177. *d. Juſtinianus Parte Prima cap.* 25. *pag.* 344. *d. Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 385: *d. Hermant Tom.* 1. *pag.* 431.

Ubi quod proinde Militia Eboræ Ordinis Calatravæ fuit appellata: *Statut. d. Tit.* 1. *cap.* 2. *d. Juſtinian. d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 344. ubi quod Rex voluit, ut Equitum Ordo Equeſter Eboræ Ordo vocaretur: *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 384. Et quod vocatus fuerit hic Ordo Confraternitas Sanctæ Virginis Eboræ, notat *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 265.

Dum

Dum autem hæc Religio Eboræ morabatur, huic unita fuit altera de Calatrava ejuſdem Ciſtercienſis Reformationis, cum hoc, quod hujus Equites ab illis de Calatrava viſitarentur, eorumque Statutis gubernarentur. Quod in Electionibus Magiſtrorum, quæ in Portugallia fierent,
44 aſſiſterent illi de Calatrava, vel ejus Commiſſarii ad confirmandum; Et vice verſa Magiſtri de Aviſio poſſent intereſſe electionibus de Calatrava, & Votum præſtare.

Hinc nonnulli Scriptores aſſeruerunt hanc de Aviſio Militiam eſſe filiam illius de Calatrava; ſed revera hæc Aviſii eſt magis antiqua Calatravenſi.

Et hęc Aviſii Religio tenuit ſuam particularem inſtitutionem, & confirmationem, pluraque Bona tenuit à Luſitanis Regibus donata, & propria ſtrenuitate acquiſita. Ac corruit id quod aſſerit *Rades in Chronica de Calatrava Cap.* 16. §. *De Avis*, quod hic Ordo Calatravæ tribuerit Ordini de Aviſio Loca, quæ numerantur in ſecunda & tertia Confirmatione Bonorum Calatravæ; Nam conſtat quod hæc Bona eidem ſpectabant, quia erant ex Ordine de Avis, cui erant annexa, & in allegata Bulla Innocentii III. ubi Bona de Avis nominantur; & liquet, quod Calatravenſes in Regno Luſitaniæ Bona non poſidebant, ſolumque habuit vigore Unionis Bona Ordinis de Avis; & comprobat ſæpe allegatum *Statutum Ordinis*. *Pater Mendo d. Diſq.* 1. *quęſt:* 10. *n.* 180., *&* 181., & cum Franciſco de *Avellar Prior. Maior. Ordinis Aviſii in Opuſculo ſcripto Parti Emmanueli Roderico* notat *Juſtinianus d. Cap.* 15. *pag.* 347.

Quod hic Ordo de Avis Ordini Calatravenſi ſe ſubiecerit per Filialem adoptionem anno 1201. refert laudatus *Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 179. *cum ſeq.* ubi notat, quod minus exacte *Rades in Chronic. Calatrav: cap.* 16. inquit dictam Unionem, ſeu Filiationem contigiſſe anno 1213, cum quo *Rades* clauſis oculis idem ſcribit. *Hieronymus Maſcarenhas in Apolog. Hiſtor. pro Ordine Calatravenſi fol.* 159. Dictus quippe *Mendo n.* 180. enumerat Bullas Summorum Pontificum *Innocentii III. Joannis* XII. Innocentii VIII. Alexan. VI. & Julii II. aſſervatas in Monaſterio Calatravæ comprobantes ſubiectionem Ordini Calatravenſi: *Juſtinianus & Collector Gallus ubi ſupra. Mendo* pariter *ubi ſupra d. quęſt.* 10. *n.* 180. *&* 181. reſpondit prædictis *Radi*, *& Hieronymo Maſcarenhas* aſſerentibus Ordinem Calatravæ donaſſe Ordini de Avis duas Arces, quarum una erat Avis, & Xenodochium, quod tenebat in Luſitania: ſiquidem conſtat Avienſium Ordinem ſe ſubmiſiſſe Calatravenſibus poſt aliquot annos, quibus jam Ordo Aviſii d. Oppidum, & Arcem de Avis poſſidebat, quam eidem Luſitaniæ Reges donaverant.

Cœterum quoad contentionem illam inter Aviſii, & Calatravæ Ordines; an ſcilicet Aviſienſes ultronee, ut ipſi aſſerunt, & nulla Donatione invitati, Calatravenſibus ſe ſubmiſerint: vel ut affirmant Calatravenſes, Unio Aviſienſium non fuerit ſpontanea affiliatio, ſed quaſi in Dotem hæreditariam Aviſienſibus contuliſſe Caſtra & Xenodochium, quæ idem Calatravæ Ordo poſſidebat in Luſitania; Nos hic tranſcribimus verba præallegati *Patris Men-*
45. *do d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 193. *Meo*, inquit *d. Mendo; Meo quidem judicio Calatravenſes, dum*

 contra

contra eos contentio dirimitur, glorioſiores evadunt, eaque lis eſt, ut malle debeant eſſe Victi quam Victores. Quid enim eorum ſplendori congruentius, quam Ordinem Avis ſponte ſua illos quæſiviſſe, ambiiſſe, ſolicitaſſe, ultroneos ſe ſubmiſiſſe, & obedientiam præſtitiſſe ſpontaneos? Niſi Calatravæ Ordo undique tunc prefulgeret, neutiquam in ejus ſinum Equites alterius Militiæ confugerent: id equidem æſtimabilius eſt, quam Donis allectos veluti quodam contractu Aviſienſes ſe Calatravenſibus obæraſſe. Recti Judicii trutina penſetur, & fallor niſi meo Judicio cuncti ſubſcribant.

Anno 1238. Magiſter Calatravæ viſitavit Ordinem de Avis; ſed poſtmodum Joannes Rex Luſitaniæ, qui ante Regnum fuerat Magiſter Ordinis
46. de Avis, noluit quod amplius per Calatravenſes haberentur Viſitationes, & Reformationes *Ordinis de Avis*. Quin imo voluit, quod hic *Ordo de Avis* penitus a ſubiectione Ordinis Calatravenſis eximeretur. Qua propter ex parte Calatravenſium querela ſuper prędictis promota fuit in Concilio Baſileę, quod decrevit Ordinem de Avis ſub eadem filiatione Ordinis Calatravenſis ſubiectum permanere; prodiitque Bulla, quam aſſervari in Archivo Calatravæ Ordinis Calatravenſis Scrinio Octavo teſtatur *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 180. & d. ſubiectionem Ordinis de Avis Ordini Calatravenſi comprobant Bullæ ſuperius allegatæ §. *Quod hic Ordo*.

At deſtitere Calatravenſes ab Actibus Viſitationum, ſeque abſtinuerunt à quacumque reformatione, ne inde
47. turbaretur Pax inter Regna Caſtellæ, & Luſitaniæ inita, ac deinceps Ordo Aviſienſis plenaria exemptione gaviſus eſt. *Mendo ubi ſupra n.* 180. *verſ. Sed ne inde*.

Quinquaginta annorum ſpatio circiter hic Ordo de Avis moram fecit in Civitate Eborenſi, & in proprio
48. Conventu: poſtmodum anno 1181. Alphonſus filius Regis Dom Sanctii, & Nepos Regis Alphonſi donavit Fernando Joanni Magiſtro Eboræ, & Fratribus tam preſentibus quam futuris locum, qui vocatur *Avis*, qui jacet inter Santarem Culuchii Alboram, Eluas, Abtantes ec. tali pacto, *quod in loco ſupradicto Avis Caſtrum ædificetis, & populetis:* ita loquitur Inſtrumentum, quod legitur apud *Iuſtinianum ubi ſupra pag.* 345. *ſequitur Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 388. *Pater Honoratus pag.* 365. *Statutum Ordinis d. Tit.* 1. *cap.* 2.

Demum ſejuncta à Militia Calatravæ tempore Joannis Primi vocata fuit
49. Militia Sancti Benedicti de Avis, & ita hodie apppellatur, totamque harum rerum ſeriem refert ipſum hujus Ordinis *Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 2. *Inſtituiçar deſta Cavallaria: Pater Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 179., & 191. *d. Pater Fontana ubi ſupra*.

Quoad prædictam Donationem Anno 1181. ab Alphonſo Secundo Rege factam, obſervant Scribentes, non concordare cum Regiæ Luſitanorum Regum Genealogiæ temporibus: Cum enim ex ea conſtet Alphonſum ſecundum ortum eſſe Conimbriæ Anno 1185. iam patet impoſſibile eſſe, quod idem Donationem fecerit Anno 1181. Ponderationem hanc, quam refert *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Prima Cap.* 25. *pag.* 346. indeciſam relinquit; ſolumque addi poteſt erroneè exprimi d. Annum 1185. cum potius poſterius tempus dici debeat,

&

& ſubſtantiam Donationis fuiſſe confirmationem præcedentium Donationum ab Alphonſo primo factarum, & poſtmodum executioni demandatarum, mediante ædificatione Caſtri *De Avis*; ad tradita per *d. Juſtinianum in loco ſuperius allegato*.

Hinc patet, in omni ſui parte omnino inſubſiſtens eſſe id, quod ſcriptum reliquit *Auguſtinus Paradiſus Ateneo Dell' Uomo Nobile Parte 3.*
50. *cap. 3. n. 15, pag.* 207. tam circa denominationem hujus Ordinis *De Avis*, quam circa ſubjectionem ejuſdem Ordinis de Calatrava, ac circa Inſignia prędicti Ordinis *De Avis*; qui *Paradiſus* ibi inquit: *Fù poi mutato in quello d' Avis per conceſſione di Gregorio XIII. per memoria della conquiſta fatta del Campo, o Caſtello così denominato. Le impreſe de' Portugheſi contro i Mori portarono ſeco la propagazione di queſt' Ordine; con progreſſo di tempo ſi ſoggettò alla Religione di Calatrava; ma dopo la ſerie di più Gran Maeſtri il Rè Don Pietro di Portogallo, ò come altri vuole, il Re Don Giovanni la diſtinſe da quella di Calatrava, aſſegnandole per Inſegna una Croce Verde con due Paſſere nere di ſotto. Con l' unione del Regno di Portogallo alla Spagna fù unito anco l' Ordine ſuddetto a quello di Calatrava: ma ſcuotendo i Portugheſi il Giogo Spagnuolo, l' Ordine tornò ſotto il Dominio de' Monarchi fondatori.* Hucusque enim recenſitæ Aſſertiones ex facti probationibus ſuperius expoſitis deſtruuntur.

Nomen vero Militię Sancti Benedicti *De Avis* deſumptum eſt ex Oppido nuncupato *Avis*, quod eſt in Tractu
51. Tranſtagano triginta Millia paſſuum ab Eboræ Civitate ſejuncto: *Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 177. *P. Honoratus d. pag.* 265.

Alphonſus enim Secundus Rex Luſitaniæ prædictum Oppidum Avis, memoratis Equitibus donavit, Ordinemque ad idem Oppidum tranſtulit, ut proſequitur *Statutum Ordinis d. Tit.* 1. *cap.* 2. *Mendo, ubi ſupra d. quæſt.* 10. *n.* 177. ubi quod, *non deeſt qui nominis appellationem aſſerat fuiſſe deſumptam à volatu Avis Aquilæ in primo Ordinis exordio conſpectæ, quam felix ſibi aucupium aptarunt, ſed nec ad nominis anſam ſpecies ſuperſtitionis eſt admittenda. Juſtinianus d. Parte Prima Cap.* 15. *pag.* 345. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis* ubi ſupra.

Verum antecedenter etiam ad exordium Ordinis eundem locum nuncupationem tenuiſſe *Avis*, probatur ex *O-*
52. *doardo Galbano* in ejus Chronographia dicata Alphonſo Primo Portugalliæ Regi, ubi liquet, quod dictus locus nominatur *Avis*; ſicut notat *d. Juſtinianus d. pag.* 345.

Quamobrem ſubdit, quod juxta ſenſum aliorum Luſitaniæ Scriptorum, nomen *Avis* locus ille ſortitus eſt à Nidis Avium, quæ ibi veluti in loco alto, ac eminente, & ab Hominum comercio longe diſtante libenter nidificabant: *d. P. Fontana pag.* 70.

Antiquis temporibus erat Ordinis Habitus, ut loquitur *Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 4: *Hum Eſcapulario pequeno curto com hum Capello pegado nelle, que ſabia ſobre o veſtido, e Capa da feiçar, quæ agora trazem os Novitios da Ordem de Ciſter, o Capello, a*
53. *que chiamar* Berecio *era decor, pretta.* Sic Religioſi induebantur: Milites vero Equites ad diſcrimen Religioſorum deferebant quaſdam Militares Bindas, ut videre eſt in figura Equitis dicto veteri more induti,

quam

quam exponit *d. Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 348.

Habitum hunc adhibuere Equites, quouſque Ordo Crucis uſum aſſumpſit: de quo vero tempore hujuſmodi Crucis uſus inceperit, plura tradunt Scribentes. Ajunt aliqui Crucem ab
54. Equitibus delatam primitus fuiſſe coloris rubri eodem acceptam tempore, quo ſimilem acceperunt Calatravenſes, quibus hic Ordo unitus fuerat, hoc eſt ut notat *Franciſcus Rades de Andrada in Chronica Calatravæ* anno 1387. ſcribit *Joſeph Micheli in Theſauro Militari Ordinum pag.* 25.

Crucem viridem Aviſienſibus tribuiſſe Petrum Portugalliæ Regem poſt celebrem Algiubaroſæ Victoriam, tunc quando eoſdem à Calatravenſibus ſejunxit, una cum duabus ad pedes Crucis, hinc atque hinc Aquilis, re-
55. fert *d. Abb. Juſtinianus d. cap.* 15. *pag.* 349. ubi tamen appoſite notat, præmiſſas duas aſſertiones implicantiam involvere: Si enim à Rege Petro habuerunt Aviſienſes Crucem viridem, cum hic obierit anno 1363., & ſic ſpatio triginta annorum, antequam Calatravenſibus eſſet aſſignata Crux, inde ſequitur dici non poſſe, quod antecedenter gererent Crucem rubeam Calatravenſium, ſolumque inferri poteſt, quod ſi Rex Petrus Crucem hanc tribuit Aviſienſibus, Aviſienſes Crucis uſum habebant, priuſquam haberent Calatravenſes, qui juxta eorum Hiſtoriam, illam habuerunt à Bonifacio *IX.* anno 1397.

At Nos Statuti hujus Ordinis diſpoſitionibus inhærentes, & notis manuſcriptis à Nobis viſis, & à Nobis perlectis, aſſerimus, quod Bonifacius IX. oretenus ſolum indulſit, ut Ordo, Equiteſque deferrent Crucem viridem liliatam, auro circumdatam eo modo, quo hodie pro Habitu defertur, tam in Clamyde alba lanea, quam collo appenſa Torque median-
56. te, atque in aliis etiam ferialibus veſtibus, & ut dicitur *Croce d' Oro, ſmaltata di detti colori*. Quæ conceſſio fuit confirmata per Innocentium VII. anno 1404., ut proſequitur *d. Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 4. *Tit.* 3. *cap.* 20. In d. præcedente *cap.* 4. ſubditur probabilem opinionem eſſe, quod cum Pileo, de quo ſupra, deferrent etiam Crucem, ut colligitur ex Vexillis, & Stemmate illorum temporum, ac tradit *Rades Chronica Calatravenſi cap.* 4. *d. Statutum* ubi ſupra. *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 182.

Hodie itaque Habitus, quo Equites utuntur, eſt Crux viridis *Com os remates de flor de lix* poſita ſuper Veſtes exteriores, aut ſuper Arma,
57. ſubtus autem Veſtem *Hum bentinho branco de eſtamenha, ou pano de comptido de quatro palmas, e de hum de largo com huma Crux da parte anterior: d. Statutum cap.* 4. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 265.

Forma Crucis, ut ſupra viridis, ac liliatæ auro circumdatæ, quæ antiquitus ad ejuſdem baſim duos retinebat A-
58. quilarum Pullos nigri coloris, unum à dextris, alium à ſiniſtris, affabre cælata habetur expreſſa penes *d. Abb. Juſtinianum d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 342. 349., & 350. *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 9, *&* *pag.* 145. ubi ſub numero octavo rurſus datur Imago Crucis viridis auro circumdatæ; *Collectorem Gallum d. Tom.* 2. *pag.* 384., *&* *Tom.* 4. *pag.* 409. *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Diſſertations Hiſtoriques &c. ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſert.*

Diſſert. 10. §. 4. *pag.* 265. Sicque hæc Crux Aviſienſium viridis auro circumdata diſtinguitur à Cruce viridi liliata Alcantarenſium, quæ auro non eſt circumdata, ut admonet idem *Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 351.

Et juxta prædicta erroneè loquitur *Andreas Guarini in Libello Origine*
59. *di tutte le Religioni, e Militie &c. d. pag.* 11. ubi licet formam Crucis exponat, inquiens eſſe ſimilem Alcantarenſi, ſubdit tamen eſſe Crucem rubram cum duabus Auibus nigris.

Circa vero deſcriptionem cujuſcumque Equeſtris Crucis, & modum illarum colores exprimendi per lineas, nec non earundem formas, & nomina, videantur quæ innuimus in *Diſcurſu XIII. de Alcantare Ordine* §. *Commutatus autem fuit.*

Novitiorum Habitus eſt Crux viridis in
60. veſte exteriori, *com o remate de Ponta de bajxo ſometida pera dentro tem Bentinho : d. Statutum cap.* 4.

Ultra prædictum Habitum adeſt Clamys alba, ut dicitur *Abottoada*, cum cordulis ante pectus, & è latere ſiniſtro adeſt Crux viridis, quam Novitii deferunt, cum *a ponta de baj-*
61. *xo ſometida*, quæ capite induitur, & ad humeros cadens, & ante lambit terram, & retro caudam, formatque Aroja: *d. Statutum cap.* 4.

Habitus vero Profeſſorum, & Veſtis Capitularis, & ut dicitur *Manto*,
62. aut *Cappa Magna*, & lanea albi coloris ample ad pedes defluens, ac deſuper eam e parte ſiniſtra adeſt d. Crux viridis liliata, auro circumdata, & ante pectus in interiori Veſte adeſt appenſa Crux conſimilis formæ.

Figuram Equitis induti dicto ſolemni, & Capitulari Habitu exhibet *d. Abb.*
63. *Juſtinianus d. Parte Prima cap:* 25. *pag.* 350. *Pater Bonannus d. n.* 9. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 384.

Quoad uſum pariter Sigilli, licet hic Ordo uſque ad annum 1225. Sigillo non fuerit uſus, poſtmodum tamen, juxta temporum varietatem diverſimode Ordo Sigillum adhibuit; anti-
64. quis quippe temporibus Sigillum habebat, in quo inſculptus erat Homo armatus, Equo inſidens, Lanceam manu tenens, & tres aderant Cruces Ordinis, una in Scuto ab Homine manu ſiniſtra tento, aliæ duæ in tegmine Equi, una ſcilicet in pectore, & alia in humero: *Satutum d. Tit.* 14. *cap.* 5.

Aliud Sigillum adhibuit, in quo conſpiciebatur Caſtellum cum tribus Turribus, & illa quæ erat in medio, magis alta eminebat: in hac Crux
65. Ordinis aderat, & in medio earundem Turrium hinc, atque hinc Aquila, & in lateribus Turrium *Huma Trava*, hoc eſt Compes: *Statutum ubi ſupra Tit.* 1. *cap.* 5.

Adhibuit etiam Ordo Sigillum referens Crucem ejuſdem Ordinis poſitam in Scuto, & in parte ſuperiore
66. Crucis *Huma Trava* à parte dextera, & à ſiniſtra Aquila aderat, & in parte inferiori ad dexteram Avis, & a ſiniſtra *Huma Trava* : *Statutum ubi ſupra.*

Aliud Sigillum continebat Crucem Ordinis cum circulo rotundo, cum quatuor, ut dicitur, *Travas*, duas in parte ſuperiori, cum duabus A-
67. quilis: *d. Statutum cap.* 5. Inquit *Juſtinianus d. cap.* 25. *pag.* 351. *& ſeq.* Ordinem pro Sigillo extolliſse Caſtellum (& ut ſubdit Franciſcus de Avellar in Opuſculo ad Emmanuelem Rodderico), & in calce Caſtri, *as Travas*, & duas Aquilas. Ad formam d. Sigilli Vexillum Ordinis efformarunt, ex una parte aderat Crux Ordinis

Ordinis, ex altera Caſtrum aureum, Aquilæ, & Compedes in campo rubeo, quod Vexillum ex parte dextera tenet Regium Stemma Regum Luſitaniæ, juxta figuram, quam delineatam exhibet *d. Juſtinian. pag.*
68. 352. *d. Hermant d. Tom.* 1. *pag.* 435. & de qua loquitur *Auguſtinus Paradiſ. Ateneo dell' Uomo Nobile Parte ſeptima capit.* 3. *ſub n.* 15.

Sigillum vero, quo hodie utitur Ordo in ſuo Conventu, continet Crucem Ordinis, cum duabus Aquilis in lateribus inferioribus: *Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 5. *d. Guarinus d. cap.* 11. ubi refert Figuram expreſſam; ſic
69. *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. in calce Voluminis*, ubi refert formam omnium Inſignium Equeſtrium *n.* 8. *pag.* 145. *Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 409. *ſub n.* 8. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 265.

Verum in Cancellaria Ordinis Sigillum adhibetur, quo ſola Crux eſt impreſſa in Scuto, & in cujus Circulo leguntur hęc verba -- *Sigillum Ordinis Militiæ de Avis*. Porro tempore Magiſtri Don Georgii, ipſe declaravit, quod Scutum eſſet albi coloris, in ſimbolum puritatis San-
70. ctiſſimæ Virginis Dominæ noſtræ, in cujus laudem, honorem, & ſervitutem Sanctus Patriarcha Benedictus ſuum fundavit Ordinem, quem profitetur hæc Militia, pariterque concordat cum alba Clamyde deſumpta à reformatione Ciſtercienſi, & in Simbolum pariter invocationis Conventus hujus Ordinis, qui eſt ſub Titulo Aſſumptionis Sanctiſſimæ Virginis: ſic loquitur *d. Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 5.

DISCURSUS XXXIII.

SECTIO II.

ARGUMENTUM

Oſtenditur hunc Ordinem fuiſſe à Sancta Sede Apoſtolica confirmatum, & quæ ſint Vota, quæ nunc emittunt? Quæ probare teneatur petens admitti?

SUMMARIUM

1. *Ordinem hunc confirmavit Sancta Sedes Apoſtolica, & conſtat ex Militibus, & Eccleſiaſticis.*
2. *Vota olim emittebantur, ut in Calatravę, & Alcantaræ Ordinibus, abſolutę Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ*, & n. 3.
4. *Equites profitentur Caſtitatem Coniugalem*, & n. 7.
5. *Sed Clerici abſolutam.*
6. *Collegium pro Clericis adeſt in Civitate Conimbriæ.*
7. *Votum abſolutæ Caſtitatis vigore Bullarum fuit commutatum in Votum Caſtitatis Coniugalis: ſic etiam ſuper Vota Paupertatis fuit diſpenſatum; & quomodo?* & n. 8.
9. *Dicta tria Vota obligant ſub mortali in his, in quibus non fuit diſpenſatum.*
10. *Aliæ obligationes, ſi non adimpleantur, an incurratur peccatum lethale d. n. 9. antecedenti*, & n. 11. 12. 13., & 14.
15. *Admitti petens ad hunc Ordinem in gradu Equitis Militis, quæ probare teneatur, & quomodo conficiatur Proceſſus Probationum*, & n. 16. 17., & 18.
19. *In Luſitania major Nobilitatis pars conſiſtit in Tribus Ordinibus Equeſtribus Militaribus, & n.* 20.

Equites

Equites Commendatarii, antequam Matrimonium contrahant, debent obtinere licentiam à Magno Magiſtro ſub pœna privationis Habitus, & Commendæ, ac Penſionis, & n. 20.

21. *Ætas pro ſuſceptione Habitus quę requiratur?*

22. *Debent docere prius inſerviſſe Servitiis Africæ per duos annos, vel in Exercitu Regni Portugalliæ, vel in Indiis Orientalibus,* & n. 23.

23. *Aut ſervitia præſtitiſſe Luſitaniæ Regibus, aut Ordini, & ob prædicta Luſitaniæ Reges judicaverint eſſe admittendum ad Habitum.*

24. *In Concilio Ordinum examinantur Probationes confectæ.*

25. *Candidatus tandem obtinet à Rege Commiſſionem directam Priori Majori pro traditione Habitus.*

26. *Debet tamen prius armari Eques,* & n. 28.

Et pro hac re facienda Magnus Magiſter dirigit Commiſſionem alicui Equiti Ordinis.

27. *Recepto Habitu ante Profeſſionem decet Tyrocinium peragere, niſi illi renunciaverit,* & n. 45.

29. *Fit Benedictio Enſis, & à quo, & quibus verbis?*

30. *Exponuntur Cęremonię ſervandæ quando armatur Eques.*

31. *Prior Major ex Commiſſione Regis uti Magni Magiſtri, & Adminiſtratoris tradit Habitum Novitiis, & quomodo?*

32. *Debet recipiens Habitum confiteri, & Sacra communione refici.*

33. *Admonetur de pluribus,* & n. 34. & 35.

6. *Si ingredi 3. velit Religionem, & ſit Uxoratus, debet oſtendere conſenſum Uxoris.*

37. *Si contrahat Matrimonium cum illa, quæ ſit ex Genere Judæorum, aut Maurorum, aut Chriſtianorum novorum, eiicitur ex Ordine, & n. 41.*

38. *Obſtrictus redditioni Rationis non recipitur.*

39. *Occiſor Clerici, vel qui commiſerunt Sacrilegium, à quo non fuerint abſoluti, non admittuntur.*

40. *Infirmitate laborans à ſervitio Militiæ inutilem reddente, non admittitur.*

41. *Quæ Nobilitas requiratur?*

Deſcendens à Judęis, Mauris, Hæreticis, aut Chriſtianis novis non admittitur.

42. *Filius, aut Nepos Officialis Mechanici excluditur.*

43. *Admonetur, quod ſi poſt admiſſionem detegatur aliquis ex dictis defectibus, eiicitur ex Ordine.*

44. *Fit Benedictio Veſtis.*

45. *Novitiatus Annum peragere debet, niſi fuerit renunciatum, & antecedenter* n. 27.

46. *Licentia Magni Magiſtri pro renunciatione Novitiatus, quomodo concedatur.*

47. *Quando, & quomodo extra Regnum commoranti concedatur licentia ſumendi Habitum?*

48. *Profeſſio quomodo emittatur, & quæ Interrogationes illi fiant?*

49. *Profeſſionis formula adducitur.*

50. *Profeſſiones faciendæ coram Rege Generali Adminiſtratore committantur Priori Majori, qui poteſt alios ſubdelegare; ſed Delegatio, & Subdelegatio debet ſemper dirigi Perſonę, quę ſit ex Ordine, & Ordinis Habitum deferat,*

DISCURSUS XXXIII.

SECTIO II.

Itaque, ut præmiſimus, hic Ordo Sanctæ Apoſtolicę Sedis Auctoritate in Militaris Religionis formam, redactus

1. ctus, ex Militibus, & Eccleſiaſticis conflatur: Adſunt enim Milites, & Fratres Clerici: *d. Mendo ubi ſupra Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 182.

Antiquitus in utraque Claſſe à Profitentibus in hoc Ordine Vota illa
2. emittebantur, & eo modo quo emittebantur in Ordinibus Calatravæ, & Alcantaræ, ut proſequitur *d. Mendo d. n.* 182.

Unde non emittebant Votum ſimpli-
3. citer Coniugalis Caſtitatis, ut ſcribit *d. Juſtinianus pag.* 334. ſed profitebantur Vota abſoluta Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientię.

Poſtmodum Votum Caſtitatis reſpectu Equitum redactum fuit ad Caſtitatem Coniugalem, ex Bulla Ale-
4. xandri VI. & ex *Statuto Ordinis Tit.* 3. *cap.* 12., & ex formula Profeſſionis, de qua infra: *Mendo d. Diſq.* 1. *Quæſt.* 10. *n.* 182. *Bonannus d. n.* 9.

Reſpectu vero Clericorum Fratrum,
5. Caſtitatis Votum fuit, & eſt Caſtitatis abſolutæ: *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 182.

Utque iidem Fratres Clerici in litteris proficerent, erectum fuit in Accademia Conimbricenſi Collegium, ad
6. formam Bullæ Sa: Me. Pauli V. quę incipit *Ex injuncta* ſub die 23. Auguſti 1605. relata in *Bullar. Cherub. Tom.* 3. *de qua d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 182.

Cum in Noſtro Diſcurſu XIII. ſectione ſecunda plura fuerint expoſita circa Claſſem Eccleſiaſticorum, & Fratrum Clericorum, qui in omnibus fere Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus inveniuntur, in quo noſtro Diſcurſu nominatur etiam *ſub n.* 22. hìc Ordo de Avis; hìc ſufficit quòd Lectorem noſtrum remittamus ad eundem noſtrum Diſcurſum XIII. ſect. 2.

Redactoque reſpectu Militum ex dictis
7. Apoſtolicis Bullis Caſtitatis Voto, ad Votum Caſtitatis Coniugalis, & ſic permiſſo matrimonio, Votum etiam Paupertatis ſublatum fuit per diſpenſationem, & obligatio vivendi in Conventu, *ut in Statuto Or-*
8. *dinis ſub Tit.* 3. *cap.* 26. *Do Voto da Pobreza*, ubi decernitur, quod Equites Commendatarii poſſint de omnibus disponere, etiam ex Bonis acquiſitis, ſolvendo tamen mediam Annatam, ut videre eſt in *Statuto*, quod damus in Calce *Diſcurſus litt. E.*

Sicque dicta tria Vota obligant ſub mortali in illis, quæ hodie vim
9. habent, & in quibus non adeſt Diſpenſatio, ut explicat *Statutum ejuſdem Ordinis Sancti Benedicti de Avis Tit:* 3. *cap.* 29.

Propoſitum, & deliberatio meliorandi vitam, ſi omittatur, obligat ad mortale, veluti res expreſſe promiſſa in profeſſione: *d. Statutum*. Cœterę autem obligationes non adimpletæ culpam lethalem non important; inquit enim d. Statutum ubi ſupra -- *Todas aſ mais obrigaçoes nao contem mais que peccado venial, ſalvo ſe por deſprezo, ſe deixarem de comprir*. Debent tamen antedictæ obligationes diligenter compleri, etſi ad mortale non obligent, ut proſequitur d. Statutum.

Quatenus ſpectat ad peculiarem materiam prædictorum trium Votorum, præter adducta in *Diſcurſibus*, videantur quæ diximus in Diſcurſu de Voto *Caſtitatis*, *Paupertatis*, *&* *Obedientiæ*, ac in Diſcurſibus de Teſtamentis quoad ordines *Chriſti Domini*, *&* *D. Jacobi in Luſitania*, ac quoad Ordines Divi Jacobi Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſię in Hiſpaniis.

Utque omnia exponamus, compendiarie

diarie tranſcribimus, quę habentur *in Statuto hujus Ordinis Sancti Benedicti de Avis Tit. 3. cap. 20. cum* enim antiquitus Equites hujus Ordi-
10. nis obligati eſſent ad plura, adducuntur Diſpenſationes habitæ ſuper iiſdem obligationibus. Et ſane attento exercitio Armorum, Equites inceperunt vivere cum licentia Magiſtri extra Conventum, & ita introductus fuit talis mos, ut hodie ſine licentia omnes Equites extra Conventum vitam ducant, & in illo non morentur, niſi tempore Novitiatus.

Quod Equites deferre poſſent Veſtes ſericas, non tamen verſicolores, &
11. quod induere poſſent Pannos lineos diſpenſavit Ioannes XVII. anno 1418., qui etiam diſpenſavit, ut loco Orationum *do Pater noſter, & Ave Maria* que' rezavar per Horas Canonicas, rezatem, aut dicerent ſeptem Pſalmos cum Litaniis, aliiſque Orationibus, & ita adimplerent onus recitandi eis à Regula iniunctum, & Leo X. anno 1515. abſtulit obligationem antedictam recitandi *Pater noſter, & Ave Maria*, quas ut diximus, recitabant pro Horis Canoni-
12. cis, cum hoc tamen quod recitarent Septem Pſalmos, & Litanias, & Orationes, vel Officium Sanctiſſimæ Virginis, aut Defunctorum. Alexander VI. anno 1496. diſpenſavit, indulſitque quod Equites ſolventes mediam annatam reditus Commendarum, & Bonorum Ordinis, quæ poſſi-
13. derent; poſſint iidem Equites proprium poſſidere, & teſtari tam de omnibus Bonis Patrimonialibus, quam de Bonis Ordinis. Julius II. anno 1507. diſpenſavit Equites à Jejunio, diſponendo, quod *nar fortem mais obrigados, que ao Jejum da Igreja Romana*, cum hoc tamen quod in diebus Secundæ, Quartæ, & Sextæ Ferię, quibus obligabantur ad Jejunium, ſolverent aliquas Eleemoſynas, ac Leo X. anno 1515. diſpenſavit cum Equitibus, quod non ſolum excuſarentur a Jejunio Ordinis, ſed quod licite dictis diebus, & in omnibus aliis comedere poſſent carnes, excepta Quarta Feria cujuslibet Hebdomadę. Similiter diſpenſavit cum illis ſuper
14. ſilentio, & recitatione Litaniarum flexis genibus, nec non ſuper aliis Cœremoniis, ad quas, vigore Conſtitutionum Ordinis erant obſtricti, indulgendo iiſdem, ut poſſent ſibi Sepulturas eligere.

Cumque ſicut ſuperius narravimus, Religio hæc Equeſtris conſtet Militibus, & Eccleſiaſticis, municipales ſuas tenet Leges diſerte ea pręſcribentes, quæ neceſſaria ſunt, ut comprobentur ab illis, qui ad hujus Ordinis Habitum admitti cupiunt. Qui ergo in Gradu Equeſtri Militis admitti deſiderat, Nobilis eſſe debet, ad Milita-
15. rem Artem aptus, & quidem Nobilis ex parte Patris, & Matris, legitimus, ac Chriſtianus vetus, ſine ulla miſtura licet remota Mauri, Ju-
16. dæi, aut Chriſtiani novi, & quod non deſcendat ab eo, qui crimen læſæ Majeſtatis Divinę, & Humanæ commiſit, quodque ejus Parentes, & Avi, incluſive ex utraque parte, nullum officium vile exercuerint, & quod ipſe prætendens nemini inſervierit, ut latius exprimitur in *Statuto Ordinis de Avis Tit. 13. cap. 9. Das Qualitades que har de tergos, que profeßarem eſſa Religion*, quod Statutum datur in calce pręſentis Diſcurſus ſignatum Litt. A.

Super quibus omnibus, & ſingulis rebus conſtrui debent juridicæ probationes juſſu Tribunalis Ordinum, ad quod recurri debet, juxta praxim ab

17. eo Statuto traditam *Tit. 3. cap. 10. Das Informaçoes queſehar detirardos Cavalleyros*, quod Statutum regiſtratur in fine hujus *Diſcurſus ſub Litt. B.*, neque in prædictis dari debent diſpen-
18. ſationes; Diſpenſationes enim hujuſmodi prohibet Statutum regiſtratum in fine *Diſcurſus litt. C.* Pro conficiendo autem Proceſſu deputatur Eques Ordinis, & Frater Clericus ejuſdem Ordinis, qui Proceſſum ſcribat, præſtito ab eis Juramento in Tribunali Ordinum coram Præſide, non ſolum de veritate, & integritate in dictis Probationibus ſervanda, ſed & de ſervando Secreto ſervata forma, quæ traditur in *Statuto Tit. 13. cap.* 10. relato in calce *Diſcurſus*, & a prædicto Præſide Ordinum datur Formularium, juxta quod fiunt Interrogatoria, quæ leguntur in eodem Statuto, & in fine *Diſcurſus ſub littera A.*, *& B.*

Porrò, ut Luſitaniæ Regni Nobilitas conſervetur, & augeatur, & ſanguinis Puritate refulgeat potiſſime in E-
19. quitibus trium Ordinum Militarium, in quibus major Nobilitatis pars verſatur, cautum eſt in Statuto hujus Ordinis Sancti Benedicti de Avis, ut Equites illius Commendatarii Uxorem ducere volentes, prius certiorem reddant Magnum Magiſtrum, ſub pœna privationis Habitus, & Commendæ, juxta *Statutum Tit.* 5. *continens* Reſolutiones nuncupatas *Diffiniçiones* habitas in Capitulo Generali hujus Ordinis tento ſub Rege Philippo Secundo, Gubernatore, & Adminiſtratore Ordinis de Avis in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Gratia Villæ de Setval, ſecunda die Octobris 1619. *Deffinit. 2. da Licença que os Cavalleyros haou de pedir para Caçar*, in qua loquens de conſervatione, & augmento Nobilitatis in Regno Luſitaniæ ſic inquit -- *Comà Limpeça devida ſpecialmente nos Ca-*
20. *valleyros das tres Ordens Militares delle, emque conſiſte a major parte da Nobreça Diffinimos, & Ordenamos, quæ os Cavalleyros da noſta Ordem, que tiverem Comenda, ou Tença de Quarantamil Reis e mais, ſe nao poſſao Caçar, ſem dar conta ao Meſtre, e Governador della, e Caſandoſe, ſempreceder Licença ſua, ipſo jure, os havemos por privados do Habito, eda Comenda, ou tença, que tiverem*, ut in calce noſtri Diſcurſus ſub Litt. C.

Quod autem pro ſuſceptione Habitus, in iſto Ordine ſufficiat ætas ſexde-
21. cim annorum, conſtat *ex Statuto hujus Militiæ Sancti Benedicti de Avis Tit. 3. cap. 8. Da Idade que hao de ter os Cavalleyros para tomar, o Habito* regiſtrat. in calce *Diſcurſus Litt. D.*

Cautum vero eſt ex Statuti diſpoſitione, quod etſi recenſitas qualitates probaverit, nulli habitus tradatur, niſi prius duorum annorum
22. ſpatio ſervitiis Africæ inſerviſſe docuerit, aut in Exercitu Regni Portugalliæ, vel in Indiis Orientalibus, aut niſi ob ſervitia Luſitaniæ Regi-
23. bus, vel Ordini huic præſtita, Reges Luſitaniæ judicent tribuendum eſſe hujus Ordinis Habitum; inquit enim *Statutum Ordinis de Avis Tit.* 5. continens reſolutiones, (quæ in d. Regno vocantur *Diffiniçoes*) habitas in Capitulo Generali ſub Rege Philippo Secundo die ſecunda Octobris anno 1619. ibi -- *Diffiniçao dos Serviços para as Commendas Que ſe nao lance o Habito, a Peſſoa alguma, aindaque tenha, a Limpeza e qualidades de honra neceſſaria ſemque, ao menos tenha ſervido dois annos no Lugares de Affrica, ounas partes*

tes da India Oriental, ſalvo ſenao para aver feito tais ſerviços, a eſſa Ordem e aos Reys deſſe Reyno, que mereça por elles que ſelhelancçe.

Poſtmodum in Concilio Ordinum examinantur confectæ Probationes ſuper ſingulis capitibus earum quali-
24. tatum, quæ neceſſe eſt, ut concurrant in ſuſcipiente Habitum Equeſtrem hujus Militaris Ordinis, atque ita quoad Nobilitatem primo requiſitam poterunt perpendi Regulæ Juris, quas cumulamus in noſtris *Diſcurſibus de Nobilitate* quoad Puritatem Sanguinis, quas exponimus *in Diſcurſu de Puritate Sanguinis*, & quoad Legitimitatem, quæ tradimus *in Diſcurſu de Filiatione Legitima*, & Naturali; & ſi rite, & recte peractæ judicentur, Candi-
25. datus obtenta à Rege uti Perpetuo Adminiſtratore Ordinis Commiſſione directa Priori Majori Ordinis, ſervatis ſolitis Cæremoniis inferius commemorandis, admittitur ad Habitum: debet tamen prius armari
26. Eques, deinde benedici Habitus, illoque indui. Poſtmodum tenetur Tyrocinium agere, niſi illi renun-
27. ciaverit, ac tandem Profeſſionem emittere: ſuper quibus omnibus, & ſingulis ſervanda eſt ea Methodus, quam in omni ſui parte explicamus, ut infra ex *Statuto Ordinis Sancti Benedicti de Avis Tit. 3. cap. 12. De como, & quando ſe deverà armar os Cavalleyros deſta Ordem.*

Confectis Informationibus, & pro bonis judicatis, antequam Habitus Or-
28. dinis imponatur, ille talis qui Habitum ſumere vult, debet armari Eques, ad quem effectum Magiſter Commiſſionem diriget alicui Equiti Ordinis, ut illum armet.

Quoad hoc debet præcedere Benedictio Enſis, quam benedictionem
29. conficiet Frater Ordinis, ipſoque abſente ad benedictionem deveniet quilibet Sacerdos cum his precibus.

℣. Adiutorium Noſtrum in Nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi Orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BEnedic Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus per Invocationem Sancti ✠ nominis tui, & per Adventum Chriſti ✠ Filii tui Domini noſtri, & per Donum Spiritus ✠ Sancti Paracliti hunc Enſem, ut hic Famulus tuus, qui hodierna die, tua concedente pietate præcingitur, Viduarum, Orphanorum, Eccleſiarum, omniumque tibi ſervientium defenſor eſſe poſſit, viſibileſque ac inviſibiles hoſtes ſub pedibus conculcet, Victoriaque per omnia potius maneat ſemper illæſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Elançarà a agoa Benta ſobre a Eſpada.

Hinc ante Altare Capellæ Regalis, aut Eccleſiæ Monaſterii Incarnationis hujus Ordinis, duo, aut ſaltem unus ex Ordinis ejuſdem Equitibus, præter ut dicunt *Padrinho*, qui debet eſſe
30. pariter ejuſdem Ordinis, & quilibet ex Equitibus, unum ex calcaribus aptabit pedibus novi Equitis, & ſi unus ſolum fuerit Eques, aptabit, alligabitque gemina Calcaria, & ut ſubdit Statutum *Saraor degineta*. *O Padrinho* cinget ei Enſem benedictum, & ita enſe præcinctus genua flectet, & Patrocinator antedictus in ejus capite

capite ponet *hum Capaccete*, & Enſem novus Eques iterum è vagina eruet, illumque manibus tenens dicet ei: vis eſſe Eques? & ille reſpondet affirmative: tunc Patrocinator ſubiunget: debes promittere, quod pro Sancta Fide Catholica mortem ſubire non timebis, quoties oportuerit; Et ita facies pro Rege tuo Magiſtro, ac Ordine, & in defenſam Rei publicæ: & ipſe reſpondet, quod ita promittit: illico *d. Patrinus dargleha logo o Padrinho com aeſpada, no Capaccete, e hombro tres golpes dizendo Deos vos faça bom Cavalleyro, eo noſtro Padre Sam Bento, e Sam Bernardo ſejao voſtros Advocados*: & iterum ei Enſem in vagina reponet, & novus Eques ſurgit, & Pacem tradet Padrino aliiſque Equitibus, & Perſonis Ordinis, quæ præſentes erunt, dicendo cuilibet: *Pax tecum*; & quilibet reſpondet: *Et cum Spiritu tuo*. Peractaque actione hujuſmodi Padrinus Fidem, hoc eſt Documentum ab ipſo ſignatum, illum armaſſe Equitem, nominando illos, qui fuerunt præſentes, & illud eidem tradendo iniunget, ut arma prompta ſervet, ut juſſionibus Magiſtri promptus ſit: ita *d. Statutum*.

Volens ergo Habitum Ordinis ſumere, obtinebit à Rege uti Gubernatore, & perpetuo Ordinis Adminiſtratore Commiſſionem directam Priori Majori Ordinis, vel illi, qui vices illius
31. ſuſtinebit, ut ſervatis ſolitis Cæremoniis Habitum illi tradat Novitii, explicando in eadem, quod ſecum ferat documentum, fuiſſe jam armatum Equitem, & ſi fuerit Uxoratus, etiam Procuræ mandatum exhibebit, in quo conſtet ipſam Uxorem concedere licentiam Marito ſumendi Habitum, & emittendi Profeſſionem in Ordine, & librum Regulæ deferet, ut eidem inſinuetur id, ad quod tenetur.

Ad Conventum poſtquam pervenerit, præſentabit Priori majori, vel illius vices gerenti prænominata Documenta, quæ Prior Major legere faciet in Capitulo, alta, & intelligibili voce a *Scriba Cartorii*, ſeu alio. Prior ſtatim interrogabit Fratres ibidem præſentes, *ſe ſabem que tenha a quelle Cavalleyro algum deffecto, porque devam reſcrever ao Meſtre*; & ſi reſpondent quod neſciunt, interrogabit; an ſecum habeat *Manto de Ordem*, jurans ad Sancta Dei Evangelia, *ſe he ſeu, Eſenao ſieur nao lhe poderà lançar o Habito, ſemque o haja ſeu proprio*, & d. Juramentum ei deferet Secretarius extra Capitulum, ſi ita Priori Majori videbitur: *Statutum Tit. 3 cap. 13.*

Modus autem tradendi Habitum habe-
32. tur *in Statut. d. Tit. 13. cap. 14.* ex quo conſtat, quod Recipiens debet confiteri, et comunione refici, atque habitu ſeculari, aut Magiſtro, vel illius Commiſſario ſe præſentabit, qui ſuper pluribus illum interrogabit, monebitque; Quod in Religione non propria, ſed Superioris voluntas dominatur; quod debet eſſe obediens Magiſtro, & Succeſſoribus
33. toto vitæ curſu; quod antiquitus in hac Religione Equites ad veram Caſtitatem, & Continentiam tenebantur ſine facultate contrahendi Matrimonium, ſed de preſenti Sanctam Sedem Apoſtolicam diſpenſare ab hoc Voto, unde Matrimonium contrahere poſſunt, *guardando Caſtitad Coniujal eficais obrigado por ley de matrimonio, e vincolo do Voto a guardar inteyramente a fè a voſſa Mulher oneſta parte.*

Quod antiquitus Equites hujus Ordinis proprio

proprio carebant, nec poſſidebant Bona abſque licentia Magiſtri, nec teſtari poterant, neque donare, neque ullo modo diſponere de Bonis, quia omnia per Equitum mortem Ordini remanebant. *Ordenado a Santa Sè Apoſtolica, que pagando meya annata doque tiverem da Or-*
34. *dem poſſam paſſuir dar, e doaar, teſtar, e diſpor de todos os teus Bens como quiſerem, conforme a Bulla do Papa Julio II.*

Quod ſi promiſerunt ingredi in aliam
35. Religionem, non poſſunt in hac intrare, ſine Voti diſpenſatione, quam Magiſter poteſt concedere.

Quod ſi Profeſſionem in alia Religione emiſerunt, non poſſunt ad hanc admitti.

Quod ſi ſunt matrimonio juncti, de-
36. bent oſtendere conſenſum Uxoris pro ingreſſu hujus Ordinis.

Quod ſi contrahunt Matrimonium cum
37. illa, quæ *temraça de Judeo, Mouro, o Chriſtao novo ſarà Lançado da Ordem.*

Quod *ſe foſſes Mordomo, ou feitor de*
38. *alguma divida, porque a Ordem poſſa ter obrigada, e tendo aſſi, o nao recebam.*

Quod ſi Clericum occiderint, vel a-
39. liud commiſerint Sacrilegium, à quo non fuerint abſoluti, non admittuntur.

Quod ſi infirmitate immutabili laborant,
40. quæ tales inutiles reddat ſervitiis Militiæ, excluduntur.

Quod nemo ad hunc Ordinem recipi
41. poteſt, *que nao ſeja Fidalgo, ou aomenos Cavalleyro, ou Eſcudeiro, ſem miſtura ou raça de Judeo, Mouro, ou Herege, ou Chriſtao novo, porque aſſi eſta definido pellas inſtituiçoes do Ordem, e Breves de Pio, e de Gregorio XIII., emque ſemanda nao*
42. *recebam a Ordem Filho, o netto de Official mechanico, ou de Homem, que tiveſſe tal Officio que Lhe deſte de comer, por ſuas Maos da parte de Pay, ou May.*

Ita ut certum ſit, quod qui ex quoli-
43. bet ex relatis defectibus laborant, non poſſunt in Religionem recipi. *E aindaque vos recebao ſe depois ſe ſouber, e conſtar delles principalmente, que tendo qualqueraça de Judeo, Mouro, Herege, ou Chriſtao novo, aindaque ſeja em remoto grao Vos Lançaras fora, e incorreteis, nas penas das Conſtituiçoes E de baixo deſta condiçao vos recebenos, e vos damos o Habito Eqeſtro que nos nao conſte, nem vos o Comfeſſais que eſtuis comprehendido, em alguns deſtes ultimos defeitos, ſe contudo ſouberdes, e vos conſtar, que otendes, e ſem embargo diſto tomardes o Habito Logo ipſo jure ſem mais Sentença, perdeis o Dominio, que tiverdes do Ordem, e nao fareis os fructos voſſos, antes ſereis obrigado, no Foro da Conciencia a reſtituilos para a redempçar dos Captivos aque os eſtatutos os tem applicados &c. E ſem embargo de reſponderque eſtà limpo das falſas opontadas, dirà que de baixo da condicao propoſta recebe o Habito.*

Deinde fit Allocutio ipſi Novitio, &
44. tandem ſurgens præſcriptis Precibus benedicit Prior Major, ſeu ejus Locumtenens, Veſtem, ut dicitur *Manto branco* (niſi fuerit benedicta, quæ erit cum ſua Cruce viridi exiſtente ſuper Menſam), & recitatis precibus ad hoc ſtatutis, ei Habitum imponit, ut exponitur in *Statut. d. Tit. 3. cap. 14.*

Succeſſive debet ad formam Juris, Sacri-
45. que Concilii Tridentini Novitiatus annum peragere; cui tamen juxta morem, atque Ordinis Privilegia, poteſt renunciare, quæ privilegia non fuerunt a d. Sacro Concilio Tridentino

dentino derogata; debet tamen concurrere in hoc licentia Magiſtri, qui illam concedet ſub clauſula, quod ante Profeſſionem ſpatio decem dierum in Conventu moram trahat, ut Religionis obligationes diſcat, & decendio morabitur in Cella, quo cum nullo loquetur, excepto famulo ſibi inſerviente, & ſi loqui debuerit cum aliquo intra ſepta Monaſterii, id faciet cum licentia Prioris majoris.

Dictamque licentiam renunciandi anno Novitiatus, Magiſter non concedet
46. niſi cum dicta clauſula, ſtandi ſpatio decem dierum in Conventu, & ad eundem eundi ad profitendum. Niſi autem tranſiturus eſſet ad Partes Indiarum, aut extra Regnum; eſſet, cum periculo amittendi iter, ſi deberet ire ad Conventum, & peragere dictos decem dies in Conventu; in his enim terminis ſufficiet, ſi profiteatur in loco à Magiſtro deſignato.

Ita pariter commorante illo in Indiis aut extra Regnum, tunc poteſt Ma-
47. giſter committere, quod ibi ſumat Habitum, juxta formam Statutorum, & ita profeſſionem emittat, obligando illum, ut ex Regula ſumat ſcientiam ſuæ obligationis, quodque intra certum tempus tranſmittat Documentum authenticum de Profeſſione peracta, ut in Libro Matricolæ reponatur. Tuncque dirigetur comiſſio alicui Religioſo Militari, aut alterius Ordinis cuiuſcumque, quod recipiat Profeſſionem: *d. Statutum Tit.* 3. *cap.* 15.

Tandem emittitur Profeſſio in hoc Ordine juxta Ritum traditum *in Sta-*
48. *tuto d. Tit.* 3. *pag.* 17. In Ecclesia Conventus paratis in Menſa, o *Bentibo cum ſua Cruce* Novitius genuflexus a Magiſtro interrogatur. Quid promittis? cui Reſpondet *Eſtabilitade, e fermeza:* & Magiſter dicet: *Deos Vos de perſeverança Amen*; deinde Novitius genuflexus impoſitis manibus ſuper libro per Magiſtrum retento leget Formulam Profeſſionis quæ talis eſt.

Eu: ℞. *faço Profiſſao a Deos, e ante Sua Mageſtade Divina, prometto O-*
49. *bediencia ao Meſtre, e aos, que que depois delle Canonicamente vierem, e convertimento de meus coſtumes, de bem em milhor, por todos os dias de minha vida te a morte, e prometto Caſtidade Coniugal, e nao ter proprio Segundo forma de Breve de Papa Julio II. Coſtume e Statutos de Ordem ſe pagar meya annata dos Bens que della tiverem tal lugar, a tantos dias de tal Mez e tal anno em preſtenza de quelhe fizer a Profiſſao.*

Demum peragantur aliæ Cœremoniæ cum Orationibus relatis *in d. Statuto d. Tit.* 3. *cap.* 17. Notandum quod licet in Statuto dicatur Profeſſiones fieri in manibus Magiſtri; at-
50. tamen cum dicta Statuta requirant, quod Magiſter Habitum Ordinis ſuſceperit, & de præſenti in Ordine adſint Gubernatores, & perpetui Adminiſtratores, loco Magiſtrorum, & dd. Gubernatores, & Adminiſtratores non ſuſceperint Habitum, nec Profeſſionem emiſerint, conſueverunt Profeſſiones faciendas committere Priori Majori, eoque impedito, fas eſt eidem Priori alios ſubdelegare alteri Superiori, aut Fratri Ordinis; non tamen poterit neque Magiſter, nec Prior Major committere Receptionem Profeſſionis aliis, qui non ſint ex hoc Ordine, & Habitum non deferant, juxta addit. ad idem *Statutum relatum in Calce d. Tit.* 3. *cap.* 17.

Occaſione ſuſcipiendi Habitum, & emittendæ

mittendæ Profeſſionis in hoc Ordine, Statutum diſponit, quod ſolvantur quædam Propinæ Equitibus, quæ enumerantur in *Statuto Tit. 3. cap. 18.* attento autem hujuſmodi more Ordinis retentionem Bonorum admittentis, non incurritur Simonia, juxta ſenſum Doctorum Virorum.

Ita cupiens admitti in Claſſe Clericorum cum probatione puritatis Sanguinis, probare tenetur morum honeſtatem, ac Votum abſolute Caſtitatis emittere, et Profeſſionem facere, ut ſupradiximus.

DISCURSUS XXXIII.

SECTIO III.

ARGUMENTUM

Agitur de Cruce Ordinis, & Equitum Habitu.

SUMMARIUM

1. *Equites, & Commendatarii Profeſſi tenentur deferre Scapularium album cum Cruce viridi, & quomodo, excepta nocte?*
2. *Crux viridis ex Panno quando, à quibus, & quomodo deferri debeat: ſimile oſtenditur quoad Habitum.*
3. *Toga pariter quæ ſit, & quando, & à quibus deferenda,* & n. 4
5. *Evchariſtiam in viis obviam habentes, illam Equites aſſociare debent.*
6. *Capitulum Generale Ordinis poteſt declarare, ac nova Statuta condere.*
7. *Capitulum Generale nunc celebratur quolibet quinquennio; in eo traditur forma tenenda in Capitulo Generali,* & n. 8.
8. *In Capitulis Generalibus, Congregationibus, Congreſſibus quomodo ſedere debeant?*
9. *Antianitas obſervatur juxta Profeſſionem Religioſorum, ſervata tamen diſtinctione Graduum.*
10. *Equites hujus Ordinis gaudent Privilegio Canonis, & Fori.*
11. *Et exemptione ab oneribus; ſic eorum Famuli,* & n. 13.
14. *Privilegia Ordinis non ſunt derogata à Sacro Concilio Tridentino,* & n. 15.
15. *Privilegia Militiarum Regni Luſitaniæ ad cautelam fuerunt confirmata à Gregorio XIII.*

DISCURSUS XXXIII.

SECTIO III.

Late agitur in hac Sectione de delatione Habitus, de Capitulo Generali, & de Privilegiis competentibus tam Equitibus, quam Fratribus, eorumque Exemptionibus. Hinc notamus, quod Equites, & Commendatarii Profeſſi ſemper tenentur
1. deferre *hum eſcapulario branco com ſua Crux verde de baixo das Ropas Superiores de quatro palmos de comprido;* noctis vero tempore poterunt dormire ſine illo.

Præterea tenentur deferre patenter ſuper veſtibus ſuperioribus Crucem viridem ex panno, non autem *ex*
2. *ſeirico na Capa, & aliam na Roupeta, utramq. in ſiniſtro latere ea ad Roupeta ſe poderà excuſar quando trouxerem Habito de ouro, o qual nao poderam trazer, ſen licença da Meſa, e Tribunal das Ordens;* ſolumque Magiſter, & Dignitates Ordinis poterunt *trazer o Habito no meyo dos peitos;* Et ſi deficerent in aliquibus ex prædictis, *o condenarar en perdimento das Ropas, que applicamos aos Porteyros do Conſelho de Portugal, que odenunciarem Alen de que*

peccarà

peccarà mortalmente, todo, oque deyxar de fazer, o Habito ou em cubrir, ou eſconder, em todo, ou em parte por tempo natavel, fazendo de propoſito, poſtq: nao ſeja por maoſim, porque fazendo com mao intento, e andando poriſto ſen Habito, a fim de nao ſer conhecido por Religioſo (quet o faça por deſprezo do Habito ou por appentimento deo, o ter tomado, ou por tratar do deixas ſen licença do Meſtre) encorre ipſo facto em Senteça de excomunhao ſem mais Proceſſo, nem ter amoeſtado Eaſſi deve ſaber todo o Cavalleyro, quenao pode andar, nem en ſua Caza, ſem trazer eſſa Crux da Ordem prarente ou no Roupas, o na Capa, ou em qualquer ouſtro trajo, que veſtir, porque como he Inſignia da Religiao, que profeſſa nao pode eſtar em lugar algum ſem ella, e quando por qualquer via veſtir Armas, hade leuar ſobre ella, o Habito patente. Sic loquitur *d. Statut. Ord. Tit. 3. cap. 22.*

Pariter Commendatores, & Equites obligantur ſemper tenere apud ſe, ſecumque ferre Habitum Ordinis, hoc
3. eſt *O Manto branco* ad effectum, ut ſi morerentur, *ſe poſſa como deve enterrar nelle*; item cum illo debent ſua peccata confiteri, & Sanctiſſimam Communionem ſumere, ac cum eodem in die Feſto Sancti Benedicti aſſiſtere tenentur Miſſæ, & officio *das Veſperas*: ſi autem in loco non adſit Eccleſia Sancti Benedicti, debent ire ad aliam Eccleſiam: in die quoque Sancti Berdardi, & in die Aſſumptionis Sanctiſſimæ Virginis, in Hebdomada Sancta 5., *&* 6. Feria, ac Sabbatho *para aſſiſtir aos Officios da Manhao com Manto te ſe achar a Alleulia.* Deferre etiam debent in Conventu de Avis, & aſſiſtere omnibus officiis, quibus erunt præſentes, & non poterunt Chorum ingredi ſine illo, nec ullum Religionis actum ſine illo exercere. Mortuo aliquo qui ſit
4. ex hoc Ordine, tenentur cum Habitu ad Sepulturam aſſociare *e eſtar no enteramento com elle, e no officio do Corpo preſente* in Proceſſione Corporis Domini. Poſtremo inquit Statutum *Emandamos que indo par alguma parte, ou rva emcontrar o Santiſſimo Sacramento, o acompanhe de mode que ſe achar te a Igreja on*
5. *de ſe recolher para, que como ſeu exemplo ſe exercitem os mais, a fazer obra tam Divina ao nome Chriſtao. Statut. d. Tit. 3. cap. 23.*

Summi Romani Pontifices Nobili huic Equitum Ordini, & Perſonis illius facultatem conceſſerunt, ut poſſent in Capitulo Generali alterare, refor-
6. mare, declarare, & addere Statuta, Reſolutiones, Decreta, & nova Statuta condere: ita conceditur in Breve Leonis X. anno 1515. *Statutum Ordinis Tit. 2. cap. 1. Do Poder, que tem o Capitol General para Ordenar Statutos.*

Quod Capitulum Generale antiquitus
7. celebrabatur quolibet triennio, nunc autem quolibet quinquennio: *Statutum Ordinis d. Tit. 2. cap. 2.*

In Capitulis autem, vigore ejuſdem Statuti, traditur forma intimandi, & indicendi Capitulum Generale, & modus in eo tenendus.

Cœterum ut confuſiones evitentur in
8. Capitulis Generalibus, Congregationibus, & Congreſſibus, Statutum Ordinis diſponit, quod primum locum e manu dextera teneat Prior, Secundum Sacriſta major, Tertium Superior Conventus, Quartum Rector, ſeu Vicerector Collegii Conimbricenſis, Quintum Prior Monaſterii Incarnationis, & deinde ſequentur

tur Priores, Vicarii, & Rectores, qui præcedent Capellanos, & Beneficiatos cum hac declaratione, quod Conventuales in gradu ſuorum Beneficiorum præcedent illos, qui non erunt. Cœteri autem Fratres Clerici juxta antiquitatem eorum Profeſſionis.

E manu vero ſiniſtra primum locum tenebit Commendator major, Secundum O Claveiro, Tertium O Alferes mor. Et ſubinde alii Commendatores juxta eorum antiquitatem, & poſtmodum Equites Ordinis, ſecundum eorum Profeſſionis antiquitatem: d. *Statutum Ordinis d. Tit.* 2. *cap.* 8., *&* *antecedenter Tit.* 1. *cap.* 9.

Cavetur enim generali Statutaria lege, quod Antianitas obſervetur juxta

9. Profeſſionem. Religioſorum, ideoque in omnibus Actibus Ordinis ſemper præcedere debent Dignitates, poſtmodum Commendatarii magis antiqui in profeſſione, & poſtmodum Equites, quos ſemper antecedent Commendatarii, quamvis Profeſſione non antiqui, ut dictum eſt agendo de Capitulo Generali. Antianitas autem ſemper examinabitur cum Libro Matricolæ in Conventu: qui vero in d. Conventu Profeſſionem emiſerit, ille præcedet, qui *O ler primeyro, que terà, o que tiver Carta mais antiga*: *d. Statutum Ordinis de Avis Tit.* 3. *cap.* 36. *da Precedença*.

Ex Statuto Ordinis Militaris Sancti Benedicti de Avis Tit. 5. *Das Diffiniçoes do Capitol Geral ſub Rege Philippo II. celebrato* 2. *Octobris* 1619. *Diffiniçao* 29. habetur, quod Commendatores Equites, & Fratres hu-

10. jus Ordinis, vigore Privilegiorum ejuſdem Ordinis, multis exemptionibus, & libertatibus gaudent: præter Privilegium Canonis, & Fori, non tenentur ad Collectas, nec ad onera, ſive perſonalia ſint, ſive realia, & ut Statutum loquitur -- *Nao ſao obrigados, à pagar Siza, nem outras Fintas dos ſeus bens ainda que*

11. *ſejao Patrimoniaes, nem ſe l' hes pode por emcargo algum nelle, nem ſao obrigados à pagar ſubzidios, porque de todo uſem cargos Ordinarios, e extraordinarios Reaes e Peſſoaes, eſtao iſentos por Breves Apoſtolicos, que ſempre ſe praticarao, e forao mandados guardar pellos Reys paſſados deſte Reyno*.

Et vigore eorundem Privilegiorum exempti quoque ſunt Famuli Comenſales Commendatorum Equitum, & Fratrum hujus Ordinis cum illis

12. viventes, *e ſeus Foreyros, e Cazeiros que eſtao em ſeus Cazais, eos laurao*.

Non ſolum exempti ſunt à Sæculari juriſdictione, ſed etiam ab onere ſolvendi *peytas, Fintas e deterem contados para a Guerra, e deterem Cargo no Contelho, e das penas poſtas por elle.*

Rurſus comprobatur gaudere exemptione ob Oneribus, Tributiſque e-

13. numeratis, ac aliis etiam ex ratione deſumpta ex *Denifiniçao* 50. *Da Iſençao das Sizas*

Confirmando nos com os Privilegios, que tem, e de que gozao os Comendadores, Cavalleyros e Freyres d' eſta Ordem, como Peſſoas Eccleſiaſticas que ſao, vivendo em Raligiao approvada e confirmada pellos Summos Pontifices, declaramos e definimos, que nao ſao obrigados, à pagar Siza dos Bens que comprarem, e venderem e das mais couzas quel hes forem neceſſarias para ſuas Cazas, nec outras exaçoes impoſiçoes, e tributos porque o direito Canonico e Breves

Apoſtolicos os liurao, e izentao de todos elles e a Ordinaçao do Reyno libr. 2. Tit. 72. no principio, e ſupoem aſſi e por eſte reſpeito §. final deſobriga, e izenta aos Comendadores e Cavalleyros da Ordem de noſſo Senhor Ieſus Criſto de pagarem ſiza, e mais direytos, e tributtos Peloque ſe deve peair à Jua Mageſtade mande declarar, que do meſmo Privilegie gozao os Cavalleyros deſta Ordem.

Tempore Regis Sebaſtiani perpetui Adminiſtratoris Ordinum Militarium Regni Luſitaniæ, præcedente Voto Congregationis Doctorum Virorum de ejus Ordine in Civitate Eborenſi

14. collectorum, reſolutum fuiſſe ait *Statutum hujus Ordinis de Avis* infra allegandum, quod Sacrum Concilium Tridentinum non derogabat Privilegiis Militiarum, *e que portanto ſe nao aceytava a reſpeyto dellas, em quanto parecia derogarlhos:* quodque Cardinales Interpretes Sacri Concilii Tridentini die 28. Martii 1589. declaraverunt ſimiliter, quod non intelligebatur de Ordinibus Militaribus, & quod eodem modo declaratum fuit in Deciſione S. Rotæ noviſſima, et ita intelligi debet, quod Privilegia, & Exemptiones hujus Ordinis de Avis, non fuerunt derogata, neque derogata ſunt per clauſulas generales Sacri Concilii, & hodie ſunt in ſui robore, ac vigore, & integrè obſervanda; & ita fuit judicatum per ſententiam Archiepiſcopi de Oliventia Commiſſarii Apoſtolici, vigore Brevis Gregorii XIII. quia ad cautelam fuerunt confirmata poſt Concilium omnia Privilegia Militiarum Regni. Sic prædicta habentur in

15. *Statuto de Avis Tit.* 3. continente Definitiones Capituli Generalis tenti in Villa Setual anno 1619. *Difinit.* 52.

DISCURSUS XXXIII.

SECTIO IV.

ARGUMENTUM

Agitur in Sectione de Quinque Dignitatibus Ordinis poſt Magiſtrum, & adducuntur Statuta Ordinis comprobantia Theoricas ſuperius expreſſas pro admiſſione Prætendentium hujus Ordinis Habitum, & tandem refertur Catalogus Magnorum Magiſtrorum.

SUMMARIUM

1. *Religio hæc antiquitus ſuum habebat Magiſtrum, nunc Adminiſtratorem Regem Portugalliæ.*
2. *Prior Major eſt prima Dignitas poſt Magiſtrum, & quæ peragere debeat?* n. 3. 4., & 5.
4. *Rochetti uſum, & inſignia Pontificalia habet.*
5. *Ordines Minores poteſt conferre.*
6. *Benedictionem Pontificalem in Miſſa, & in Veſperis; Benedicere Lapides, Calices, & alia Ornamenta.*
7. *Ab Irregularitate, & Caſibus reſervatis poteſt Fratres abſolvere. Eſt ex Concilio Regis.*
8. *Tenetur reſidere in Conventu.*
9. *Intereſſe Matutinis, & Veſperis, Capitulum celebrare, & quando: & quando Pontificaliter.* & n. 10., & 11.
12. *Gubernium totum ad eum ſpectat,* & n. 14., & n. 20.
13. *Nominat ad Beneficia.*
14. *De Vita, & Moribus inquirit,* & n. 16. 17., & 18.
19. *Statuta obſervare facit, & Divina Officia,* & n. 20.
20. *Viſitare debet annuatim Conventum.*
21. *Reditus pro Priore in quo conſiſtant?*
22. *Commendator Major eſt Secunda Dignitas.*

Tertia

Tertia, o Claveiro; Quarta, o Alpheres Mor; Quinta Sacriſta major & n. 24. 25., & 26.

23. *Commendatores Equites, & Fratres Clerici pręcedent juxta eorum Antianitatem à die Profeſſionis menſurandam.*

24. *Commendator Major eſt ſecunda Dignitas, & quam antiquitus, & de pręſenti auctoritatem exerceat?*

25. *Claveirus eſt tertia Dignitas, cujus Officium explicatur.*
Non debet habere Habitum alterius Ordinis.

26. *Quarta Dignitas eſt O Alferes Mor: geſtat hic Vexillum in Proceſſionibus.*

27. *Judex Generalis Ordinis, qua polleat Iuriſdictione?* & n. 28. 29., & 30.

31. *Commendas plures poſſidet hic Ordo, & ſic pingues Reditus.*

32. *Ut quis Commendas hujus Ordinis aſſequatur, debet probare per quinquennium Bello pugnaſſe contra Hæreticos, ſeu Infideles.*

34. *Adminiſtratores hujus Ordinis, & aliorum etiam Luſitanorum Ordinum, ea omnia facere poſſunt, quæ poterant Magni Magiſtri*, & n. 35.

36. *Defenditur Gloria hujus Ordinis adverſus obiectionem Patris Honorati à S. Maria*, & n. 37.

37. *Ordo de Avis fuit inſtitutus ex Bonis Ordinis Templariorum Apoſtolica Auctoritate aboliti.*

SECTIO IV.

Religio hęc ſub ſuo vivebat Ma-
giſtro antiquitus, à quo regeba-
tur uſque ad tempus, quo Magnum
Magiſterium Sedis Apoſtolicæ auctori-
1. tate Regiæ Luſitaniæ Coronæ unitum
fuit ſub nomine Adminiſtratorum,
quorum Magiſtrorum, & Adminiſtra-
torum Catalogum in calce referemus.
Poſt Magiſtrum Ordinis adeſt Prior ma-
2. jor: *Statutum Ordinis Tit. 2. cap. 8.
Da Precedentia eas Dignitades, e
mais Peſſoas da Ordem.* Major hic
Prior Vir eſſe debet ſanguine, Litte-
3. ris, Virtutibuſque decoratus, ut
Subditos etiam exemplo docere
poſſit. A Magiſtro eligitur, & fi-
delitatis Juramentum præſtat in *Tri-
bunali Ordinis*, & ut dicunt *na Me-
za das Ordens*. Habitum Ordinis ſu-
met, ſi prius non ſumpſerit; Pro-
feſſionem emittet in Conventu in ma-
nibus illius, quem Magiſter delegabit,
& eadem die poſſeſſionem capiet
4. Conventus, aliarumque rerum ad e-
undem ſpectantium, de quibus In-
ventarium conficiet; & ſubinde om-
nes Fratres in Conventu exiſtentes
obedientiam eidem præſtabunt, &
manum illius oſculabuntur, & ſtatim
in die Profeſſionis tradent eidem Ro-
chettum, Crucem Pectoralem, Man-
telettam, & Murcam, in qua paten-
ter deferet Crucem Ordinis majorem
cœteris, & ſtatim ac profeſſionem e-
miſerit, deferre poteſt Rochettum,
cœteraque inſignia Pontificalia, ju-
xta tenorem Brevium Apoſtolicorum
Leonis X. favore hujus Ordinis, &
Eugenii IV. ob Privilegium conceſ-
ſum Ordini Sancti Jacobi Hiſpania-
rum, cum quo hic Ordo de Avis vi-
gore communicationis participat, in
vim Brevis Julii II.
Hinc Prior hic Major poteſt conferre
5. Subditis ſuis Ordines Minores, Di-
miſſorias concedit vigore Bullæ In-
nocentii III., Julii II., Leonis X.
Benedictionem Pontificalem dare in
Miſſa, & ad Veſperas; Benedicere
6. Lapides pro Altaribus, Calices, &
alia Ornamenta in diſtrictu, & lo-
cis ſui Ordinis, ut faciunt Epiſcopi,
& Archiepiſcopi in eorum Diœceſi-
bus.

bus: ſic concedere licentias, ut confiteri poſſint Fratribus, & Equitibus.
Poteſt Fratres abſolvere ab Irregulari-
7. tate, a caſibus reſervatis, & ab omnibus, quibus Ordinarii abſolvere poſſunt eorum Subditos.
Ipſe eſt ex Concilio Regis in Aulis, & ut dicitur *Nas Corres*, & in Capella Regali tractatur, ut tractantur
8. Epiſcopi. Tenetur reſidere in Conventu, & ab illo recedere non poteſt, niſi ad duos Menſes, & pro majori abſentia tenetur obtinere licentiam à Magiſtro.
Intereſſe tenetur Matutino, & Veſperis,
9. niſi aliqua præpediatur occupatione. Tenetur Capitulum celebrare in diebus à Regula Sancti Benedicti præſcriptis, hoc eſt 2. 4., & 5. Feria, & 6. cujuslibet Hebdomadæ, aut ad minus in una ex dictis diebus, jubendo, quod in aliis per Superiorem, & ipſo abſente per Præſidem. Quibus Capitulis legere faciet Regulam, ut non ſolum audiatur, ſed ut
10. obſervetur in omnibus, in quibus vel per Apoſtolica Brevia non fuerit diſpenſatum, aut per conſuetudinem legitime præſcriptam. Vicibus quibus poterit, ad Refectorium ibit, ut cum Fratribus comedat.
Pontificaliter celebrabit in die Epiphanię, Feria Quinta *das indoenças*; Et
11. in die Sancti Benedicti, & in Tribus anni Paſchis, in die Aſſumptionis Sanctiſſimæ Virginis, quæ eſt Feſtum Titularis Conventus, & ut ibi dicunt *O Orago da Caza*.
Benedicet Candelas in die Purificatio-
12. nis, & Ramos Olivarum in Dominica Palmarum.
Ad ipſum ſpectat totum Conventus Gubernium, & electio Superioris, & Magiſtri Novitiorum: Aliorum vero Domus Officialium electionem facient Fratres Sacerdotes, & cum illorum Voto.
Ipſe nominat ad Beneficia Curata, aut
13. ſimplicia Fratres magis idoneos, & in paritate Votorum ſemper conferuntur naturali illius Terræ, in qua ſiſtunt Beneficia.
Ille ſolus eſt Judex Fratrum actualiter in Monaſterio commorantium, &
14. ut Prælatus illos corrigat; & compellere debet, ſed amore Patris, & in Criminalibus punire, & in Civilibus decidere debet, prout de jure, abſque eo quod alius poſſit ſe intromittere, excepto Magiſtro, ad quem appellabit, & recurret.
Ille, ut totius Ordinis Prælatus, inquirere debet de Vita, & Moribus, ac Honeſtate Fatrum, licet illi extra Conventum morentur, ac diſtri-
15. ctum; illosque Regulari Diſciplina plectere, appellatione remota, ac recurſu, niſi in modo excederet; unde à quocumque in quo morentur loco, advocabit ad ſe invigilando, ut nunquam deficiant in Animarum Cura: in cœteris autem Cauſis Criminalibus Fori exterioris, & contentioſi, poterit inſtruere quęſtionem, ut dicant *Tirar devaſſa*, *ou mandar tiras querellas*, teſtes examinare, carcerationem iniungere, & carcerare facere, remittendo Acta ad Tribunal Iudicis.
In Cauſis vero Civilibus poterit pro-
16. cedere inter Fratres in Conventu de Avis commorantes. Sed quoad Honeſtatem, & ut vocant *Trages*, poterit caſtigare, & condemnare omnes Fratres quocumque loco commorantes.
Fratribus non ſtantibus in Beneficio,
17. locum aſſignabit, in quo vivere debeant.
Providebit de loco vacante illos, qui
18. in Conventu intrare debent.

Obſer-

Obſervare faciet Statuta perfecte, ac Officia Divina, ut perfecte celebrentur
19. curabit, juxta morem Conventus, & quod in illo Preces Deo porrigantur pro Magiſtro, aut Gubernatore, & pro Ordine, & pro Benefactoribus.

Quolibet anno generaliter Conventum
20. viſitare debet, & de omnibus Fratribus inquiret.

Tandemque ordinare poterit ea omnia, quæ ad Religioſorum ſervitium tendere poſſunt non adverſantia & juri, & Statutis Ordinis.

Ipſe enim eſt Univerſalis Prælatus totius Ordinis, & Perſonarum illius, in illis quæ ſpectant ad ſpiritualia, & interiora, juxta inſtitutionem Fratris Reynaldi Abbatis de Morimundo anno 1346., & tenorem dictarum Bullarum Innocentii III., Julii *II.*, & Leonis X.

Prædicta de Priori majori habentur in *Statuto Ordinis d. Tit.* 1. *cap.* 8. *ubi ſub* §. *Tem de renda* enumerantur reditus aſſignati pro d. Priore majori, & ſic Luſitano Idiomate ſequentibus verbis - *Tem de renda quatro raçois, e con duas dellas entra na reparti-*
21. *çao dus rendas e Capellas do Conventu Tem unido a Dignidade in perpetum o Priorado da Igreja de Ceruche, com dois Beneficios da meſma Igreja, e tem quatro meyos de trigo, e dois de Cevada no Celeyro, e meyos de trigo, e dois de Cevada, no Celeyro, e* 26.2800. *de Ordenado, na Comenda de Banville. E para viſitar* 237200. *na meſma Comenda os quais vencera, quando vizitar na forma dos Statutos.*

Secunda Dignitas eſt Commendator ma-
22. jor: Tertia eſt *O Claveyro*, Quarta *Os Alferez Mor*, Quinta *Sagriſtao Mor. Statutum d. Tit.* 2. *cap.* 8.

Commendatores Equites, & Fratres,
23. ac Clerici præcedunt juxta eorum Antianitatem, quæ intelligitur à die Profeſſionis: & ſi eodem tempore duo Profeſſionem emiſerint, ille præfertur, qui primus tenet Titulum ſuæ Profeſſionis. Omnes autem Commendatores, licet magis moderni Profeſſione, præcedunt omnes Equites non Commendatarios. At ſi Equites, qui Profeſſionem emiſerunt ut Equites, poſtmodum fiant Commendatarii, tenebunt locum inter Commendatarios, juxta eorum Profeſſionem: *Statut. d. Tit.* 2. *cap.* 8.

Secunda Dignitas poſt Magiſtrum, quæ ut præmiſimus, eſt Commendator ma-
24. jor, in Militiæ exercitio primum locum tenet. Antiquitus Arma diſtribuebat Equitibus; unde etiam in obitu Equitum eidem ſpectabant Arma, quæ relinquebant Equites; ſed hodie hoc jure non fruitur: debent tamen omnes Commendatarii Equites, & Perſonæ Ordinis illum honorare, quia eſt principalis Dignitas in temporalibus, & eo magis in Exercitio Armorum: *Statutum hujus Ordinis Tit.* 1. *cap.* 9. Antiquitus erat Dignitas electiva: in Capitulis ſemper primum locum tenet ad manum ſiniſtram Magiſtri. *Hum grao a baixo.* Huic Dignitati annexa eſt Commenda di Eſtremoz, e Alcanede: *d. Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 9.

Dictus *Claveyro* juxta morem habetur pro Dignitate Tertia Ordinis. Ad i-
25. pſum ſpectabat diſtribuere alimenta Equitibus, quando in Conventu morabantur; & quando aliquis moriebatur, ipſe diſtribuere debebat Lectum ejuſdem, & Eleemoſynam rerum, quas Defunctus reliquerat: itemque ille computa expenſarum Conventus exigere. Dignitas hæc in Capitulo, ac Actibus Ordinis primum locum tenet poſt Commendato-

datorem Majorem. Huic Dignitati annexa eſt Commenda *de Ierumenda*; Et cum ſit Dignitas Ordinis, illam tenens debet eſſe qualificatus, & diſtinctus, nec ullum alterius Ordinis Habitum habere debet: *Statutum d. Tit.* 1. *cap.* 10.

Quarta Dignitas eſt, ut prędiximus,
26. *O Alferes Mor* Ordinis, & in Capitulo tertium locum tenet, & ad ipſum ſpectat, *a levar na Procicao a Bandeira*: huic annexa eſt Commenda *de Coruche*: *d. Statutum cap.* 11.

Quoad Iudicem Cauſarum reſpectu horum Equitum, infraſcripta habentur *Diffiniçao* 38. *Do Juiz Geral da Ordem, e do Exercitio de ſua Iuriſdiçao*.

Hic juriſdictionem habet ſuper bonis,
27. & Perſonis Ordinis: debet autem eſſe Perſona ex aliquo ex tribus Ordinibus.

Ad Iudicem Equitum à Magiſtro, &
28. Gubernatore nominatum, ſpectat cognoſcere de omnibus caſibus criminalibus Equitum: unde Partes non poſſunt avocare Equites, niſi coram illo: *Diffiniçao* 40. *Do Iuiz dos Cavalleyros, e ſua Iuriſdiçao*.

Adverſus definitivas Sententias Iudicis Generalis Ordinum, & Iudicis Equitum in ſecunda Inſtantia appellatur ad
29. Menſam Ordinum, & à Sententia hujus per viam ſupplicationis recurri poteſt ad Magiſtrum, & Gubernatorem Ordinis, ut gratioſe ad ſe Proceſſum revocet, & cum Perſonis ſibi bene viſis decidat: *Diffiniçao* 41. *Do recurſu por terceyra inſtantia ao Meſtre*.

Judex Conſervator Ordinis tueri de-
30. bet Iuriſdictionem, præeminentiam, & Reditus Ordinis, debetque eſſe Perſona, quę ſit ex uno ex tribus Ordinibus: *Diffinit.* 39. *De Iudice Conſervatore Ordinis*.

Militaris hic Ordo plurimas poſſidet
31. Commendas, illaſque eſſe quadraginta duas, quæ reddunt annuum fructum 76350. Ducatorum monetę Luſitaniæ inquit *d. Juſtinianus Parte Prima cap.* 25. *pag.* 352. quæ Commendæ Equitibus diſtribuuntur, juxta normam traditam a Statuto Ordinis, legeſque ab eo pręſcriptas: *d. Juſtinianus d. pag.* 352.

Et præcipue certum eſt, quod juxta
32. diſpoſitionem Bullæ ſa. me. Pauli V. expedita die 21. Junii anno 1606., quam refert *Laertius Cherubinus in Bullario*, ut Eques aſſequi poſſit Commendas, neceſſe eſt ut prius per quinquennium Bello pugnaverit contra Hæreticos, ſeu Infideles, ut probat *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 183.

Super qua materia Commendarum plura annotavimus in *Diſcurſibus de Commendis* etiam in puncto hujus Ordinis de Avis; ideoque ad dictos noſtros Diſcurſus recurri poteſt.

Ex Statuto Ordinis Sancti Benedicti de Avis Tit. 13. *cap.* 9.

Das qualitades, que hao de te ter os que profeßarem eſta Religiao.

„ ESta noſſa Ordem em ſeu pri-
„ meiro principio foi eſtabele-
A „ cida, e fundada por generoſos Ca-
„ valleyros Nobres, e de grande li-
„ nhagem, os quais ordenarao, que
„ nenhuma peſſoa, foſſe recebida
„ nella nao ſendo Fidalgo ou tal
„ Cavalleyro, que pudeſſe exercitar à
„ Arte Militar, e ſecundo iſto, e
„ Conſtituçoes antigas, e Breves A-
„ poſtolicos, ordenamos, e diffini-
„ mos, que a peſſoa, que houver
„ de ſer recebida por Cavalleiro,
ou

,, ou Eſcudeyro de linagem por par.
,, te de Pay , e Mae legitimo, e
,, Chriſtao velho , ſem raça alguas
,, por remota que ſeja de Mouro,
,, Judeo, ou Chriſtao novo, e ſem,
,, que deſcenda da peſſoa, que com-
,, metteſſe crime de leiſa Mageſtade
,, Divina, ou Humana, e que ſeus
,, Pays, e Avos incluſive de ambas,
,, as partes nao houveſſem exercita-
,, do Officio ou miſterio vil , vi-
,, vendo delles nem tiveſten em tem-
,, po algum Officio, mecanico, nem
,, algum outro baixo, e indecen-
,, te a noſſa Cavalleria , nem me-
,, nos, que os, que pertendem en-
,, trar tiveſtem ſervido qualquer Of-
,, ficio, quelhes deſſe de comer pel-
,, la mechanica de ſuas maos, nem,
,, que ſejao infamados, ou affrontados
,, de couzas, que os façao incapazes
,, de hontas , por cauzas, de que
,, nao eſtejar limpos. E paraque iſſo ſe
,, guarde melhor, mandamos, que os,
,, que forem recebido ao habito Mili-
,, tar deſta noſſa Ordem ſejao aviſados
,, antes que ſelhes der, que de pois
,, de o terem recebido, indaque ſe-
,, jao profeſſos, e tenhao Comenda,
,, ou Tença da Ordem, em qual-
,, quer tempo, que ſe achar, que
,, ſem algua das faltas ſobredittas, o
,, lançarao fora della e lhe tirarao,
,, o Habito E os , que o tomarem
,, con fraude, aindaque nao . . . . .
,, de ſeu defeito. Sò con elles a ſa.
,, berem ficarao perdendo, o Domi.
,, nio, que tiverem dos bens da Or-
,, dem ipſo jure, ecomo incapazes
,, delles ficarao obrigados aos reſti.
,, tuir Sem eſperar outra Sentença ,
,, ou acuzaçao, e logo os applica-
,, mos a deſpenças dos Cattivos. E
,, no defeito de ter raça de Mouro,
,, Judeo, Chriſtao novo, ou Hereje,
,, ſe nao poderà diſpenſar para eſte
,, efeito de nao ſerem lançados da
,, Ordem, aſſi como eſta diffinido,
,, que ſe nao diſpenſe para tomar o
,, Habito.

Ex Statuto Ordinis Sancti Benedicti De Avis Tit. 3. cap. 10.

Das Informaçoes , que ſe hao de tirar dos Cavalleyros.

,, POrque os Cavalleyros, que ſe
,, hao de admitir ao habito deſta
B. ,, noſſa Militia hao de ter a limpe-
,, za do Sangue , e Nobreza che
,, fica ditto paraque com mais inte-
,, yreza ſe ſayba a verdade de tudo
,, Ordenamus , e diffinimos que
,, quando ſe ouver de lançar, o Ha.
,, bito a algum Cavalleyro ſe de
,, primeyro conta ao Tribunal das
,, Ordens. E antes que a merſe tenha
,, effetto ſe hira fazer as informaçoes
,, de ſua peſſoa aos proprios lugares,
,, emque ſeus Pays , e Avos
,, naſcerao eſcrivetao, e aonde mais
,, parecer neceſſario, quando ſe fize.
,, rem as Inqueriçoens, as quaes ſe
,, mandarao tirar por hum Cavalle-
,, yro do Habito, e por hum Fre-
,, yre, que as eſcreverà ambos deſta
,, noſſa Militia, e a ambos ſe darà
,, primeyro Juramento no Tribunal
,, das Ordens, pello Preſidente del-
,, le, nao sò da verdade, e inteyre-
,, za com que ſe deve haver, mas
,, tamben do ſegredo, que ſe hà de
,, guardar, no tirar das inquiriçoes
,, e do que ſe achar nellas emcarre-
,, gandolhes , nao ſomente, a honra
,, da Ordem , mas tambem a deſpe-
,, ſas à de quem forem tirar. E por
,, ſe eſcuſarem gaſtos, havendo nos
,, proprios lugares, ou perto delles
,, peſſoa do Habito de ſatisfaçao, e
,, ſen ſuſpeita ſe lhe poderao comet-

„ ter as inquiriçoes ordenando, a un
„ Freyre do meſmo Habito que as
„ va tirar con elle, e con à comiſ-
„ ſao levarà tambem Ordem para
„ dar Juramento, na forma, que
„ eſta ditto, e no principio das In-
„ quiriçoes ſe farà hum ... para am-
„ bos Jurado, e aſſinado, em que
„ ſao obrigados a guardar Segredo,
„ nos dittos das teſtemunhas, e em
„ tudo o mais, Eas Inquiriçoes ſe
„ farao pellos interrogatorios, che
„ irao aſſinados pello Preſidente, e
„ accoſtados a Comiſſao, e darhes,
„ hà antes, que portao a cuſta da
„ parte, e ſelario, que parecer ne.
„ ceſſario, conforme as peſſoas,
„ que as houverem de tirar. E ſendo
„ caſo, que a primeira inquiriçao
„ nao eſteja Iuridicamente tirada, e
„ as condicioes poſtas nos interroga.
„ torios, e ſe mande tirar outra (O
„ che ſe nao farà, ſem grande con-
„ ſideraçao) ſeja acuſtas dos o fa-
„ rao tirar, pois por ſua culpa ſe
„ nao tirou, como era razao, e ſe
„ fora culpa de malia ſelhe darà
„ mais caſtigo, que parecer a quali-
„ tade della E eſtas Inquiriçoes, ne
„ nao tirarao por peſſoa ſupeita,
„ nem parenta do, que hà de tomar
„ o Habito E os, que houverem de
„ fazer ſerao nomeados pelo Preſi-
„ dente em menza para nella ſe ver,
„ ſe ha algum inconveniente paraque
„ nao poſſao tiralhio.

„ As Teſtemunhas, que ſe hao de ti.
„ rar nas Inquiriçoes, que ſe faze-
„ rem para ſe lançar o Habito, hao
„ de ſer des, ao magis, e todas
„ peſſoas limpas e de boa vida, e co.
„ ſtumes, e ſem ſoſpeita, de que por
„ odio, ou amor, ou por outro algum
„ reſpeito deixem de dizer verdade.
„ Sempre ſe buſcarao os mais velhos,
„ e quando menos, que tenhao tal
„ Idade, que poſao dar boa razao
„ do, que ſelhes perguntar. E para-
„ que poſſao teſtemunhar livremente
„ alem deſelhes, moſtrar o termo de
„ que atraz ſe fas mençao ſelhes da-
„ ra Juramento paraque guardem
„ ſegredo, no queihes for pergun-
„ tado, e que nao ſe ſayba, ſe fo.
„ rao teſtemunhas certificandolhes
„ tanben que elles o ſerao em ſeus
„ dittos Os quais depois de ſerem
„ tirados lhes ſerao lidos, e no fim
„ delles ſelhe declarara, Como ſe-
„ lhes lerao antes delles aſſinarem.

INTERROGATORIOS.

„ PRimeyramente ſe perguntarà ſe
„ conhecem a Requerente que idade
„ tem, e donde he natural Cujo Fi-
„ lho, e Neto, de ambas as parres.
„ Se conheçerao a ſeu Pay, e Mae,
„ e lhes ſabem os nomes, e donde
„ ſao, ou forao naturaes, e morado-
„ res. Se lhe conheçem os Avvos
„ da parte do Pay, e Mae, delaran.
„ do ſeus nomes, e donde ſao, ou
„ forao naturaes, e moradores. E reſ-
„ pondendo em forma ſe lhes toma.
„ rao, ſeu teſtemunhos fazendolhes
„ declarar premeyro nelle, ſe ſao pa.
„ rentes do ditto Reqerente que grao,
„ ſe ſao ſeus Amigos, ou inimigos, ou
„ de ſua obrigaçao, Con tudo o mais,
„ que toca ao coſtume, conforme a
„ Peſſoa que for perguntada E de pois
„ diſto lhes farao declarar, como, e de
„ que maneyra conheçem à Requerente
„ ſe ſabem, que he Filho de tal Pay
„ e May, e Neto de tais Avos par-
„ ticullarizando cada hum per ſi.

Se ſabem, que o Requerente he filho de
„ legitimo matrimonio ou legitimado
„ por merce de S. Mageſtade, ou per
„ ſubſequente Matrimonio, e que
„ idade tem pouco mais o menos.

Se

,, Se ſabem, crem, virao ou ovvirao
,, dizer a Peſſoas dignas de fe, que o
,, Pay, ou May, ou Avos de Requerente nomeando, a cadahum por ſeu nome foſſem ou ſejao havidos por peſſoas nobres Fidalgos Cavalleyros, ou Eſcudeiros, ſem miſtura, ou raça de Judeo, Mouro, ou Erege, ou Chriſtao novo em algum grao por remotto, que ſeja declarando, como, e porque o ſabem, e que crem, e como, e poſtoque o crem, e ſe, o ovvirao por murmuraçao ou por eſtarem com fundamento tidos, e havidos, e reputados comumente por tais, e declarando, o quem como e emque tempo, o ovvirao, e aſſi mais digao, e declarem, em que oppeniao forao e ſao avidos, e tidos vulgarmente, no Povo, aſſi de ſua Nobreza, Familia, come de ſua limpeza.

Se ſabem, que o ditto Requerente ſeu ,, Pay, e Mae, e Avos de ambe as partes exercitarao Officio, o Miniſteiro vil, e viverao delle, ou tiverao em tempo algum Officio mecanico, ou outro algum baixo e indecente a Cavallaria, ou ſe o que pertendeo o Habito tem ſervido do qualquer Officio, que lhe deſſe de comer pella mechanica de ſuas maos, e declarem, o que ſabem, ou o que comumente ſe tem deſtas couzas.

,, Se ſabem que o ditto Re he Homem ſao e de diſpoſizao que poſſa ben ſervir no exercitio das Armas e Cavallaria Militar.

,, Se ſabem que haja ſervido algum Senhor de que foſſe Mordomo, ou ſerviſſe em outro algum Officio por onde ſeja obrigado a darlhe conta de ſua fazenda.

,, Se he Profeſſo em alguma Religiao.

,, Se lhe foi imputado delitto, ou culpa, que o faſa incapas de hontas de que nao moſtre eſtar liure.

,, Se he cacado e ſe querera ſua Mulher, quelhe lancem, o Habito. E ſe ſabe que eſteja reputado por homen covarde, e inutil, para a guerra, o que ſeja eſtragado em ſeus coſtumes em forma, que o façam infame, na opiniao das gentes.

Ex Volumine Manuſcripto, cui Titulus: *Regra Da Cavallaria, e Ordem Militar de Sam Bento de Aviz*.

Sub Titulo Quinto continente Definitiones Capituli Generalis tenti de menſe Octobris anno 1619. in Matricè Eccleſia Villæ de Setual ſub Rege Philippo II. uti Gubernatore, & vices habente Magiſtri Ordinis Sancti Benedicti de Avis.

Das Peſſoas conq. Senao ha de Diſpenſar para Tomar o Habito.

,, Conforme aos Breves de Pio V. ,, e de Gregorio XIII. nao poC. ,, de Peſſoa alguma ſer admittida nos Habitos das Ordes Militares, ſendo Deſendente de Mouros, Judeos, Chriſtaos novos, ou Hereges, o que Santamente, inſtituhiram, e ordenarao os Summos Pontifices por Juſtas, e conſideraveis cauſas. Mas ſem Embargo deſta prohibiçao ſe diſpenſou, com Peſſoas, que padeſiao alguns deſta defeitos, de quem reſultado nao, ſe terem as Ordes, e os habitos dellas, na reputaçao que tiverao em ſeus primeiros principio, e deſejando obviar introduçao tam prejudicial ao bem deſta noſſa Ordem, e da fazenda Real, e da Nobreza ſtatuimos, e ordenamos, que nao poſſao ſer admittidos ao

„ Habito della as Peſſoas, que tive-
„ rem algumas das ſobredittas razas,
„ ou que con fundamento padeſſem
„ infamia dellas. Nem para eſte de.
„ feito, ſe peça diſpenſaçao a Sua
„ Santitade, ſe for a fama confor-
„ me aoque eſta ordenada nos Inter-
„ rogatorios, porque ſe ha de fazer
„ as Informaçoes, de que ſe tratta
„ no Cap. 10. Tit. 3.

Difinit. 2. Cum conveniens omnino ſit, ut Nobilitas limpide conſervetur, & potiſſimum in Tribus Militaribus Ordinibus, in quibus major pars Nobi.
„ litatis conſiſtit: Diffinimos, & Or-
„ denamos, queos Cavalleyros da noſſa
„ Ordem que tiverem Comenda, ou
„ Tença de quarenta mil Reis, e mais
„ ſe nao poſſam Cazar. tem dar
„ conta ao Meſtre, e Governador
„ della, e cazando ſem preceder li-
„ cença ſua, ipſo jure os havemos
„ por privados do Habito, e da Com-
„ menda ou Tença, que tiverem.

Statutum Militiæ de Avis Tit. 3. cap. 8.

Da Idade, quæ hao de ter os Cavalleyros para Tomar o Habito.

„ POſtoque pelo Breve de Pio V.
„ ſe requirao Deſoito annos para
D. „ entrar neſſa Religiao, e profeſſar
„ nella, Contudo attento, a que de
„ dezaſeis annos, ſe podem exercitar
„ as Armas, e pelejar contra os In-
„ fieis, pela defenſao da Fe, quehe,
„ o fim paraque foi inſtituida, or-
„ denamos, e difinimos que baſtem
„ Deſateis annos, na forma, que o
„ Sagrado Concilio Tridentino re-
„ quere para os, que tiverem de
„ Profeſſar neſſa Militia.

Ex Volumine Statutorum, cui Titulus: *Regra da Cavallaria, e Ordem Militar de Sam Bento de Aviz.*

Sub Tit. 3. cap. 26. Do Voto. da Pobreza.

„ ANtigamente, no principio de-
„ ſſa Ordem os Cavalleyros dela
E. „ profeſſavao Pobreza aſſim como os
„ Monges do noſſo Padre Sam Ben-
„ to, e nao podiao ter couza algua
„ propria, nem lograr o uſo della
„ E poſto que a pobreza voluntaria
„ ſeja pobreza, que Deos muito a.
„ meu e emq viveo o tempo que an-
„ dou neſſa vida, e emtanto eſcreve
„ delle que nao teve o Filho da
„ Virgen Maria em, que inclinar
„ ſua Cabeça Contudo ſe ordenou
„ que os Cavalleyros, e Comenda-
„ dores pudeſſem Cazar pellas razois
„ que diſſemos, foi forçado ordena.
„ rſe tambem, que pudeſſem ter
„ proprio, e diſpor liuremente delle
„ para ſuſtentarem Melhior os filhos
„ e emcargos do Matrimonio e em
„ recolhimento do Voto da Pobreza,
„ e tambem paraque a Ordem nao
„ ficaſſe perdendo os bens do Caval-
„ leyros, e Comendadores, emque
„ tinha toda a ſucceſſao, e erança,
„ ſe ordenou, que pagaſſem meya
„ annata (que he a metade da renda
„ que hum poſſuiſſem de todos os
„ bens, que tiveſſem da Ordem), e
„ que com iſſo pudeſſem liuremente
„ poſuhir, e ter todos os bens, que
„ porqualquer modo licito aquiridos,
„ e delles, e dos que tambem aqui-
„ reſſem da Ordem pudeſſem diſpor
„ e teſtar liuremente, Como tudo
„ eſſa largamente declarado na Bulla
„ do Papa Julio II. pella qual fiquao
„ obrigados todos os da Ordem, a
„ pagar meya annata aindaque nao
„ queirao gozar deſta Conſtituiçao,
„ e Licença, e conformando Nos
„ todos os Comendadores, e Caval-
„ leyros com ella ordenamos, e
„ mandamos, que aſſi ſe cumpra, e
decla-

„ declaramos, que todos os Comen-
„ dadores, e Cavalleyros ſao obri-
„ gados em Conſcientia a pagar eſte
„ direyto de tudo, o que riverem
„ da Ordem, e que uſando de
„ Malitia, ov engano para nao pa-
„ gar, ou pagar menos ſao obriga-
„ dos a reſtituir tudo, o que deixa-
„ rem dedar por eſte modo, e ſo-
„ mente os que tiverem Bens da
„ Ordem pagarao eſte direyto. Po-
„ rem os que tomarem o Habito a
„ titulo de ſeu Patrimonio, ainda,
„ que nao pagem meya annada, poi
„ nao tem bens da Ordem de que
„ pagem poderao poſſuir os ſeus
„ Bens patrimoniais, ſem para iſto
„ ſer hoje neceſſario intervir licença
„ do Meſtre porque ſem ella da o
„ Papa liure poder a todos, para
„ poſſuir diſpor teſtar dos Bens Pa-
„ trimoniais, com obrigaçao de pa-
„ garem annata ſomente dos, que
„ tiverem da Ordem.

Sequitur Catalogus Magnorum Magiſtrorum.

CATALOGUS.

OMnium Magiſtrorum Militaris Ordinis *S. Benedicti de Avis*, tum de tempore, quo eorum electio ab Equitibus Profeſſis per Vota conficiebatur, quique Magiſtri ſic electi, in totum fuerunt viginti duo, juxta ſeriem inferius exprimendam, quæ habetur in *Statuto Religionis Tit.* 1. *cap.* 6. tum de tempore, quo aſſignati fuerunt Apoſtolica auctoritate Adminiſtratores, & Gubernatores Ordinis; & demum de tempore, quo vigore Bullæ Julii III. anno 1551. peracta fuit unio Magiſterii Regiæ Coronæ Luſitaniæ in perpetuum. Hic autem Catalogus deſumptus fuit ex Statuto manuſcripto ejuſdem Ordinis, & ex Scriptorum Monumentis prælo donatis, & adducuntur diſcordantes eorundem Scriptorum Narrationes, ac reſpective explanantur ad tradita per *Abbatem Juſtinianum Hiſtor. Cronologiche degli Ordini Militari ec. Parte Prima cap.* 25. per totum, & etiam *pag.* 353. *juxta impreß. Venetam Typis Combi, & la Noü* 1692. *d. Collectorem Gallum Tom.* 2. *à pag.* 384.

33.

I. Primus itaque Magiſter electus anno 1162. fuit Dom Frater Petrus Alphonſus, frater Regis Dom Alphonſi Henriques: *Statutum Ordinis manuſcriptum*: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 177. *d. Juſtinianus Parte Prima cap.* 25. *pag.* 345. *d. Sebaſtianus Pauli in d. Codice Diplomatico d. Oßervaz. ad Diplom.* 205. ubi cum *Manriquez Annal. Ciſtercienſium d. anno* 1162. *cap.* 2. *pag.* 358. inquit, quod d. Petrus ſubſcribebatur: *Petrus Proles Regis Par Francorum, & Magiſter novæ Militiæ.*

Brevi tempore idem Petrus Ordinem gubernavit: tranſivit enim ad Ordinem Monaſticum in Monaſterio de Alcobaça; & mortuus eſt anno 1165; ſepultus in Capella majori: *d. Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 178. ubi ſubdit, quod minus accurate *Joſeph Micheli in Theſaur. Militari pag.* 25. affirmat Primum Ordinis Magiſtrum fuiſſe Fernandum Monteyro: unum, & alterum ex prænominatis nominat Primum Magiſtrum ipſe *Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 353. *d. Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 384., & 390. *Dominus Hermant Hiſtoire des Religions ou Ordres Militaires Tome Premier Capitre* 29. *pag.*

pag. 452. *juxta impreſ. Rothomagen. Typis Jean Baptiſtæ Beſogne* 1726. *& diximus ſuperius n.* 17, *Sect.* 1.

II. Magiſter fuit Dom F. Gonſalves Viegas filius Ege Monitz: *d. Statutum Ordinis: Juſtinianus d. cap.* 25, *pag.* 344., *&* 353. *Collector Gallus d. pag.* 385., *&* 390. *d. Hermant d. pag.* 452.

Hic Gonſalves omnium primus Titulum ſumpſit *Magiſtri Eboræ*, qua in Urbe ædificavit Conventum, & Hoſpitale Eboren. Ipſe vixit in Communitate cum Equitibus in Regulari obſervantia, Oratione, & Choro. Licet Scriptura non adſit, vox tamen fertur, quod tempore hujus Magiſtri fuerit huic Ordini annexus ille Calatravæ; hæc tamen fuit filiatio adoptiva, quę erat perfecta ante annum 1202.

III. Magiſter fuit Dom F. Fernandus Joannes: *Statutum Ordinis*: *Juſtinianus ubi ſupra pag.* 352. *d. Hermant d. pag.* 432. *Collector Gallus ſimiliter ubi ſupra*; ibique ajunt ſic cognominari à Priore de Avellar, & à *Mendez*: ipſe vero *Juſtinianus & Collector Gallus* cognominant etiam Ferdinandum Ruiz Monteyro. Dictus itaque Magiſter Dom Fernandus Joannes, tempore Regis Dom Sanctii, contra Mauros glorioſe pugnavit, ac tempore Dom Alphonſi Secundi, qui confirmavit Donationes Ordini à Rege Dom Alphonſo Primo factas plurium locorum d. Civitatis Eboræ &c. Confirmavitque alias Donationes à Rege Sanctio Primo Caſtri de Mafra &c. peractas: & prçterea donavit Ordini Locum de Avis cum ſuis finibus; cum hoc quod Ordo ibi Caſtrum ędificaret, Populumque introduceret: & ob prædicta ſibi, & ſucceſſoribus Regibus obedientiam præſtarent, juxta ſolemne Donationis Inſtrumentum pridie Kalendas Iulii 1249. quod refertur in *Statuto Ordinis Tit.* 1. *cap.* 6, ubi in §. *E porque* refertur, quod in Regula Magiſtri Georgii hęc legitur traditio; quod cum in executionem memoratæ conditionis à Rege Alphonſo in Donatione prædicta injunctæ, Caſtrum ędificaretur, ab inexpectato inventa fuit Aquila, atque ideo à dicta Ave locus idem dictus fuit *Aviz* ideſt *Avis*. At manifeſte hoc ab ipſius Inſtrumenti ſerie diſcrepat: in prçallegato ſiquidem Regię Donationis Inſtrumento, jam nomen *Avis* loco illi tribuebatur; & ſic ante Caſtri ædificationem ita vocabatur. Dicendum ergo caſum inventionis Aquilę, non tempore ędificationis Arcis, ſed longe ante eveniſſe: *d. Juſtinianus pag.* 345. cum aliis ſupra enunciatis.

IV. Dom F. Fernandes Rodriques Monteyro: *Statutum Ordinis*. Videatur *Juſtinianus*, *& Collector Gallus* locis ſupra allegatis, ubi loco dicti Fernandi, ponit nomen Alphonſi Avenſis, ob acquiſitionem Caſtri *de Avis*, & nomen Joannis Portarii.

Prædictus Magiſter Fernandes Rodriques mutavit Conventum Eboræ, ad locum transferens *de Avis*, eo quia Arx Aviſii jam conſtructa fuerat à Dom Fernando Joanne; & ob id à Scriptoribus aſſeritur d. Fernandes Rodriques Primus Magiſter *de Avis*, & ita in Sepulchrali Epitaphio dicitur. Fuit quidem Primus, qui ex Magiſtris ſe nominavit *Aviſii* Magiſtrum, ob dictam Ordinis translationem ad locum *de Avis*: cæteroquin ille non

le non primus ejuſdem Ordinis, ſed quartus Magiſter fuit. Obiit, ſepultuſque fuit in Conventu *de Avis* ab ipſo fundato, ad Sacriſtię portam; deinde translatus penes Portam ſecundi Clauſtri, ubi hodie eſt Altare S. Antonii.

Cæterum cum translatio Conventus ad Aviſium fuerit peracta in ſolemni die Aſſumptionis Beatiſſimę Virginis Mariæ, voluit d. Magiſter Fernandus Rodriques Monteyro, ut de hujuſmodi translatione perpetuum extaret Monumentum; & ſic in Marmore ſupra januam Septemtrionalem locato, incidi fecit hęc verba -- *Ferdinandus Magiſter Dei Gratia Ordinis Calatraven. In Portugal. Cum ſuo Conventu Plantavit Avis In Feſtivitate Aſſumptionis S. Mariæ EMCC, & II. Stephanus Martini. Pater Noſter Pro Anima Ejus.* Quę Verba referuntur à *d. Abb. Juſtiniano pag.* 346., *& ſeq.* qui ſubinde, ne æquivocum ſuboriatur ex dictis verbis: *Magiſter Dei Gratia Ordinis Calatravenſis*, explicat fieri dictam expreſſionem, eo quia tunc temporis vigebat unio inter Calatravenſes, & Avienſes, ſeu Affiliatio, ut dictum eſt; & ob hoc tali Titulo utebantur Magiſtri.

V. Fuit Dom Frater Martinus Fernandes: *Statutum Ordinis: Juſtinianus: Collector Gallus ubi ſupra.* Vivebat hic Magiſter anno Domini 1230. uſque ad 1263. anno autem 1238. & ſic poſt aliquot annos ab ejus electione, Magiſter Calatravæ viſitavit Conventum *de Avis*, & confirmavit electionem factam in Perſonam d. Fratris Martini.

VI. Dom Frater Simon Soarez: *Statutum Ordinis ubi ſupra: Juſtinianus d. pag.* 353. *Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 391. ubi quod nominatur etiam Ferdinandus Suarez. Dictus Magiſter vivebat anno Domini 1270., uſque ad 1280. & Tranſactionem inivit cum Archiepiſcopo, & Capitulo Eboren. ſuper nonnullis Dubiis.

VII. Dom Frater Egas Martinez, qui vivebat anno Domini 1280., uſque ad 1291.: *Statutum Ordinis ubi ſupra*: ſed *Juſtinianus*, *& Collector Gallus* ponunt etiam Simonem Suarez, & Laurentium Alphonſum.

VIII. Fuit Dom Frater Joannes Pyrez vivens anno Domini 1292., uſque ad 1294.: *Statutum Ordinis: Juſtinianus d. pag.* 353., *ac ut ſupra Collector Gallus* nominant etiam Laurentium Alonſo.

IX. Dom Frater Laurentius Alonſo vivens anno Domini 1295., uſque ad 1310. Qui ob ingentes expenſas ab Ordine factas in Bello contra Caſtellanos, à Rege Dionyſio Luſitaniæ plurium Bonorum, & Eccleſiarum diſtractiones ſubivit, quæ enumerantur in *Statuto Ordinis Tit.* 1. *cap.* 6. agit *Juſtinianus ubi ſupra*: *à d. Collectore Gallo* vocatur etiam *Vaſco Alonſo.*

X. Fuit Dom Frater Garzias Piz, vel Perez anno Domini 1312. vivens uſque ad 1313.: *Statutum Ordinis: Juſtinianus, & Collector Gallus ſuperius allegati*, ubi apponunt etiam nomen Ægidii Martinez.

XI. Dom Frater Ægidius Monitz, vel Martinez vivens anno Domini 1316. *Statutum Ordinis ubi ſupra: Juſtinianus, & Collector Gallus* pręallegati, ubi nominatur etiam *Garzia Perez.* Dictus Magiſter Ægidius Vir fuit probitate inſignis,

ſignis, unde cum ad Regis Dionyſii inſtantiam fuerit Ordo JESU CHRISTI fundatus à Summo Pontifice, eique conceſſa Bona, quę in Portugallię Regno poſſederat Templariorum Ordo abolitus; idem Frater Ægidius renunciavit Magiſterio Ordinis *de Avis*, & conſtitutus fuit Primus Magiſter d. Ordinis JESU CHRISTI; & annotavimus in Cronologia Magiſtrorum, quam referimus in *Diſcurſu circa Ordinem JESU CHRISTI in Luſitania*.

XII. Dom Frater Vaſco Alonſo anno Domini 1320., uſque ad 1330. *Statutum Ordinis; Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus ubi ſupra*, ibique nominant etiam Ægidium Perez. Tempore prædicti Magiſtri Vaſci Alonſo, Archiepiſcopus Bracharenſis, ex commiſſione Papæ Joannis XXII. Ordinem viſitavit. Ac dictus Magiſter Magiſterium renunciavit, quam renunciationem acceptavit Archiepiſcopus Bracharenſis.

XIII. Electus fuit Dom Frater Ægidius Pirez, vel Pires, qui vivebat anno 1330., uſque ad 1332. *Statutum Ordinis ubi ſupra: Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus* præallegatus, qui tamen nominat etiam Gonſalvum Vaz Alphonſum, & Rodericum Mendez.

XIV. Dom Frater Alphonſus Mendes, vivens anno 1334. *Statutum Ordinis loco allegato: ſed Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus* ponit etiam Joannem Rodriquez Pimentel, & Garziam Vas.

XV. Fuit Dom Frater Gonſalvus Vaz vivens anno 1338. *Statutum Ordinis ubi ſupra: d. Juſtinianus autem* *&* *Collector Gallus* ponunt Sanctium Suarez Pimentel.

XVI. Dom Frater Stephanus Gonſalves Leitao, qui anno 1340. militabat cum Rege Dom Alphonſo IV. in pręlio de Salado: *Statutum Ordinis*, *ubi ſupra: Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus ſuperius allegati*, qui ponunt etiam Didacum, vel Jacobum Garziam.

XVII. Electus fuit Dom Frater Joannes Rodriquez Pimentel, vivens anno Domini 1342., uſque ad 1351. In hujus electione interfuit Capitulo Dom Frater Laurentius Joannes Commendator de Maqueda, Commiſſarius Dom Fratris Joannis Magiſtri de Calatrava: *Statutum Ordinis*, *ubi ſupra: Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus præallegati* ponunt Joannem Alonſum Martinum de Avellar, vel Jo. Ruitz Pimentel.

XVIII. Dom Frater Joannes Alphonſo, vivens anno Domini 1354. *Statutum Ordinis ubi ſupra*: ſed dicti *Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus* ponunt Egam aut Vegam Martinez, ſeu Martir, vel Joannem Alonſo Conſta.

XIX. Dom Frater Didacus Garzia, qui venit è Calatrava ad viſitandum hunc Ordinem: *d. Statutum Ordinis: Juſtinianus autem prædictuſque Collector Gallus* ponunt etiam Martinum de Avillar, ſeu Aquilar.

XX. Fuit Dom Frater Martinus de Avellar, qui vivebat anno Domini 1357., uſque ad 1363. *Statutum Ordinis. At Juſtinianus*, *&* *Gallus Collector* ſub hoc numero vigeſimo ponit Joannem Infantem Luſitaniæ, qui poſtea fuit Rex, & ab Avellar numeratur XIX., & à Mendez XXI.

XXI. Fuit Rex Dom Joannes, electus per poſtulationem Regis Dom Petri ejus

ejus Patris: *Statutum Ordinis ubi ſupra*. Verum dicti *Juſtinianus*, & *Collector Gallus* hunc ponunt ſub antecedente numero vigeſimo, & ab *Avellar* ſub n. decimo nono, vel vigeſimo primo.

Cœterum dictus Joannes erat in ætate annorum novem: educatus fuit in Conventu *de Avis*, more aliorum Religioſorum. Magiſterium gubernavit uſque ad annum, quo Matrimonium contraxit. Stemma Regni Luſitaniæ in Habitu Ordinis appoſuit. Hic Rex mutavit Æram Cœſaris, quæ ſemper exprimebatur in Scripturis, injunxitque quod in Scripturis ſolum Chriſti Domini Æra poneretur. Ceutam à Mauris recuperavit. Rex tamen Joannes in Nomenclatura Magiſtrorum apud *Juſtinianum* ponitur *ſub numero* XXIV. Magiſtrorum: ſic apud *Collectorem Gallum ubi ſupra*.

XXII. Fuit Dom Frater Fernandus Rodriquez de Siqueira electus anno Domini 1389. *Statutum Ordinis ut ſupra*: *Juſtinian.*, & *Collector Gallus*, *ut ſupra*. Cujus electionem confirmavit ſan. mem. Urbanus Papa VI. ſupplens defectus, quod in ea non intervenerit Commiſſarius Calatravę; & poſtmodum Magiſter Calatravæ Nuñes Guſman, ad locum *de Avis*, cum Comitatu viginti Equitum, eandem electionem confirmavit. Verum Rex Joannes I. iniunxit d. Fernando Rodriquez *de Avis* Magiſtro, quod prȩfatum Magiſtrum Calatravȩ, non ut Superiorem, ſed ut Hoſpitem ſolum ſuſciperet; ideoque nequaquam pateretur, quod idem viſitaret, aut ullum Superioritatis actum exerceret: hocque iniunxit Rex innixus diſpoſitioni Brevis Eugenii Papæ IV. eximentis Militias Luſitaniæ, ac Sancti Jacobi ab illis Caſtellæ, & immediate ſubiectas Sanctæ Sedi Apoſtolicȩ. Sed Dom Nuñez de Guſman inſtetit, quod illi dicta Eugenii Bulla oſtenderetur; quæ tamen ei denegata fuit, ne in Superiorem cognoſci videretur. Quapropter Calatravæ Magiſter ſolemnes emiſit Proteſtationes, & à Conventu recedens habuit omnes pro excommunicatis, & pro rebellibus dictos Avienſes. Pari modo hic Ordo à ſpirituali ſubiectione, & obedientia Abbatis de Moribundo Ordinis Ciſtercienſis ſe exemit; ſed qua de cauſa, ignoratur. Prædictus autem Magiſter Dom Fernandus Rodriquez de Siqueira Eccleſiam, & Chorum Conventus ædificavit, & Capellæ majoris ȩdificium incepit. Ob ingraveſcentem vero ætatem, & Bellorum exantlatos labores, viribus fractus, obtinuit à Sancta Sede Apoſtolica diſpenſationem deferendi *Camiza de linho*. Obiit tandem anno 1433. ultima die Auguſti, ſepultus in Conventu, & in Sepulcri lapide ejuſdem Vitæ ſeriem referente Inſcriptio legitur. Notant vero *Juſtinianus*, & *Collector Gallus*, quod *Avellar* nominat hunc pro XX., & Mendes pro XXII. Magiſtro: *d. Pater Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 71.

Poſtmodum loco electionis Magnorum Magiſtrorum decreti fuerunt Gubernatores Ordinis, qui ſemper per Litteras Apoſtolicas confirmabantur, ut conſtat *ex Statuto Tit.* 1. *cap.* 7. Et tales Gubernatores Auctoritate Magiſtrorum fungebantur; atque ideo etiam nuncupabantur Magiſtri: unde proſequendo Nomenclaturam Magiſtrorum, dicimus, quod

XXIII. Magiſter, primuſque Gubernator fuit Dom Fernandus filius Regis Dom Joannis I. *Statutum Ordinis*: *d. Juſtinianus pag.* 354.: *d. Collector Gallus d. T.* 1. *pag.* 394. *Fontana pag.* 72. Cui Fernando adminiſtrationem Ordinis conceſſit Eugenius IV. anno 1434. Capitulum Generale Ordinis celebravit, & ſententiam tulit, qua Garziam Rodriquez de Siqueira Dignitate Commendatoris Majoris, Bonis Ordinis, quæ idem Garzias poſſidebat, ob inhoneſtam, quam ducebat vitam privavit; quæ ſententia fuit Romę confirmata. Verum poſtmodum ex propria benignitate eidem Garziæ reſtituit, tum ob multa ſui Genitoris merita, & ob ſigna reſipiſcentiæ, & ad bonam frugem converſionis. Ordinem Fernandus gubernavit uſque ad tempus, quo in Africa captivus manſit; in qua captivitate plura amore Dei tormenta ſuſtinuit, & labores; nec unquam conſenſit, quod pro ſua libertate Civitas Ceuta, Mauris id petentibus, concederetur. Obiit in Civitate de Fez; unde multa patravit Miracula, etiam in favorem Maurorum, qui ad eum, ut Sanctum recurrebant, Sanctumque illius corpus venerabantur. Quod corpus translatum fuit ad Regnum Portugalliæ à Conſobrino Regis de Fez, tempore Alphonſi Quinti, ſepultumque fuit in Capella majori *Dos Reys de Batalha*. In omnium opinione ut Sanctus habetur. Vitæ illius tenor legitur in Volumine peculiari, cui Titulus.. *Do Infante Santo D. Fernando*.

XXIV. Magiſter, & Secundus Gubernator fuit Dom Petrus Nepos ex Fratre Regis Dom Duarte: *Statutum Ordinis*: *Collector Gallus ubi ſupra*, qui ponunt ſub numero XXIII. Turrem in loco *de Avis* ædificavit: in rebus ab ipſo conſtructis Stemma Luſitaniæ apponere fecit. Reliquias Sanctiſſimę Crucis, & ex Oſſibus Sancti Petri, & Pauli, in Capſa argentea deaurata Conventui donavit, ut ex Inſcriptione ſuper eadem liquet.

XXV. Magiſter, & Tertius Gubernator fuit Princeps Dom Joannes Filius Regis Dom Alphonſi Quinti. Qui Joannes fuit poſtea Rex Joannes Secundus nominatus: *Statutum Ordinis*: *dicti Juſtinianus*, & *Collector Gallus* ſub numero XXIV. Magiſtrorum ponentes. Qui dictus Dom Joannes, cum eſſet Princeps, anno 1470. Capitulum Generale celebravit in Conventu *de Avis*, in quo Capitulo præfuit ejus Pater Alphonſus V. aliudque Capitulum Generale habuit tempore, quo idem Joannes jam erat Rex anno 1488., in quo plura ſtatuit quoad Gubernium Conventus. Ipſe Habitum Ordinis deferebat, ut conſtat ex Picturis id exprimentibus. Obiit anno 1495. & tumulatus fuit in Cathedrali de Silves, in Regno Algarbiorum: juſſu tandem Regis Dom Emmanuelis, translatus fuit ad Conventum, ut dicunt, *de Batalha*.

XXVI. Magiſter, ſed Quartus Gubernator fuit Dom Alphonſus Joannis Secundi filius, ob renunciationem Regis Joannis ſui Patris: *Statutum Ordinis*: *Iuſtinianus*, & *Collector Gallus ubi ſupra* ponentes illum ſub numero Magiſtrorum XXV. Obiit in Villa *de Santarem* in ætate annorum ſexdecim, ob infortunium *da queda d' hum Cavallo*.

XXVII. Magiſter, quintus vero Gubernator

bernator fuit Dom Georgius de Lancaſtre, filius naturalis Regis Joannis II. *Statutum Ordinis*: *Juſtinianus*, *& Collector Gallus*, qui ponunt ſub numero *XXVI.* Magiſtrorum. Dictus Georgius eodem tempore erat hujus Ordinis Gubernator, & Magiſter Ordinis Sancti Jacobi: *Statutum Ordinis*, & notat *P. Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quaſt.* 10. *n.* 184.

Idem Georgius anno 1515. à ſa. me. Leone X. Indultum impetravit, ut Priores majores uti poſsent Inſigniis Pontificalibus. Obtinuerat etiam anno 1505. à ſa. me. Julio *II.* facultatem, qua Fratres teſtari poſſent de omnibus Bonis, dummodo ſolverent dimidiam Annatæ. Suo tempore Rex Emmanuel obtinuit ab Alexandro VI. anno 1496. licentiam, & facultatem, quod Equites Ordinis Matrimonium contrahere poſſent. Capitula plura habuit, & magis celebre fuit illud anno 1515., in quo obtenta jam à Julio *II.* anno 1512. facultate de novo condendi Statuta, & Regulas, dummodo non eſſent Sacris Canonibus contraria, Statuta, & Regulas Ordinis ſanxit, & ob hoc vocantur Statuta, & Regulæ Dom Georgii. Obiit anno 1549., ſepultus in Capella majori de Palmella.

Poſt dictum Georgium, inquiunt *Juſtinianus*, *& Collector Gallus*, *ubi ſupra*, quod Magiſterium Ordinis unitum fuit Regiæ Coronæ Portugalliæ in Adminiſtrationem perpetuam, enumerantque in Adminiſtratorem, & Magiſtrum *XXVII.* Dom Joannem *II.* Regem Portugalliæ. *XXVIII.* anno 1495. Dom Emmanuelem filium Principis Dom Ferdinandi, filii Regis Odoardi. *XXIX.* Dom Joannem III.

At cum ex Bulla Pontificis conſtet Unionem Magiſterii fuiſſe peractam tempore Dom Joannis III. Regis, ut infra oſtendemus, inde ſequitur, quod

XXVIII. Magiſter, & Primus perpetuus Adminiſtrator, vigore unionis Magiſterii Regiæ Coronæ, fuit Dom Joannes *III.* Rex, qui miſſus fuit in poſſeſſionem, vigore Brevis Julii *III.* anno 1550. Hicque Joannes *III.* obtinuit ab eodem Summo Pontifice Julio *III.* anno 1551. Breve Apoſtolicum Unionis Magiſterii Coronæ Regni Portugalliæ in perpetuum, ſuppiendo omnes Succeſſorum incapacitates, licet Fœminæ eſſent, aut minoris ætatis, ut ſtatim gubernare poſſent, præſtito Juramento: *Statutum Ordinis manuſcriptum*: *Pater Mendo Diſq.* 1. *quaſt.* 10. *n.* 184. *Juſtinianus pag.* 352., *& Collector Gallus ubi ſupra.*

Hic Joannes *III.* Habitum Militiæ ſumpſit in Conventu Sancti Elogii Uliſſyponen. per manus Dom Fratris Preto Prioris majoris: *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quaſt.* 10. *n.* 184. Juſſit, ut res Ordinum Militarium diſcuterentur in Tribunali nuncupato *Meza da Concientia*; Obiitque anno Domini 1557., ſepultus in Monaſterio *de Belem*, ubi Regum Sepulchra ſunt; & in Capella majori è cornu Epiſtolę adeſt *Tumulus ejuſdem* cum hac Inſcriptione. *Pace Domi Belloque foris moderamine miro Auxit Ioannes Tertius Imperium, Divina excoluit, Regno importavit Athenas. Hic tandem ſitus eſt Rex Patriæque Parens.*

XXIX. Magiſter, & Perpetuus Adminiſtrator ſecundus fuit Rex Dom Sebaſtianus Nepos d. Joannis Tertii. Ordinem regere incepit anno

no 1557. *d. Statutum Ordinis*: *Mendo ubi ſupra*: *Juſtinianus*, *& Collector Gallus* præallegati, qui ponunt hunc ſub numero trigeſimo. Hic Rex Dom Sebaſtianus à Sancto Pio V. anno 1568. Breve Apoſtolicum obtinuit, quo prohibetur neminem poſſe tenere res hujus Ordinis, qui non emiſerit in eo Profeſſionem, & Habitum detulerit, non obſtante, quod haberet, vigore alicujus Brevis, ſuper hoc Diſpenſationem, aut quod ageretur de illis rebus, quæ conſueviſſent, juxta ſolitum, dari non Profeſſis, & non habentibus Habitum.

Rurſus anno 1570. aliud Breve ab eodem Summo Pontifice obtinuit, quo modus iniungitur tenendus in Proviſionibus Commendarum, quod Breve Rex imprimere fecit anno 1572. Idemque diſpoſuit Gregorius *XIII.* in Breve expedito 1573. modum ſtatuens in conſtituendo, & conferendo Commendas. Idem Pontifex Sanctus Pius V. ſanxit, & prohibuit quoque, quod Ordinis Habitus ulli Deſcendenti à Mauris, ſeu Judæis, nec ulli, qui eſſet filius, *ou Netto de Pay* Officialis mechanici traderetur.

Examinare etiam fecit d. Rex Sebaſtianus Ordinis Privilegia, & recognoſci ea, in quibus à Sacro Concilio Tridentino derogata fuere. Repertis autem ſuper hoc dubitationibus, impetravit à ſupralaudato Gregorio *XIII.* anno 1575. Breve, quo concedit Ordinibus Militaribus Regni Luſitaniæ communicationem generalem Privilegiorum conceſſorum Ordinibus Regnorum Hiſpaniarum, & ſimiliter communicationem gratiarum conceſſarum in Breve Sancti Pii V. Regi Philippo; ſicque in eo confirmantur Privilegia conceſſa Ordinibus Hiſpaniarum poſt Sacrum Concilium Tridentinum.

Donec Rex Sebaſtianus in tenera erat ætate, loco ejus gubernavit Regina Domna Catharina ejus Avia: poſtmodum Cardinalis Dom Henriques ejus Patruus, qui omnes Juramentum præſtitere defendendi res Ordinis ac res Ordinis non alienandi, nec diſſipandi, nec diſſipationem tolerandi, ad formam Brevis annexionis Magiſterii Regiæ Coronæ. Rexit Ordinem annis *XXI. d. Juſtinianus*, *& Collector Gallus* ſuperius allegati. Tumulatus fuit in eadem Eccleſia, in qua adſunt Sepulchra Regum Portugalliæ, & in Capella peculiari legitur inſcriptio.

Conditur hoc Tumulo, ſi vera eſt fama, Sebaſtes,
Quem tulit in libycis Mors propera Plagis.
Nec dicas falli, Regem qui vivere credit:
Pro Rege extincto, mors quoque vita fuit.

XXX. Magiſter, & perpetuus Adminiſtrator Tertius fuit Rex Dom Henricus S. R. E. Cardinalis anno 1578. *Statutum Ordinis*, dictique *Juſtinianus*, *& Collector Gallus loco ſuperius allegato*. Hic Cardinalis Ordinem, & exemptiones zelavit; Fabricam Conventus auxit, Cathechiſmum Bracarenſem imprimi juſſit; injunxitque Prioribus, Rectoribus, & Curatis Magiſterii, ut illum legerent, ac uterentur. Duobus annis vixit in Magiſterio: *d. Juſtinianus*, *& Collector Gallus ponentes hunc Magiſtrum XXXI.* Dictus Rex, & Cardinalis Henricus obiit anno 1580., & tumulatus fuit

fuit in d. Eccleſia, ubi adſunt Sepulchra Portugalliæ Regum, & in prima Capella prope Sacriſtiam tumulus jacet cum hac Inſcriptione

Hic jacet Henricus gemino Diademate clarus;
Quod patrio Sceptro purpura juncta fuit.
Conditur & Regnum pariter cum Rege ſepultum;
Ut foret Imperii, Vitaque, Morſque ſui.

XXXI. Magiſter, & ex perpetuis Adminiſtratoribus Quartus fuit Rex Dom Philippus Primus Hiſpaniarum Rex: *Statutum Ordinis: Juſtinianus*, *& Collector Gallus* pręallegati, qui Rex Philippus Primus Portugalliæ Regnum cœperat. Juramentum præſtitit ſuo, & Succeſſorum nomine, obſervandi, & defendendi Privilegia Ordinis, & non alienandi Bona ejuſdem, nec conſentiendi, quod diſſipentur. Hic Rex Philippus à Luſitanis nominatur Philippus Primus, non ſolum in præſenti Catalogo, ſed pari modo in enumeratione Magnorum Magiſtrorum aliorum Militarium Ordinum, ut videre eſt in Nomenclatura appoſita in Statuto Ordinis JESU CHRISTI in Luſitania, noviſſime impreſſa in Volumine, cui Titulus: *Diffinigoens*, *& Eſtatutos dos Cavalleyros, e Freyres da Ordem de Noſſo Senhor IESU CHRISTO com à Hiſtoria da Origem, e principio Della Offericidos Ao Muyſo Alto e Poderoſo Rey D. Ioao Noſſo Senhor &c. Lisboa Occidental, na Officina de Paſcoal da Sylva Impreſſor de ſua Mageſtade MDCCXVII.* Noſque per extenſum exponimus in calce noſtri Diſcurſus ſuper Ordine IESU CHRISTI in Luſitania.

Ab Hiſpanis vero d. Rex Philippus nominatur Philippus Secundus; & ſic etiam nominant Scriptores Itali in hac materia ſcribentes, veluti *Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 25. pag.* 352. in Catalogis Magnorum Magiſtrorum Ordinum Militarium, tum Hiſpaniarum, tum Luſitaniæ Regnorum. Imo etiam idèm ſervatur à Scriptoribus Gallis, ut in *Collectore Gallo* in ſępe allegato Opere in quatuor Tomis diſtributo ſub titulo: *Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721.

Cum vero nuper Hiſtorico-legale hoc Opus noſtrum iterum legeremus, & in Magnorum Magiſtrorum Nomenclatura orta in Nobis eſſet dubitatio ſuper dicta Philippi Primi, vel Secundi, aut Tertii nuncupatione, audire curavimus Viros in Hiſtoriis verſatos: unde habitus fuit recurſus ad R. P. D. Sebaſtianum Mariam ex Marchionibus de Correa Sanctiſſimi Domini noſtri Prælatum, ut nuncupatur, *Cameriere d' Onore in Abito Pavonazzo*, origine Luſitanum, quem hìc honoris cauſa nominamus. Ipſe igitur eruditus Prælatus diſtinctionem prędictam Luſitanos inter, & Hiſpanos vigentem ſcriptis dilucidavit. Quin imo pari humanitate, & Viro Nobili Luſitano peculiari, quaſcumque Dubitationes, quæ in hac Hiſtorico-Equeſtri materia poſſent apud Nos ſuboriri, enodare ſe promptum paratumque exhibuit.

Cæterum, utraque Natio Hiſpana, & Luſitana ſuas tenet rationes in dicta Regum appellatione, ac enumeratione: Hiſpani ſiquidem recognoſcentes in eorum Regem Philippum Auſtriacum, qui à Ferdinando

nando Quinto Rege Catholico ad ſucceſſionem Regnorum Hiſpaniarum fuerat vocatus, ac deſtinatus, licet idem Philippus, qui dicitur Philippus Primus, nunquam Regnum poſſederit, eo quia obiit longe antequam moreretur d. Rex Ferdinandus ejuſdem Socer, qui ſpatio annorum decem ſupervixit eidem Philippo Auſtriaco Brabantiæ Duci, ejuſdem Ferdinandi Genero: unde cum Hiſpani Philippum prædictum Primum appellant, de plano ſequitur, quod ſubſequentes nominent Secundum, Tertium, Quartum, & Quintum. Luſitani vero minime recognoſcentes prænominatum Philippum Primum Auſtriacum, nominant Philippum Secundum in primum Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Regem; & ſic proſequuntur Nomenclaturam aliorum Secundi, Tertii, & Quarti Philippi. Rexit autem Ordinem prędictus Philippus ſpatio annorum decem, & octo: *d. Juſtinianus*, & *Collector Gallus ubi ſupra*.

XXXII. Magiſter, & perpetuus Adminiſtrator Quintus fuit Dom Philippus Secundus, juxta numerationem Luſitanorum, & juxta Hiſpanicam Philippus Tertius, qui Regimen cœpit anno 1598. *Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 354. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 395.

Idemque conceſſit Conventui Commendas de Avis, Villæ Viçoſę, Hervedaz cum Cancellaria, & Fabrica, & *Olival*, *vocatum da Ordem*. Sanxit quod Beneficia ſimplicia Ordinis, quę tribuebantur Clericis Secularibus, conferrentur ſolum Fratribus Conventualibus, prævio examine de ejus nomine facto à nonnullis Commendatoribus, quod incepit anno 1612., & per quatuor menſes duravit. Reformavit Statuta, novamque Regulam Ordinum Militarium confecit, quam confirmavit in Definitorio Capituli per ipſum tenti Setobricæ, vulgo *Setual*, in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Gratia ſecunda Octobris 1619., & regnavit annis XXIII. *dd. Juſtinianus pag.* 354. *Collector Gallus Tom.* 2. *d. pag.* 395.

XXXIII. Magiſter ſed Perpetuus Adminiſtrator Sextus fuit anno 1621. Rex Dom Philippus, apud Luſitanos nominatus Tertius, & apud Hiſpanos Quartus: *Statutum Ordinis*: *Juſtinianus*, & *Collector Gallus*, *ubi ſupra*. Rex hic approbavit Statuta Ordinis, & Definitiones, mandando, quod Typis traderentur, & obſervarentur. Rexit Ordinem ſpatio annorum decem, & novem: *dicti Juſtinianus*, *Collectorque Gallus* præallegati ponentes eumdem Philippum ſub n. 33. Magiſtrorum.

XXXIV. Magiſter, ſed Adminiſtrator Perpetuus numero ſeptimus, Brigantiæ Dux, & Luſitaniæ Rex 1640. Joannes Quartus. Adminiſtrationem Ordinis aſſumpſit, regnavitque annis ſexdecim: *d. Juſtinian.* & *Collector Gallus*, *ſuperius allegati*, Hiſtoricam ſeriem Acclamationis dicti Joannis Quarti ad Luſitaniæ Coronam, erudite Lector legere poteris in Volumine *Antonii de Souſa de Macedo*, *cui Titulus* .. Luſitania Liberata ec., & reſtituta legitimo Principi Joanni Quarto.

XXXV. Magiſter, ſed Perpetuus Adminiſtrator nonus fuit *R*ex Dom Alphonſus VI. qui Miniſterium aſ-

ſumpſit

ſumpſit anno *1656.* Adminiſtravit per annos undecim, & e Solio depoſitus fuit: *Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus ubi ſupra*. Depoſitionis Hiſtoria deſcribitur in Volumine, quod inſcribitur: *Cataſtrofe de Portugal*.

XXXVI. Magiſter, ſed ex Perpetuis Adminiſtratoribus Nonus fuit Dom Petrus frater d. Alphonſi, qui prius anno 1667. uti Regni Gubernator adminiſtravit Ordinem, & deinde, uti Rex Luſitaniæ, in Adminiſtratione continuavit uſque ad obitum: *d. Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus ſuperius allegati*. Item Catalogus Magnorum Magiſtrorum, & Adminiſtratorum Ordinis JESU CHRISTI relatus in *Statuto* prælaudati Ordinis JESU CHRISTI, quod Statutum eſt noviſſime impreſſum, ut ſupra diximus, Uliſſypone anno 1717. Typis Paſqualis da Sylva: & Nos eundem Magnorum Magiſtrorum Catalogum tranſcribemus in Calce noſtri *Diſcurſus ſuper d. Ordine JESU CHRISTI*; ubi liquet, quod d. Petrus Secundus obiit anno 1706.

XXXVII. Magiſter, & Perpetuus Adminiſtrator Decimus eſt Rex Dom Joannes Quintus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex, filiuſque d. Regis Petri Secundi. Hic adminiſtrationem Ordinis ſuſcepit anno 1706. ut ſimiliter videre eſt in prædicto Catalogo Magiſtrorum Ordinis JESU CHRISTI exiſtente in d. Volumine Statutorum ejuſdem Ordinis, & in calce noſtri Diſcurſus circa eundem Ordinem. Optime regnavit uſque ad præſentem diem 31. Julii currentis anni 1750. prælaudatus Rex Joannes V. Rex Religioſiſſimus, qui d. die ultima d. menſis Julii obdormivit in Domino. Optimus proinde Rex d. die 31. hora ſexta, & minut. 50. poſt ægritudinem octo annorum, & menſium duorum, ob inſignem Pietatem, erga Juſtitiam Amorem, & Pacis Zelum, & Dei cultum, quem ipſe, qua late patent Luſitana Regna, ſummopere extulit, cunctis ſui deſiderium reliquit: & meritiſſime Sanctiſſimus Dominus noſter ter Optimus, ter Maximus Pontifex Benedictus XIV. uſque de anno 1748. ſub die 23. Decembris dicti Regis Philippi V. Merita, novi Tituli acceſſione, hoc eſt Fideliſſimi, diſtinxit anno 1748. juxta Breve Apoſtolicum ſub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, quod Breve in Italicum Idioma translatum in Volumine cui Titulus -- *La Storia dell' Anno 1749. impreſſ. Amſtelodami*, *ſumptibus Franciſci Pitteri Librarii Veneti ſub pag. 25.*

XXXVIII. Magnus Magiſter, & Perpetuus Adminiſtrator Undecimus eſt Rex Dom Joſeph I. qui Regi Joanni V. ejus Genitori defuncto ſucceſſit die 4. Auguſti præſentis anni 1750. in Regno, & optime Regna Luſitana gubernat.

Hinc notandum, quod hujuſmodi perpetui Adminiſtratores, vigore Pontificiæ Bullæ Julii III., ea pollent auctoritate, quam retinebant Magiſtri, licet habitum non ſumpſerint, nec Profeſſionem emiſerint: unde cuncta quoad Ordinem peragere poſſunt; & ſic viſitare, Capitula celebrare pro recto eo-
34. rumdem Ordinum gubernio, Bonorum conſervatione, ac Privilegiorum defenſione. Et de facto in principio Juramentum præſtant ſic faciendi, ut in individuo hujus Ordinis

Ordinis Sancti Benedicti de Avis loquitur: *Statutum Ordinis Tit.* 1. *cap.* 7. Et pari paſſu procedunt aliorum Ordinum Luſitanorum Statuta. Tamque hæc Magiſteria Re-
35. gię Coronę adhærent in vim Pontificię Conſtitutionis, ut ſuccedente Fœmina Regiæ Coronę, Magiſterium quoque, ſive perpetua Adminiſtratio in illam tranſeat. Videantur quæ diximus in *Diſcurſu de Magnis Magiſtris*.

Hactenus expoſita rerum ſeries Ordinem hunc ab ipſa ſui Origine ſummopere floruiſſe demonſtrat. Non immerito proinde præclaras Equitum Virtutes, reſque pro Religione Catholica geſtas contra Barbaros, collaudat *Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 25. *pag.* 352, *& Collector Gallus ubi ſupra*. Quapropter, ut ingenue fateamur, excogitare neſcimus, quo facti fundamento, quaque ratione *Pater Honoratus à Sancta Maria Excalceatus*, in ſuo cæteroquin erudito Volumine, cui Titulus . *Diſ-*
36. *ſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne Lib.* 1. *Diſſert.* 10. *Art.* 2. *pag.* 225. in Narratione Fundationis Militaris Ordinis JESU CRISTI aſſerere potuerit, dictum Ordinem fuiſſe fundatum in declinatione hujus Ordinis *de Avis*, ac Ordinis Templariorum, quorum Ordinum Primus, hoc eſt *de Avis*, ſplendorem amiſerit, & alter, ſcilicet Templariorum, fuerit abolitus -- ibi *L' Ordre de Chriſt en Portugal, doit etre auſſi placè parmi les Religions Militaires il a etè fondè ſur les ruines de l' Ordre d' Avis, & des Templiers. La premiere de ces deux Chevalerie ayant perdu ſon luſtre, & la ſeconde ètan ſupprimèe.*

Ex Pontificiis quippe Bullis conſtat, atque Hiſtoricis Monumentis liquet, Ordinem JESU CHRISTI in
37. Luſitania fuiſſe inſtitutum ex Bonis Ordinis Templariorum Auctoritate Apoſtolica aboliti: nullum vero habetur verbum, quoad Ordinem de Avis, multoque minus, quod tunc temporis ab antiquo ſplendore hic delinaverit; atque ideo aſſertum Patris Honorati omnino caret Hiſtoriæ, Scriptoriſque monumento. Et fortaſſe *d. Pater Honoratus* dictam ſuam inſubſiſtentem aſſertionem deſumpſit, ex eo quod tempore fundationis Ordinis JESU CHRISTI Magnus Magiſter Ordinis Sancti Benedicti de Avis, qui erat in Ordine l' XI. nomine Frater Ægidius Monis, vel Martinez, renunciavit Magiſterio hujus Ordinis de Avis, & aſſignatus fuit à Summo Pontifice Primus Magnus Magiſter Ordinis JESU CHRISTI de novo erecti, ut diximus in antedicto Catalogo Magnorum Magiſtrorum hujus Ordinis de Avis, & etiam in Catalogo Magnorum Magiſtrorum Ordinis JESU CHRISTI, appoſito in Diſcurſu ſuper eodem Ordine. Ex quo facto, erroneè arguit *Pater Honoratus*, quod tunc Ordo de Avis à ſuo ſplendore deflexe-
38. rit: erroneè quidem; cum non ſolum ullo modo comprobet illationem Patris Honorati, ſed contrarium, non obſcure, juſtificet: ex quo enim tunc Militaris Equeſtris Religio Sancti Benedicti de Avis ſub egregio vivebat Magiſtro, & ea probitate, ac ſtrenuitate prædito, ut novam Militarem Religionem informare, etiam Judicio Sum̃i Pontificis poſſet; dici nequit,

Religio

Religionem de Avis à ſuo ſplendore defeciſſe, concluditurque eandem ſub tanto Magno Magiſtro in florenti ſtatu fuiſſe.

DISCURSUS XXXIV.

AVREÆ SOCIETATIS

ARGUMENTO

ET SUMMARIO

Non indiget.

Societas Aurea inſtituta fuit à Chriſtiano I. Duce Saxoniȩ anno 1590. ob cauſam Fidelitatis; ut illi, qui eſſent admiſſi ad d. Societatem, majorem in eundem Fidelitatem haberent. Signum Ordinis erat Catena aurea, cum variis Adamantibus ornata in utraque parte; Cor rubeum diaphanum viſibile ex utraque parte, & illud Cor penetratum Enſe cum ſagitta, exiſtente manu, quæ Crucifixum tenebat. In fine conſpiciebatur Calix cum hac inſcriptione. *Ad Cor virtutis amore*. In ſuperiori parte Crucis inſcriptio legebatur -- *Fidelitas*, una cum minori Corde rubeo, in quo Ducis ſimbolum cernebatur F. S. V. *Fide Sed Vide*.

In alia parte aderat *Conſtantia* una cum *Anchora*, & cum verbis -- *Qui perſeveraverit uſque ad finem Salvus erit* -- quæ omnia habentur apud *Joan. Hybner in ſuo Regale Lexico Lingua Germanica exarato in verbo Die Guildene* Geſelſchafft, latine, *Aurea Societas, pag. 1606. juxta impreß. Lypſiæ* 1735.

DISCURSUS XXXV.

AVREATI, SEU CALCARIS AVREI

ARGUMENTUM

Oſtenditur Series Originis horum Equitum Provenientis à Sancto Silveſtro Summo Pontifice, et Conſtantino Magno Imperatore; et proinde hos Equites creandi Jus ſpectare ad Summum Pontificem et Imperatores, ac ad alios, quibus Pontifex vel Imperator facultatem conceſſerunt: Demonſtraturque ex prædictis Equitibus deſcendere Religionem Conſtantinianam S. Georgii.

SUMMARIUM

1. *Equites antiquitus creabantur ſub diverſis Ritibus*.
2. *Fere omnium Ordinum Equites antiquitus nuncupabantur Aurei, vel Aureati*.
3. *Aureorum Equitum Cœtus, eſt idem ac Cœtus Aureorum Calcarium*, & n. 4.
5. *Ordo Equitum Aureatorum, & Calcarium Aureorum fuit conſtitutus ab Imperatore Conſtantino Magno, ad Cuſtodiam ſui Corporis; & Equites creavit, inſignivitque Cruce aurea octogona*.
6. *Certamen Conſtantini cum Maxentio deſcribitur: apparitio Crucis cum promiſſione Victoriæ verbis illis*: In hoc ſigno vinces: *& Victoria reportata*, & n. 7. 8. 9., & 10.
10. *Conſtantinus Sacrum Baptiſma recipit per manus Sancti Silveſtri Summi Pontificis*.
Quoad locum, tempus ſuſcepti à Conſtantino Baptiſmi vide quæ dicta ſunt in Diſcurſu Conſtantiniani Ordinis.
11. *Conſtantinus prohibuit, ne Crux amplius ad ſupplicium adhiberetur*.

12. *Conſtantinus in Imperiali ſuo Diademate apponere fecit Crucem.*
Crucem per manus Sancti Silveſtri Papæ accepit deferendam in pectore.
13. *Et auctoritate Apoſtolica facultatem obtinuit illam conferendi Aulæ ſuæ Viris Nobilibus.*
Conſtantinus Equites Cruce decoravit.
Conſtantinus Equites à ſe creatos, cum Cruce in Tutelam Chriſtiani Nominis nuncupavit Socios, & Cuſtodes ſui Corporis.
Equites Cruceſignatos creavit Conſtantinus, durante etiam in Urbe antiquo Ordine Equitum Romanorum.
14. *Equites antedicti vocati fuerunt Equites Aurei, vel Aureati, ob Crucem auream, quam gerebant cum Calcaribus aureis, & etiam dicti ſunt Angelici.*
15. *Aurei, vel Aureati Equites cur ita dicuntur?* & n. 16. 17. 18., & 19.
20. *Tempore Alexii Angeli Flavii ex Stirpe Conſtantini, cum prius Equites in ſtatu merè laicali viverent, pars eorundem peculiari Regulæ ſe ſubiecit, & mancipavit, quam illi Divus Baſilius Magnus præſcripſit, à Divo Leone Pontifice confirmata, ſub Tutela Sancti Georgii martyris.*
Vocatur Religio Conſtantiniana Angelica, aut Sancti Georgii cum Votorum emiſſione.
Hæc eſt Ramus Ordinis Calcaris aurei, & n. 21. 22., & 25.
22. *Calcaris Aurei Ordo in Teſſeram gerit Crucem auream octogonam.*
Dictus Ordo Conſtantinianus Sancti Georgii gerit Crucem rubeam liliatam.
23. *Impugnatur ab aliquibus antiquitas Originis Ordinis.*
24. *Reſpondetur Obiectionibus.*
26. *Ordo Aureorum Calcarium eſt omnium antiquiſſimus.*
Ordo Equitum antiquorum Romanorum deferebat Anulum.
Ordo Conſtantinianus deſumpſit leges fundamentales ab antiquo Romanorum Equitum Ordine.
27. *Crux aurea octogona, ut illa Melitenſium eſt Inſigne Equitum Aureatorum Calcaris aurei.*
Crucis Figura habetur apud Scriptores ibidem allegatos, & reiicitur ut ſibi contrarius Collector Gallus, dicens d. Crucem eſſe argenteam.
28. *Pontifex creat Equites Aurei Calcaris Ephebos, qui illi inſerviunt, quando ſe confert ad Lateranenſis Baſilicæ poſſeſſionem capiendam*, & n. 46.
29. *Crucem dictis Ephæbis, juxta aſſertionem Scriptoris, tradit Pontifex auream quidem; ſed cum encauſto albo ad inſtar Melitenſis, auro tamen circum ornatam.*
30. *Alii aſſerunt Crucem eſſe ſolum auream.*
Juxta prædicta concludunt aliqui non eſſe neceſſarium Cruci additamentum Calcaris.
31. *Habitum peculiarem non habent hi Equites.*
Figura Equitis cum Veſte Civica juxta Regionis morem cum ſua Cruce, habetur apud Scriptores ibi allegatos.
32. *Adducitur Preceptum Summi Pontificis, quoad ſtructuram Crucis horum Equitum* & n. 33. & 34.
35. *Ordo Conſtantinianus eſt diramatio ab Ordine Calcaris aurei.*
Armant, & armaverunt antiqui novos Equites Calcaribus, & Enſe, & n. 39.
36. *Sic cautum eſt in Statutis Militarium Religionum.*
37. *Ex Equo, & Calcaribus, moralia etiam documenta recipere debet*

bet Eques, & quæ? & n. 38., & 39.
40. *Equites cum Calcaribus creandi mos antiquus fuit, præcipue apud Germanos, apud quos ferendi Calcaria jus Equeſtre erat. Alia erant aurea, alia argentea, area, alia ferrea.*
41. *Calcaria, aliqua erant notabilis magnitudinis juxta Equitum Gradum.*
42. *Cum ſuis Calcaribus tumulabantur.*
43. *Supremi Principes, & Omnium Primus Summus Pontifex creat Equites, & aliis concedit facultatem creandi;* & n. 44. 45., & 46.
46. *Equites creat Summus Pontifex Ephebos illos, qui illi inſervierunt ea die, qua ſolemniter pergit ad Eccleſiam Lateranenſem.*
47. *Sereniſſimæ Venetę Reipublicæ Oratores in Urbe aliquando creantur à Pontifice Equites.*
48. *Eques creatus à majori Principe, præfertur illi, qui à minori Principe fuit creatus.*
49. *Equeſtri Gradu exornantur etiam Viri Togati, & Scientiis addicti, ac Judicibus.*
50. *Imperator quoque creat hos Equites, & quomodo.*
51. *Summus Pontifex, & Imperator concedunt etiam aliis facultatem creandi hos Equites.*
Pontifex concedit Cardinalibus à Latere, Nunciis, Epiſcopis Aſſiſtentibus eandem facultatem, & quomodo?
52. *Itidem nonnullis Univerſitatibus pro doctorandis.*
53. *Excellentiſſimæ Domus Sfortiæ.*
54. *Omnes Supremi Principes facultatem habent creandi Equites etiam aureatos; & adducuntur exempla* n. 55. 56. 57., & 61.
57. *Equites Aureati, & Calcaris aurei d. Ordinis Conſtantiniani creati ab aliis Principibus, vel fuerunt creati cum Auctoritate Summi Pontificis, vel Imperatoris: & ſi ſine eorum conceſſione creati fuerunt, dicendi ſunt Equites creati ad inſtar prædictorum,* & n. 58. & 59.
60. *Adducitur diſcrimen Equitum à Rege Poloniæ creatorum occaſione coronationis, & ex alia cauſa.*
62. *Equitum Calcaris Aurei Ordo, veluti à Summo Pontifice, & Conſtantino Imperatore creatus, eſt omnium Nobiliſſimus.*
63. *Equites Calcaris aurei habent Jus geſtandi Collo Torquem auream, quę Nobilitatem importat*, & n. 64. 65., & ſeq.
65. *Adducitur diſtinctio inter Torques.*
66. *Equites Calcaris Aurei efficiuntur Nobiles, licet non eſſent Natalibus.*
67. *Veniunt ſub nomine Nobilium*, & n. 68.
68. *Non ſubiacent Taxæ Popularium.*
69. *Sic etiam eſt Nobilis deſcendens ab Equite prædicto.*
70. *Ut Nobilis puniri debet pœnis Nobilium.*
71. *Adducitur alia antiqua Prerogativa Equitum Calcarium Aureorum apud Summos Pontifices, & Imperatores.*

DISCURSUS XXXV.

AVREATI, SEU CALCARIS AVREI

PLuribus ex cauſis antiquitus creabantur Equites, ut in præcedentibus Diſcurſibus oſtenſum eſt; & quidem ſub diverſis Ritibus. Aliquando enim Enſe nudato leviter dorſo percutiebantur; vel Enſis Baltheo aptabatur; aut per amplexum excipieban-

piebantur. Addita tandem fuerunt
1. Aurea Calcaria, ex quibus Auratorum Equitum nomen ſumpſere; quemadmodum tradunt *Collector Gallus Hiſtoires Des Ordres Militaires Ou Des Chevaliers Tom. 4. §. 91. pag. 127. juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel anno 1721. Dominus Io. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Tract. cui Titulus Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Ordin. Aquilæ Albæ in Diſcurs. Prælim. de Equitibus §. Tanta videlicet, & cap. 1. pag. 14. juxta impreſs. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. Hiſtoria delle Religioni Monaſtiche ec. Militari ex Gallico Idiomate in Italicum translata a Patre Ioſeph Franciſco Fontana Mediolanenſi Congregationis Matris Dei Tom. 8. cap. 63. à pag. 408., juxta impreſſionem Lucæ Typis Ioſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Hinc retroactis Seculis omnium ferè Ordinum Equites Aureis decorati Calcaribus, Aurei aut Aureati, vel Aurati nuncupabantur: *d. Comes in*
2. *Koden Sapieha pag. 241. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Livr. 2. Diſſert. 6. §. 3. & §. 6. pag. 415. & ſeq. juxta impreſs. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart 1718.*

Ergo Aureorum, ſeu Auratorum Equitum Cœtum eſſe eundem, ac Cœtum Equitum Calcarium Aureorum, tradunt *Abbas Juſtinianus Hiſtorie*
3. *Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap. 35. ſub §. Cavalieri dello Sprone d' Oro; e Pii Partecipanti pag. 557. juxta impreſſionem Venetam Typis Combi, & La Noù 1692. Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 16. Collector Gallus, & Comes in Koden Sapieha ubi ſupra.*

Et ſub iiſdem verborum formulis, loquendo de Equitibus *Dello Sperone d' Oro*, ſe exprimit per verba *Equites Auratæ Militiæ* ipſe fæliciſſime Re-
4. gnans in ſuo Præcepto Fratribus Militibus Auratæ Militiæ, ne Crucem alterius Militaris Ordinis publice gerant, ſed gerant propriam eorum Crucem Auream Octogonam; quod Præceptum regiſtramus in calce præſentis Diſcurſus ſub Litt. *A.*

Ipſaque demonſtrat literalis expreſſio, quæ fit à Summo Pontifice, quando creat hos Equites, ac ex verbis Literarum Apoſtolicarum, quibus idem Summus Pontifex facultatem impertit Eminentiſſimis Cardinalibus à Latere Legatis, ac Epiſcopis Solio Pontificio Aſſiſtentibus, creandi certum numerum Equitum hujuſmodi: ſemper enim Summus Pontifex promiſcue loquitur de Equitibus Aureatis, & Calcaris Aurei; ut diximus in noſtro *Diſcurſu ſexto à n. 62. cum ſeqq.* Atque idcirco Originem unius perquirendo ac exponendo, Originem quoque alterius neceſſario referimus.

Narrant Scriptores Auratorum Equitum,
5. ſeu Auratorum, ac Calcarium Aureorum Ordinem, Parentem habuiſſe invictum Imperatorem Conſtantinum Magnum, qui Nobiles Aulæ ſuæ Viros Cruce aurea octogona inſignivit, Equiteſque creavit, & in ſui Corporis cuſtodiam ſtatuit; ſicuti tradit *Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 35. Comes in Koden Sapieha in Tractatu Adnotationes Hiſtoricæ de Ordine Aquilæ Albæ cap. 6. pag. 83. juxta impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. in Corollario omnium Or-*

dinum impreſſ. in calce d. Tractatus ejuſdem Auctoris, *in verbo Calcarium Aureorum Ordo pag.* 249., *late Petrus Franciſcus Bergamaſchi Prior Cambiani* in ſuo Volumine -- *Breve Notitia Iſtorica del Pontificio, ed Imperiale Ordine de' Cavalieri Aureati, o ſia dello Speron d' Oro à pag.* 8. *cum ſeqq.*, *& pag.* 29. *juxta impreſſ. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 16. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom.* 2. *Litt. S. ſub Tit. de Summa Trinit.*, *& Fide Catholica ſub* §. *Notitia*, *& Series Ordin. Equeſt. ſub n.* 16. *pag.* 735. *juxta impreſs. Salisburgi Typis Io. Franciſci Mayr* 1729.

Hiſtorica autem ſeries Originis hujus Equeſtris Ordinis Aureorum Calcarium diſtincte ita ſe habet, ut repetemus in noſtro Diſcurſu ſuper Ordine Conſtantiniano. Contra Maxentium in Urbe Tirannum, certamen ſuo cum exercitu initurus Conſtantinus Magnus Imperator, adhuc quamvis Eth-
6. nicorum erroribus irretitus eſſet, Sanctiſſimam tamen Chriſtianam Religionem torvis nequaquam aſpiciebat oculis; imo ad illam ejus inclinabat animus; quapropter Chriſtianorum Dei preſidium imploravit. Hinc repente eidem Conſtantino Sacrum mirabiliter Crucis Signum cœlo ſereno apparuit, & ex Angeli ore, bonum nuncium, & omen audivit, verbis illis -- *In hoc Signo vinces*: Iterumque quietis tempore, nova conſpectæ Crucis viſione recreatus extitit Conſtantinus; qui ſtatim ſuis in Vexillis Crucis ſignum appoſuit, & in ipſo Imperiali Vexillo extulit; quod Vexillum Labarum dictum fu-
7. it, Græcis dictionibus quaſi *laboris terminus*: hoc eſt, ex ſecuritate hujus Vexilli. Vel ut alii dicunt, ita Conſtantinus appellavit, ad denotandum, quod ob Crucem ab eo receptam, finem haberent Eccleſiæ perſecutiones, ut tradit *Pater Honoratus à Sancta Maria Excalceatus in ſuo Volumine, cui Titulus*: *Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne Lib.* 1. *Diſſert.* 5. *Art.* 3. *pag.* 71., *& ſeq. juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart.*

Innitebatur autem d. Labarum per longa Haſta auro exornata, & lignum tranſuerſum habente; unde Crucis
8. ſignum in conſpectu, atque oculis omnium efformabatur, & exhibebatur, in cujus vertice affixa erat Corona ex auro, lapidibuſque pretioſis contexta, cum nomine Sanctiſſimi Salvatoris duabus Græcis litteris X., & P. expreſſo: ſicuti in fronte ejuſdem Vexilli, ſubtiliſſimum auro, & gemmis pretioſum aderat Velum, in quo Imperatoris effigies, ejuſque filiorum conſpiciebatur. Imperatore exemplo monſtrante viam, Milites eorum Arma Cruce exornarunt; ſicque Conſtantinus, ſuo cum Exercitu jam Cruceſignato, atque armato, certamen aggreditur contra Maxentium prope Pontem Milvium, Italice *Ponte Molle* prope Urbem, & felicibus Armis Tyrannum vicit, ac profligavit.
9. Pons e tergo ejuſdem Maxentii ſcinditur, & Maxentianus Exercitus proſternitur. Maxentius ipſe in fugam verſus properat ad Pontem, qui interruptus erat, ac multitudine fugientium preſſus, in Tyberim deturbatur. Ob inſignem Victoriam hanc Romanorum Imperio coronatur Conſtantinus vere Magnus, ſoli Chriſto Domino acceptam referens Victoriam, & Triumphum. Myſteriorum Chriſtianæ Religionis notitia ſtatim imbui

imbui ſategit: cumque ſubinde moleſto, & turpi Lepræ morbo labora-
10. ret Imperator, & torqueretur, & ad illum curandum ex Infantium ſanguine Balneum adhibendum conſilio ſuaderent Medici; Sancti Apoſtoli Petrus, & Paulus Conſtantino inquiete apparuerunt, præcipientes ei, ut ſi ex Lepra liberari vellet, omiſſa impii Balnei inimanitate, Silveſtrum in Soracte Monte latitantem accerſeret. Cœleſtibus monitis obtemperans Imperator, Sanctum Silveſtrum Pontificem Maximum ad ſe advocavit, à quo Sacris Baptiſmi Aquis Chriſtiano Ritu ablutus Imperator, factuſque Chriſtianus, à corporali quoque lepræ morbo mundatus mirabili modo fuit.

Quę de Conſtantini, quo tempore, & loco fuerit ei collatum Baptiſma, Vide quę late diximus in Diſcurſu Conſtantiniani Ordinis.

Tamque erga Chriſtianam Religionem
11. amore ſuccenſus evaſit, ut plurima in gratiam Chriſtianorum Edicta tulerit; Legemque ſanxerit, ne Crux ad ſupplicium cuiquam adhiberetur. Ita res, quæ antea hominibus probro, ac ludibrio fuerat, venerationi & gloriæ eſſe cœpit: & ad augendum erga Sanctiſſimum Crucis ſignum in omnibus cultum, & venerationem, ipſe Imperator, non ſolum in Imperiali
12. Diademate Crucem extulit, ſed voluit etiam pectus ſuum exornari eadem Cruce, e manu Summi Pontificis illam recipiendo. Quapropter ſolemni pompa, per manus Summi Pontificis Divi Silveſtri Crucem accepit, ante pectus publice deferendam; & Apoſtolica auctoritate facul-
13. tatem obtinuit à prælaudato Sancto Pontifice Silveſtro, eodem Crucis ſigno ejus Imperialis Aulæ Nobiles palam exornandi; prout plures d. Apoſtolica facultate ſibi facta, Imperiali manu, præcipuos Aulæ ſuæ Viros Nobiles & primarios, Nobiliſſima Crucis Teſſera decoravit, Equeſtremque eis Titulum tribuit, Defenſorum Sanctę Fidei Catholicæ, & Chriſtianorum, Nominiſque Chriſtiani in tutelam, & tandem nuncupationem Sociorum, ac Cuſtodum ſui Corporis; ut demonſtrant ſuperius allegati Scriptores. Notandumque hanc Equitum Cruceſignatorum creationem peractam fuiſſe eo etiam tempore, quo in Urbe vigebat apud Romanos antiquus Romanorum Equitum Ordo.

Ordinis hujus Equites ſic inſtituti, vo-
14. cati fuerunt Equites Avrei, vel Aureati, eo quia Crucem gerebant auream Torqui aureæ appenſam, una cum Calcaribus avreis, Italice vero Avrati, & Avreati. Alii hos vocant Equites Conſtantinianos, etiam Angelicos; vel ab Angelo, qui Conſtantino apparuit ad explicandam antedictam Crucis apparitionem; vel ab ipſo Conſtantino, qui appellabatur Conſtantinus Angelus: ſive quia dictio Angelus eſſet Conſtantini cognomentum. Unde Familia Principum à Conſtantino deſcendentium dicebatur Angelo Flavia Comnena, geſtabatque ſuo in Stemmate principaliter Angelum: *d. Bergamaſchus à pag. 16., & ſeq.*

Rurſus ponderant Scribentes, quare nuncupati fuerint Equites Avrei, vel Avreati, aut Calcaris Avrei: plures adducuntur rationes non incongruę. Ajunt enim, quod cum Officium verſetur in defenſione honoris Sanctæ Fidei, Nominiſque Chriſtiani, unde conſtituti erant ad cuſtodiam
15. Imperatoris Conſtantini, veri Chriſtianorum Protectoris; ita ut Imperiali Perſonæ publicis Actibus hi Equi-

tes

tes ad latus, & ad Imperatoris calcaria incederent, ipſique Imperatori calcaria aptarent pedibus: quapropter iidem Equites Crucem octogonam avream deferebant, à qua avreum calcar pendebat; ex quibus vocari cœperunt Equites Avreati, Calcaris Avrei, ad tradita per *Franciſcum Sanſovini dell' Origine de' Cavalieri Lib. 1. pag. 11. à tergo, & Lib. 2. pag. 18, & 19. juxta impreſſ. Venetam Hæredum de Marchiò Seſſa anno* 1570. *d. Abb. Juſtinianus Parte Prima cap. 1. pag. 6. & Parte Secunda cap. 35. pag. 557. Bonannus: Collector Gallus: Comes in* Koden *Sapieha præallegati* per *Bergamaſchum pag.* 17. Ubi ceſſarunt denominari Equites Crucis Conſtantini, vel Equites Conſtantiniani, aut Equites Imperatoris.

Suſtinent alii fuiſſe vocatos Equites Calcaris avrei, eo quia in Avla Imperatoris Calcarium avreorum, ſeu deauratorum uſus nemini permiſſus erat, niſi hujuſmodi Equitibus Sacra Cruce ornatis, ac Imperatoris Commilitonibus pro defenſione nominis Chriſti; ſicque ex tali uſu, mos etiam invalvit apud ipſos, geſtandi Crucem cum Calcaribus, ſimiliter avreis, ab eadem Cruce pendentibus: *d. Bergamaſchi pag.* 18.

Scripſerunt alii, revera hos Equites in Teſſera Crucis nullum Calcar geſtaſſe, ſed ſimplicem Crucem avream in Campo cœruleo, ſignificante Cœlum ſerenum, prout Imperator Con-
16. ſtantinus Crucem mirabiliter in Aere viderat, ut dictum eſt ſuperius: Nuncupationem vero Avreorum Calcarium deſumptam fuiſſe ab uſu Avreorum Calcarium eiſdem permiſſo. Cæterum additionem Calcaris avrei Cruci factam, fuiſſe arbitrariam, ad ea, quæ refert prędictus *Bergamaſchi pag.* 19. ubi tamen ſubdit magis communem opinionem eſſe, quod Equites geſtarent Crucem cum Calcare ab eadem Cruce pendente.

Alii demum ſuſtinent, non ſine myſterio Imperatorem Conſtantinum in Teſſeram cum Cruce Calcar avreum
17. iniunxiſſe; ut ſcilicet exinde morale documentum daret, Crucem Domini, ejuſque memoriam ſtimulum miniſtrare, ad defendendam Sanctiſſimam Fidem impigre, itaut Eques generoſus ut ſtrenuus, & impavidus Equus, urgente Calcare, viam Mandatorum Domini, & Virtutum ſemitam calcaret, & curreret, juxta eaque habentur apud *d. Bergamaſchum à pag.* 19. ubi ſubdit, quod Argenti avrique opifices, ingenioſe avreas ea forma conſtruebant Cruces, ut illæ calcar efformarent, & calcar Cruces efficeret: *& pag.* 21. teſtatur quamlibet ex dictis aſſertionibus poſſe innixas eſſe veritatis fundamento, multoque magis omnes ſimul ſumptas.

Sentiunt alii Calcare avreum, Cruci avreæ additum, fuiſſe inventum Conſtantini, alludentis Cruci Jeſu Chriſti: nam ſicut Crux Jeſu Chriſti, ob ſingulare maximumque Benefi-
18. cium Humano Generi collatum, corde ſemper tenenda eſt; ac defenſio Sanctæ Fidei; ita illius memoria Calcaris ad inſtar, impellere debet Equites ad zelum erga illam ſervandum: vel quod Calcar ipſum, Crucem ipſam affabre elaboratam formaret, & repræſentaret, atque duplex Equitis Chriſtiani Teſſera in
19. duplici Cruce concurreret. Pręterea Calcar Inſigne Equitis eſt: nam non pedeſter, ſed Equeſter adhibetur cum Equo, à quo Equitis nomen emergit. Et ſicut omnium nobiliſſimum Animal Equus, calcari excitatur; ita Eques Cruceſignatus urgeri

geri

geri debet, ad zelandum Catholicæ Fidei conſervationem, & dilatationem. Ex recenſitis motivis conſtat, qua de cauſa hi Equites vocentur Equites aureati, avreique Calcaris, prout eiſdem perpenſis, concludit allegatus *Petrus Franciſcus Bergamaſchi à pag. 16. cum ſeqq.*

Hujuſmodi Equites à tempore inſtitutionis eorum Ordinis, modo antedicto peractæ, abſque ullo Regularis Diſciplinę vinculo, citraque ullam ſubſtantialem Profeſſionem, ſed in mero ſtatu Laicali continvarunt uſque ad tempus Alexii Angeli
20. Flavii, ex Stirpe, ac Sanguine Magni Conſtantini: nam eorundem pars ſe peculiari Regulę ſubiecit, ac in Monaſteriis Diſciplinæ, & Conſtitutionibus, quas eidem Divus Baſilius Magnus Ceſareæ Epiſcopus pręſcripſit; quę ſucceſſive ad inſtantiam Martiani Auguſti confirmavit Sanctus Leo Papa, ditavitque pluribus Privilegiis, & ſub Tutela Sancti Georgii Martyris poſita fuit: Hęcque Religio, a præfato Ordine Equitum Aurei Calcaris diramata, dicitur Ordo, vel Religio Imperialis, Conſtantiniana, Sancti Georgii, Religio Angelica Sancti Georgii, aut Religio Aureata Sancti Georgii. Hactenus relata videri poſſunt in unum collecta penes *d. Petrum Franciſcum Bergamaſchi Priorem Cambiani* in ſuo Volumine, cui Titulus -- *Breve Notizia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Avreati, o ſia dello Sperone d'Oro impreſſ. Taurini Typis Dominici Paulini anno 1691.* & ante ſcripſerat *P. Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 16.* Et diximus in Diſcurſu peculiari Conſtantiniani Ordinis.

Cœterum poſita dicta Diramatione Ordinis, hic in duas partes diviſus, ſeu efformatus remanſit: Pars enim
21. quæ continvare voluit ſub primævo Inſtituto, à Regulis votiſque libera, vocatur Avreata Militia, ſeu Imperialis Equeſter Ordo Calcaris Avrei; Pars altera, quæ ſe Regulari obſervantię ſubiecit, ſub Votorum vinculo, appellatur Militaris Religio Conſtantiniana ſub Regula Sancti Baſilii, & Tutela Sancti Georgii, ut ſupra §. Hujuſmodi Equites.

Et hujuſmodi Diviſionis occaſione, Equitum, qui ſub antiquo Titulo continvarunt, Teſſera Avrea Crux eſt bifurcata, octo extenſa acuminibus ad
22. inſtar Hieroſolymitanorum Equitum, vel Sancti Lazari, cum Avreo Calcari in inferioribus partibus pendente; Pars vero altera, Crucem rubeam liliatam aſſumpſit ſtructurę deſcriptæ à *d. Bergamaſchi pag. 14., & 15.* de qua fuſe agimus *in Diſcurſu de Ordine Conſtantiniano Sancti Georgii.*

Adeo antiquam horum Equitum Origi-
23. nem uſque à Conſtantini Magni temporibus deductam, & ſuperius expoſitam, non approbari ab aliis Hiſtoricis, notat *d. Juſtinianus ubi ſupra: Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom. 2. cap. 41. pag. 352. juxta impreſſ. Typis Joan. Baptiſtæ Beſogne 1721.* illamque non eſſe concludenter probatam, inquit *d. Collector Gallus Tom. 4. pag. 136.* qui ſubdit non inveniri Documentum, de his Equitibus mentionem faciens magis antiquum, quam illud de anno 1410., quoad illum Equitem, qui ſepultus legitur Lovanii in Beati Petri Templo, Armis, & Galea inauratis, Baltheo laro avreo, avreis Tintinnabulis pendentibus paludatis.

At cum omnes Supremi Principes hos Aureatos Equites antiquitus creaverint, & etiam de præſenti creent, ut

ut mox dicemus, & explicabimus, nec aſſignabile ſit aliud initium quoad omnes Principes; tenenda videtur præmiſſa aſſertio tot Scripto-
24. rum ſuperius allegatorum, qui de antedicta veteri Origine, ab ipſo Conſtantino Magno teſtantur; & ex profeſſo demonſtrat allegatus *Petrus Franciſcus Bergamaſchi*: urgetque ratio; quod ab ipſa Urbe Roma Romaniſque Imperatoribus, ſicuti cæteræ Nationes, Equeſtris Ordinis jure Natalium in Urbe florentis regulas ſumpſerunt, & ad eorum Regna tranſtulerunt; ita normam ſumpſiſſe hujus Equeſtris Ordinis Avreorum Calcarium, credendum eſt.

Liquet ergo d. Militarem Conſtantinianam Religionem Sancti Georgii deſcendere à prænominato Equeſtri
25. Ordine Equitum Aureatorum Calcarium, huncque eſſe ſtipitem Arboris, & Religionem Conſtantinianam Sancti Georgii, eſſe Ramum à dictis Equitibus avrei Calcaris derivantem.

Liquet hunc Ordinem Equitum Avreorum Calcarium Italice *Dello Sperone d' Oro*, eſſe omnium antiquiſſimum in Orbe Chriſtiano, & primum inter Chriſtianos cum Augu-
26. ſta Crucis avreæ Teſſera, veluti inſtitutum ab ipſo Conſtantino Magno, durante etiam in Urbe antiquo Romanorum Equitum Ordine, qui Romanorum Equitum Ordo Anulum avreum pro inſigne gerebat; & de quo ſcripſimus in *Diſcurſu* 2., & *Diſcurſ.* 23.

Et demum patens eſt, quod ex eodem antiquo Romanorum Equitum Ordine, tunc temporis etiam Romæ perdurante, cum fundamentalibus legibus, derivavit Ordo Conſtantinianus, verus parens cœterorum Ordinum ſucceſſive erectorum, ut ſuperius demonſtravimus *in* 2. *Diſcurſu à n.* 92., *& ſeq. Iterum Diſcurs.* 4. *ſub n.* 17., ac etiam *in Diſcurſ.* de Ordine Conſtantiniano demonſtrabitur.

Inſigne autem horum Equitum Avrea-
27. torum, & Calcaris avrei fuit, & eſt Crux avrea octogona, ad inſtar albę Crucis Melitenſis: Et figura habetur apud *d. Abb. Juſtinianum pag.* 557. *Collectorem Gallum Tom.* 4. *pag.* 127., *& ſeq.* (Qui in Generali Deſcriptione Inſignium eodem *Tom.* 4. *pag.* 410. non concordat cum iis, quæ prius dixerat, & ibi erronee aſſerit, quod d. Crux eſt argentea; ibi: *Una Croix d' Argent*) Habetur ſimiliter figura d. Crucis avreæ penes *Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordin. Equeſtr. ſub n.* 16., & in Generali Deſcriptione omnium Inſig. Equeſt. pag. 147. *d. Petrum Franciſcum Bergamaſchi in antedicto ſuo Tract. pag.* 1. *in fronte, & pag.* 20.

Imo hic tranſcribimus quæ *d. Petrus*
28. *Franciſcus Bergamaſchi* in eodem ſuo Tractatu de Equitibus avrei Calcaris *à pag.* 45., *& ſeq.* ſcripſit in propoſito Ephæborum, qui inſerviunt Summo Pontifici Patriarchalem Lateranenſem Baſilicam adeunti, ad poſſeſſionem capiendam; qui Ephęb i, ab eodem Summo Pontifice Equites avreorum Calcarium creantur. Loquens avtem d. Scriptor de Cruce horum Equitum, ſic inquit. *Queſti Nobili Giovani vengono in d. funzione ad eſſer creati Cavalieri Avreati, con ricevere dalla benigna mano di N. S. la Croce dello Sperone d' Oro: Nel che avendo i Sommi Pon-*
29. *tefici introdotto il conferire detta Croce d' Oro, anco ſmaltata di bianco, come quella di Malta, ma con un gran filo, & orlo d' Oro, che*

orna tutte l' eſtremità, col ſuo Speroncino pur d' Oro nella parte inferiore ingiunto; Viene oggidì ſimil forma di Croce, e Speroni ſmaltati, ed orlati d' Oro, ad eſſere la più commune, ed uſitata da' Cavalieri Aureati d' Apoſtolica autorità. Alcuni altri però la portano puramente
30. *d' Oro ſenza ſmalto, come fu la ſua primiera forma al tempo di Coſtantino. Onde ne ſegue, che portandoſi la Croce ſmaltata di bianco, con maggior motivo vi deve eſſere ingiunto lo Speroncino, per meglio diſtinguerla da quella di Malta, portandoſi puramente d' Oro, arbitraria l' aggiunto dello Sperone; almeno ſecondo l' opinione di quelli, che vogliono tale eſſer ſtata la prima forma; e non eſſendoſi ordine alcuno, che porti Croce d' Oro in queſta forma, pare non eſſervi la neceſſità della diſtinzione dello Sperone.*

Cum hi Equites nullam habeant peculiarem Veſtem, aut Togam, ipſi utuntur Veſte Civica, more Regionis. Un-
31. de Figura Equitis cum Veſte Civica, & d. Cruce exornati, cernitur penes *d. Bonannum d. n. 16., & Collectorem Gallum d. Tom. 4. pag. 127.*

Verum quæ ſupra diximus in Diſcurſu de forma Crucis, quoad ejus ornatum, albamque ex encauſto lineam habentis, modo cuncta ceſſant: ſiquidem Sanctiſſimus Dominus noſter Benedictus Papa XIV. die ſeptima Septembris anno 1746., mediante ſuo
32. Præcepto, ſtatuit ru cem avream octogonam deferendam à Fratribus Militibus, ad inſtar Crucis octogonæ Equitum Melitenſium, nullo tamen encauſto albo obductæ, & inuſtæ, ſed ex auro tantum cum parva catena, à qua Calcar itidem ex avro pendeat; mandavitque idem Sanctiſſimus, quod forma dictæ Crucis inciſa ſervetur in Secretaria Brevium; & in creatione horum Equitum tradatur exemplar ejuſdem Crucis; quemadmodum illis, qui poteſtate pollent Pontificia creandi tot numero Equites, tradantur eiſdem tot exemplaria dictæ Crucis, juxta tenorem antedicti Præcepti Sanctiſſimi Domini noſtri, quod integraliter regiſtratur in calce præſentis *Diſcurſus* ſub Litt. A. Ubi Summus Pontifex pœnam imponit
33. inobedientibus, & Crucem gerentibus diverſam à forma præſcripta, & Mandatis Pontificiis non obtemperantibus: quod ſcilicet *Non ſolum ipſo facto, ille talis privatus intelligatur, & ſit obtentu Equitis Dignitate, ac illius Privilegiis, & Indultis; verum etiam ſubiectum, & obnoxium eſſe, & fore volens, & declarans omnibus Pœnis, quæ à Legibus contra eos; qui Inſignia, Stemmata, & Arma, quæ & ſibi uſurpare non debent, & aliis attributa eſſe non conſtat; aſſumere audent, latæ fuerunt.*

Hujus Præcepti Exemplar Romæ impreſſum, humaniſſime Nobis tradidit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Franciſcus Maria ex Comitibus Colombani, Patricius Forolivienſis, qui cum eſſet hujus noſtræ
34. Cathedralis Canonicus laudatiſſimus, à Sanctiſſimo prædicto Domino noſtro Benedicto Papa XIV. creatus fuit anno 1747. Epiſcopus Britinorienſis, & Marchio, ac etiam unus ex Epiſcopis Pontificio Solio Aſſiſtentibus, & ſic pollens facultate creandi octo Equites Aureatos, in eorundem creatione opportune, ac aſſueta Prudentia monebit Equites ad obſervantiam Præcepti Summi Pontificis.

Notandumque eſt, quod Ordinis Teſſera, Crux avrea ſcilicet, quando hæc gerebatur

gerebatur expreſſa in Numiſmate, Numiſma campum encauſto cœrulei coloris habebat, ad exprimendum Cœlum cæruleum, & aerem, prout ſereno aere Conſtantino Imperatori apparuit; ut videre eſt apud *d. Bergamaſchum pag.* 18.

Comprobata, ex præmiſſis, Ordinis Calcaris Avrei vetuſta Origo, ac demonſtrata ab eodem Ordine diramatio, & ſeparatio Ordinis Conſtantiniani ſub Titulo Sancti Georgii,
35. juxta §. *In hujuſmodi cum ſeqq.*, & §. *Adeo antiquam*, manifeſte omnibus reſpondet obiectionibus, quas Critici promovent contra utriuſque Ordinis partem; & latius Nos referemus in *Diſcurſu de Ordine Conſtantiniano Sancti Georgii*: proinde, pro majori rei hujus dilucidatione haberi poterit recurſus ad d. noſtrum *Diſcurſum ſuper Conſtantiniano Ordine*.

Cumque apud omnes pene Nationes in creatione Equitum conſuetudo viguerit, & vigeat, eos Enſe, & Calcaribus armandi: *dict. Juſtinianus pag.* 5. *Bonannus n.* 16. Hinc ipſis Militarium Religionum Statu-
36. tis cautum eſt, quod ante admiſſionem ad Habitum Ordinum Militarium, Candidatus armetur Eques: armatur vero per præcinctum Enſis ad latus, & Calcarium ad Pedes; ſicuti Nos expoſuimus in particularibus *Diſcurſibus Ordinum Militarium*, & advertit *Bonannus d. n.* 16., ubi rationem adducit uſus hujuſmodi; ut
37. ſcilicet moneantur Equites, Equo debere dimicare, ac certamina inire, atque ſtimulum ad res laudabiles peragendum habere, ac Avrum in Calcaribus exiſtens, tanquam lutum ab eis
38. calcandum. Rurſus, Avreis Calcaribus edocetur Eques, primo; quod cum Avrum pondere cœtera excedat metalla, pulchrumque aſpectu ſit præ cœteris; ita Eques ſe gerere debet ſolide præ cœteris gratum exhibens, non ex malignitate, & proditionibus aliiſve ſceleribus, Equeſtrem honorem commaculantibus, ſed vera humanitate, modeſtia, & aliis ornatum Virtutibus, quę Virum honoratum efficiunt, & decorant. Secundo inſtruitur, quod ſicuti Calcaria acuminibus Equum ſtimulant ad currendum, ita Eques Populum ad honeſte vivendum, & in Virtutum Via incedendum, ipſo Equite Duce, impellere debet; ut tradit *d. Franciſcus Sanſovini d. Lib.* 1. *pag.* 5.

Ulterius antiquorum Populorum ſpe-
39. ctatis moribus, inconcuſſe ſervatus fuit creandi Equites uſus, cum appoſitione Calcarium Pedibus; ut antiquiſſimis Documentis relatis, videre eſt apud *d. Juſtinianum d. Parte Prima cap.* 1. *pag.* 7. Qui mos præcipue viguit apud Germanos, apud quos Calcaria ferendi Jus, Equeſtre Jus erat, & ad ſolos Equites ſpectans: quod Jus non omnibus
40. par erat; ſed illud intercedebat diſcrimen, quod aliqui jus habebant Avreorum Calcarium Argenteorum; alii Calcarium ex Ære; alii demum ex ferro, ut tradit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne &c. lib.* 2. *Diſſert.* 6. §. *VI. pag.* 416., *juxta impreſſionem Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718.

Hæc Equitum Calcaria notabilis erant
41. magnitudinis, juxta majorem, & minorem gradum, & diſtinctionem eorundem Equitum, qui illa deferre debebant; ſicuti ſcribit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 416., ubi ſequendo *Jo. Nicol. de Calciorum uſu, & abuſu*, inquit, quod id

Ttt 2 manifeſte

manifeſte conſtat ex Calcaribus, quæ adhuc ſervantur Regis Herald, quæ in longitudine menſuram Pedis excedunt.

Cum ſuis Calcaribus tumulabantur Equites Defuncti, taliſque mos præcipue vigebat in Septentrionalibus Regionibus; in quibuſdam enim Sepul-
42. chris reperta ſunt: & duo ex Calcaribus, quæ magnitudine ordinariam menſuram Calcarium excedunt, in Cæmeterio Sancti Surin Burdegali inventa ſunt, ut proſequitur *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 416.

Hos autem Equites Avreatos, & Calcaris Avrei, auctoritate creandi pollet omnium primus Summus Romanus Pontifex, quoties illi placet, & dignatur, aut aliis facultatem creandi indulget, ut infra ſubdemus. Sic, & Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ut mox explicabimus.

Et ſane liquet ad evidentiam, primario ad Summum Romanum Pontificem, ac ad Imperatorem competere jus creandi veros hos Equites Auratos ex vi primævæ eorum Inſtitutionis,
43. per manus Sancti Silveſtri Summi Pontificis, & reſpective Conſtantini Magni Imperatoris peractæ, juxta Hiſtoriæ ſeriem ſuperius narratam; & notiſſimum præterea ſit, nullum Equeſtrem Ordinem, ſive Regularem, ſive Secularem legitime dari, niſi Summi Pontificis concurrat Auctoritas; cui ſemper ſubiacent hujuſmodi Ordines. Qua tamen ſuprema abſolutaque Auctoritate non utitur Summus Pontifex, niſi legitima cauſa perpenſa, ut loquitur laudatus *Bergamaſchi pag.* 24., *& ſeq.*, *& pag.* 31. ubi probe notat, quod Summus Pontifex ſummopere æſtimavit, & cordi habet hunc Calcaris avrei Ordinem, & aliqui crediderint hunc eſſe de Reſervatis Summo Pontifici, hocque certum, quod quoties voluere Pontifices novum aliquem Equeſtrem Cœtum prærogativis afficere, eundem novum Cœtum Ordini Equitum Calcaris Avrei univerunt; ut videre eſt in Collegio Equitum Piorum, & Equitum Laureatorum, & dicetur in particularibus Diſcurſibus.

Antiquis etiam temporibus Summi Pontifices ſuprema, qua pollent auctoritate, Calcaris Avrei Equites creavere, ut de Leone, Julio III. Paulo IV., & Pio IV. refert *d. Bergamaſchi pag.* 32., *& ſeq.*

Diximus, creavere Equites; cum dici nequeat ipſos mentionem feciſſe de his Equitibus Avreatis per viam ſimplicis declarationis honorificæ, occaſio-
44. ne qua aliquos Officiales Pontificios aggregatos declararunt dicto Cœtui Equitum Avratorum, ut innuit *d. Bergamaſchi pag.* 33. Conſtat quippe Paulum IV. poſitive Equites creaviſſe, Cruce exornaſſe Calcar avreum habente; Romanus enim Populus eidem Summo Pontifici Paulo Quarto pluſquam centum Nobiles Romanos ad ejuſdem Summi Pontificis cuſtodiam aſſignavit abſque ulla ſolutione ſtipendii, pluſquam centum hos Nobiles Romanos idem Paulus IV. omnes Equites Avratos creavit, ut proſequitur *d. Bergamaſchi pag.* 30.

Quapropter merito ſupralaudatus *Petrus Franciſcus Bergamaſchi*, *Prior Cambiani Volumen ſuum, quod pecu-*
45. *liare exaravit de iſto Equeſtri Ordine*, ſic ſcribit ſub Titulo -- *Breve Notizia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Avreati, o ſia dello Speron d' Oro antichiſſimo tra tutti gli Ordini Cavallereſchi Laicali, e Regolari della Chieſa Militare.* Quod Volumen im-

impreſſum eſt *Taurini Typis Dominici Paulini*, *Impreſſoris Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ* 1695. & in Corpore Tractatus.

Summus itaque Romanus Pontifex Diplomatibus ſuis Avratæ Militiæ Calcaris Avrei Equites creavit ſemper,
46. & creat de præſenti ad arbitrium, & regulariter Equites creat honorarios illos Ephæbos Pontifici famulantes ea die, qua ſolemniter à Vaticana Baſilica, vel Quirinali Palatio, ad Lateranenſem Eccleſiam proficiſcitur. Perficitur vero declaratio in Equitem, mediante Pontificis Diplomate, hoc eſt Litteris Apoſtolicis in forma Brevis, cujus verba inter cætera ſunt -- *Motu proprio*, *&* *ex certa ſcientia*, *ac mera liberalitate noſtris*, *Te avratæ Militiæ Equitem*, *ac Aulæ Lateranenſis*, *&* *Palatii Apoſtolici Comitem*, *tenore præſentium facimus &c.* & prout latius videre eſt in Diplomate, quo Sanctiſſimus Dominus noſter Divina Providentia Benedictus Papa XIV. Equitem creavit unum ex Ephæbis, qui illi in celebri illa die equitationis ad Lateranenſem Eccleſiam inſervivit, quod damus in calce præſentis Diſcurſus *Litt. B.*

Quandoque etiam iidem Romani Pontifices Sereniſſimæ Venetorum Reipublicæ Oratorem ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, Avratæ Militiæ, & Calcaris Avrei Equitem creant, ut notum omnibus eſt, & refert etiam
47. *Collector Gallus d. Tom.* 4. §. 101. *pag.* 132., ubi ponit exemplum Venerabilis ſemper in ævum memoriæ Innocentii XI.

Alia exempla aliorum Summorum Pontificum ſa. me. Alexandri VIII., & Clementis XI. habentur in folio regiſtri, quod damus in calce ſub Littera C. ubi deſcribuntur Cæremoniæ, quæ ſervatæ fuerunt ſub Clemente XI. quando Equitem creavit Excellentiſſimum Dominum Franciſcum Moroſini anno 1706. tunc temporis apud Sanctam Sedem Apoſtolicam Oratorem Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ.

Quæ cum ita ſint, quadrat hic reſolu-
48. tio, quæ refertur à Nobis *Diſcurſu Quarto n.* 18., *&* *Diſcurſu Sexto à n.* 56. *cum ſeqq.*, quod ſcilicet Eques ille, qui à majori Principe fuit creatus, ſuper cæteris præfulget, qui à minori Principe creati fuerunt.

Porrò Principes hoc Equeſtri gradu, non ſolum exornant Viros Militiæ addictos, ſed etiam Aulæ ſuæ famulantes Scientiarum Studiis vacantes, Le-
49. gum lavrea redimitos, & Judicantium ſubſelliis Jus, & Juſtitiam miniſtrantes, ut diximus in §. Non ſolum: *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 127.

Diximus, hujuſmodi Equites creandi Jus quoque ſpectare Romanum ad Imperatorem, ex rationibus ſuperius allegatis: hoc autem jure uti ſolent Imperatores inter ſolemnia eorum Coronationis; & quidem terno ictu Gladii, quo Carolus Magnus utеba-
50. tur, percutiendo eorum terga. Hinc narrat *Baronius in Vita Nicolai Quinti* ad annum 1445. Fridericum Imperatorem cum à Vaticano ad Baſilicam Lateranenſem cum Nicolao V. equitaret, in Ponte Molis Adrianæ, hoc eſt ad mænia Caſtri Sancti Angeli, creaviſſe Equites avreatos numero 265, cum terna Enſis prædicti percuſſione antedicta, ut refert præterea *Pater Philippus Bonanni in Calogo Equitum num.* 16. *Comes in Koden Sapieha in Corollario Omnium Ordinum* impreſſo poſt Tractatum ejuſdem *de Ordine Aquilæ Albæ in*

in verbo Avrei , *ſeu Avrati Equites pag.* 239. ubi quod in Germania Equites creandi per Imperatores, terno itidem Gladii ictu, ſeliguntur ex Comitibus, & Nobilibus Imperii.

Non ſolum autem dicti Supremi Principes Avreatos Equites, & Avrei Calcaris creant immediate, ſed alii etiam, ex eorundem Principum conceſſa facultate, prædictos Equites mediate creant: unde ex Summorum Pontificum conceſſione Cardinales
51. à Latere Legati pollent facultate Viros Nobiles duodecim Equites creandi. Sic Nuntii Apoſtolici; ſic Epiſcopi Aſſiſtentes Solio Pontificio octo itidem Nobiles Viros creandi Equites, juxta ea quæ annotavimus in *Noſtro Diſcurſu Sexto ſub n.* 6., *&* 64. præſenti Volumine: *d. Collector Gallus Tom.* 4. *pag.* 132. *dictus Bergamaſchi pag.* 32., ubi quod Abbreviatores Apoſtolici gaudent Pontificia facultate creandi aliquot Equites. Quod Auditores Rotæ habeant etiam creandi Equites facultatem, ait *Collector Gallus d. pag.* 132. Formula autem, qua utuntur Epiſcopi Aſſiſtentes Solio Pontificio in his Equitibus creandis, habetur apud *d. Collectorem Gallum, ubi ſupra pag.* 133.

Ac etiam ex Summi Pontificis facultate nonnullæ Univerſitates in actu
52. conferendi Lauream Doctoralem, creant illum Comitem Palatinum, & Avratę Militiæ Equitem. Aliqui ex his Equitibus, ut in eorum Privilegiis exprimitur, poteſtatem habent creandi Notarios, & Doctores, legitimandi Baſtardos: alii auctoritatem habent, ad inſtar Principum, alios Equites creandi, ad tradita per *Sanſovinum dell' Origine de' Cavalieri Lib.* 2. *pag.* 19. *à tergo*.

Celeberrimum, & notorium eſt in hoc Privilegium Excellentiſſimæ Domus Sfortiæ; conſtat ſiquidem quod uſque de anno 1539. ſa. me. Paulus Papa
53. III. ample facultatem fecit, juſque tribuit Carolo Mario, Alexandro, & Paulo Sfortiis, Sanctæ Florę Comitibus, dictique Summi Pontificis Nepotibus eorumque Deſcendentibus ex legitimo Matrimonio, per lineam maſculinam, creandi Equites avrei Calcaris; ac etiam creandi Doctores in Theologia, in utroque jure, ac in Medicina, necnon Abbates Titulares: quod Privilegium confirmarunt Succeſſores Pontifices Julius *III.* Gregorius *XIII.*, Sixtus V. Quo Pontificio Privilegio, etiam ad præſens, fruitur Dux Sfortia, de quo teſtatur etiam *d. Collector Gallus d. Hiſtoire des Ordres Militaires &c.*, *ou des Chevaliers Tom.* 4. §. 91. *Les Chevaliers de Eſperon d'Or pag.* 127. *uſque ad* 137. *juxta d. Impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Pater Joſeph Franciſcus Fontana in Hiſtoria Gallice ſcripta*, *& per eum in Italicam linguam translata* ſub Titulo -- *Storia degli Ordini Monaſtici*, *Religioſi*, *e Militari &c. Tom.* 8. *cap.* 63. *pag.* 411. *juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani*, *& Vincentii Giuntini* 1739.

Hic non omittendum, certum eſſe omnes Supremos Principes Jus habere, Equeſtrem hunc Gradum conferendi; nemo enim eſt, qui ignoret, vel dubitet Supremos Principes ampla pollere auctoritate decorandi Subditos ſuos quacumque honoris Teſſe-
54. ra Equeſtri; unde ab eis creati Equites, vere Equites ſunt, & creati Equites Avrati, re vera tales recipiendi ſunt; ſcimus proinde in Svetia ab illius Regibus creari Equites Avreatos, ac Calcaris avrei, ut teſtantur *Auguſtinus Paradiſi Atheneo dell'*

dell' Uomo Nobile Parte Tertia cap. 3. *n.* 18. In Anglia adeſſe, ſcribit *Collector Gallus d. Tom.* 4. §. 9. *pag.* 127. In Poloniæ Regno creari Equites à Rege certiſſimum eſt; ſicut
55. notat *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha in ſuo Corollario Omnium Ordinum in Chriſtianitate in verbo Equites Aurei, ſeu Avrati Equites pag.* 239. , *&* 241. *impreſſ. poſt Tract. ejuſdem Auctoris de Ordine Aquilæ Albæ juxta impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.
Tenor autem Diplomatis, quo Poloniæ
56. Rex Equites creat Avratos, & Calcaris avrei, habetur in calce Littera *D.*

Sed quid dicendum de his Equitibus Avreatis, & Calcaris avrei creatis ab aliis Supremis Principibus? Su-
57. premos enim Principes poteſtate pollere creandi Avreatos Equites, & Calcaris avrei, & de facto creare, nemo inficiatur, ut dicimus.

Profecto aſſerimus, Principes illos ad creationem Equitum avreatorum, & Calcaris avrei, auctoritate illis facta
58. à Summo Pontifice, vel Imperatore devenire, cum vere, ut præmiſimus, Jus creandi hos Equites Ordinis Avreati, à Sancto Silveſtro Papa, & Conſtantino Imperatore erecti, in prędictis duobus Supremis Principibus reſideat.

Vel ſi creaverunt Equites, vigore propriæ, & ſupremæ Auctoritatis, tales Equites Avratos dicendum eſſe E-
59. quites avreatos, ad inſtar Avratorum Equitum à Summo Pontifice, aut Conſtantino Imperatore creatorum, non autem ex Ordine Auratorum à Summo Pontifice, & Imperatore inſtituto; ut ratiocinatur *d. Petrus Franciſcus Bergamaſchi pag.* 23.

Notandum pariter eſt, quod in Regno Poloniæ duplex conſiderari poteſt Equitum Avratorum Claſſis, illorum ſcilicet, qui Coronationis tempore creantur, & illorum qui extra Ordinem, extraque coronationis tempus à Rege avrati Equites creantur: latum autem intercedit diſcrimen inter Equites Avratos, occaſione Coronationis Poloniæ Regis, ac inter Equites Avratos, creatos extra d. Coronationem, ſed alia ex cauſa, de qua ſub Caſimiro Magno, & vocantur Equites Balthei Militaris, ut ſupra expreſſimus *in* §. *Avrei, vel Avrati Equites in Regno Poloniæ*. Siquidem Avrati Equites creati tempore coronationis Regum, neceſſario non ſunt
60. Natalibus conſpicui, nulla iiſdem Torques gerenda tribuitur, Calcaria nec Gladius adhibetur, nec aliud inſigne confertur geſtandum; ſed ſolum illis eorumque Liberis datur jus, & Bona hæreditaria poſſidendi communi Nobilium Regni jure. Alii vero avrati Equites Balthei Militaris, utpote Illuſtriſſimis orti Natalibus, imo Sereniſſimo ſanguine creti, ipſa naſcendi ſorte conſpicui, creabantur extra tempus coronationis, Torque avreo in majus Dignitatis augmentum decorabantur, & poteſtate geſtandi Inſignia honorifica vetuſtiſſima Polonici Ordinis; quemadmodum adducto exemplo de Duce Boruſiæ, aliorumque Illuſtrium Virorum Poloniæ, & Alemaniæ Comitum, ratiocinatur *d. Comes in Koden Sapieha cap.* 6. *pag.* 91. , *&* *cap.* 8. *pag.* 113. , *&* 124. Et de his Equitibus jure Sanguinis, & Natalium Nobilibus, ſunt illi, qui deſcribuntur in Relatione, quæ refertur in noſtro *Diſcurſu Quinto Sect. Unica pag.* 152. , *& ſeqq.*

Hujuſmodi vero Equites Avreati, licet extra Claſſem Conſtantinianorum Avreatorum

reatorum Equitum, à dictis Supremis Principibus creati, Nobiliſſimi eſſe poſſunt; exploratiſſimi enim ju-
61. ris eſt, Supremos Principes ampla pollere Auctoritate proprios Subditos Nobilitatis ſplendore illuſtrandi, eoſque in veros creandi Equites, qui omni æſtimatione excipi debent, ut proſequitur idem *Bergamaſchi pag.* 24. & in Proœmialibus *Diſcurſibus*, *& in Diſcurs. 6. n.* 45. *pag.* 166. oſtendimus, creandi Equites jus ad Principes ſpectare, ac ſuperius probavimus §. *Hic non omittendum*.

Recenſita hactenus Hiſtoriæ ſeries, præcellentem Equeſtris hujus Ordinis Nobilitatem comprobat, qui revera omnium antiquiſſimus eſt, & Fundatores habuit omni ex parte clariſſimos, Sanctum ſcilicet Silveſtrum Primum Sum̃um Pontificem Optimum, ac Imperatorem Conſtantinum Magnum;
62. cumque ita à majoribus ortus ſit, quibus dari nequeunt majores, nulli dubium, quin Ordo iſte Equeſter omnium Nobiliſſimus omni jure cenſendus ſit.

Accedit æque prȩclara Teſſera ejuſdem Ordinis è Cœlo, ut ita dicamus dilapſa, Crux videlicet avrea, quȩ Imperatori Conſtantino mirabiliter è Cœlo apparuit, quæque Equiti confertur.

Quemadmodum citra dubium eſt, quod
63. Equites Calcaris Avrei jus habent geſtandi collo appenſam Torquem Avream: unde in eorum creatione, ac Indulto exprimitur hȩc facultas, gerendi etiam Torquem avream, ibi .. *Tibique, ut Torquem avreum, & Enſem, & Avrata Calcaria geſtare &c.* ut videre eſt in Indulto regiſtrato in Calce Diſcurſus *Litt. A.*

Quod autem ornamentum Torquis aureæ ſignum ſit demonſtrativum No-
64. bilitatis Ordinis Equeſtris, patens eſt notumque omnibus materias has optime callentibus, & oſtendit *d. Petrus Franciſcus Bergamaſchi à n.* 37. *cum ſeqq.*, ac tradimus in noſtro *Diſcurſu de Equitibus Torquatis*.

Hæcque Torques, non ex illis eſt Torquibus, quas ſimpliciter honoris gratia, munifice diſpenſant Imperatores, Reges, & Principes, quibus proinde
65. regulariter appenſa ſunt Numiſmata, effigies Principum continentia, ſed Torquis eſt in ſignum peculiaris Equeſtris Ordinis, qui licet Ordo ſit non mancipatus Votis Regularibus, ſpecialis nihilominus Ordo Equeſter eſt, ſub ſua militans Teſſera, Cruce ſcilicet avrea, & Calcaribus, quique profeſſionem, munuſque poſitivum, & prȩciſum tenet in ipſa ſui inſtitutione, inſerviendi Summo Pontifici, & Imperatori, & ad cujuslibet dd. Summorum Principum habitualem ſaltem cuſtodiam Corporis: & proinde Equitibus hujuſmodi non traditur ſimplex Torques Principis habens Imaginem, ſed Gradus ſub ſuis Ritibus confertur, emiſſa prius à Candidatis Catholicæ Fidei Profeſſione, præſtitoque Obedientiæ, & Fidelitatis Juramento Sum̃o Pontifici Ordinis Supremo Domino, qui deinde inſigniuntur d. Cruce avrea cum Calcaribus; ut de hac praxi teſtatur ſæpe laudatus *Petrus Franciſcus Bergamaſchi pag.* 38. *cum ſeqq.*

Hinc concorditer firmant Scribentes,
66. quod Eques Calcaris Avrei eſt Nobilis. *Aloyſius Riccius Decis. Cur. Archiepiſcopalis Neapolis Parte Tertia Decis.* 183. *per totum* late. *Petrus Franciſcus Bergamaſchi Prior Cambiani in d. ſuo Libello - Breve Notizia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Avreati, o ſia dello Speron d' Oro a pag.* 27. *cum ſeqq.*

Quodque

Quodque Nobiles efficiuntur Equites Calcaris Avrei, tum à Summo Pontifice, tum ejuſdem Delegato creati, licet Natalibus Nobiles non fuerint, cum per Pontificem Nobiles declarentur Nobilitate vera, & in omni Mundi parte recipienda, ac ſi vere ex ſanguine Nobili, & vera Nobilitate generoſa progeniti eſſent, ac Nobiles æſtimandi ſunt ac oriundi, in omni materia, tam favorabili, quam odioſa: *d. Bergamaſchi pag.* 34. & 35.

67. Simplex ergo Eques Calcaris avrei, ſi die Feſto eſſet in Domo alicujus habentis Indultum celebrandi Miſſæ Sacrificium, etiam pro Hoſpitibus Nobilibus, talis Eques Avrei Calcaris, uti Nobilis, ibidem audire Miſſam poſſet, & audiens Præcepto Eccleſiæ audiendi Miſſam ſatisfaceret.

68. Pariter ſi impoſita fuiſſet Taxa à Summo Pontifice, qua cautum eſſet, ut Populares Scutum unum, Nobiles vero duo ſcuta ſolverent, Eques Calcaris avrei, licet ſolum ex privilegio Nobilis, ob dictum Gradum Equitis, teneretur ſolvere Taxam Nobilium, ſicut probat *d. Bergamaſchi pag.* 35.

69. Deſcendens quoque à Stipite Equitis Calcaris Avrei, dicitur Nobilis; Nobilitas enim ab uno acquiſita, deſcendit ad alios ex ſuo Stipite venientes: & cum Honor hujus Militię, & ut Nos dicimus *Cavalleria*, tribuatur à Principe imẽdiate, vel ab alio ab eodem Principe poteſtatem habente, Honorem hunc tribuendi, intrat de plano concluſio, quod Beneficium Principis eſt late interpretandum, ut proſequitur *d. Aloyſius Riccius d. Decis.* 183. *n.* 5. loquens de Equeſtri hoc Gradu collato ſtipiti Familiæ ab Imperatore Carolo V.

70. Proinde ſequitur, quod talis Deſcendens à Stipite Equitis Calcaris avrei, ſi delinquat, debet puniri pœna Nobilium: *d. Aloyſius Riccius d. Decis.* 183. *per totam.*

71. Ad ornatum argumenti ſuper Equitibus Avrei Calcaris, eorumque antiquitate, non omittimus ſubiungere, quod ad inſtar aſſiſtentiæ illius, quam Equites avrei Calcaris Imperatori præſtabant, præcipue dum ſolemniter equitabat, conſimilem præſtabant etiam antiquis temporibus Summo Pontifici quidam Sacri Palatii Apoſtolici Officiales, qui vocabantur *Majorentes*, quod nomen innuit ſignificare Gradum Majorem: & revera ipſis incumbebat aſſociare Pontificem, dum equitabat ſolemniter, vel dum ad viſitandam aliquam Eccleſiam incedebat, quique Officiales manibus gerebant quemdam Baculum, ut dicitur, di Comando; ut cum *Magri in ſuo Vocabolario Eccleſiaſtico* refet *d. Petrus Bergamaſchi in præallegato Libello pag.* 22.

Iidemque Officiales ſunt, qui à Cencio Camerario vocantur *Stimulati*, fortaſſe à dictione *Stimolo*, quæ Calcar etiam ſignificat; ſive ex quo ipſi deferrent aliquod Inſigne Calcaris, vel quia ipſi cuſtodirent Calcar ipſius Summi Pontificis, quod fraternizat cum Officio, quod Imperatori præſtabant Equites Avrei Calcaris, ut proſequitur *d. Bergamaſchi d. pag.* 22.

Præceptum Fratribus Militibus Avratæ Militiæ, ne Crucem alterius Militaris Ordinis publice geſtent, ſed aliam ex avro conſimilem inferius impreſſam deferant.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

„ APoſtolicam Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontifi-
A. „ cum providentiam in eo maxime

„ commendari probe intelligimus, „ quod quo majoribus Militares Ordines ingenti cum Chriſtianæ Reipublicæ bono, Orthodoxæque fidei præſidio, & incremento inſtitutos beneficiis, privilegiis, indultis, & gratiarum favoribus ornare, & adaugere non deſtiterunt; „ eo majoribus ſtudiis, curis, & ſollicitudinibus adlaboraverint, ut unuſquiſque Ordo ſtemmata ſua, inſignia, arma, ornamenta, ac nomina ab initio aſſumpta, confirmata, & præſcripta integerrime ſervare, ac cuſtodire teneretur, ne fortaſſe unquam contingat, ut iis commixtis, & confuſis debitus unicuique Militi juxta Ordinis ſui gradum, conditionem, dignitatemque honor auferatur. Quod quantum ad publicam tranquillitatem conſervandam, & ad confuſionem perturbationemque in ſingulis quibuſque Ordinibus evitandam interſit, ipſa experientia manifeſtiſſime apparet. Ea propter, cum ſicut accepimus, & re ipſa Nobis conſtitit, nonnulli Equites Avratæ Militię, vulgo dello *Sperone d' Oro* nuncupatæ, qui aut a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, aut à Nobis ipſis, quibus facultas creandi Equites hujuſmodi ab Apoſtolica hac Sancta Sede interdum tribui ſolet, conſtituti, & creati fuerint, inter cœtera inſignia, propter quæ ab aliis Equitibus cœterorum Ordinum Militarium, ſeu Militiarum diſtinguantur, Crucem non iis modo, & forma, quibus Crux hujuſmodi in pectore geſtanda ipſis præſcripta eſt, ſed iis, quibus Fratres Milites Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani ſemper uſi ſunt, atque utuntur, & geſtare debent, omnino ſimilem ſibi uſurpaverint, itaut à Fratribus Militibus dicti Hoſpitalis minime diſcriminentur, ſed pro ipſiſmet ab omnibus habeantur: Hinc eſt, quod Nos de modo, & forma Crucis, quam ſemper geſtarunt primo dicti Equites Avratæ Militiæ, & quam nonnulli dumtaxat ex iiſdem Equitibus immutatam ferre, ac geſtare auſi ſunt, pleniſſime edocti, omnem confuſionem eliminare, falſamque opinionem ab omnium animis removere cupientes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, præcipimus, & mandamus, ut Crux, quæ in pectore à memoratis Equitibus Avratæ Militię ſemper, & quandocumque geſtanda eſt, Octogona quidem eſſe debeat, ad inſtar Crucis ab ipſis dicti Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Fratribus Militibus geſtari ſolitę, non vero encauſto albo obducta, & inuſta, ſed ex avro tantum, cum parva catena, à qua Calcar itidem ex avro pendeat. Ut autem nulla deinceps de hac Noſtra quoad modum, & formam Crucis ab Equitibus memoratę Militiæ avratę tam præſentibus, quam futuris in pectore, ſicut præmittitur geſtandæ præſcriptione, ac determinatione afferri valeat ignorantię cauſa, formam ejuſdem Crucis æræ inciſam in noſtra Secretaria Brevium Secretorum aſſervari mandamus, atque inſuper Miniſtris dictæ Secretariæ iniungimus, ut quotieſcumque Apoſtolicas noſtras, ſeu pro tempore exiſtentium Romanorum Pontificum in ſimili forma Brevis litteras, pro creando Equite avratæ Militiæ hujuſmodi dari contigerit, toties exemplum dictę Crucis in carta

„ Bombacyna impreſſum inſimul tradant, quod & ſervandum erit, cum facultatem creandi dictos Equites avratæ Militiæ contigerit impertiri dilectis Filiis noſtris S. Romanę Eccleſiæ Cardinalibus de Latere Legatis, ac Venerabilibus Fratribus Noſtris, & Sedis Apoſtolicæ Nuntiis, nec non Antiſtitibus Pontificio Solio Aſſiſtentibus, aliiſque quibuſcumque, quibus tot exempla Crucis præfatæ tradi debent, quot in facultate Equites ejuſmodi Militię creandi, ſive in litteris expediendis continentur. In calce vero earumdem præſentium litterarum, quas publicari volumus, formam dictę Crucis lineis deſcriptam eſſe pręcipimus. Poſtquam igitur eædem præſentes Noſtræ litteræ, ut pręfertur, propoſitæ, & publicatæ fuerint, quiſquis Equitum dictæ avratæ Militiæ Crucem à modo, & forma per Nos deſcriptis diſſimilem, ſi eam geſtare contingat, non depoſuerit, atque hiſce Noſtris mandatis non obtemperaverit, non ſolum ipſo facto privatus intelligatur, & ſit obtenta Equitis dignitate, ac illius privilegiis, & indultis, verum etiam ſubiectum, & obnoxium eſſe, & fore volumus, & declaramus omnibus pœnis, quæ a legibus contra eos, qui Inſignia, Stemmata, & Arma, quæ & ſibi uſurpare non debent, & aliis attributa eſſe non conſtat, aſſumere audent, latæ fuerunt. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuntios, ſublata eis, & eorum cujlibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, ac inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Militiæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, ac Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Anulo Piſcatoris die 7. Septembris anno 1746. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

D. CARD. PASSIONEUS

Notandum quod titulus, qui huic Conſtitutioni pręfigitur, ſcilicet Præceptum, ut vis percipiatur, legenda ſunt, quæ habentur in Volumine, cui titulus. *Chronicom Gotwvicenſe, ſeu Annales liberi, & exempti Monaſterii Gotwvicenſis: per Godefridum*

dum Abbatem Gotwvicenſem Tom. Primo Lib. Secundo de Diplomatibus de antiquitate ec. pag. 81. juxta impreſs. Monaſterii Tegenſeenſis Ordinis S. Benedicti 1732. Ubi inquit. *In germanicis noſtris Diplomatibus, crebra præcepti ſit mentio, non eo quidem ſenſu quo apud Mariulfum, & Mabillonium occurrit, ſed de nominatione ſolummodo generali, quatenus, Chartam Regiam, ſeu Diploma Regium denotat, ſicut eadem ſignificatione exprimitur lege tertia cod: Theodos. de inceſt. nuptiis; Unde celeberrima in ſubſcriptionum formula hanc præcepti noſtri paginam manu propria ec. tale eſt præceptum de Moneta in trajecto apud hadan, alia quæ ſuo loco inferius producenda, ita porro in confirmationibus privilegiorum apud Imperatores Noſtros Germanicos, crebrior hæc formula occurit, obtulit obtutibus noſtris præcepta N. N. hoc pariter ſenſu intelligendus venit a nobis, in hoc opere crebro Theaganus, dum in geſtis Ludovici Pii tradit cap.* 10. *quod juſſerit renovare omnia præcepta, quę ſub temporibus Patrum ſuorum geſta erant Eccleſiis Dei.*

Mos eſt etiam Summorum Pontificum, aliquando creare milites Aureatos Sereniſſimę Reipublicę Venetiarum Oratores apud eoſdem Summos Pontifices: *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 132. ubi inquit, quod de anno 1677. Venerabilis memoriæ Innocentius Papa XI. creavit Equitem Sereniſſimæ Reipublicæ Venetę Oratorem apud Sanctitatem ſuam; tuncque ſolemni pompa hoc peragitur, ſervata forma Cæremonialis Romani, ac ſtylo Palatii Apoſtolici. Nos autem hìc referemus Ritus per extenſum, quos ſervavit glorioſæ ſemper, auguſtæque memoriæ Clemens Papa XI. in creando Equitem Aureatum Excellentiſſimum Franciſcum Moroſini, apud eandem Sanctitatem ſuam Sereniſſimę Venetæ Reipublicæ Oratorem, in Calce *Diſcurſus Littera C.*

Foris

Dilecto Filio Paulo Æmilio Caſſii Senogallien. &c.

Intus

BENEDICTUS PAPA XIV.

B „ Dilecte Fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ex „ Romani Pontificis Beneficentia „ procurare dignum eſt, ut qui erga illum devotionis, & obſequii „ ſigna demonſtrant, iidem ab ipſo „ Romano Pontifice honoribus, & „ gratiis decorentur. Cum itaque „ nuper in ſolemni Equitatione, „ qua Nos inſigni S. R. E. Cardinalium, Antiſtitum, Procerum, „ ac Officialium, Ordinumque Romanæ Curiæ comitatu, pompa celebri, & multorum Adoleſcentium „ Nobilium, ſeu Puerorum honorariorum ad latus noſtrum adſtantium Corona ſtipati, lectica à „ Palatio noſtro Quirinali ad Eccleſiam Sancti Joannis Lateranen., ut „ moris eſt, proceſſimus, Tu unus „ ex Adoleſcentulis, ſeu Pueris honorariis hujuſmodi extiteris; Nos „ propterea, ut aliquod Paterni noſtri affectus in Familia tua extet „ monumentum, Te peculiari Benevolentiæ noſtræ favore proſequi „ volentes, & à quibuſvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & pęnis, à jure, „ vel ab Homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodo,

„ modolibet innodatus exiſtis, ad „ effectum præſentium tantum con„ ſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa „ ſcientia, ac mera liberalitate noſtris, Te auratæ Militiæ Equitem, „ ac Aulæ Lateranenſis, & Palatii „ Apoſtolici Comitem, tenore præſentium facimus, & creamus, Teque aliorum Equitum, & Comitum hujuſmodi numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, „ Tibique ut Torquem avreum, & „ Enſem, & Aurata Calcaria geſtare; Nec non omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, „ exemptionibus, ac prerogativis, „ quibus alii Equites, & Comites „ huiuſmodi de Jure, uſu, & conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere „ poſſunt, & poterunt, in futurum „ pari modo (citra tamen exemptiones à Sacro Concilio Tridentino ſublatas) uti, frui, & gaudere libere, & licite valeas, eorumdem tenore preſentium concedimus, & indulgemus: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac „ quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis „ firmitate alia roboratis Statutis, „ & Conſuetudinibus, cœteriſque „ contrariis quibuſcumque. Datum „ Romæ apud Sanctam Mariam „ Majorem ſub anulo Piſcatoris die „ Secunda Maii 1741. Pontificatus „ noſtri Anno Primo.

D. CARDINALIS PASSIONEUS.

Nota, quod quando ſa. me. Innocentius XIII. ſe contulit ad d. Lateranenſem Eccleſiam, Ephebi qui eundem aſſociarunt, eique inſervierunt, fuerunt numero quadraginta, quorum pars erant ſanguine Nobiles, & ut dicitur, Cavalieri di Naſcita, & alia pars ex Familiis admodum Civilibus. In predicta autem Equitatione pro Regnante Pontifice Sanctiſſimo Domino noſtro Benedicto Papa XIV. fuerunt Ephebi numero viginti ſex circiter, & conditionis prædictæ.

Ex Regiſtro.

Creatio Militis Avrati in Perſona Oratoris Venetiarum die 4. Octobris labentis anni 1706. à Sanctiſſimo D. N. Clemente Papa XI. habita, præter ea, que in Cæremoniali Romano habentur, quæ tanquam Typis impreſſa, & cuilibet videnda, conſulto omittuntur, geſta fuit ut infra.

„ Intimati fuerunt omnes Cardinales nobiles Veneti in Curia præſentes, ſcilicet Colloredus, Rubinus, Baduerius, Pallavicinus, „ Pamphilius, Ottobonus, Barberinus, Alterius, Grimanus, Columna, & Priolus, & præter eos Sacripantes, & Paulutius acceſſerunt, „ tanquam Cardinales Palatini, & „ omnes induti Rocchetto, Mantelletta, & Mozetta, ad Quirinale ſe „ ſe congregarunt in Aula Sancti „ Officii, commodum Sanctitatis Suæ „ expectantes.

„ Orator vero prædictus in ſua biga „ (private enim ſe gerit) à multis „ Præſulibus Venetis, & aliquibus „ Curribus aſſociatus, ad Quirinale ſe „ contulit, & ubi ad Aulam nobilium, & Præſulum pervenit, ibi „ ſe conſtitit ſedens in ſcamno, & „ cum altero ex Cæremoniarum Magiſtris agens, donec Sanctiſſimus „ adveniſſet.

In

„ In Aula ex intimis, ubi Pontifex ordinario prandet, parata erat ſub Baldachino ſedes ſupra Pradellam amictam panno ex villoſo rubeo laciniis avreis obducto, cum duobus Scamnis ex eodem villoſo à lateribus. Diſpoſiti quoque fuerunt ſuper abaco in eadem Aula exiſtente liber coopertus rubeo ſerico, Candela, Aſperſorium, cum Vaſe Aquæ Benedictę, & torques aurea cum numiſmate, ex una parte effigiem Summi Pontificis, ex altera vero repræſentante munus à Sanctitate Sua Oratori donandum, & ſuper parvo lance poſita fuerunt gladius, & calcaria ipſius Oratoris propria.

„ Dum Sanctiſſimus Falda, & Stola per R. P. D. Picum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſui Cubiculi Pręfectum induebatur, Domini Cardinales à Cæremoniarum Magiſtris ducti ad eorum ſcamna, hinc inde à Throno Beatitudinis Suę diſpoſita, ſe contulerunt, ſcilicet Colloredus, Sacripantes, Badoerius, Pamphilius, Barberinus, Alterius, & Columna a dextris, Rubinus, Paulutius, Pallavicinus, Othobonus, Grimanus, & Priolus à ſiniſtris, & tunc Pontifex à propriis ſolummodo familiaribus aſſociatus, ac indutus Roccheto, Mozzeta, & Stola, & Camauro tectus in Sede ſe compoſuit, & illico vocatus fuit Orator, qui medius inter duos Cæremoniarum Magiſtros, ter de more genuflexus ad Thronum Pontificium acceſſit, deinde ſe retrahens verſus ſiniſtram Papę, ibi genufllexus permanſit, donec Pontifex Benedictionem Enſis abſolveret. Ideo duo Capellani Sanctitatis Suæ ſuo ordinario Habitu amicti, primus ſcilicet gladium deferens evaginatum, ſecundus autem Vas aquę benedictæ cum aſperſorio, ante Pontificem genuflexerunt, qui, ſuſtinentibus Librum, & Candelam præfecto Cubiculi Pico, & Præfecto Domus Vallemano Epiſcopis Aſſiſtentibus, benedictionem peregit, prout in Cæremoniali Romano præſcribitur. Abſoluta forma benedictionis, Sanctitas Sua Enſem aſperſit, porrigendo aſperſorium D. Cardinali Colloredo antiquiore inter præſentes: inde gladium ipſum accipiens de manu ejuſdem Cardinalis Colloredi, cui porrectus fuit à Capellano, prædicto Oratori ante Pontificem accedenti & genuflexo tradidit, dicens: *Accipe Gladium ipſum &c.* ut in Cæremoniali prędicto. Tunc Orator repoſito Gladio in Vagina, eodem accinctus fuit per D. Conteſtabilem Columnam, qui à dextris Pontificis ſtans aſſiſtebat, Pontifice interim dicente: *Accingere Gladio tuo &c.* deinde ipſum Gladium evaginatum ter vibravit, ac terſum ſuper ſiniſtrum brachium in Vagina recondit, & Sanctiſſimus illum caractere militari inſigniens, impoſuit collo ejus Torquem avream, & ſubinde ter Oratorem ſuper ſpatulas cum ſupradicto Gladio leviter percuſſit, dicens: *Eſto Miles pacificus &c.* ut in Cęremoniali; cumque ei levem alapam impegiſſet, Calcaria eidem impoſuerunt Domini Marchiones de Cavaleriis, & Aſtallius Duces Cohortium Militum levis armaturæ: & demum recitatis Antiphona, & Oratione, Orator pedem Papę oſculatus fuit iterum genuflectens, & agens gratias, quem Sanctiſſimus benigniſſime cum infraſcriptis fere Sen-

„ tentiis Italico Sermone allocutus „ eſt in hunc ferme modum -- *Di a-* „ *ver volentieri decorata la ſua* „ *Perſona, nella quale alle preroga-* „ *tive della ſua naſcita concorrono* „ *le qualità tutte di ottimo Cava-* „ *liere di queſto titolo ancora Cava-* „ *liere di Gesù Criſto, titolo, di cui* „ *deve molto pregiarſi un Figlio* „ *della Repubblica di Venezia, che* „ *profeſſa di eſſere difenſore della* „ *Santa Sede, e come crediamo, che* „ *Voi ancora abbiate a ſeguire i me-* „ *deſimi ſentimenti, per li riſcontri,* „ *che abbiamo della voſtra filiale* „ *oſſervanza verſo la Medeſima, eſ-* „ *perimentata nel Miniſtero della vo-* „ *ſtra Ambaſciata, dalla quale per* „ *quello riguarda la Prudenza, la* „ *Modeſtia, la maniera propria di* „ *trattare i negozj, Noi ce ne di-* „ *chiariamo ſoddisfattiſſimi, e ſperia-* „ *mo che ſiccome Voi corriſpondete così* „ *bene a quelli Titoli, che portano* „ *ſeco e la Naſcita, e il Miniſtero;* „ *così corriſponderete a quello, che* „ *oggi vi ſi aggiunge, cioè di eſſere* „ *vero Soldato di Gesù Criſto, cioè* „ *di eſſere aſcritto a quella Milizia,* „ *che non tratta l'armi, ſe nonchè* „ *per l'onore, e gloria di Gesù Cri-* „ *ſto: e vorrei che rifletteſte, che* „ *Noi vi ci abbiamo aſcritto in un* „ *giorno aſſai ſegnalato, che è quel-* „ *lo di S. Franceſco, di cui oggi ce-* „ *lebriamo la ſolennità, la quale* „ *v'invita ad eſſere vero Soldato* „ *di Gesù Criſto, com' egli lo fu;* „ *onde avete obbligo maggiore d'imi-* „ *tarlo: tanto più che Voi ne porta-* „ *te il ſuo Nome, come anche Noi; e* „ *lo portava il già Cardinal Moro-* „ *ſini voſtro Progenitore tanto be-* „ *nemerito della Chieſa, non ſolamen-* „ *te perchè meritò il fregio della* „ *Sacra Porpora, ma ancora perchè* „ *nelle ſue glorioſe azioni ſi diportò* „ *da vero Soldato di Gesù Criſto.* „ *Onde Noi con molta ragione ſpe-* „ *riamo, che abbiate a corriſpondere* „ *a tanti Titoli, che vi obbligano* „ *a rendere a Noi queſta ſomma con-* “ *ſolazione, di aver aſcritto alla* “ *Milizia di Gesù Criſto un Soget-* „ *to, che ſia per diportarſi da vero* „ *Soldato del Medeſimo ec.*

„ Poſt hæc Sanctiſſimus dimiſſa Stola, „ ad propria ſe recepit, & Orator „ depoſitis Calcaribus, gratias agen- „ do Dominis Cardinalibus, ad ſuæ ha- „ bitationis Ædes regreſſus eſt, prout „ unus quiſque ex Cardinalibus fecit.

„ Actio præfata Creationis in Militem „ avreatum peracta eſt eo prorſus „ modo, quo Alexander Papa VIII. „ peregerat, creando Militem extre- „ mum D. Joannem Lando, pariter- „ que Oratorem Venetum anno cir- „ citer 1690.

Ritus, qui in creandis hujuſmodi Equi-tibus à Rege Poloniæ ſervatur, habetur ex infraſcriptis.

„ Poloniæ Rex, poſtquam in Cra- „ covienſi Baſilica (olim autem „ opus in Gneſnenſi peragebatur) ab „ Archiepiſcopo Gneſnenſi Sacris o- „ perante, ac duobus proximis Epi- „ ſcopis, ſolemni ritu unctus inter „ ſcapulas Sacro Oleo, ante Aram „ Maximam fuit, ubi etiam Sacro- „ ſanctam Euchariſtiam venerabun- „ dus accepit, & Corona avrea re- „ dimitus, accepto in dexteram Scep- „ tro, & in lævam Pomo avreis, in „ editiore Solio ex tempore prepa- „ rato collocatus, coronatus eſt. „ Poſtridie pompa itidem ſolemni ſic „ coronatus in forum Urbis, equo „ vectus, Senatoribus, Equeſtribus, „ Epiſcopis quidem pone ſequenti- bus,

„ bus, profanis vero antecedentibus „ longo ordine, e quibus tres pri- „ mores Pomum, Sceptrum, & ſtri- „ ctum Gladium proxime ei præfe- „ runt: ibi erectum ex tempore ta- „ bulatum ſublime cum iis pedeſter „ conſcendit, & in editiori Solio col- „ locatur. Sedentem Senatus paulo „ inferior ordine circumſidet. Deinde „ aſſurgens ille, verſus quatuor Mun- „ di partes Gladium vibrat, rurſum- „ que reſidens, ejus contactu, ſive levi „ ictu, ſcapulas cujuſque percutien- „ do; Nobiles, & Equites avratos cre- „ at; quod perinde eſt, ac ſi baltheo „ Militari donet. Ita totidem verbis narrat *Martinus Cromeri* in Poloniæ Deſcriptione Lib. 2. de Republica, & Magiſtratibus Polonorum pag. 126. & 127. impreſſ. in Libello, cui Titulus - Reſpublica, ſive Status Regni Poloniæ, Lituaniæ, Livoniæ &c. Diverſorum Auctorum Lugduni Batavorum ex Officina Elzeviriana anno *CIↃIↃCXXVII.* quem refert etiam *d. Comes in Koden Sapieha d. cap.* 8. *pag.* 112. cum pluribus ſeqq., & à *n.* 116. ubi tradit per extenſum Diploma glor. mem. Auguſti II. Regis Poloniæ, quo ſequenti die à ſua Coronatione creavit Equitem Avratum Nobilem, & ſpectabilem Capitaneum Jacobum Gryn, trino Regalis Enſis ictu, ac etiam exprimit prærogativas, quibus gaudere debet ibi -- *Equitem avratum una cum poſteris de lumbis ejus deſcendentibus creavimus, jureque, & prærogativis Equeſtribus donavimus, atque ut Bona quævis terreſtria libere, & licite tenere, poſſidere, pro libito emere, & quovis titulo diſtrahere ipſe, & Succeſſores ejus legitime poſſint, more aliorum Nobilium Regni hujus, habiles, & idoneos præſentibus reddimus.*

Pro declaratione vero ſupradicti Diplomatis ſciendum, quod recenſita conceſſio poſſidendi Bona hæreditaria immobilia in Regno, favore etiam Succeſſorum, ad effectum deduci nequit, niſi per Conſtitutionem Generalium Comitiorum ſolidetur. Reperitur in Volumine Legum fol. 55. Approbatio ſimilis Privilegii Avrati Equitis ſub anno 1676. in hæc verba -- *Habendo recommendata merita, Sereniſſimis Anteceſſoribus noſtris, nec non Perſonæ noſtræ Regiæ præſtita Joannis Caſimiri Laurer, quem ſub felicem Coronationem Noſtram Equitem Avratum, ex Gratia Noſtra fecimus, Privilegium ipſi à Nobis datum, & huic honori inſerviens, præſenti lege approbamus*: ſicut videre eſt apud *d. Dominum Joannem Fridericum Comitem in Koden Sapieha d. cap.* 8. *pag.* 114., & *ſeqq.*

Diploma Auguſti II. Poloniæ Regis, quo creavit Equitem Avratum, ſequentibus conceptum eſt formulis, & habetur impreſſum apud *Dominum Joannem Fridericum S. R. I. Comitem in Koden Sapieha Caſtellanum Trocen. &c. Equitem Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Tractatu*, cui Titulus -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. in Regno Poloniæ Ordinis Aquilæ Albæ impreß. Coloniæ Typis Adami Colini* 1730.

AUGUSTUS II. Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Litvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Moſcoviæ, Samogitiæ, Kiſoviæ, Vothyniæ, Podoliæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czernichoviæque Elector Saxoniæ.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

„ NOtum, teſtatumque facimus Univerſis, & Singulis, tam præ- D. „ ſentis, quam futuri ævi homini- „ bus, quorum intereſt præſentium notitiam

„ notitiam habituris. Auguſtæ Ma„ gnorum felicitati nihil magis con„ venire arbitramur, quam ut Viros „ optime de Republica meritos, ſin„ gularibus favoribus, & liberalitate „ Regali proſequantur. Sic enim „ egregiorum Civium allecti animi, „ ad ingenua, & præclara Virtutum „ ſpecimina accenduntur, dum prom„ ptum, & indefeſſum ad fortia „ quæque agenda gerunt ſtudium. Sic „ & Regnantium firmari Thronum, „ & optimorum quorumque genero„ ſam indolem ire pronius ad ardua „ recte factorum faſtigia, tum fortiſſi„ marum pro Deo, & Patria actio„ num culmina neceſſe eſt. Excelſus „ ſiquidem, & ad ſublimia quæque „ natus animus, ullis neſcius circum„ ſcribi limitibus, avido immortalis „ conſequendæ æſtuans deſiderio glo„ riæ, omni ad adeptionem Regnan„ tium gratiæ contendit niſu, ut e„ tiam per vitæ, fortunarumque adem„ ptionem, haud improſpero illam „ aſſequi valeat paſſu, cui unice ar„ matarum Phalangum incumbunt „ Myriades, mutuis exercitæ vulneri„ bus incaleſcunt acies, acuti ſtrin„ guntur Acinaces, profuſi ſanguinis „ litantur amnes. Ac proinde, poſt„ quam ad Regni Gubernacula feli„ citer evecti, & vocati Divina Pro„ videntia ſumus, quod vel maxime „ amplitudinem noſtram Regiam „ concernere poſſit ſpectando, cenſe„ mus, ut benemeritos iſtius Patriæ „ Cives, de diſtributiva noſtra pro„ videamus Juſtitia. Quorum e nu„ mero, cum optime ſit cognitum „ Nobilis, & Spectabilis *Jacobi Gryn* „ Sereniſſimosque Anteceſſores no„ ſtros benemerendi ſtudium, qui „ ab ineunte ætate ſua, poſtquam „ virtuti innutritus, maturiorum cœ„ pit ſapere Virtutum ſpecimina dul„ cedine libertatis in Regno libertino, „ iis ſe ſe Bellonæ addixit artibus, „ quarum peritia ad pulcherrimam, „ ac inæſtimabilem pervenire valeat „ libertatem. Quacum fui pro virili „ allaboraret ſtudio, variarum occa„ ſionum benemerendi, expeditionum„ que Bellicarum obeundo ſeriem, „ ſub Sereniſſimis Anteceſſoribus no„ ſtris Joanne Caſimiro, Michaele „ Primo, & Joanne Tertio, ſub qui„ bus in plurimis occaſionibus dex„ teritatem ſuam, & fortitudinem „ variis Expeditionibus, tum contra „ Rebelles Coſacos in Ukrania, tum „ contra Turcas, & Tartaros in „ Podolia, in prælio Chotimenſi, in „ expugnatione Pawolocz ad Ba„ rum, in obſidione Zoraunenſi, „ prout pariter in omnibus actioni„ bus Bellicis, quæ ſucceſſerunt in „ Hungaria ad Strigonium, & alibi „ poſt eliberationem Viennæ, ut non „ ſolum condigne munere Capitanei „ in Exercitu ornatus fuerit, ſed e„ tiam apud Nos in eam conſidera„ tionem venerit, ut in primordiis „ regnandi, eundem liberali præmii „ conceſſione illuſtraremus, dum pu„ blicum Fori Cracovienſis, ſequen„ ti ſtatim à Coronationis noſtræ die „ conſediſſemus Theatrum, ibidem „ benemeritis Munificentiæ noſtræ „ aperuiſſemus theſaurum, Jure meri„ to ſupra nominatum Nobilem *Ja„ cobum Gryn* Capitaneum Exercitus, „ parta proprio labore virtute con„ ſpicuum, etiam Nobis, Majeſtati„ que noſtræ Regiæ prompto obſe„ quio addictum, Regalis munificen„ tiæ favore cohoneſtandum eſſe du„ ximus, prout die ſupranominata „ decima ſexta Septembris anni præ„ ſentis, Regalibus induti, ad exci„ piendum à Magiſtratu dictæ Urbis „ noſtræ Cracovienſis ex more Jura-

 mentum

,, mentum, in Theatro publico ante ,, Majeſtatis noſtrę Thronum pro. ,, cumbentem trino Gladii noſtri Re- ,, galis ictu *Equitem Avratum*, *una* ,, *cum Poſteris de lumbis ejus deſcen-* ,, *dentibus creavimus*, *Jureque*, *&* *Præ-* ,, *rogativa Equeſtri donavimus*, *at-* ,, *que*, *ut Bona quævis Terreſtria* ,, *libere ac licite tenere*, *poſſidere*, ,, *pro libitu emere*, *&* *quovis titulo* ,, *diſtrahere*, *ipſe & Succeſſores ejus* ,, *legitime poſſint*, *more aliorum No-* ,, *bilium Regni hujus habiles*, *& i-* ,, *doneos*, *præſentibus reddimus*. Quæ ,, omnia, & ſingula ſupra ſpecificata, ,, cum rata, firma, & inviolata eſſe ,, velimus, ad omnium Regni noſtri ,, aliarumque ditionum Magiſtratuum, ,, & Dignitatum, tam Eccleſiaſtica- ,, rum, quam Secularium, & alio- ,, rum quorumvis notitiam deducen- ,, dum eſſe duximus, quemadmo- ,, dum & deducimus per præſentes, ,, mandantes Univerſis, & ſingulis: ,, ab Amicis autem noſtris, & aliis ,, Regno noſtro minime ſubiectis, ,, amanter requirentes, ut præfatum ,, Nobilem Jacobum Gryn Capita- ,, neum, omneſque ab eo legitime ,, Deſcendentes, non modo pro ve- ,, ris, ac genuinis Equitibus avratis ,, recipiant, habeantque, ac eis nul- ,, lo dicto, & facto derogent; ve- ,, rum benevolentia etiam, ac favo- ,, re proſequantur, ad Honores con- ,, tendentibus faveant, omninoque ,, alienę Virtuti non invidentes, ſuam ,, pari merito emerſiſſe teſtentur. ,, In quorum fidem præſentes literas ,, manu noſtra ſubſcripſimus, Sigillo- ,, que Regni noſtri muniri juſſimus. ,, Datum Cracovię in felici Corona- ,, tione Noſtra die decima octava Sep- ,, tembris anno milleſimo ſexenteſi- ,, mo nonageſimo ſeptimo, Regni No- ,, ſtri anno primo.

AUGUSTUS REX.

Loco Sigilli Regii.
M. de Teczyn Oſſolinſki Vex. Drag. Sigilli M. R. S.

DISCURSUS XXXVI.

AVREI CALCARIS, AC PII PARTICIPANTES

ARGUMENTUM

In præſenti Diſcurſu exponitur Hiſtoria Creationis Collegii Piorum Equitum peractæ à ſa. me. Pio IV., cum creatione eorum Equitum Avrei Calcaris, & nuncupatione Equitum Avrei Calcaris, & Piorum Participantium, ob participationem annuæ præſtationis, quam Pontifex eis indulgebat ob ſolutionem pecuniarum factam per eos, & enumerantur Privilegia illis conceſſa.

SUMMARIUM

1. *Avreati*, *vel Avrei Equites*, *aut Calcaris Avrei Equites idem ſunt*, & n. 3.
2. *Ordinis Calcaris avrei non fuit Inſtitutor Pius IV.*, *ſed ſolum Reformator cum additamento honorifico*, *& detegitur erronea opinio aliquorum Doctorum*; & n. 5.
4. *Pius IV. Collegium inſtituit certi numeri Equitum*, *quos etiam creavit Equites Avrei Calcaris*, *& conciliantur Auctores*, *& n. 6.*
7. *Ante Paulum IV.*, *& Pium IV. aderant Equites Avrei Calcaris.*
8. *Dicti Equites ſolverunt quandam Pecuniarum Summam*, *ob quam Summus Pontifex eis quandam annuam præſtationem ſolvebat*, *& propter hanc participationem vocati ſunt Equites Pii Participantes.*
9. *In Teſſeram ſtatuit Numiſma cum Imagine Divi Ambroſii ex una parte*, *&*

te, & ex altera Stemma Summi Pontificis.
10. *Forma apud quos habeatur?*.
11. *Adeſt quoque pro Teſſera Crux avrea Octogona.*
12. *Forma d. Crucis penes quos habeatur, & figura Equitis Veſte induti.*
13. *Prærogativæ, & Privilegia Ordinis, quæ ſint, enumerantur.*
14. *Equitum onera, quot erant.*
15. *Magni Magiſtri hujus Ordinis ſunt Summi Pontifices.*

DISCURSUS XXXVI.

AVREI CALCARIS, AC PII PARTICIPANTES

IN præcedenti Diſcurſu de Avratis, & Calcaris Avrei Equitibus fuſe
1. tractavimus, atque eundem eſſe Equitum Avreorum, & Avreatorum Calcarium Cœtum demonſtravimus.

Antiquiſſimam hujuſmodi Equitum Originem à Conſtantino Magno ſumpſiſſe comprobavimus, juſque hos creandi, apud quos Principes viguerit, & vigeat, indicavimus.

Ex quibus patens redditur ſa. me. Pium Papam IV. non Inſtitutorem fuiſſe, ut putarunt aliqui, de quibus meminimus in præallegato noſtro Diſcurſu,
2. ſed ſolummodo fuiſſe in Urbe Reformatorem cum Honoris augmento, ad tradita in eodem noſtro Diſcurſu, cui addimus *Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom. 2. cap. 41.*

Ne autem eadem hic inutiliter repetamus, quæ de iiſdem Avreatis, & Calcaris Avrei Equitibus, in ſæpe dicto noſtro Diſcurſu cumulavimus, Lectorem ad eundem Diſcurſum noſtrum
3. remittimus, ſolumque in præſenti verba faciemus de Additamentis à d. Pio IV. tributis; reſque ita ſe habuit.

Volens dictus Summus Pontifex Pius IV. inſimul conſpicuum reddere Avreorum, & Calcaris Avrei Equitum Cœtum, ac Nobile Collegium tercentum ſeptuaginta quinque Equitum, ſolemniter in Conciſtorio, mediante Bulla, quæ incipit -- *Patris Altiſſimi*
4. ſub nomine Piorum Participantium creavit: *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n. 96.* cum aliis infra allegandis; hocque Collegium univit dictis Equitibus Avrei Calcaris, atque iiſdem tribuit de ſuo nomine, nomen; itaut eſſent Equites Avrei Calcaris, ac nominarentur Avrei Calcaris, ac Pii Participantes: de quo Additamento, ut ſupra per Pium IV. facto teſtantur *Abb Juſtinianus Iſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda ſub cap. 35. §. Cavalieri del Sperone d' Oro, e Pii Partecipanti pag. 557., juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, & La Noù 1692. Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom. 4. §. 91. à pag. 129. cum ſeqq. juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel 1721. Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha in Corollario Omnium Ordinum in verbo Calcarium Avreorum pag. 249. impreſſ. poſt Tractat. ejuſdem Auctoris Annotat. Hiſtoric. de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.

Certum ex hactenus dictis redditur, hos Calcaris Avrei Equites non fuiſſe inſti-
5. tutos à ſa. me. Pio IV., ut erroneè ſenſiſſe *Patrem Andream Mendo de Ordinibus Militaribus, & Abb. Juſtinianum in ſuis Hiſtoriis Chronologicis Ordinum Militarium* refert *d. Petrus*

Franciſcus Bergamaſchi in d. ſuo Libello -- *Notizia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Avreati, o ſia dello Sperone d' Oro pag.* 25. *cum ſeqq.*

Scriptor ſiquidem prædictus in laudato ſuo Libello comprobat, quod Pius IV. inſtituendo Collegium Equitum de ſuo nomine nuncupatorum, hos Equites Pios creavit numero 1535., pluribus decoravit prerogativis, quas inter illa eſt, quod creati eſſent, & aggregati Ordini Equitum Avrea-
6. torum Calcarium; unde ſub hoc modo tantum dici poteſt, quod Pius IV. inſtituerit Ordinem Equitum Piorum, qui ob participationem quorundam emolumentorum, dicuntur Equites Pii Participantes: Et ita ſe geſſit Sixtus V. in creatione Equitum Lauretanorum, ut bene proſequitur d. Bergamaſchi à d. pag. 25., & ſeqq. ubi ſub *numero ſeq.* materiam explanat: ſic etiam notat *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Hiſtoria Gallice ſcripta de Ordinibus Monaſticis &c., & Militaribus, & per eundem in Italicum Idioma translata Tom.* 8. *cap.* 62. *§. Diverſimode pag.* 409. *juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Preterea ante Paulum IV., & Pium IV. conſtat, Anteceſſores Summos Pontifi-
7. ces mentionem feciſſe de Equitibus Avrei Calcaris. Leo ſiquidem X. in ſua Conſtitutione 14. anno 1515. creavit Abbreviatores Apoſtolicos Equites Avratos, eiſdemque Abbreviatoribus tribuit facultatem creandi hos Avratos Equites; ita etiam Julius III.

Subinde d. Collegio centum ſexaginta Milites ſuperaddidit, mediante alia Conſtitutione incipiente. *Cum nos*, ut videre eſt apud *Bonannum in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 96.

Sic retento vetere Calcaris Avrei titulo, & Equitum Gradu, exprimitur Augmentum à Pio IV. factum,
8. ita ut dicantur Equites Avrei Calcaris, & Pii Participantes. Dicuntur autem Participantes, quia cum hi Milites Centum Octuaginta Septem Millia, & Quingenta Scuta Avrea pro Eccleſia, & Pontificis neceſſitatibus ſublevandis perſolviſſent, idem Pontifex annuam præſtationem illis perſolvit, & ob iſtam participationem Participantes vocantur: *Bonannus d. n.* 96. *Hermant d. Tom.* 2. *cap.* 41. *Pater Ioſeph Franciſcus Fontana Hiſtor. Ordin. Monaſtichorum, ec. & Militarium per eundem ex Gallico Idiomate in Italicum translata Tom.* 8. *cap.* 63. *pag.* 409. *& ſeq. juxta impreſs. Lucenſem Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. ubi quod numerus Equitum relatus à Juſtiniano detegitur inſubſiſtens, & per errorem Amanuenſium confectus. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie ec. Libr.* 1. *Diſſert.* 7. §. 3. *pag.* 172. *juxta impreſs. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718.

Porro Summus Pontifex aſſignavit iiſ-
9. dem Equitibus pro Teſſera Numiſma avreum ante pectus gerendum, cujus pars haberet Imaginem Divi Ambroſii Archiepiſcopi Mediolanenſis, ex altera vero parte Stemma exornatum eſſet cum Sacro Triregno, & Apoſtolicis Clavibus à dextris, & à ſiniſtris, ut exprimitur in d. Bulla -- ibi: *Inſigniaque Collegii dictorum Militum Piorum, eſſe volumus Imaginem Beati Ambroſii Epiſcopi ab una parte alicujus pendentis avrei, & ab altera Inſignia noſtra, vel pro tempore*

tempore exiſtentis Pontificis, cum Clavibus deſuper, & Thiara Pontificia impendenti, per quemlibet ex dictis Militibus, & non per alios geſtandi, quæ verba refert etiam *d. Juſtinianus pag.* 558. Et de hac re *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. pag.* 409. *& ſeq. d. Bonannus n.* 96. *Pater Honoratus à Sancta Maria ſupra allegatus*.

Forma autem dictæ novæ Teſſerę habe-
10. tur penes *d. Juſtinianum d. pag.* 559. *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Diſſertat. Hiſtoriques &c. Sur la Chevalerie &c. In explication. des Armes &c. pag.* 463. *ſub n.* 42. *d. Hermant d. Tom.* 2. *cap.* 41. *pag.* 356.

Cœterum, perpendendo hos Equites
11. participantes unitos fuiſſe Equitibus Calcaris avrei, ſequitur quod uti tales deferant etiam pro inſigne Crucem avream inſtar Melitenſis, & circa extremitatem exiguum habentem calcar, ut ſcribit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 31. *n.* 81.

Forma d. Crucis avreę octogonæ impreſ-
12. ſa eſt penes *d. Juſtinianum pag.* 557. *Petrum Franciſcum Bergamaſchi in ſuo Volumine - Breve notizia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Avreati, o ſia dello Sperone d' Oro, tum in Fronte Libelli, tum ſub pag.* 20. *juxta impreſſionem Taurini Typis Dominici Paulini* 1695. *Collectorem Gallum Tom.* 4. *Explication. des Armes &c. pag.* 410. *ſub n.* 15. ubi erronee ſcribit - *Et les Armes une Croix d' Argent à huit pointes, ayant a celle d' en bas un Eperon d' or.* Sed circa prędicta, & hanc Teſſeram, vide quę diximus in ſuperiori noſtro *Diſcurſu de Avreatis, ſeu Calcaris Avrei Equitibus*.

Cum Milites hujuſmodi peculiarem Veſtem non haberent, inquit *d. Bonannus n.* 96. idcirco ibi apponit Veſtem, qua tunc temporis Nobiles Romani utebantur, una cum d. Numiſmate ad pectus: ſic etiam habetur apud *Collector. Gallum d. Tom.* 4. *pag.* 128.

Pluribus Prerogativis ac Privilegiis Summus Pontifex hos Equites decoravit; Omnes enim huic Ordini aggregatos, Nobiles declaravit una cum omnibus eorum Deſcendentibus.

Omnes Titulo Comitis Lateranenſis Palatii ſtatuit, cum poteſtate delegan-
13. di Judices Eccleſiaſticos, & Seculares, creandi Doctores, & Notarios, legitimandi Baſtardos, ac extollendi ad Dignitates, deputandi miniſtros, & Statuta condendi. Quod Equites Clerici, Notarii eſſent Apoſtolici; Laici vero Equites Avrati, cum hoc inſuper, quod licet deſiderent eſſe Participantes, hoc eſt deſiderent participare de dictis Emolumentis, adhuc durarent, & gauderent Gradu, & Titulo Comitis Lateranenſis Palatii, Notarii Apoſtolici, & Equitis Avrati. Inſuper decendentibus indulſit, ut poſſidere poſſent Beneficia, ac inſimul exercere varia Officia in reditu Scutorum quinquaginta avri, cum diſpenſatione a ſolutione Componendæ, ob Penſiones, vel Beneficia, quę illis conferentur.

Illis fas erat, elapſis duobus Annis a die eorum receptionis in Ordine, perſonis ſibi bene viſis Penſionem cedere, quam recipiebant; ac de Bonis Eccleſiaſticis teſtari uſque ad ſummam mille Ducatorum. Declarantur Commenſales Pontificis, Scribæ, ac Cubicularii Apoſtolici.

Pręcedentiam eiſdem concedit ſuper aliis Equitibus, eoſdem à Juriſdictione Ordinariorum eximit, & ſub immediata Sanctæ Sedis Apoſtolicæ recipit:

recipit: & quod in publicis functionibus Pontificiis, ſi deficerent Principes, vel Principum Oratores, unus ex ipſis Equitibus Pontificii Baldachini haſtam deferret; ſicuti videre eſt apud *d. Fontana pag.* 410. *&* 411. *D. Collector Gallus d. Tom.* 4. *à pag.* 128. *cum ſeqq. Juſtinian. pag.* 559. *Hermant. pag.* 354. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in Volumine Diſſertations Hiſtoriques &c. Sur la Chevalerie Lib.* 7. *Art.* 6. §. 3. *pag.* 172. *juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart pag.* 171. ubi quod præferri debent Equitibus Melitenſibus, & Livoniæ, aut Pruſſiæ.

Voluit autem Summus Pontifex, quod prædicti obſtricti eſſent exequi Or-
14. dines Pontificis in publicis Bellicis expeditionibus à Pontifice iniunctis, quas nuncupamus *Crociate*; Necnon in Conciliis Generalibus, abſque ulla mercede, ac tandem tenerentur vigilanter aſſiſtere, ac defendere Littora Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, & præcipue Civitatis Lavreti, ut habetur penes *d. Patrem Fontana d. pag.* 421. ubi notat, quod hujuſmodi Equites Milites jam ab Avla receſſerunt, fueruntque aboliti; unde modo remanſerunt ſimplices Officiales Cancelleriæ Apoſtolicæ, ut cœteri quoque Equites Sancti Petri, & S. Pauli, Lilii, & Lauretani, in quibus omnibus relata Privilegia ceſſant, adeo ut ſolummodo remaneat Titulus Comitis S. Palatii Lateranenſis, & Equitum Avratorum, qui Titulus in Literis eiſdem tribuitur. Et quod plura ex dictis Privilegiis fuerint revocata per Summum Pontificem Sanctum Pium V., & Gregorium XIII. notat *d. Pater Bonannus n.* 96. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 171. Gradus Equitis Pii valent ſcuta mille: *d. Fontana pag.* 409.

De reliquo, quoad Equites Avrei Calcaris, tradidimus in antecedenti Diſcurſu.

Horum Equitum Piorum Avrei Calcaris Magnus Magiſter eſt pro tempore Summus Romanus Pontifex, & Catalogus habetur apud *Collectorem*
15. *Gallum d. Tom.* 4. *pag.* 138., *& ſeq.* ubi enumerat XX. Summos Pontifices, uſque ad Clementem XI. incluſive, ſicque addi debent Innocentius XIII., Benedictus XIII. Clemens XII., & Benedictus XIV. feliciſſime regnans.

Quo vero ad ſimplices Equites Avrei Calcaris, Catalogus Magnorum Magiſtrorum videri poterit in calce noſtri Diſcurſus de Equitibus JESU CHRISTI Pontificiis.

DISCURSUS XXXVII.

AVREI CALCARIS IN REGNO NEAPOLIS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

DE alio Equeſtri Ordine, ſub eodem Titulo Calcaris avrei, mentionem faciunt Scribentes, ajentes inſtitutum fuiſſe Neapolis à Carolo Andegavenſi, Neapolis, & Siciliæ Rege. Cum enim dictus Carolus Romæ anno 1266. Regali Corona fuerit redimitus, & ad capiendam Regni Neapolis poſſeſſionem pergeret (non obſtantibus Manfredi ejus Competitoris oppoſitionibus, quique fuerat in quodam certamine victus) totum Neapolis Regnum, ejuſdem

Comitis

Comitis Andegavenſis dominio ſe ſubmiſerat: Unde idem Andegavenſis Comes, ut erga Nobilitatem, quę ei adhæſerat, grati animi notam oſtenderet, Equeſtrem Calcaris Avrei Ordinem inſtituit. Modus autem, quo in Equitem recipiebantur, talis erat. Stata die in Metropolitana Eccleſia Neapolis, ubi Rex, & Regina totaque Avla in Pegmata convenerat, Candidatus in Sede ſedebat cooperta ſerico viridi: tunc Archiepiſcopus Diaconali Habitu indutus, & ſociatus à ſuis Suffraganeis, eundem jurare faciebat ad Sancta Dei Evangelia, quod nunquam contra Regem Arma ſumeret, niſi à ſuo legitimo Superiore conſtringeretur: tuncque, & eo caſu, Regi reſtitueret Teſſeram Ordinis ſub pœna infamiæ, & ſub pœna condemnationis ad mortem, ſi captivus in Bello remanſiſſet. Rurſuſque promittebat, quod cum omnibus ſuis viribus, ſi & quoties requireretur, Nobilibus Fœminis, ac Viduis opitularetur, ſicut & Orpharnis derelictis in earundem cauſis, juſtis tamen ſemper.

Succeſſive ex Equitibus duo magis antiqui, eundem Candidatum Regi pręſentabant, qui Rex ſuo Enſe humerum tangebat, dicebatque illi: *Deus te faciat bonum Equitem*: & poſtmodum ſeptem Puellæ ex Avla Reginæ, indutæ Veſte alba, Enſem lateri accingebant, & quatuor Equites ex magis præclaris, pedibus Calcaria avrata aptabant. Regina autem apprehendens eum manu dextera, & Mulier Nobilis magiſque conſpicua manu ſiniſtra, deducebant eum ad Sedem ditiſſime ornatam: & tunc Rex, & Regina locabant eundem in medio, totaque Avla ex humiliori loco jentaculum ex dulciariis præſentabat: Et ſic finis functioni imponebatur.

Penitus autem ignoratur, qua Teſſera utebatur Ordo: prædictaque omnia habentur in *Hiſtoria Ordinum Monaſtichorum &c. & Militarium ex Idiomate Gallico in linguam noſtram Italicam tranſlata*, *per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei, Tom. 8. Parte Sexta cap. 64. pag. 413., & 414. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſeph Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. ubi in calce poſt *d. n.* 114. videndum allegat *Des Noulis Hiſtoire des Rois de Sicile, & de Naples, de Maiſon d' Anjou pag.* 138.

DISCURSUS XXXVIII.

AVRICULARIS IN REGNO PERUANO

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM

1. *Equitis Gradus fuit in uſu apud omnes Nationes etiam Barbaras.*
2. *Enumerantur Regiones Barbaræ, in quibus viguerunt, & vigent.*
3. *In Regno Pervano quomodo vocabantur Imperatores d. Regni.*
4. *Equites ibi vocabantur* Oriones, *ſeu* Origones.
5. *Dictum vocabulum venit ab Idiomate Hiſpano.*
6. *Ejus Inſignia erant Anuli avrei ponderoſi, & Folia avrea avribus appenſa.*
7. *Magnæ æſtimationis erant hęc Inſignia, etiam apud Hiſpanos.*
8. *Qui etiam aliud nomen aſſumebant.*

9.

9. *Figura harum Teſſerarum penes quos habeatur.*

10. *Figura Equitis Toga induti apud quos cernatur.*

DISCURSUS XXXVIII.

AVRICULARIS IN REGNO PERUANO

EQueſtrium Ordinum ſplendoris fama, & præclara Equitum Virtus in Reipublicæ commodum, decus, ac utilitatem, qua late patet Terrarum Orbis, univerſa pene dixerim Regna pervaſit, eorumque inolevit
1. uſus; quemadmodum notat *Abb. Bernardus Juſtinianus* .. *Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap.* 93. *pag.* 803. *juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, e la Nou: Eruditus Dominus Joannes S. R. I. Comes in* Koden *Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario Omnium Ordinum Equeſtrium* poſt verbum *Wirtembergicus* §. *Inveniuntur pag.* 345., *& ſeq. Quod Corollarium impreſſum eſt poſt Volumen ejuſdem Auctoris*, cui Titulus .. *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impreſſo Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.

Et quidem, non ſolum in Regnis illis, quibus civilis vivendi norma floret, Equeſtres Ordines inveniuntur,
2. ſed etiam in ipſis Barbaricis Regionibus viguerunt, & vigent: Unde Mexicanum, & Peruanum Regna *Tecuytlos* ſuos, & *Origones* habent; Japoniæ *Nerigones*, Turcæ Equites à Luna tenent, ſicuti allegato *Schutzſſeiſchio de Ordin.* 10. *pag.* 8. *Patre Bonanno in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 140. aliiſque tradit *d. Comes in Koden Sapieha in d. Volumine* .. *Adnotationes Hiſtoricæ Equeſtris Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ cap.* 1. *pag.* 20., *& ſeq. Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 93. *pag.* 862., *& ſeq.* & de quibus particulariter ſuis locis agimus.

Hinc in America, ut diximus, in Peruano Regno, ex illis Imperii Imperatoribus, qui juxta Scriptorum dicta
3. nuncupati fuerunt Jugos, aut Incas, vel Montezuma, ut videre eſt apud *Menennium Romanum*, *Philippum Ferrari in ſuo Lexicon*, *Bernal Diaz de Caſtillo Hiſtoria Vendadera dela Conquiſta dela Nueva España*, *impreſſa Matriti Typis Regni* 1632. de quibus *Abb. Juſtinianus ubi ſupra*, Unus ex prædictis Imperatoribus in-
4. ſtituit Ordinem Equitum, qui dicebantur *Oriones*, ut exponit *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtrium n.* 140.

Vel appellantur *Oregones* juxta *d. Juſtinianum d. pag.* 862. *d. Comitem in* Koden *Sapieha d. Corollario* in Verbo *Oregones pag.* 26. Quod quidem nomen idem eſt, ac *Avriculares*, ut tra-
5. dunt ſupradicti Scriptores, quod verbum deſumptum eſt ab idiomate Hiſpano, quo Avris dicitur *Oreja*, & habent Avres *Orejudo*, ſicuti obſervat cum *Franciſco Menennio* allegatus *Juſtinianus d. pag.* 862. referens verba ejuſdem *Menennii*.

Ex primariis porro Regiæ Stirpis, & Bello aptis egregiæ Nobilitatis Viris conflabatur hic Ordo, ut Auctores prææallegati teſtantur. Horum Equitum Inſignia ſolidi Avrei
6. Anuli erant, vel Folia avrea, hæcque perforatis avribus pendentia geſtabant, ſicut ſcribunt *d. Abb. Juſtinianus d. pag.* 863. *Collector Gal-*

lus

lus d. Tom. 4. *ſub* §. 2. *pag.* 401. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* : *Bonannus d. n.* 140. *D. Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 2. *pag.* 512. *juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtę Beſogni*.

Tantæque æſtimationis in dictis Regionibus horum Equitum Gradus pręfulgebat, dictaque Inſignia notam Nobilem ſecum trahebant, ut poſt-
7. quam Hiſpanorum Natio Regnum Peruanum Hiſpaniarum Coronæ acquiſiverit, ipſi Nobiles Hiſpani ad dictum Equeſtrem Avricularem Ordinem promoveri non abnuerint, & ſubire incommoda deferendi avribus perforatis illud Stigma, & pondus ſuſtinere non recuſaverint, quemadmodum notant Scriptores antedicti *Juſtinianus*, *Bonannus*, & *Hermant*.

Quo Equeſtri gradu ſuſcepto, etiam a,
8. liud Nomen aſſumere conſueverunt: *Bonannus d. n.* 140.

Figura dictorum Avreorum Anulorum,
9. & Foliorum avreorum, avribus perforatis, videri poteſt penes *d. Abb. Juſtinianum Parte Secunda cap.* 93. *pag.* 862. *Bonannum d. n.* 140., & *in Generali Deſcriptione omnium Teſſerarum apud eundem ſub n.* 116., & 117., & apud *Collectorem Gallum Tomo* 4. in generali pariter Teſſerarum Deſcriptione ſub n. 116., & 117. pag. 435.

Figuram demum Equitis Avricularis
10. Tunica Talari induti, ad Avres habentis ſolidos ex avro Anulos, & Folia avrea, vide penes *d. Abb. Juſtinianum Parte Secunda cap.* 93. *pag.* 862. *d. Bonannum n.* 140., & *Collectorem Gallum d. Tom.* 4. *pag.* 401.

DISCURSUS XXXIX.

BABYLONIÆ, ET SYRIÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

NON deſunt Avctores, qui ſcriptum reliquerunt in Babylonię, & Syriæ Regum, vulgo *Soltani*, Avla floruiſſe Equites nuncupatos *Dela Halcqua*, hoc eſt, *Dela Chambre*, & nos dicimus *Camera*: Hi vero erant, vel Gentiles Homines Cameræ, quemadmodum Reges illis utuntur, aut in cuſtodiam Corporis: unde eoſdem inſtruere faciebant in exercitiis illis, quę congrua erant eorundem conditioni, & propria muneris, quod gerebant, aſſiſtendi ſcilicet cuſtodiæ corporis eorum Regis. Sic tradit *Dominus Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires &c. Tom.* 2. *in Addit. pag.* 519. *juxta impreſſ. Rothomagenſem Typis Baptiſtæ Beſogne* 1726. *ubi allegat Joinville in Vita Sancti Ludovici*.

DISCURSUS XL.

BALNEI EQUITUM

ARGUMENTUM

Oſtenditur in præſenti Diſcurſu, quod Equites ſimpliciter creati cum antiqua illa Cœremonia ablutionis in Balneo, juxta veterem morem in Italia, Gallia, & Anglia, nullum conſtituebant Equeſtrem Ordinem Balnei, qui ſolum introductus fuit in Anglia ab Henrico Quarto Rege, cujus fundationis ſeries exponitur in hoc Diſcurſu, una cum motivo ad eundem fundandum; & quæ ſit ejus Teſſera? & tandem adducitur Genealogia Regum Angliæ.

SUMMARIUM

1. *CReandi Equites cum pluribus Cæremoniis mos eſt antiquiſſimus, & inter illas erat ablutio in Balneo.*
2. *Dictus mos vigebat in Italia, Gallia, & Anglia.*
3. *Scriptores conſiderantes creationem Equitum cum ablutione Balnei, putarunt adfuiſſe Ordines peculiares: ſed revera nullus aderat Ordo particularis*, & n. 4.
5. *Ordo Balnei floruit in Anglia ab Henrico Quarto inſtitutus, ſed ignoratur tempus ſuæ Inſtitutionis.*
6. *Alii dicunt fuiſſe inſtitutum anno* 1399., & n. 7.
8. *Alii anno* 1400.
9. *Alii ſcribunt, Henricum IV. hunc Ordinem inſtituiſſe ob caſum, qui eidem in Balneo ſe abluenti accidit, duarum Viduarum ad illum pro juſtitia recurrentium, ad quam miniſtrandam, Rex monitus de recurſu exivit à Balneo*, & n. 10.
11. *Ordo hic fuit inſtitutus ad Deum colendum, & Catholicam Religionem defendendam, ad Viduas, Virgines, Orphanos, & ad Miſerorum levamen*, & n. 29.
12. *Reges Angliæ ſunt hujus Ordinis Magni Magiſtri.*
13. *Tres Coronæ Aureæ ſunt Teſſera Ordinis inſculptæ in Orbe ſerico rubei coloris.*
14. *Alii ſcribunt fuiſſe tres Coronas in Orbiculo aureo cum lemmate* -- Tria in unum -- *cum laciniis ex byſſo Tyrii coloris.*
 Quæ Moralia Documenta cum antedictis dabantur Equitibus.
15. *Alii dicunt, dictum lemma* Tria in unum *ſignificare Fidem, Spem, & Charitatem, & tres Perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis.*
 Item ob unionem trium Regnorum, Angliæ, Scotię, & Hiberniæ, ſicut aliqui ſcribunt.
16. *Toga erat viridis*, & n. 19.
 Quomodo diſpoſitæ erant dictæ tres Coronæ, & n. 17.
18. *Quomodo deferatur d. Teſſera?*
20. *Figura Equitis ſic induti apud quem habeatur?*
21. *Nobiles debebant eſſe Equites.*
22. *Commendas plures habebant.*
23. *Apoſtolica confirmatio non adeſt, & ſplendor Ordinis ob Hæreſim defecit*, & n. 30.
 Henricus Rex Angliæ IV. Equitem creavit illum, qui ad eum detulit querelam Viduarum.
24. *Equites ſimiliter creati enumerantur.*
25. *Equites creavit Rex cum variis cæremoniis, & Balnei ablutione, & eundem morem ſervavere Reges Succeſſores.*
26. *Cæremoniæ ablutionis in Balneo, à quibus referantur.*
 Ordo hic in Anglia eſt magnę æſtimationis, & Viris Principalibus confertur.
27. *Collapſus Ordo refloruit, & quando?* & n. 28., & 29.
30. *Anglię Regnum ante Hæreſim erat*

ræ glorioſiſſime addictum obſequiis Romanæ Eccleſię.
Poſt Hæreſim Ordo interiit.
Nuper autem tempore Comitiorum Generalium pro ineunda Pace in Civitate Aquiſgranenſi fuit ad dicta Comitia miſſus à Rege Angliæ Thomas Robiſon Eques Ordinis Balnei.

31. *Regum Angliæ ſeries refertur à Patre Graveſon.*

32. *Anglia, ſeu Brittania antiquitus dividebatur in ſeptem Regna*, & n. 33.

34. *De quo tempore Chriſtiana Fides ibi fuerit ſuſcepta?* & n. 35., & 36.

36. *In dictis ſeptem Regnis obſcurum eſt, qui fuerint Reges particulares.*
Arturus Rex, qui inſtituit Ordinem Tabulæ Rotundæ.

37. *Ab Egberto Rege exponimus Chronologiam, & numeris ſequentibus per totum Diſcurſum.*

40. *Anglię Regum antiquorum conſtans fuit erga Sanctam Sedem Apoſtolicam obſequium.*
Enumerantur Reges, qui Romano Pontifici Regnum conſtituerunt Vectigale Tributarium, & Penſionarium cujuſdam annuę ſummę, quæ vocabatur Denarius Sancti Petri.

41. *Cardinalis Gottus, & alii reſpondet Picinino, impugnanti dictam annuam præſtationem*, & n. 42. 43. 44. 45. 46. 47., & 48.

49. *Proſequitur ſeries Regum Anglię*, & n. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. & 58.

59. *Refertur Vita Sancti Eduardi Regis.*

60. *Series Regum continvatur*, & n. 61. 62. 63., & 64.

65. *Sancti Eduardi III. Regis refertur Vita*, & n. 66., & 67.

66. *Continvatur ſeries Regum*, & n. 67. 68. 69., & 70.

71. *Henricus II. fundavit Equeſtrem Ordinem Sancti Sepulchri in Anglia. Sub d. Rege ſucceſſit occiſio Sancti Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, & Martyris.*

72. *Continvatur ſeries Regum*, & n. 73.

74. *Henricus III. Filius Joannis, qui Regna Angliæ, & Hiberniæ Dominio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiecerat, d. Henricus Homagium perſolvit, pręſente Legato Sedis Apoſtolicæ*, & n. 75., *& ſeq.*

77. *Eduardus VI. anno* 1350. *inſtituit Ordinem Periſcelidis.*

78. *Continvatur ſeries Regum*, & n. 79.

79. *Henricus IV. Rex, qui Equeſtrem Ordinem Balnei inſtituit anno* 1400. *Obiit Londini anno* 1413. *in Ædibus Abbatis Weſtmonaſterienſis in cubiculo nuncupato Ieruſalem, ex quo intellexit adimpletum vaticinium ſibi factum, quod moriturus erat Ieruſalem.*
Dictus Henricus IV. in Collegio Vaindes orienſe detulit Caput Sancti Georgii Martyris, Patroni Ordinis Periſceldis, & n. 80.

80. *Continvatur ſeries Regum*, & n. 81.

81. *Henricus VI. anno* 1431. *in Pariſienſi Eccleſia Beatiſſimæ Semper Virginis Mariæ Francorum Rex inauguratus, & coronatus eſt.*
D. Titulum Francorum Regis hactenus retinuere Anglię Reges.
Quomodo Galli expulerunt à Galliæ Anglos?
Continvatur ſeries Regum, & n. 82. 83. 84., & n. 85.

86. *Henricus VIII. qui à Summo Pontifice Fidei Defenſoris Titulo decoratus, poſtmodum ab Eccleſia Catholica horrendum per Schiſma turpiſſime recedens, & in Hæreſes lapſus, Hæreſes omnes in Anglia introduxit, &* n. 87.

n. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98., & 99.

100. *Dictum Henricum VIII. aſſeritur prope moriturum, cum Summo Pontifice, & Romana Eccleſia ſtuduiſſe reconciliari, ſed Aulicorum Turba fuiſſe impeditum.*

Henricus prædictus ſumpſit paulo ante mortem Catholico more Sacroſanctam Euchariſtiam genuflexus, & prono capite.

Et antequam moreretur dixit deſperato animo -- Amiſimus omnia.

101. *Idem Henricus ſcripſit hæredem Eduardum ejus Filium ex Joanna Serneria novennem, & ſexdecim Tutores, & Curatores, omnes fere Catholicos, ut Catholice educaretur, excepto Primatus Titulo Eccleſiæ Anglicanæ, quem eidem Filio reliquit. Continuatur ſeries Regum Angliæ, & Hæreſis,* & n. 102. 103. 104. 105. 106. 107., & 108.

109. *Narratur ſucceſſio Jacobi ex Regia Stuardorum Familia, & aliorum,* & n. 110. 111. 112. 113. 114., & 115.

116. *Rex Jacobus II. poſt mortem Caroli II.. Rex Angliæ Salutatus eſt anno 1685., & Catholicus Romanus regebat: Bellum contra Catholicos moverunt Heretici.*

117. *Narratur vocatio Principis Arauſicani,* & n. 118.

Et vocatio Ducis Hannoverani.

118. *Jacobus III. Filius Jacobi II. verus Rex Angliæ. Jacobus II. ob Anglorum conſpirationes monitus à Rege Galliarum Ludovico XIV. ad Gallias cum filio ſuo, & Regina ſe contulit.*

119. *Dictus Jacobus II. 1701. obiit in Palatio Regio Sancti Germani, relicto filio ſuo Jacobo III.,* & n. 120.

121. *Dictus Jacobus III. in Gallia moratus fuit uſque ad Mortem Ludovici XIV. Galliarum Regis, deinde Romam petiit.*

122. *Ex ejus Uxore Principiſſa Maria Clementina habet duos Filios; Carolum Odoardum Walliæ Principem, ac Henricum Benedictum Mariam Clementem Ducem Eboracenſem, & à Summo Pontifice Benedicto XIV. Sacra Cardinalatus Purpura redimitum,* & n. 123.

DISCURSUS LX.

BALNEI EQVITUM

NOnnulla quidem in Præliminari noſtro Diſcurſu *6.*, & *7.* ſcripſimus de Equitibus Balneatis, ibique Nos verba iterum facturos innuimus, cum potiſſime Diſcurſus habebitur ſuper Ordine Equitum Balnei, Itaque nunc promiſſis ſtantes, in præſenti Diſcurſu, ad tollendum æquivocum, Primo repetimus, antiquiſſimum fuiſſe morem, creandi E-

1. quites pluribus ſane adhibitis Cœremoniis, quas inter ſolemnis, & celeberrima illa erat ablutio in Balneo, quod tali loco parabatur, juxta cumulata in d. noſtro *Diſcurſu Septimo*,

Secundo, quod hæc conſuetudo in Italia vigebat ſpecifice in Ætruria, de qua loquitur Italus Vates Egregius *Franciſcus Redius in Dytirambo*, cui Titulus -- *Bacco in Toſcana*: vigebat in Gallia, & Anglia, in quibus mediante Balneo, Equeſtris Gradus

2. conferebatur; unde Scriptores paſſim referunt Narrationes de Equitibus cum Balnei ablutione in Italia, Gallia, & Anglia creatis, ut videre eſt apud *d. Abb. Juſtinianum d. Parte Prima cap. 15. pag. 157. d. noſtro Diſcurſu 7. à n. 12., & ſeqq. Patrem Fontana d. Tom. 8. cap. 35. pag.* 277.

277. inferius allegandum, & Nos in calce præſentis Diſcurſus Documentum damus: quod refert etiam *d. Pater Fontana d. pag.* 277.

Tertio rurſus notamus, quod hujuſmodi Gentium mos, adhibendi Balneum in Equitum creatione, motivum tribuit Scriptoribus, hos Equites Bal-
3. neatos, & etiam Balnei Ordinem nuncupandi, putantes peculiarem conſtituere Claſſem, & Ordinem Equitum variis locis, ut notat *Pater Baciaudi Clericus Regular. de Sacris Chriſtianorum Balneis in Libro ſingulari impreſſo Venetiis anno* 1750. *ex Typographia Radiciana cap.* 9. *pag.* 32. quem modernum elegantem Librum humaniſſime Nobis commodavit una cum variis Documentis pro materia aliorum Diſcurſuum Equeſtrium, & tradidit Pater Lector Sirena ex Ordine Sancti Dominici, ac Vicarius Sancti Officii in Civitate Ravennę, Vir ſane undequaque eruditus.

Quarto aſſerimus revera dictos Equites cum dicta Balnei Cæremonia creatos,
4. nullam conſtituiſſe ſeparatam Equitum Claſſem, nullum diſtinctum Cœtum, Collegium, aut Ordinem, qui nuncuparetur Ordo Equitum Balneatorum, & quotquot adſunt Documenta, de quibus ſupra, uſum Balnei exprimentia, nullum ex illis exprimit denominationem Ordinis Balnei, ſive in Italia, ſive Gallia, ſive Anglia exiſtentis. Simplices ergo erant Equites armati cum Cæremoniis antiquis, inter quas aderat ablutio in Balneo, & creabantur à Principibus in propriis Ditionibus Italiæ, Galliæ, & Angliæ; neque res limitata erat ad ullum peculiare Regnum, ut late expoſuimus in allegato noſtro *Diſcurſu Septimo*.

Rebus ita dilucidatis, conſtans eſt Scriptorum relatio, quod formalis Ordo Balnei floruit in Anglia, inſtitutus ab Henrico IV. juxta Scriptorum
5. Auctoritates infra etiam allegandas; ſed de quo individuo tempore fuerit inſtitutus, ignoratur, ſicut notavit etiam *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 163. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 2. *pag.* 22. *ſub n.* 17. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Alii ſiquidem ſuſtinent, inſtitutum fuiſſe tempore inaugurationis ſuæ ad Thronum die Sabbati in Vigilia Sancti Odoardi, & ſic anno 1399. *d. Juſtinianus d. cap.* 15. *pag.* 161. *Pater*
6. *Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 10. *d. Collector Gallus pag.* 22. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom.* 2. *Litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica* §. *Notitia, & Series Ordin. Equeſt. Militar. n.* 10. *pag.* 735. *juxta impreſſionem Salisburgenſem Typis Joannis Joſephi Mayr* 1729. ubi quod ea die ſuæ inaugurationis
7. creaſſe dicitur quadraginta ſex Armigeros, qui præcedente nocte vigilantes, Balneo uſi fuere.

Alii fuiſſe à dicto Henrico IV. anno 1400. fundatum ſcripſere, ut *Dominus Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Caſtellanus Trocenſis &c. Eques Ordinis Aquilæ Albę in Regno Polonię in Corollario celebriores in Chriſtianitate Heroicos Ordi-*
8. *nes &c. ſuccinte enumerans* in verbo *Balnei Equites impreſſ. in calce ſui Voluminis*, cui Titulus -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. in Regno Poloniæ Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730.

Teſtantur alii motivum ſumpſiſſe Regem
9. Henricum IV. ad hujus Ordinis Inſtitu-

ſtitutionem, ex quo cum quadam die ipſe Rex in Balneo ſe recrearet à curis Gubernii ſegregatus, atque ideo Avlicis ſuis rigoroſe præſcripſiſſet, ne ſua in Balneo durante mora, ullus illi negotium faceſſere auderet, accidit, quod duæ inter ſe contendentes Viduæ recurſum habuerunt ad Avlicum, acceſſum ad Regem expoſtulantes, ut Juſtitiam, quam à Regiis Judicibus obtinere non potuerant, ab ipſo Rege impetrarent. Avlicus itaque, Regis præcepto non obſtante, Regem in Balneo jacentem animoſe adivit, ſicque illum alloquens: Rex, inquit, *Regalem quam geris Coronam Deus tibi ſervat, tuaque in Subditos Pietas: Duæ tamen conqueruntur Viduæ, & à te juſtitiam expoſcunt, quam a tuis non obtinuere Miniſtris*. Adeo Henrico Regi hæc Avlici placuit al-
10. locutio, ut ſtatim e Balneo proſiliens, pronis avribus Viduarum querelas audiverit, largaque munificentia exaudiverit, promptam illis Juſtitiam miniſtrando, ſicque quacumque animi relaxatione jucundiorem reputans operam ſubditis ſuccurrere miſeris; Inde Militiam inſtituit Equeſtrem, cui in hujuſmodi memoriam facti, & monumentum perenne, à Balneo nomen indidit, exindeque appellata fuit Militia Balnei, illiuſque Equites, Balnei Equites, adhibendo etiam in Equitum Creatione Cæremoniam Ablutionis in Balneo: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar Diſqv.* 1. *Quæſt.* 2. §. 12. *Abbas Juſtinian. d. Parte Prima cap.* 15. *d. Gallicus Collector Hiſtoire Tom.* 2. *ſub n.* 17. *pag.* 22. *Pater* Honoratus *à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in Volumine Diſſertations* Hiſtoriques, *& Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne Lib.* 1. *Diſſert.* 7., *art.* 2. *pag.* 136. §. H*enrici IV.*

Inſtitutus autem fuit hic Equitum Ordo ad Deum colendum ſuper omnia, & ad Catholicæ Religionis Defenſam, ad Regem honorandum, ad Viduas, &
11. Virgines, & Orphanos defendendum, ad Miſerorum levamen, ut notat *d. Mendo d. Diſqv.* 1. *quæſt.* 2. §. 12. *n.* 35. *Bonanni in Catalogo Ordinum Equeſtrium n.* 10. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag.* 735.

Hujus Ordinis ſic ab Henrico IV. fun-
12. dati Dominium ſpectat ad Reges Angliæ, qui jure fundationis Magni Magiſtri ſunt, ac Equites creant in coronatione, necnon in aliis occaſionibus, ut allegatis exemplis, & enumeratis Equitibus creatis teſtatur *d. Juſtinianus d. cap.* 15 *pag.* 162. *&* 163.

In Ordinis Teſſeram præſcripſiſſe Regem
13. Tres Coronas avreas in Orbe ſerico Rubei coloris incluſas ſcribunt nonnulli: *Mennius in Volumine Delizie degli Ordini Equeſtri pag.* 127. *Hujus Inſtituti Equites pro Teſſera ſolent tres avreas Coronas in Or-*
14. *bicello avreo expreſſas, adhibita hac circumſcriptione. Tria in unum Laciniaſque ex byſſo Tyrii coloris appenſas præferre*: *d. Comes Jo. Fridericus in Koden Sapieba d. Corollario verbo Balnei Equites, & alii infra allegandi*. Ut ita in ſimbolum eſſent, boni Equitis animum debere conſtantem voluntatem tenere ſemper in Fidei defenſione, Coronæ, ac Regni, quemadmodum in ipſo Juramento promittebant, & ita unio ſervetur ad tuendam Fidem, Regem, & Regnum, ut tradunt *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 12. *n.* 35. *d. Juſtinianus Parte Prima cap.* 15. *pag.* 161. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus d. Lib.* 1. *Diſ-*

1. *Diſſert.* 7. *Art.* 2. §. *La Marque pag.* 136., ubi etiam ſubdit, quod *d. Lemma* -- *Tria in unum* -- ſignificat Fidem, Spem, & Charitatem, quæ
15. virtutes Chriſtianum Equitem debent exornare, quodque indicent Tres Perſonas Sanctiſſimę Trinitatis: *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires Tom.* 2. *pag.* 23.

Quod dictæ Tres Coronæ eſſent avreæ in circulo avreo cum lemmate -- *Tria in unum* -- ob Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & ob unionem trium Regnorum Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, refert, licet non approbet *Hiſtoria Ordinum Monaſtichorum Militarium &c. Tom.* 8. *cap.* 35. *ex Gallico Idiomate in Italicum translata à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſe Congregationis Matris Dei pag.* 284. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. *Joſeph vero Mi-*
16. *cheli in Theſauro Militari Equitum* ſubdit, d. Equitum Teſſeram eſſe tres avreas Coronas in Toga viridi, cum allata Epigraphe -- *Tria in unum*: *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 12. *n.* 35. *Juſtinianus ubi ſupra pag.* 161. *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 10. Dictę Teſſerę Figura tres referens avreas Coronas, ut dicunt apertas, per triangulum diſpoſitas, habetur apud eundem *Juſtinianum d. pag.* 161., & *Patrem Philippum Bonanni in calce Catalogi Ordinum*
17. *Equeſtrium, ubi Stemmata omnium Ordinum pag.* 145. *ſub n.* 9. *dictus quoque Juſtinianus*, quod nil officit, quod in Chronica Chronicarum Abregè, de qua ibidem mentionem facit, apponatur Imago Arturi Primi Regis Angliæ, & tres adſint Coronę avreę, ea forma junctæ, ut una ſupra aliam exiſtat, & ut dicunt *In Palo*: non enim exinde comprobatur magis antiqua dicti Ordinis erectio, quæ ex ſupradictis excluditur, ſed ſolum inferri poteſt, id fuiſſe Stemma Regium, & in Teſſeram Ordinis ab Henrico IV. aſſignatam, ut bene arguit *d. Juſtinianus loco allegato*.

At communis Scribentium ſenſus eſt, quod d. Equites, in Equeſtre hujus Ordinis Signum deferunt Tæniam ſe-
18. ricam latam coloris rubei ad pectus & ad renes extenſam, ut dicitur *d'Armacollo*, aut *Sciarpa*, juxta delineationem, quę habetur apud *Juſtinianum d. cap.* 15. *pag.* 150., & 163.

Tunica autem Equitum viridis erat ad talos demiſſa, ac pellita, & à ſiniſtro humeri latere duplex funiculus ex ſerico albo pendebat: ſuper hanc
19. Tunicam imponebatur Paludamentum cœrulei coloris, & in capite deferebant Biretum rotundum albis plumis exornatum, prout deſcribit reſpective *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 12., *Juſtinianus ubi ſupra*, *Pater Bonannus d. n.* 10. *in Columna latina, & Itala*.

Figura Equitis ſic induti expreſſa ha-
20. betur apud *d. Patrem Bonannum d. n.* 10., & penes *Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 2. *ſub n.* 17. *poſt pag.* 22.

Equeſtri huic Ordini Natalium Nobili-
21. tate ſpectabiles Viri cooptabantur: *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 12. *n.* 35.

Plures habuiſſe Commendas teſtatur i-
22. dem *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 12. *n.* 35., ubi notat, quod hujus Ordinis confirmatio Apoſtolica non invenitur; atque idcirco, quod Militia potius quam Ordo appellanda eſt, cujus ſplendor evanuit, ex quo Anglię Regnum infeliciſſime à Catholica Fide defecit.

Novi hujus Ordinis Henricus Rex Fun-
23. dator, primum creavit Equitem eundem illum Aulicum, qui Viduarum detulit querelam. *Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 163. Succeſſive eodem tempore Rex quadraginta ſex Equites Balnei creavit ex primoribus, hoc eſt, tres e-
24. jus Filios, Comitem de Arandel, Comitem de Warvick, Comitem de Strafort. Duos Filios Comitis de Devenſcier, Comitem de Bamont, Fratrem Comitis Wilobi, Fratrem Comitis de Strafort, Filium Comitis de Canoiz, Comitem de Mool, qui omnes erant Angliæ, ut vocant *Pari*. Creavit preterea Equites Thomam Boncamp, Thomam Pelſan, Joannem Loſerel, Joannem Lybe, Girlmeum Bother, Joannem Haſton, Ricardum Sinap, Joannem Tipſtort, Ricardum Fraces, Emricum Perſi, Joannem Hartadel, Gilemum Stratal, Joannem Torpinton, Aylmer Seent, Odoardum Haſtins, Joannem Grisli, Giraldum Satil, Joannem Harden, Robertum Chalons, Thomam Dimoch, Hangherſol Gibthorpe Niuport: *d. Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 162., *d. Gallus Collector Hiſtoire Ordinum Equeſtrium Gallico Idiomate Tom.* 2. *ſub n.* 17. *pag.* 32. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. Lib.* 1. *Diſſert.* 7. §. *Il Semble pag.* 136. *Pater Bonannus in Catalogo Ordinum Equeſtrium n.* 10.

Eoſdem Equites Rex Henricus IV. crea-
25. vit pluribus concomitantibus Ceremoniis, & Balnei ablutione ſervata, ut refert *Collector Hiſtoriæ Ordinum Equeſtrium Gallico Idiomate Tom.* 2. *ſub n.* 17. *pag.* 22., quemadmodum obſervavere Reges Angliæ Succeſſores, ſicut videre eſt apud *d. Juſtinianum cap.* 15. *pag.* 162., *& ſeq.*, ubi teſtatur, Regem Jacobum Secundum feſtivo die, quo Regia Corona redimitus fuit, plures Equites Balnei creaviſſe, juxta morem antiquum, & reaſſumit *Collector Hiſtoriæ Ordinum Equeſtrium d. Tom.* 2. *ſub n.* 17. *pag.* 51.

Porro Cæremoniæ ablutionis in Balneo plures ſunt, juxta temporum, locorumque circumſtantias, & Nos cu-
26. mulavimus in *Noſtro Diſcurſu Septimo* cum morali explicatione earundem Ceremoniarum; unde ad eundem *Noſtrum Diſcurſum Septimum n.* 38. poterit Lector recurrere, & quod ablutio in Balneo fiebat, ut Equites diſcerent munditiam Animi, & Corporis, inquit præallegatus *Pater Baciaudi d. pag.* 32. Sic etiam ad *d. Patrem Joſephum Fontana à pag.* 278. ubi ex *Eduardo Biſteo* per extenſum, & ad litteram tranſcribit Monumenta ex antiquis Manuſcriptis deſumpta, in quibus late enumerantur omnes Cæremoniæ, quæ ſervabantur in creatione Equitum Balnei antiquis temporibus. Ordo hic in Regno Angliæ magnum ſemper Nobilitatis, honoris, æſtimationiſque præcipuum incrementum habuit: unde Reges ipſi, eorum Filios Equites Balnei creabant, & certatim Duces, & ut vocant Regni *Pari* eorum Filios per Reges creari Equites ſatagebant, in novorum Regum ad Thronum inauguratione, imo etiam poſtquam jam Duces, & *Pari* Regni erant, Equites Balnei creabantur, teſte *d. Juſtiniano d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 162.

Ordo hic jam fere collapſus eſſe vide-
27. batur; cum hiſce temporibus poſtliminio in Anglia aſſurexit, inquit prælaudatus *Dominus Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in antedicto Corollario in verbo Balnei Equites*.

Et

Et habemus quod Carolus II. Rex ſuæ 28. Coronationis die multos creavit Equites Balnei, ſervatis antiquis Ritibus Balnei, ſicut notat ſæpe allegatus *Abbas Juſtinian. dicta Parte Prima cap. 15. pag. 160., & ſeqq. Collector Hiſtoriæ Ordinum Equeſtrium Gallico Idiomate Tom. 2. ſub num 17. pag. 51.*

Cum autem Equeſter hic Ordo fuerit, 29. ut oſtenſum eſt, in Anglia inſtitutus ad Catholicæ Fidei Protectionem, & defenſionem, ut tradit *Mendo d. Diſquiſ. 1. quæſt. 2. §. 12. n. 35. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 15. §. Franceſco pag. 161.* Et Angliæ Regnum ab Eccleſia Romana diro 30. Schiſmate jam avulſum, cui Romanæ Eccleſiæ olim glorioſiſſime ſummis addictum erat obſequiis, ac infeliciſſime ruerit in Hereſim, Hæreſeſque in eo dominentur, ac debaccentur innumeræ, idem Ordo Equeſter ab Avla receſſit, penituſque interiit, ſicuti ſcriptum reliquit antedictus *Mendo* loco ſupra allegato, *d. Gallus Collector Hiſtoire Ordinum Equeſtrium Tom. 2. ſub n. 17. pag. 51. de Nicollis* ubi ſupra; *d. Comes in Koden Sapieha pag. 243.*

Nuper autem dum hæc ſcripta revidemus, legimus, quod occaſione Comitiorum in Civitate Aquiſgrani habitorum, pro conficienda Generali Pace, inter Supremos Principes, pro parte Imperatricis Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Reginæ, pro parte Galliarum, & Hiſpaniarum Regnorum fuerunt ſtatuti Commiſſarii Generales Viri Nobiles, & Titulis decorati, pro Regno quoque Angliæ conſimiles Viri decreti fuerunt, inter quos adeſt Thomas Robiſon Eques, ut ibi dicitur, Ordinis Balnei.

Cæterum, ut hactenus recenſiti Equeſtris Ordinis Magnorum Magiſtrorum Angliæ Regum ſeries integre habeatur, per extenſum deſcribemus in calce præſentis Diſcurſus, hæcque ſic integra inſerviet pro aliis Diſcurſibus, in quibus agemus de aliis Ordinibus Equeſtribus, quos Reges Angliæ fundaverunt, nec illam repetere cogemur.

Sed cum plenius, pluribuſque circum-31. ſtantiis cumulatis, illam explanet *Pater Ignatius Amat de Graveſon in Hiſtoria Eccleſiaſtica Tom. 3. impreſ. Romæ Typis Franciſci Gonzagæ 1717. pag. 27., & 286., ac ſeqq., & Tom. 5. Colloq. 1. pag. 67. Tom 8. pag. 79. cum ſeqq., & Tom. 9. Tabular. Chronolog. Tabula 10., in qua exhibetur ſeries Regum Angliæ, impreſſ. Romæ Typis Ludovici Tinaſſi, & Hieronymi Mainardi, anno 1722. à pag. 195. cum ſeqq.* Nos diligentem hunc Hiſtoricum plane in ea exponenda potiſſime ſequemur. Pro rei tamen dilucidatione præmittimus, quod antiquiſſimis tem-32. poribus Brittaniæ, ſeu Angliæ Inſula in ſeptem dividebatur Regna, in Regnum ſcilicet Cantii, Regnum Auſtralium Saxonum, quod dicebatur *Sud Saxia, in Regnum Orientalium Anglorum*, nuncupatum *Eſtanglia, in Regnum Saxonum Orientalium, appellatum Saxiæ: In Regnum Mediterraneorum Saxonum, ſive Merciorum: In Regnum Nomberbiorum. In Regnum Occidentalium Saxonum, ſeu Weſt Saxiæ, ut habetur apud d. Graveſon Hiſtor. Eccleſ. Tom. 3., Septimi, & Octavi Eccleſiæ ſeculi Colloq. 1. pag. 27., & prædicto Tom. 9. pag. 195. Abb. Juſtinianum Parte Prima cap. 9. pag. 97.*

Et unumquodque ex antedictis ſeptem 33. Regnis, à proprio peculiarique Rege regebatur: *Graveſon d. Tom. 9. pag.*

9. *pag.* 195.

Quo præciſo tempore tota Brittaniæ In-
34. ſula Fidem Chriſtianam ſuſceperit, licet certo non conſtet; plura tamen Brittaniæ loca jam ſecundo Eccleſiæ ſeculo Evangelii luce fuiſſe illuſtrata, comprobat *Tertullianus in Libro adverſus Judæos*, quem Librum ſcripſit ipſe ante annum poſt Chriſtum natum 216., unde neceſſe eſt, ut evenerit aliquo tempore, antequam *Tertullianus* de ſuſcepta in Brittania Inſula Fide Chriſtiana ſcripſerit. Rurſus *Nicephorus Callixtus* lib. 9.
35. Hiſtor. Eccle. refert Epiſtolam Sancti Athanaſii, qui quarto Eccleſiæ ſeculo floruit, in qua Epiſt. ad Jovinianum Imperatorem ſcripta aſſerit, Catholicam Doctrinam de Conſubſtantialitate Verbi Divini cum Patre Æterno, in Concilio Generali Nicæno contra Arium ſancitam, ab Eccleſia, quæ erat in Inſula Brittanica fuiſſe approbatam. Verum quinto Eccleſiæ Seculo, poſtquam Saxones, qui erant Ethnici in Brittaniam irrupiſſent, eamque armis occupatam in ſeptem Regna, in quibus totidem ſeptem Reges Saxones dominabantur, diviſiſſent, extincta fuit in illis Chriſtiana Fides, & idololatria in tota Brittaniæ Inſula longe lateque propagata, de quibus agit *Graveſon Tom.* 9. *à pag.* 223.

Idcirco ſeptem omnia hæc Regna ſub finem ſexti Eccleſiæ ſeculi, & præ-
36. ſertim ſeptimo ſeculo, Divo Gregorio Magno Papa promovente, miſſo ad illa Regna Sancto Auguſtino Epiſcopo cum Sociis, aliiſque Sanctitate præclaris Viris, Chriſtianæ Fidei Sanctiſſimæ lumen verum recepere, Diviniſque Myſteriis inſtructa fuere, ut enumerando ſingillatim Apoſtolicos Viros; & diſtinguendo tempora, & Regna, proſequitur idem *Graveſon d. Tom.* 3. *pag.* 27. & *Tom.* 9. *pag.* 225.

Hinc omiſſa Chronologica ſerie Regum, qui particulariter in dictis ſeptem Angliæ Regnis regnarunt, cum res undique implexa, & obſcura ſit, uſque ad Egbertum, quemadmodum illam fatetur *Lucas de Linda in Volumine Le Relationi, e Deſcritioni Univerſali &c. dei Mondo*, juxta tranſlationem Italicam *Marchionis Majolini Biſaccioni lib.* 5. *pag.* 30. *juxta impreſſionem Venetam Combi, & La Nou* 1672. *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 196. ſolummodo annotamus, quod vetus ille Artarus Rex, ille ſcilicet, qui inſtituit Ordinem nuncupatum Tabulæ rotundæ, de quo ſuo loco agemus, Rex fuit ex Stirpe Regum illius Regionis nuncupatæ poſtea Angliæ.

Nos ab Egberto Rege Potritii Regis Filio Catalogum Regum exordimur, licet ex quodam Chronographo Saxonico, nuper in Anglia e tenebris educto, teſte *Antonio Pagio in Critica Baronii*, aſſeratur Egbertum octavum fuiſſe Regem, qui in totum Brittaniæ imperavit, & nomina eo-
37. rum referat ex *d. Pagio Graveſon Tom.* 9. *pag.* 196. Attamen ipſe *Graveſon ubi ſupra* ſeriem Angliæ Regum ducit à d. Egberto. Conſtat ſane, quod Egbertus Weſt Saxiæ, ſeu Regum Occidentalium Saxonum, Rex totius Angliæ Supremus Monarcha fuit, ſub eo ſiquidem enumerata ſeptem illa Inſulæ Brittaniæ, ſeu Angliæ Regna, victis, ſuperatis, debellatiſque Regibus illa tenentibus, in unum, ipſumque Egbertum coaluerunt anno noſtræ reparatæ ſalutis 800. *d. Lucas de Linda d. pag.* 300. *d. Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 163., *Gallus Collector Hiſtor. d. Tom.* 2. *pag.* 52. *Graveſon Tom.* 9.

pag.

pag. 196., *&* *ſeqq.*

Egbertus autem fuit Abnepos *Inæ* Re-
38. gis Occidentalium Saxonum in Anglia, qui omnium Regum primus octavo Eccleſiæ Seculo Regnum ſuum Romano Pontifici vectigale fecit, quod Sancti Petri denarium vocant; denarium enim ex ſingulis Domibus Regni ſui Beato Petro, ejuſque Succeſſoribus Romanis Pontificibus conceſſit, qui ab Anglis *Romeſcot*, latine vero, denarius Sancti Petri nuncupabatur. Ad eundem Regem Aldibertum, & Aldibergam Reginam ſcripſit Sanctus Gregorius Magnus Summus Pontifex Epiſtolam, quę eſt inter illas Divi Gregorii la 59., & 60. *lib.* 9. *Indict.* 4. *Graveſon d. Tom.* 3. *Noni Eccleſiæ Seculi*, *Colloq.* 1. *pag.* 286., *& d. Tom.* 9. *pag.* 195.

Quod dictus Egbertus regnaverit annos 32. refert *d. Iuſtinianus Parte Prima cap.* 15. *pag.* 163. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires Tom.* 2. *pag.* 52.

Sed illum regnaviſſe annos 37., & menſes ſeptem, hoc eſt ab anno 837. ſcribit *d. Lucas de Linda d. pag.* 300. *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 197., & obiiſſe anno 838. teſtatur idem *Graveſon d. Tom.* 3. *pag.* 286.

Etthel Wolphus, ſeu Atulphus, ſucceſſit Patri ſuo Egberto in Regno anno 837. *Iuſtinianus pag.* 163. *Collector Gallus d. pag.* 52. *Graveſon ubi ſupra. Lucas de Linda d. pag.* 300.

Hic Romam Religionis ergo ſe con-
39. tulit, fuitque à Leone IV. humaniſſime exceptus, eamque Inſulæ partem, quam Pater ejus Egbertus ſubjugaverat, ſuoque Regno addiderat, vectigalem ſimiliter fecit Eccleſię Romanę, denariumque ſingulis annis à ſuis Subditis Romanæ Eccleſiæ ſolvi ſtatuit, pluraque in eadem Urbe Pietatis, & Liberalitatis ſuę argumenta preſtitit. *Graveſon d. Tom.* 3. *pag.* 287., *Tom.* 9. *pag.* 197. De quo Etelulpho loquitur *Pater Antonius Foreſti Societatis Jeſu in ſuo Mappamondo Iſtorico Tom.* 5. *par.* 5. *ſub anno* 854. nominanſque ſecundum, inquit -- *Riſolſe di portarſi à Roma per baciare i Piedi al S. Ponteſice Leon IV. In queſto Viaggio fece tributario alla Chieſa tutto il ſuo Regno, obbligando i ſuoi Popoli a pagare alla S. Sede un Giulio per ciaſcheduno, e queſta antica recognizione non ceſsò nell' Inghilterra, che con la Fede Cattolica ſotto il Regno di Arrigo VIII.*

Regnavit annos 20. *d. Lucas de Linda d. pag.* 300. *Iuſtinianus d. pag.* 163. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 52. *Graveſon d. Tom.* 3. *pag.* 287. Tamen *Tom.* 9. *pag.* 197. ait regnaſſe annos circiter vigintiduos, hoc eſt ab anno 837., uſque ad annum 858. quo vita functus eſt.

Hinc repetamus oportet, conſtans fuiſ-
40. ſe veterum Catholicorum Regum Anglię erga Sanctam Apoſtolicam Sedem, Pietatis, & Religionis obſequium; tres quippe numerantur Anglorum Reges, *Ina* Saxonum Occidentalium, *Offa* Merciorum, *Ethevolphus*, ſeu *Atulphus*, qui totum Anglię Regnum Romano Pontifici vectigale, Tributarium, & Penſionarium fecere cujuſdam Pecuniarum Summæ quot annis exigendæ, quæ *denarius Sancti Petri* vocabatur.

Adverſus quod Tributum fruſtra, &
41. inſubſiſtente prorſus ratiocinatione contra Summum Romanum Pontificem invehit Jacobus Piccininus blaterando, quod dictum denarium Sancti Petri gratioſo munere à Regibus Angliæ Apoſtolicæ Sedi oblatum, Summi Romani Pontifices de Honorario, debitum fecerunt, & in Tri-

butum verterunt.

Sapientiſſime ſiquidem Doctiſſimus San-
42. ctæ Romanæ Eccleſię Cardinalis *Vincentius Ludovicus Gotti* ex Ordine Prædicatorum Piccinino reſpondit, & evidenti demonſtratione illius detegit Technas. Et ſane liquet, quod Anglorum Reges, non pure honorariam, ut inquit Piccininus, oblationem ingentis Summę fecerunt, ſed eorum Regnum Tributarium, & Penſionarium conſtituerunt certæ pecuniarum Summæ annuatim perſolvendæ. Unde pro illius exactione à Pontifice Roma in Angliam mittebatur unus ſub nomine Collectoris, ut dictam pecuniam exigeret; atque ita inconcuſſe ſervatum fuit, quouſque Anglia in Fide Catholica manſit, ſicuti de facto proprio teſtatur *Polydorus Virgilius*, ſeu ut alii dicunt *Vergilius* natione Italus, Patria Urbinas in *Hiſtoria*, quam ſcripſit *Anglicana*: Ipſe enim olim hujuſmodi quæſturam aliquot per annos geſſit, ejuſque muneris obeundi cauſa, primum Angliam adivit. Ipſe igitur *lib.* 4. Angliæ Hiſtoria ſcriptum reliquit -- *Officia autem ejus Regis* (*Inæ*) *Pietatis plena producuntur, & illud in primis, quod Regnum ſuum Romano Pontifici Vectigale fecerit, ſingulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis: Fecit idem ejus exemplo, ut opinor, ductus Offa Merciorum Rex, qui non multo poſt id tempus regnavit. Fuit is annus ſalutis circiter* 740. *Hoc vectigal, prout quidam ſcribunt, auxit poſt hac Ethelvolphus, ſeu Atulphus Rex, qui ut proximo libro demonſtrabitur; totius fere Inſulæ Imperium obtinuit: Omnis Anglia hoc tempore iſtud Vectigal*
43. *Pietatis, & Religionis cauſa Romano Pontifici pendit domeſticatim collatum, & nummi illi argentei vocantur vulgo Denarii Divi Petri; quos Pontificius Quęſtor, quem non inſcienter Collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim Quæſturam aliquot per annos geſſimus, ejuſque muneris obeundi cauſa primum in Angliam venimus.*

Idemque *Polidorus Virgilius d. lib.* 4.
44. de Offa Rege ita ſcribit -- *Offa tamen, quem vere ſuorum delictorum pœnitebat, viſus, ſibi nequaquam plena manu de commiſſis Deo ſatisfeciſſe, trajecto proſpere Oceano, Romam ſe contulit, veniæ conſequendæ cauſa, Romanoque Pontifici Adriano I. Regnum ſuum Vectigale fecit, impoſito Tributo ex ſingulis nummis argenteis, quos Denarios vocant, domeſticatim in annos ſingulos conferendis, qui fuit annus Salutis Humanæ* 765. *De iſto Vectigali plura commemorabo infra in Vita Inæ Regis Occidentalis, qui per id fere tempus, vel paulo ante primus eo muneris genere Romanum Pontificem donavit. Et lib.* 4. *prædictus Polidorus de Ethelvolpho Rege loquens, ſubdit* -- *Haud multo poſt Romam voti cauſa petivit, ubi à Leone IV. Pontifice benigne acceptus, fecit Romano Pontifici eam quoque Inſulæ partem, quam Egbertus Pater ad Regnum adiunxerat, Vectigalem, imitatus Inam, id quod ſupra memoravimus; legeque ſancivit, ut qui ex ſuis Poſſeſſionibus triginta denariorum Vectigal in ſingulos annos caperent, aut plures domos haberent, pro iis, quas habitarent ſinguli, ſingulos denarios quot annis Romano Pontifici ad Diem Feſtum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vel ſummam ad Vincula Petri ſolverent, quam Legem quidam licet falſo, Aluredo ejus Filio aſſignant: fuit is annus ſalutis humanæ* 847.

Patet

Patet igitur ex ipſa Hiſtorica facti ſe-
45. rie, prædictos Anglorum Reges Pietatis impulſu revera Regnum Angliæ Vectigale feciſſe Summi Romani Pontificis. Unde evidens quoque redditur Romani Pontificis Jus exigendi idem Tributum, quo ſpontanea pietate Reges gravare voluerunt Regnum. Tributum quidem promittere voluntarium eſt, & liberum, ſed poſita promiſſione, ille qui promittit, ſi ſincerus eſt, & fidelis, ſe ipſum obligat, & confert promiſſario jus exigendi, ut ſibi promiſſum impleatur: atque ita Pontifex non vertit in debitum oblationem ſpontaneam, neque illam, quaſi Jure Pontificio exegit, ſed in vim promiſſionis Tributum ſtatutum omni jure exegit, ut egregie demonſtrat prælaudatus *Eminentiſſimus Cardinalis Gotti, in Volumine, cui Titulus — Colloquia Theologico Polemica in tres Claſſes diſtributa. In ſecunda Romanorum Pontificum auctoritas Colloq. 10. à pag. 426., & ſeqq. juxta impreſſ. Bononiæ ex Typographia Bononienſi Sancti Thomæ Aquinatis* 1727.

Preter ſupra enumeratos tres Angliæ
46. Reges, qui Penſionarium Regnum Angliæ conſtituerunt Romano Pontifici, nonne & alii ſucceſſive fuerunt Anglorum Reges, qui Romanorum Pontificum dominio Regna Angliæ, & Hiberniæ ſubiecere, & Homagium præſtitere? In preſenti Regum Angliæ Catalogo oſtendimus, in *Joanne*, vulgo *ſine Terra dicto*, tempore Innocentii III., & in *Henrico* III. dicti Joannis Filio ſub anno 1216. Quid ad hæc reſpondit, vel reſpondere poteſt *Piccininus?*

Et ne quid omittamus ſuper hac re, hìc tranſcripſimus ea, quæ tradit
47. *Doctor Marta in ſuo Tractatu de Juriſdict. p. p. cap. 26. n. 19., & ſeqq.* ubi *inquit. Item Reges Angliæ, & Hiberniæ anno Domini* 1212. *Summo Pontifici ſe Vaſſallos conſtituerunt, atque etiam Tributarios, ut late ſcribunt D. Antoninus in ſua Hiſtor. p. 3. tit. 16. §. 5. Blondus in lib. 6. Decad. 2., & Polidorus Virgilius in lib. 15., quos Rex anno* 1340. *Angliæ Regnum ſuppoſuit Summo Pontifici in uno Sterlino pro quolibet Focolario, & Elpes Succeſſor confirmavit. Et hæc pecunia Divi Petri nuncupata eſt. Item Rex Joannes, ut impetraret ſuorum peccatorum remiſſionem, accuſa enim &c. conſtituens ſe Summi Pontificis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vaſſallum, proteſtatus eſt, ſe retinere in Feudum, & Homagium Regnum Angliæ, & Hiberniæ, addito eidem Eccleſiæ annuo Cenſu mille Marcharum Sterlinorum in die Sancti Michaelis: ultra dictam pecuniam D. Petri fidelitatem ipſam, & Homagium juravit in manibus Legati Sedis Apoſtolicæ, & Innocentio Papæ III. ſub anno Domini* 1213. *coram ſuo Cancellario &c. cujus Bulla Authentica eſt in Vaticano: qui Cenſus, & Annale Tributum ſemper ſolutum eſt, quouſque Henricus VIII. Rex Angliæ evaſit Rebellis Eccleſiæ Romanæ ſub anno* 1534. *Extat in Bibliotheca Vaticana Regiſtrum Papæ Alexandri III., in quo hæc ad Anglorum Regem Epiſtola invenitur. Novit Prudentia tua Anglorum Regnum, à quo nomen Chriſti ibi glorificatum eſt ſub Apoſtolorum Principis manu, & tutela extitiſſe; nam, ut bene noſti, Angli Fideles erant, & piæ devotionis reſpectu, ac cognitione Religionis Annalem Penſionem Apoſtolicæ Sedi exhibebant, ex qua pars Romano Pontifici, pars Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quæ vocatur Schola Anglorum in uſum Fratrum deferabatur,*

tur, *quam Epiſtolam etiam recenſet Auguſtinus Sterchus Bibliothecarius Papę in Lib. de Donatione Conſtantini pag.* 138.

Tranſcribimus etiam, quod narrat *Al-*
48. *phonſus Loſchi in ſuis Compendiis Hiſtoricis*, *ubi agit de Regibus Anglię*, *& Scotiæ pag. Nobis* 220., ubi ſic Italice ſcribit.. *Papa Gregorio Primo mandò Agoſtino e molti Monachi*, *regnando Etelberto*, *colla ſanta Predicatione de' quali ſi riduſſe l' Iſola alla Fede di ſalute l' anno* 596. *ordinando alli Popoli in memoria felice della Converſione un annuo Tributo alla Chieſa Romana nel* 1207. *L' Inghilterra*, *ed Hibernia*, *o Irlanda*, *così anco detta ſi reſero Tributarie alla Sede Apoſtolica di* 70. *Marche d' oro*, *onde quando Arrigo Secondo ſoggiogata la Scozia*, *ſi fece Padrone anco d' Irlanda*, *avendo in Dublino convocati i Veſcovi*, *e Signori*, *per iſtabilire il Governo*, *riſpoſero gl' Irlandeſi*, *che ciò non poteva farſi ſenza l' Autorità del Pontefice*, *poiche ſino da principio*, *quando preſero la Religione*, *e abbracciarono la Fede*, *ſi erano dati alla Santa Sede con le facoltà*, *e Perſone ec.*

Ethelbaldus filius dicti EthelWolphi,
49. ſeu Aſtulphi Rex anno 857. brevi obiit, poſt nempe quinque menſes: *Lucas de Linda d. pag.* 300. *d. Juſtinianus pag.* 163. *d. Collector Gallus d. pag.* 52. *Graveſon d. pag.* 287., *& Tom.* 9. *pag.* 197., ubi ſcribit *ſucceſſiſſe Patri ſuo anno* 858., *& pag.* 198. ſubdit, quod regnavit annis tantum duobus, obiitque anno 860.

Ethelbertus Filius EthelWolphi, ſeu A-
50. ſtulphi, & Frater dicti Ethelbaldi ſuceſſit Rex anno 860. poſt quinquennium, & aliquot menſes obiit anno 866. *Lucas de Linda d. pag.* 300. *Graveſon Tom.* 9., *& Collector Gallus* ubi ſupra, qui tamen *Juſtinianus*, *& Collector exprimunt ſucceſſiſſe anno* 858.

Etheldredus alius prædicti Ethelberti
51. Frater anno 863. ſucceſſit in Regno: regnavit annos novem, juxta *d. Lucam de Linda d. pag.* 300. *Juſtinianum*, *& Collectorem Gallum*, ubi ſupra: juxta autem *Graveſon d. Tom.* 9. obtinuit Regnum anno 866., ſubditque, quod tam inſigni fuit præditus pietate, ut ejus nomen poſt obitum inſcriptum ſit in Martyrologio Anglicano. Quo vero anno mortuus ſit, non certo conſtat: multi ſcribunt eum mortuum fuiſſe anno 872., ſed *Aſſerus* Scriptor coævus obiiſſe dicit anno 871., cum regnaſſet quinque annis.

Alphredus Filius pariter dicti Aſtulphi,
52. aliuſque Ethebaldi, Ethelberti, Ethelreti Frater, poſt mortem dicti Fratris ſui Ethelreti, Rex fuit anno 871. *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 198. D. *Alphredus* nominatur *à Juſtiniano Aluredo*, & ponitur ſub anno 872. Idemque Alphredus licet ętate minor eſſet, animi tamen conſtantia, & pietate, ſuis Fratribus, qui ante ipſum in Anglia regnarunt, ſe prodidiſſe majorem, teſtatur *Graveſon Tom.* 3. *pag.* 287. Cumque fuerit antea à Patre ſuo Romam miſſus, à Summo Pontifice Leone IV. Rex inauguratus eſt anno 853. Ad Regnum Angliæ tandem ſublimatus, obiit 872. *d. Lucas de Linda pag.* 300., *Juſtinianus*, *& Collector Gallus*, ubi quod regnavit annos 29. At *Graveſon Tom.* 3. *pag* 287., *& Tom.* 9. *pag.* 199. ubi quod pietatem illius Angliæ Regis in Eccleſias, & Pauperes liberalitatem, cœteraſque eximias, ac vere *R*egias Dotes, accurate de-

tè deſcribit allegatus *Aſſerus* Auctor coævus, Andeligianam Arcem in Cœnobium Monachorum commutavit, leges Sanctiſſimas condidit, ac promulgavit, totuſque pietati, & literis deditus, ita ſuum tempus dividebat, ut ex oris 24., quibus conſtat dies naturalis, octo in Oratione, Lectione, & ſcriptione, octo in cura corporis neceſſaria, octo in expediendis Regni negotiis conſumeret. Miſſam quotidie audire, Pſalmos quoſdam, & Orationes, & Horas diurnas, & nocturnas celebrare, & Eccleſias nocturno tempore orandi cauſa, clam à ſuis adire ſolebat, & frequentabat, ut cum *d. Aſſero narrat Graveſon d. Tom.* 3. *pag.* 288. Et quod obierit Religioſiſſimus Anglorum Rex anno 900., Regni ſui trigeſimo, ſequitur *d. Graveſon*, *eodem Tom.* 3. *pag.* 288. *& Tom.* 9. *pag.* 199. *d. De Linda pag.* 300.

Eduardus ſucceſſit Patri ſuo Alphredo
53. Regi anno 900., omnes ſuos Subditos ſumma cum modeſtia, & ſingulari Juſtitiæ laude rexit ſpatio 24. annorum, obiitque anno 924. *Lucas de Linda d. pag.* 300., *Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 163. *Gallus Collect. Hiſtoire d. Tom.* 3. *pag.* 92., *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 199.

Elthelſtanus Filius naturalis ſucceſſit E-
54. duardo Patri anno 924. Hic Sanctiſſimas edidit leges, nova Monaſteria excitavit, & vetera collabentia reſtauravit; Ædificiis, prediis, variiſque locupletavit ornamentis, & poſtquam regnaſſet annos 16. obiit anno 940. *d. Lucas de Linda pag.* 300., *Juſtinianus d. pag.* 163., *Collector Gallus d. pag.* 52. *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 200.

Eadmundus, ſeu Edmundus Filius legi-
55. timus Regis Eduardi, & Frater Regis Elteſthani ſucceſſit anno 940. recteque adminiſtravit, præſertim adjutus Conſilius, & Miniſterio Sancti *Dunſtani*. Pius iſte, & de Religione Angliæque Regno optime meritus Rex, ab impio, & ſacrilego Sicario trucidatus eſt anno 946. cum regnaſſet ſancte, & ſtrenue annos quinque, & menſes quinque: *d. Lucas de Linda pag.* 300., *Juſtinianus*, *& Collector Gallus*, *ubi ſupra*; *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 200.

Edredus Frater Regis Eadmundi, ſeu
56. Edmundi ſucceſſit Rex anno 946. eximius Pietatis, & Juſtitię Cultor; Sanctum Abbatem Dunſtanum maximo in honore habuit, ejuſque conſiliis adhęſit: cumque regnaſſet annos novem, obiit anno 955. *d. Lucas de Linda pag.* 300., *Juſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*; *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 200.

Eduinus Regis Eadmundi, ſeu Edmun-
57. di Filius, hic cum propter ætatem Patri ſuo non potuerit ſuccedere in Regno, poſt mortem Ederedi Patrui ſui regnavit in Anglia anno 955. Petulans Princeps fuit, & effræni libidini adeo deditus, ut Sanctum Abbatem Dunſtanum, qui eum ab illicitis duarum impudicarum Mulierum amplexibus abſtraxerat, in exilium ablegaverit, boniſque omnibus ſpoliaverit: poſt Regimen quatuor tantum annorum obiit anno 959. *Lucas de Linda d. pag.* 300., *Juſtinianus*, *& Collector Gallus locis ſupra allegatis*; *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 201.

Edgarus Frater Regis Eduini regnare
58. cæpit anno 959., ob Juſtitiam, Fortitudinem, Prudentiam, Pacifici nomen obtinuit: Sanctum *Abbatem Dunſtanum* ab exilio revocavit, illumque ad Sedem Metropolitanam Cantuarienſem evexit, & per Epiſcopos curavit celebrari Concilia, ad inſtaurandam collapſam Eccleſiæ Diſciplinam

ſciplinam in Anglia. Sexdecim annos in Anglia regnavit Edgarus, obiitque anno 975. *dd. Juſtinianus, & Collector Gallus, ubi ſupra, d. Lucas de Linda d. pag.* 300., *Graveſon d. Tom. 9. pag.* 201.

Sanctus Eduardus hujus nominis II. Fi-
59. lius Regis Edgari, poſt mortem ſui Patris ſucceſſit in Regno, ſed juſſu Elfredæ Novercæ ſuæ anno 978. trucidatus fuit, Martyrque appellatus. Corpus illius magna cum pompa in Glaſſonienſe Monaſterium translatum fuit, multorumque Miraculorum Gloria Deus illum illuſtravit, ut refert Hiſtoria Anglicana, regnavitque annis tribus: *Lucas de Linda d. pag.* 300. *Juſtinianus d. pag.* 163., *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 53., *Graveſon d. Tom. 9., pag.* 201.

Ethelredus hujus nominis II. Edgari,
60. & Elfredæ Filius Frater Eduardi II. quo ut diximus injuſte trucidato, Regnum occiſi Patris accepit anno 978., quod peſſime adminiſtravit ſpatio triginta ſeptem annorum, fuit enim ſævus in principio, miſer in medio, turpis in exitu, juſto Dei judicio, & obiit anno 1016. *Lucas de Linda d. pag.* 300., *Graveſon d. Tom. 9. pag.* 201., *& ſeq. Juſtinianus, & Gallus Collector*, ubi ſupra illum nominat Filium naturalem.

Edmundus hujus nominis II. Regi
61. Ethelredo Patri ſuo ſucceſſit anno 1016. Hic à Canuto Filio Suenonis Regis Daniæ devictus, ac debellatus, pacem cum illo pepigit ea conditione, ut Angliæ Regnum inter ſe ex æquo dividerent. Idemque Edmundus II. uno dumtaxat regnavit anno, & obiit 1017. *Lucas de Linda d. pag.* 300. *d. Graveſon, & Gallus Collector* ubi ſupra *d. Graveſon Tom. 9. pag.* 202.

Canutus Filius Svenonis Regis Daniæ,
62. mortuo dicto Edmundo II., Univerſo Angliæ Regno potitus eſt anno 1017. fuit optimus Princeps, Pupillorum, & Viduarum defenſor, Orphanorum, & Advenarum Patronus munificentiſſimus, erga Clericos, Monachos optime affectus, regnavit ab anno 1017., uſque ad annum 1035. quo obiit: *d. Lucas de Linda pag.* 300.; *Juſtinianus, & Gallus Collector, ubi ſupra, d. Graveſon Tom. 9. pag.* 202.

Haraldus, ſeu Haroldus ex dicto Canu-
63. to, & Alfgiua ejus Concubina genitus in Regnum Angliæ Patri ſuo ſucceſſit anno 1035. regnavitque annos quinque, & obiit anno 1040. *d. Lucas de Linda pag.* 300., *Juſtinianus, & Collector Gallus locis allegatis, d. Graveſon Tom. 9. pag.* 202., *& ſeqq.*

Hardicanutus Filius Regis Canuti, &
64. Emmæ legitimæ Coniugis, poſt obitum Regis Haraldi, ſeu Haroldi, communi Civium, & Procerum fere omnium conſenſu Rex Angliæ acclamatus anno 1040. Hic volens ulciſci de iniuria ſibi, & Emmæ Matri à Deceſſore ſuo *Haraldo*, ſeu *Haroldo* irrogata, juſſit Corpus dicti Haraldi effodi, & in flumen Tameſim proiici, graviſſimumque Subditis ſuis Tributum impoſuit, unde illorum in ſe excitavit odium, vixitque dumtaxat duobus annis, & obiit anno 1042. *d. Graveſon d. Tom. 9. pag.* 203., *Juſtinianus, & Gallus Collector*, qui illum vocant *Canutum II.*, *Lucas de Linda d. pag.* 300., ubi inquit, quod regnavit pluſquam 20. annos.

Sanctus Eduardus hujus nominis III.
65. Filius Regis Canuti, & Frater Hardicanuti Cognomento *Confeſſor*, ſuffectus fuit in locum demortui ſui Fratris anno 1042. Hic cum Uxore

ſua

ſua GodWini Comitis Filia, caſtè vixit, præclaris fulcitus virtutibus, ſanctiſſimaſque edidit Leges: vigintiquatuor annorum ſpatio Regnum ſanctiſſime gubernavit, & in Domino obdormivit anno 1066. Ejus Sanctitatem Deus poſt mortem miraculis illuſtravit, quibus permotus Alexander III. Pontifex Maximus illum Sanctorum Faſtis ſolemni ritu adſcripſit anno 1161. *Lucas de Linda d. pag.* 203. *Juſtinianus*, & *Gallus Collector ubi ſupra*, qui illum nominant Filium Ethelredi, & Fratrem Edmundi.

Haraldus, ſeu Haroldus, hujus nomi-
66. nis II. Filius GodWini Comitis, poſt mortem d. Sancti Eduardi, acclamatus fuit Rex Angliæ anno 1066. ſed in Bello ab Duce Normanniæ moto occubuit anno 1066. *d. Lucas de Linda pag.* 300., *d. Graveſon d. Tom. 9. pag.* 204. *Iuſtinianus*, & *Collector Gallus locis allegatis* fuiſſe ajunt Nepotem baſtardum ex Sorore dicti Canuti II., quod fuerit in Regno intruſus contra Ducem Normandiæ Hæredem, inſtitutum à Sancto Odoardo.

Willelmus Normanniæ Dux, poſt o-
67. bitum Haraldi II. inauguratus fuit Rex, dictuſque Willelmus hujus nominis I. *Conqueſtor*. Hic Leges optimas ſanxit, illaſque, quas Sanctus Eduardus III. promulgaverat, obſervari precepit, obiitque anno 1087., cum regnaſſet annos 21. *Lucas de Linda d. pag.* 300., *Graveſon Tom. 9. pag.* 204.

Willelmus hujus nominis II., mortuo dicto Patre ſuo in Anglia ſucceſſit
68. anno 1087. fuitque cognominatus Ruffus ob flavam, quam gerebat cæſariem. Hic Populum nimiis, inſolitiſque Vectigalibus oppreſſit, pecuniam ab Epiſcopis, & Abbatibus injuſtis exactionibus extorſit: Sanctum Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum Eccleſię ſuæ Jura, infracto animo vindicantem non parum vexavit: regnavit Willelmus II. annos tredecim, & occiſus eſt anno 1100. *Lucas de Linda pag.* 300. *d Graveſon Tom. 9. pag.* 204. *d. Iuſtinianus pag.* 164., & *Collector Gallus pag.* 54., ubi licet apponatur d. Wilhelmus II., non tamen ibi appoſitus fuit Willelmus I.

Henricus hujus nominis I. Filius Regis
69. Willelmi I. demortuo abſque prole Regi Willelmo II. Fratri ſuo ſucceſſit anno 1100. fuit optimus Rex, accurate ſervari juſſit latas Leges à Sancto Eduardo III. Furta, Stupra ſeveriſſimis coercuit pęnis. In Anglia, & Normannia multa excitavit Monaſteria; Divum Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum impenſe coluit, eique adiutor fuit in refrenanda Clericorum incontinentia, & reſtavranda Eccleſiæ Diſciplina, Subditos ſuos liberavit ab his Tributis, quę Rex Willielmus ejus Frater impoſuerat: injuſta ejuſdem Fratris acta edita, & promulgata reſcidit, & antiquavit: regnavit annis triginta quinque, pieque ut vixerat, in Domino obdormivit anno 1135., nulla Prole Maſculina relicta, ſed ſolum Filia fœmina, Mathildes nuncupata: *d. Lucas de Linda d. pag.* 300. *d. Graveſon Tom. 9. pag.* 205., *d. Iuſtinianus*, & *Collector Gallus ubi ſupra*, qui dicunt regnaſſe annos 25.

Stephanus Henrici I. ex Sorore Nepos Bleſenſis, & Bononienſis Comes, mor-
70. tuo Henrico I., eodem anno 1125. Regnum Angliæ invaſit Fidifragus, Juramentum enim, quo ſe obſtrinxerat Mathildi Regis Henrici Filiæ, cui Regnum Anglię de jure ſpectabat, inique contempſit, quemadmo-

dum Sacras Leges aperte violavit ; Eccleſiarum Theſauros diripiendo , Abbatias, aliaque Beneficia Eccleſiaſtica Laicis , viriſque plane indignis , ad arbitrium conferendo , Epiſcopos vexando , totumque Angliæ Regnum , domeſticis , externiſque motibus exagitando : poſt viginti annorum curſum obiit anno 1154. *d. Graveſon d. Tom. 9. pag.* 205., *Juſtinianus , & Gallus Collector ubi ſupra* , & ajunt regnaſſe annos decem & novem , *Lucas de Linda d. pag.* 300.

71\. Henricus hujus nominis II. Filius Gaufredi, Andegavenſium Comitis, & Mathildis Filiæ Henrici I. Angliæ Regis, poſt Stephani obitum ſucceſſit in Regno Angliæ anno 1154. Hic Henricus II. ſub anno 1174. fundavit Equeſtrem Ordinem Sancti Sepulchri in Anglia , teſte *d. Juſtiniano Iſtorie Cronologiche degli Ordini Militari p. 2. cap. 30. pag.* 164., *& ſeqq.* Eoque Regnante Sanctus Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus Sanctiſſimus , & Invictiſſimus Eccleſiaſticæ Libertatis Aſſertor, & vindex , gladiis Impiorum occubuit, cui ſacrilegæ neci idem Rex Henricus imprudentibus verbis , acerbis querimoniis , & impotentis iræ ſignificatione, occaſionem quidem dedit , eam tamen , nec imperavit , nec conſilio, auxilio , vel aſſenſu unquam voluit , aut approbavit , ſed potius de ea vehementer indoluit .

Permiſit tamen Deus , ut Rex Henricus , qui neci Sancto Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo à Sacrilegis Satellitibus illatæ occaſionem dederat, graviter uſque ad mortem vexaretur à ſuis Filiis Henrico, Richardo, & Joanne, qui una cum Eleonora Matre , adverſus ipſum conjurarunt . Obiit Henricus II. Angliæ Rex anno 1189., vel 1190. *d. Lucas de Linda d. pag.* 300., *Juſtinianus , & Gallus Collector ubi ſupra* , ubi quod regnavit annis 34. *d. Graveſon Tom. 9. pag.* 206.

72\. Richardus hujus nominis *I.* cognomento *Cor Leonis* Patri Henrico II. in Angliæ Regno ſucceſſit . Henricus enim ejuſdem Henrici *II.* Primogenitus mortuus erat prope Lemovicum anno 1186. Hic Richardus Rex in Orientem, Bellum Saracenis illaturus, profectus eſt ; ſed ex hac expeditione rediens , multas paſſus eſt moleſtias, & amiſſam libertatem pretio redimere coactus fuit, & in Angliam rediit anno 1194., & ſubinde Bellum movit contra Philippum Auguſtum Galliarum Regem , quod per quinquennium fuit prorogatum, hoc eſt uſque ad annum 1199., quo idem *Richardus* Rex in obſidione Calaci , quod Caſtrum eſt in Lemovicis , ſagitta in brachio percuſſus, occubuit poſt annos duodecim ſui Regiminis : *Juſtinianus pag.* 164., *Collector Gallus ubi ſupra , d. Lucas de Linda d. pag.* 300. aſſerit regnaſſe annos 10., & obiiſſe anno 1200. , *Graveſon d. Tom. 9. pag.* 206., & 207.

73\. Joannes vulgo dictus *Sine Terra* , eo quia nihil ei relictum fuerit à Patre ſuo Henrico *II.* Angliæ Rege ; Hic Joannes mortuo Fratri ſuo Richardo *I.* Angliæ Regi ſucceſſit anno 1199., & ſtatim Arturum Nepotem ſuum captum trucidari juſſit , eo quia de jure ad Coronam Angliæ cum eo contendebat : Ideoque diuturnum , & grave exarſit Bellum inter dictum Joannem Regem Auctorem necis , injuſte Arturo illatæ, & Ludovicum *VIII.* Galliarum Regem , qui jura Arturi protegebat . Idem Joannes Rex accerrimum diſſidium habuit cum Summo Pontifice Innocentio *III.* , eo quia ſacrilega teme-

ritate

ritate Eccleſiaſticos Reditus in Anglia invaſerat. Pacem tamen iniit cum eodem Summo Pontifice, cujus & aliorum ejus Succeſſorum Pontificum Dominio, Regna ſua Angliæ, & Hiberniæ ſubiecit: obiit d. Joannes anno 1216. cum regnaſſet annos ſeptemdecim. *Pater Paulus Morigia Iſtoria dell' Origine di tutte le Religioni cap 63. pag. 183. a tergo*, *d. Graveſon d. Tom. 9. pag.* 207., *Juſtinianus d. cap.* 15. *pag.* 164., *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 55., *Lucas de Linda d. pag.* 300., qui dicit regnaſſe annos 17., & obiiſſe anno 1217.

Henricus hujus nominis *III.* ſucceſſit
74. Regi Joanni ejus Patri anno 1216. Pietatem ejuſdem Henrici Scriptores Angli maxime comendant; de Regnis enim Anglię, & Hibernię, quæ Pater ipſius Rex Joannes Dominio Eccleſiæ Romanę ſubiecerat, Homagium, præſentè *Galone* Apoſtolicæ Sedis Legato fecit, teſte *Matthæo Pariſio* ad annum 213., ibi -- *pręſente Galone Sedis Apoſtolicę Legato fecit Homagium Sanctę Romanæ Eccleſię*, *& Innocentio Papæ de Regno Anglię*, *& Hiberniæ*, *& juravit*, *quod mille Marcas*, *quas Pater ejus Romanę contulerat Eccleſiæ*, *fideliter perſolveret*, *quandiu prædicta Regna teneret*. Præterea ſolitus erat tres Miſſas ſolemnes quotidie audire, pluribus etiam privatis intereſſe, atque Sacerdotis Corpus Chriſti Domini attollentis dexteram deoſculari. Henricus *III.* quinquaginta ſeptem circiter annis regnavit, obiitque anno 1272. *Juſtinianus d. cap.* 15. *pag.* 164., *d. Graveſon Tom.* 5. *Colloq.* 1. *pag.* 69. *& Tom.* 9. *pag.* 208., *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 55. *d. Lucas de Linda d. pag.* 300. qui ait regnaſſe annos 56., & obiiſſe anno 1273.

Eduardus hujus nominis IV. dictus San-
75. ctus, Filius Regis Henrici *III.* ſucceſſit Patri ſuo anno 1272. Prælium cum Scotis conſeruit, in quo ſexaginta Scotorum millia occidiſſe fertur; unde Scotorum Rex ſe, ſuumque Regnum voluntati Regis Eduardi permiſit, quo tamen Scotiæ Regno, novis identidem emergentibus Bellis, ac Diſſenſionibus Rex Eduardus, quandiù vixit, potiri non potuit. Quare ſub finem vitæ ſuæ, juſſit Filio ſuo Eduardo Regni Hæredi, ut Paternas iniurias in Scotos honorifice ulciſceretur, ejusque oſſa in aliquo vaſe recluſa ſecum deportaret, donec totam Scotiam pervagatus, omnes Hoſtes ſuperaſſet. Regnavit Rex Eduardus annos 35. obiitque anno 1307. *Juſtinianus d. pag.* 164., *Collector Gallus d. pag.* 55., *d. Graveſon d. Tom.* 5. *Colloq.* 1. *pag* 70., *& Tom.* 9. *pag.* 208., *Lucas de Linda d. pag.* 300., ubi per errorem Impreſſoris nominatur Eduardus VI.

Eduardus hujus nominis V. in locum
76. Patris ſui Eduardi IV. ſucceſſit in Regno Anglię, eoque regnante idem Angliæ Regnum, tot motibus fuit agitatum, & Bellis funeſtis civilibus, ut tandem Rex Eduardus V. in Regni Comitiis, Procerum Regni ſententia, fuerit è Solio dejectus, in carcerem conjectus, ubi inaudito crudelitatis, & turpitudinis genere, a ſuis cuſtodibus necatus eſt anno 1326., Regni vero ſui anno 19. circiter: *Juſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*, *d. Graveſon d. Tom.* 5. *pag.* 71., *& Tom.* 9. *pag.* 208., *d. Lucas de Linda pag.* 301. ubi per Impreſſoris errorem dicitur Eduardus II.

Eduardus hujus nominis VI. poſt obi-
77. tum Regis Eduardi V. Patris ſui, ſucceſſit in Regno anno 1326., magnis cladibus Gallos affecit, eorum-

que Regem Joannem nuncupatum Londinum duxit captivum. Hic Eduardus VI. Ordinem Periſcelidis, & ut dicitur della *Gartiera* fundavit anno 1350., ut refert *d. Abbas Juſtinianus d. par. 2. cap.* 54. *pag.* 648. *&* 665. turpem cum Scotis pacem iniit, eoſque declaravit omnino immunes à Jure, quod Angli in eorum Regnum ſibi vindicabant. Verum longe turpiori macula ſe ſe fœdavit Eduardus VI., obſcęnis amoribus, quibus cum *Alicia Pereſia* Pellice impudentiſſima implicatus fuit; & quamvis rogantibus Regni Proceribus, ab Aula recedere juſſiſſet, mox tamen ipſam revocavit, in cujus complexu, nullis Eccleſiæ munitus Sacramentis, propudioſiſſimus Senex mortuus eſt anno 1375., cum regnaſſet annos 51. Eduardus hic VI. magnis cladibus, ut diximus, Gallos affecit, regnantibus Philippo Valeſio, & Ioanne, quem poſtremum habuit captivum, ac Primus Galliarum Regis ſibi nomen adſcripſit: ſed cum varius ſit eventus Belli, adverſam fortunam ſub Carolo V. Galliarum Rege expertus eſt *Eduardus*, ac totam, exceptis Burdigala, & Bajona, perdidit Aquitaniam, quæ ab ipſo defecit, ac Regi Chriſtianiſſimo ſe dedit. Sic ſcribit d. *Graveſon d. Tom.* 5. *Colloq.* 1. *pag.* 71. *& Tom.* 9. *pag.* 209. *Juſtinianus, & Collector Gallus loco ſuperius allegato*: *Lucas de Linda d. pag.* 301. ubi per errorem Impreſſoris nominatur Eduardus III.

78. Richardus hujus nominis II. ſucceſſit Patri ſuo Eduardo VI. anno 1377. ſed cum eſſet annorum dumtaxat undecim, Regni Adminiſtrationem ſuſcepit ejus Patruus Lincaſtriæ Dux, & Edmundus Cantabricenſis Comes. Dicto Richardo regnante Joannis Wicleffi *Hæreſis*, cui nimia Eduardi Senioris Angliæ Regis negligentia initium dederat, late in Anglia ſerpere cępit, ſub ejus Succeſſore Richardo. Hic Richardus II. peſſime Regnum Angliæ adminiſtravit; tamque gravi Tyrannide omnes Regni Ordines a ſe alienavit, ut Regno ſe ſe abdicare coactus fuerit anno 1399. omneſque Regni Ordines non ſolum renunciationem admiſerunt, ſed etiam ſententiam depoſitionis in ipſum tulerunt d. anno 1399., & in Turri Londinenſi a ſuo in Regnum ſucceſſore Henrico IV. captivus detentus, illius juſſu obtruncatus eſt. *Lucas de Linda d. pag.* 301. inquit, quod regnavit annos 22. obiitque anno 1400. *Graveſon d. Tom.* 5. *Colloq.* 1. *pag.* 72., *& Tom.* 9. *pag.* 209., *& ſeqq. dd: Juſtinianus, & Collector Gallus ſuperius allegati*.

79. Henricus hujus nominis IV. Filius Joannis Ducis Lincaſtriæ, dictique Richardi Patruelis Regis exauthorati, Angliæ Regnum occupavit anno 1399. Regnoque potitus, nefandiſſimum ſcelus perpetravit. Richardum ſiquidem, quem Regno deponi curaverat, & in Turri Londinenſi captivum detinebat, ſpecie cujuſdam conjurationis in ſe, a nonnullis Regni Proceribus factæ, obtruncari juſſit; quod Parricidium omnes Hiſtorici, etiam Angli deteſtantur, ut notat *d. Graveſon d. Tom.* 5. *Colloq.* 1. *pag.* 72., *& Tom.* 9. *pag.* 210. *Juſtinianus ubi ſupra, & Collector Gallus pariter ubi ſupra*; *Lucas de Linda d. pag.* 301. Hic Rex Henricus IV. turbas in Regno Angliæ ab Hæreticis Wiccleffiſtis excitatas, ſemper execratus, & inſectatus eſt, cumque, Parlamento Conventriæ congregato, Proceres quidam Wicleffianæ Hæreſeos veneno infecti, ei ſuaderent, ut exhauſto Regio Ærario in

Eccleſiæ

Eccleſiæ Bona manum mitteret, & huic pravo conſilio animosè reſiſteret Thomas Arundellius Archiepiſcopus Cantuarienſis, reſpondit Rex, ſibi propoſitum eſſe Eccleſię Jura, Libertatemque ſervare. Eccleſię Leges perutiles tulit, inter quas edidit, ne Clerici ad Seculare Tribunal raperentur. Hic Hericus IV. hunc Equeſtrem Ordinem Balnei anno 1400. inſtituit: obiit dum expeditionem Hieroſolymitanam cogitaret die 20. Martii 1413. Londini in Ædibus Abbatis Weſtmonaſterienſis, in cubiculo, cui nomen Ieruſalem, ex quo ſtatim intellexit Rex, ſibi ultimum vitæ terminum imminere, impletumque illud vaticinium, quo prænunciatum fuerat Ieruſalem ſibi fatalem eſſe. Collegium Uvindeforienſe, Magnificis ædibus, Poſſeſſionibus, Privilegiis, & præſertim delato illuc Sancti Georgii Martyris Ordinis Periſcelidis, & Militię Anglicanæ Patroni capite ornavit. *Graveſon Tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 6. *& Tom.* 9. *pag.* 210. *d. Lucas de Linda d. pag.* 301. ubi quod regnavit annos 14., obiitq. anno 1413.

Henricus hujus nominis V. Filius d. Henrici IV. ſucceſſit anno 1413. e-
80 jus geſta præcipuè contra Gallos, vide apud *Graveſon Tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 41. *& ſeqq.*, *& Tom.* 9. *pag.* 210. obiit d. Henricus anno 1422. & novem regnavit annos. *Juſtinianus*, *& Gallus Collector ubi ſupra*: *d. Lucas de Linda pag.* 301. ubi quod juxta Genealogiam natus erat 1387., & in Uxorem habuit Catharinam Caroli VI. Franciæ Regis, quodque d. Henricus regnavit annos novem, obiitque 1422.. *Graveſon locis mox allegatis.*

Henricus hujus nominis VI. Regis Angliæ Henrici IV. Filius ex Catharina Galliarum Regis Filia. Hic quamvis Puer duntaxat anniculus eſſet,
81. Rex Angliæ fuit acclamatus, datis illi Regni Procuratoribus: dum autem ætatis ſuæ annum ageret duodecimum, ex Anglia Pariſios cum valido exercitu venit, ac in Pariſienſi Eccleſia Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ Francorum Rex inauguratus, & coronatus fuit anno 1431. Huncque Regis Franciæ Titulum, ſed ſine re hactenus retinuere Angliæ Reges: Galli ſiquidem, variis conſertis præliis Anglos ita retuderunt, ut è tota Gallia Angli omnes fuerint expulſi, ipſeque Henricus VI. perdidit omnia, quæ ipſius Pater in Gallia armis occupaverat anno 1453. Quinimo ipſum Avitum Angliæ Regnum cum vita amiſit. Orta quippe in Anglia factione Principum, Avito Angliæ Regno privatus eſt ab Eduardo Ducis Eboracenſis Richardi Filio, qui ei, ac ejus Filio Eduardo Wallię Principi una cum vita Regnum eripuit anno 1461., cum annos 39. regnaſſet juxta narrationem, quam refert *Nicolaus Harpsfeldius Hiſtoria Eccleſiaſtica Anglorum ſeculo* Decimo Quinto. *d. Graveſon Tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 63. ibi -- *Henricus ſextus Rex Franciæ ab Anglis proclamatus*, *& coronatus haud diu potitus eſt iis*, *quæ Pater ipſi in Gallia reliquerat*. *Hebetatę ſunt*, *paulo poſt interiere omnes Anglorum Vires*, *& recens gloria*; *& quę Pater in Gallia*, *aut re*, *aut ſpe poſſedit univerſa*, *& ſuum etiam poſtea Regnum inteſtinis diſſidiis*, *importunaque ſuornm ambitione*, *cum ipſa vita Filius perdidit*. *Juſtinianus*, *& Gallus Collector locis ſupra allegatis*, *d. Graveſon Tom.* 6. *Colloq.* 1. *pag.* 63., *& Tom.* 9. *pag.* 211. *d. Lucas de Linda d. pag.* 30.

pag. 301. qui de more, vel Impreſſoris errore diſcordat, quoad Regiminis annos, ſicut quoad obitum.

Subinde in ſerie Regum *Lucas de Linda ſæpe allegata pag.* 301. apponit *Odoardum*, quem nominat V., aſſeritque regnaſſe ſpatio ſolum menſium duorum, & obiiſſe in ætate annorum undecim, & deinde tranſit in ſua Chronologia ad Richardum *III.* Sed Nos, ut diximus, ſeriem ſequimur, quam refert diſtincte ſæpe laudatus *Pater Graveſon*, quę ita ſe habet, quod Henrico *VI.* ſucceſſerit.

82. Eduardus hujus nominis *VII.*, occiſis Rege *Henrico* VI., ejuſque Filio Eduardo Walliæ Principe, Regnum Anglię occupavit anno 1461. regnavit ſpatio viginti, & duorum annorum, obiitque 1483., *Juſtinianus*, *&* *Collector Gallus ubi ſupra*, *d. Graveſon Tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 65., *&* *Tom. 9. pag.* 211.

Idem Rex Eduardus duos reliquit Filios, Eduardum Walliæ Principem annos tredecim natum, & *Richardum* Ducem Eboracenſem biennio minorem, ſub tutela Richardi Fratris ſui, qui tamen, ut mox dicemus, duos illos Pupillos, ac Nepotes ipſius curæ concreditos, crudeliter occidit, & Angliæ Regnum invaſit: *Graveſon locis ſupra allegatis*.

83. Eduardus hujus nominis *VIII.* Filius Regis Eduardi *VII.* annos tredecim natus, ſub tutela dicti Patrui ſui Richardi regnare cæpit poſt Patris obitum anno 1483. Sed dictus Richardus Patruus Gloceſtriæ Dux paulo poſt regnandi cupidine, Regem Eduardum ipſum, ac Richardum Ducem Eboracenſem biennio minorem ejuſdem Fratrem, per immanem calumniam ipſos Fratres Nothos, atque Eliſabetham Reginam Matrem Adulteram impudentiſſime aſſerens, Regnum Anglicum invaſit, ipſoſque Regios Pueros Eduardum, & Richardum interfecit, geminoque illo parricidio ad Coronam Regni Angliæ viam ſibi ſtravit 1483. *Juſtinianus*, *&* *Gallus Collector locis ſuperius allegatis; Graveſon d. Tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 65., *&* *Tom. 9. pag.* 212.

84. Richardus hujus nominis *III.* poſt dicta Parricidia, Regiam Dignitatem in Anglia obtinuit; qua tamen per biennium tantum potitus eſt, juſtoque prælio idem Angliæ Tyrannus ab *Henrico* Richemundiæ Comite ſublatus fuit, ceciditque anno 1485. *Juſtinianus*, *&* *Gallus Collector ſuperius allegati*: *Graveſon Tom. 6.*, *Colloq.* 1., *pag.* 66., *&* *Tom. 9. pag.* 212. *Lucas de Linda d. pag.* 301. ubi quod obiit 1483.

85. *Henricus* hujus nominis *VII.*, antea Richemundię Comes Regium Solium conſcendit anno 1485. Nullum hic jus ad Angliæ Regnum tenebat ex parte Patris ſui Edmundi Richemundiæ Comitis, & Fratris dumtaxat uterini Regis *Henrici VI.* Sed tantum ex parte Avię ſuę Catharinæ, quæ ex priori Matrimonio, quod cum Rege *Henrico* V. inierat, Mater erat *Henrici VI.*, & ex ſecundo Matrimonio, quod poſt mortem *Henrici* V. Anglię Regis contraxit cum Ovino, Mater fuit Edmundi Comitis Richemundiæ Patris *Henrici VII.* Obiit anno 1509., cum regnaſſet annos 24., *Juſtinianus*, *&* *Gallus Collector ubi ſupra*, *Graveſon d. Tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 66., *&* *Tom. 9. pag.* 214 *Lucas de Linda d. pag.* 301., ubi quod obiit 1510.

86. *Henricus* hujus nominis *VIII.* Filius Regis *Henrici VII.* Dictus *Henri*-

cus

cus *VIII.* in ſui Regni exordio ſe egregium Fidei Catholicæ prodidit defenſorem. Edito ſiquidem Libro Hæreſiarchæ Lutheri errores confutavit; unde à Leone X. Pontifice Maximo glorioſo Defenſoris Fidei Titulo Diplomate Pontificio fuit decoratus. *Graveſon Tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 67., *Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 57., *& ſeqq.*, *& Colloq.* 2. *pag.* 104., *& Tom.* 9. *pag.* 214., *Lucas de Linda d. pag.* 301.

At poſtmodum in præceps ruit dictus
87. Henricus VIII. nefando Schiſmate, Ebrietatis, Avaritiæ, Crudelitatis, & effrænîſſimæ libidinis infamia Hæreſim in ſuum introduxit Regnum, reſque ita ſe habuit. Prævia Summi Pontificis Julii II. Diſpenſatione die 3. Junii 1519. nupſerat Henricus *VIII.* Catharinæ Filię Ferdinandi, & Iſabellæ *Hiſpanię* Regum, dictaque Catharina Vidua erat Arthuri ejuſdem Henrici Fratris, qui Arthurus ejuſdem Catharinæ virginitatis florem, nequidem delibaſſe dicebatur. Ex dicta Catharina ſuſcepit *Henricus VIII.* tres Filios, duaſque Filias, paucis poſt nativitatem menſibus morte præreptos, unde ſola Maria ex eo Connubio procreata ſuperſtes fuit utrique Parenti; eamque ut legitimam
88. prolem, & Regni hæredem declaravit in Teſtamento, & inſtituit idem Henricus VIII. qui natura levis, nimiſque in libidines pronus, divortium facere decrevit cum prælaudata Regina Catharina legitima Coniuge ſua, & quidem Chriſtianarum virtutum culta, laudatiſſimaque Regina, potiſſime, ex quo infandis Annę Bolenæ flammis ardere cœpit. Horrendum hoc Divortium ipſi Avlici, ut Henrico Regi placerent, ſuaſerunt, dictitantes Henrici Regis cum Catharina Connubium non eſſe
89. legitimum, eo quia dicta Catharina vidua eſſet Arthuri Principis Fratris ejuſdem *Henrici*, nec in eo Matrimonio, ſalva conſcientia, ipſum Henricum poſſe manere. Inter Aulicos, qui teterrimum, injuſtiſſimumque Divortium conſuluerunt ſive ſuggeſſerunt, vel politicis Artibus, ut executioni mandaret, curarunt, tres maxime enumerantur, qui omnes Thomæ nomen gerebant, hoc eſt Thomas Volteus, Thomas Cranmerus, & Thomas Cromuellus. Volteus ſiquidem Archiepiſcopus Eboracenſis, Regni Cancellarius, S. R. E. Cardinalis, & Sedis Apoſtolicę per totam Angliam Legatus à Latere creatus, Divortium hoc primus quidem Regi ſuggeſſit, ſed poſtea culpam agnoſcens, ſeque rem pœnitendam commiſiſſe faſſus, non ſolum gratiam a-
90. miſit, ac ſummam, qua apud Regem pollebat Auctoritatem, ſed etiam omnibus Dignitatibus, & bonis ſpoliatus, dum captivus Londinum, tanquam reus læſæ Majeſtatis duceretur, in ipſo itinere ad Leceſtriæ Oppidum obiit anno 1530. Cranmerus alter hujus Divortii ſuaſor, & Promotor, quem ob id Rex *Henricus*
91. *VIII.* ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem nominavit, fuit Vir verſatilis ingenii ad omnem auram mutabilis, omnis Religionis expers, Turbarum concitator, qui tandem anno 1553. vivus exuſtus eſt. Cromuellus, qui in hoc procurando Divor-
92. tio omnem curam, operamque adhibuit, homo fuit vafer, ambitioſus, avarus, Lutheranæ factionis addictus, intus, & in cute Hæreticus Lutheranus, totique Ordini Eccleſiaſtico infeſtus, quem ſubinde Rex Henricus VIII. Conciliis ſuis aptiſſimum Miniſtrum elegit, & in eum plena manu precipuas *Regni*

Digni-

Dignitates conceſſit.

At verſa vice, juſtiſſimam Catharinæ Reginæ cauſam, præter doctiſſimos
93. Angliæ Theologos, bene multi ex omni natione Viri eruditiſſimi, acriter tuiti ſunt: Carolus quoque V. Imperator, ejuſdem Catharinæ Reginę Materteræ ſuæ legitimum Connubium ſtrenue defendit apud Clementem VII. Pontificem Maximum, cujus Patrocinium imploraverat Regina Catharina. Summus itaque Pontifex, re cum matura deliberatione expenſa, & æqua lance libratis hinc inde momentis pro validitate Matrimonii ſtetit invictus.

Hanc repulſam paſſus Henricus VIII. in Summum pontificem debacchari cœpit, eoque licet repugnante, induxit d. Thomam Cranmerum, alterum in Religione protheum, quem ut dictum eſt Archiepiſcopum Cantuarienſem creaverat, ut ſententiam ferret, ac palam pronunciaret neceſſi-
94. tatem jure Divino impoſitam eſſe Regi, Catharinam Reginam, utpote Fratris ſui Arthuri Uxorem dimittendi; ſubinde conceſſam novi contrahendi Matrimonii libertatem.

Ea iniqua ſententia fretus, conculcatis Divinis, & Humanis Legibus Henricus VIII. abſque mora, Annam Bolenam, quam quinque ante menſes clam ſibi copulaverat, ſolemni pompa duxit, eamque Regio Diademate ornavit, poſtridie Kalendas Junii anno 1533.

Poſtquam Henricus VIII. Rex legitimam Coniugem ſuam repudiaſſet D. O. M. ſcelerum Juſtiſſimi Ultoris vindictam expertus eſt; nam dictam Annam Bolenam, ex qua Filiam Eliſabetham ſuſceperat, paulo poſt Adulterii, & Inceſtus convictam, capite mulctari juſſit, & ſtatim tertiam duxit Uxorem, Joannam Semeiram, quæ Filium peperit Eduardum; ſed in ipſo partu defuncta eſt. Henricus itaque ad quartas convolavit Nuptias, illaſque contraxit cum Anna Sorore Guillelmi Cliviæ, & Julię Ducis, cujus Conjugis brevi pertæſus, dictum Thomam Cromuellum, qui hujuſmodi nuptias conciliaverat, mortis ſupplicio affecit, eandemque Annam Clivenſem, ut parum ſibi illecebroſam dimiſit, quintaſque Nuptias cum Catharina Hovarda Ducis Notfolciæ Nepte celebravit, tandemque d. Catharina Hovarda ob adulterium neci tradita, ſextis Nuptiis cum Catharina Parra Vidua Baronis Latimeri ſe copulavit ſalaciſſimus Rex Henricus VIII., homo plane uxorius, & vile Scorti mancipium.

Hinc Clemens *VII.* Pontifex Maximus
95. certior factus de hujuſmodi Divortio, & de novo Matrimonio per Regem Henricum cum Anna Bolena inito, Pontificiam ſententiam in eundem tulit, qua peremptorie declaravit, Catharinam ad priſtinum Regiæ ſuæ Dignitatis Statum reſtitui, Annam Bolenam a Regio Throno deiici, ac penitus amoveri debere, ac Henricum Regem incurriſſe in Cenſuras, & pœnas in eos latas, qui Sedis Apoſtolicæ Mandatis parere detrectant, quarum tamen executionem ſuſpendit, quo Pontificiæ ſententię commodius Rex morem gerere poſſet.

Verum Pontificia illa ſententia exaſperatus, edixit, ut Catharina non amplius appellaretur Regina, vel Hen-
96. rici Regis Uxor, ſed tantum deinceps vocaretur Arthuri Principis Vidua, utque Maria, ex Catharina, & ex ipſo Henrico Filia, quam idem ipſe ante Walliæ Principem, Regnique *Hæredem* inſtituerat, haberetur

beretur impoſterum tanquam ſpuria, & illegitima Proles.

Utque luctuoſius Romano Pontifici in-
97. ſultaret, totius Anglicanæ Eccleſiæ ſummum, ac unicum Caput ſe dixit, & antedictum Thomam Cromuellium Virum Laicum, & bonę eruditionis expertem, in cauſis Eccleſiaſticis ſuum Vicarium Generalem conſtituit.

Sacras opes Fiſco addixit, quoque Ec-
98. cleſiarum ornamenta rapuit, Monachos, & Moniales, vel redire ad ſeculum juſſit, vel crudeliter trucidavit: vitam Monaſticam abolevit, etiam in Sanctos ferociam exercuit, nec Sancto Thomæ Martyri Archiepiſcopo quondam Cantuarienſi pepercit, quem Reum Majeſtatis dixit, Sanctorum Albo expunxit, Corpus ejus comburi, & Cineres in ventum ſpargi juſſit. Sævit in Fiſcherum Roſtenſem Epiſcopum, Thomam Morum Regni Cancellarium, aliosque, qui monſtruoſum Eccleſiæ Anglicanæ Primatum, quem ſibi arrogavit Henricus, agnoſcere nollent, de quorum glorioſis agonibus legendus eſt *Sanderus de Schiſmate Anglicano lib.* 1., *Jacobus Buſſuet Meldenſis Epiſcopus Tom.* 1. *lib.* 6. *Hiſtoria Variationum Eccleſiarum Proteſtantium*; *Graveſon Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 57., *& ſeqq. & Tom.* 9. *pag.* 214. Dictus Henricus, ut ſuum temere uſurpatum Anglicanæ Eccleſiæ Primatum exerceret, formam Religionis, ac Divini cultus in Regno Anglię tenendam & ſervandam, ſex edidit Articulos, quos refert idem *Graveſon Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 65.

Poſtmodum ab Anglis poſt mortem Henrici, ſenſim ſine ſenſu in varios errores prorumpentibus, fuerunt pe-
99. nitus aboliti, & in integrum immutata in Angliæ Regno Religionis forma, itaut modo poſt Schiſma ab Eccleſia Catholica experiantur Angli omnium Sectarum Lutheri, Calvini, Zuinglii, Anabaptiſtarum, Fanaticorum &c. Peſtem teterrimam. Heu, Heu proh dolor! quo tandem Anglos Fidei Catholicæ olim addictiſſimos, nunc vero ab Avita Fide extorres, & in varias Sectas Hæreſum diſtractos arripuit fatale illud, ac luctuoſum ab Eccleſia Catholica Romana Henrici VIII. Schiſma, de quo *Graveſon Tom.* 6. *Colloq.* 1. *pag.* 68., *& ſeqq. Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 65. *& ſeqq.*

Sæpius ad pęnitentiam Henricum Regem invitavit Pia Mater Eccleſia, ſed fruſtra, dum in dies novis ſacrilegiis, flagitiiſque induratum erat
100. cor Schiſmatici Regis. Dicitur tamen eum correptum ægritudine, jamque prope diem moriturum ſtuduiſſe cum Summo Pontifice, & Romana Eccleſia reconciliari: ſed Aulicorum Turba, quos Sacris Bonis locupletaverat, impeditum fuiſſe: *Graveſon d. Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 66. Sumpſit tamen Rex Henricus *VIII.* catholico more Sacroſanctam Euchariſtiam paulo ante mortem ad ſe delatam, eamque genuflexo, ac prono capite adoravit, ut refert *d. Graveſon Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 66. Pauloque antequam moreretur agnoſcens turpem, & infeliciſſimum finem ſuum, deſperato animo dicebat, *amiſimus omnia*, ut refert etiam *Comes Alphonſus Loſchi in ſuis compendiis Hiſtoricis, ubi agit de Regibus Angliæ, & Scotiæ pag. Nobis* 259.

Teſtamentum condidit, in quo diſpo-
101. ſuit, quod Eduardus Filius ejus ex Joanna Semeira novennis ſibi in Regnum ſuccederet, ſexdecim ſuperaddendo Tutores, ac Curatores omnes fere Catholicos, ut in Fide, &

Religione Catholica educaretur, excepto tamen Eccleſiæ Anglicanę Primatus Titulo, quem in ipſum tranſfudit. Si autem abſque liberis moreretur Eduardus, voluit ut regnaret Maria Princeps ex Catharina priori Coniuge Filia. Et ſi ea deficeret, tertia eſſet in Jure Succeſſionis ad Regnum Eliſabetha Filia ex Anna Bolena ſuſcepta. Tandem d. Henricus *VIII.* diro Schiſmate obſirmatus, Hęreſim in ſuum Regnum introduxit, & infeliciſſimi Regni ſui anno 38. ſuę ætatis 56 obiit quinto Kalendas Februarii anno 1547. *d. Lucas de Linda pag.* 301., *Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 164.; *d. Gallus Collector pag.* 164., *d. Gallus Collector Hiſtoire Tom.* 2. *pag.* 56. *Graveſon Tom.* 6. *Colloq.* 1. *pag.* 68., *& Tom.* 7. *Colloq.* 1. *à pag.* 57., *uſque ad* 67., *& Tom.* 9. *pag.* 214.

Mortuo itaque dicto Henrico *VIII.*, ei
102. ſucceſſit Filius illius Eduardus IV. ex Joanna Semeira Filius novennis ſub tutela ejus Avunculi Eduardi Semeiri Herfordiæ Comitis, & poſt Sumerceri Ducis, qui Tutor ad ſe totam rapuit auctoritatem, atque curavit ut Juvenis Rex Eduardus Zuinglianę Hæreſeos peſte inficeretur, & ſuadente Granmero Archiepiſcopo Cantuarienſi, qui dictæ Hęreſi favebat, accivit in Angliæ Regnum *Petrum Vermilium*, *Martyrem*, *Martinum Bucerum*, *Bernardinum Ochimum &c.* ſimileſque furfuris Hæreticos, eoſque Accademiis præfecit, & ad illos audiendos compulit Angliæ Juventutem.

Tum Cronmerus perfricta fonte, ſex
103. illos Articulos, quos dictus Rex Henricus ediderat, quoſque ipſemet uſque ad mortem Regis Henrici approbaverat, & executioni mandaverat, omnino abrogavit, & abolevit, Theologiam Scholaſticam ex Accademiis proſcripſit; novos adminiſtrandorum Sacramentorum Ritus conſtituit, Vaſa Sacra, Candelabra argentea, & avrea, Cruces Regis Fiſco adjudicavit, Sanctorum Imagines diſſecit, Miſſę Sacrificium ſuſtulit, Communionem Eucharisticam ſub utraque ſpecie Laicis dandam eſſe ſanxit, & vulgaris Idiomatis uſum in Sacra introduxit.

Sacrilegæ in Doctrina Fidei mutationes
104. prędictæ Comitiis Regni Angliæ Londini approbatæ fuerunt, ſubindeque miſſi ſtatim ſunt totum per Regnum Hęretici viſitatores, ut omnia Religionis Catholicę monumenta, ac ſigna tollerent, & Epiſcopos, qui ab impia novitate, erroribuſque abhorrerent, in carceres conicerent, Dignitate exüerent, & in eorum loco Hæreticos introducerent, & in his terminis, relicto Angliæ Regno, quoad Religionem deplorabili ſtatu, mortuus eſt Eduardus Rex pridie nonas Julii anno 1553., ætatis ſuę annorum 16. Regni ſeptimo poſt mortem Eduardi: *d. Lucas de Linda pag.* 301., ubi Impreſſoris errore vocatur *Eduardus VI. Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 164., *Collector Gallus Hiſtor. Tom.* 2. *pag.* 56., *Graveſon Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 67., *& Tom.* 9. *pag.* 215.

Maria Henrici *VIII.*, & pręlaudatæ Catharinæ ejus Uxoris Filia, ſe Re-
105. ginam dixit, utque in Angliæ Regno Fidem Catholicam reſtitueret, accivit Reginaldum Polum Sanctæ Eccleſię Cardinalem, & Julii III. Pontificis Maximi à latere Legatum. Hic totum Angliæ Regnum à Schiſmate abſolvit, Catholicam Religionem reſtauravit, Clerici, Populique mores emendavit, omneſque ſuas

curas eo convertit, ut in Angliæ Regno Sedi Apoſtolicę reconciliato, & ab Hæreſibus repurgato, refloreſceret Catholica Religio; idcirco Maria Regina ſapientiſſimis prælaudati Cardinalis adiuta Conſiliis, Supremæ Anglicanæ Eccleſiæ Capitis nuncupationem ab Henrico Patre ſuo impie uſurpatam, & ab Eduardo Fratre ſuo ſacrilege retentam abdicavit; Romam miſit Oratores, qui ejus nomine obedientiam Summo Pontifici exhiberent. Supra triginta Hæreticorum millia ex Anglię Regno excedere compulit: ſceleratum Cranmerum Cantuarienſem Archiepiſcopum convictum ficte ceciniſſe palinodiam, & multa in Eccleſiam Catholicam ſacrilego ore deblaterantem, vivum exuri juſſit, in ejuſque locum hoc honore ſuffecit *Reginaldum Polum*, propter Regium Sanguinem, eruditionem ſingularem, Legationem Pontificiam, & obitos pro Eccleſia labores digniſſimum, cunctaque poſtmodum geſta à Maria Regina, & à Cardinale Reginaldo Polo, approbavit Pius IV. Pontifex Maximus. Nupſit autem Maria Regina Philippo II. Hiſpaniarum Regi Filio Caroli V. Imperatoris; ſed eadem Regina in ætate quadraginta quatuor annorum, Regni ſui quinto, obiit anno 1558., cujus mortis nuncium cum accepiſſet Cardinalis Polus, qui tunc temporis ex quartana febre decumbebat, intra ſexdecim horas abiit è vivis, annos natus 59. Vir Doctrina, Prudentia, cæteriſque præclaris Virtutibus nulli ſecundus: *d. Lucas de Linda pag.* 301., *Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 15. *pag.* 164., *Graveſon d. Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 69., *& Tom.* 9. *pag.* 215., *& ſeqq.*

106. Eliſabetha ex illicitis Nuptiis Regis Anglię Henrici *VIII.*, cum Anna Bolena procreata. Hæc poſt mortem prælaudatæ Mariæ Reginæ, Solium Regni Angliæ conſcendit. Quam vero infauſtum, atque infandum hujus Eliſabethæ Religioni Catholicę fuerit in Anglia Regimen, teſtantur Hiſtoriæ, quas ſiccis oculis Nos Catholici percurrere minime poſſumus. Dicta Eliſabeth per ſuum Legatum in Aula Romana verſantem, de ſua in Regnum Angliæ inauguratione certiorem fecit Paulum IV. Summum Pontificem: ſed attento illegitimorum Natalium vitio, in Angliæ Reginam agnoſcere noluit Summus Pontifex. Egerrime Pontificiam tulit repulſam Eliſabeth: Hinc furiis agitata, Hęreſis virus, quod in corde latens gerebat, aperte, ſed paulatim evomuit vaferrima Mulier: licet enim primo declaraverit, ſibi non probari quatuor illa reformata Doctrinæ capita, quæ Rex Eduardus Frater ſuus condiderat, ut ſupra diximus, quorum primum proſcribebat Cæremonias, quæ in cultu Divino adhiberi ſolebant. Quo ad hoc Eliſabeth, Cæremonias approbare ſignificavit. Secundum Caput prohibebat Cultum, & uſum Chriſti, & Sanctarum Imaginum; & reſpectu hujus capitis, Eliſabeth judicavit, utilem eſſe ad excitandam Fidelium pietatem. Tertium Caput excludebat veram, & realem præſentiam Corporis, & Sanguinis Chriſti ab Euchariſtię Sacramento; ſed Eliſabeth nec excludi, negarique debere voluit. Quartum Caput tribuebat Regibus Angliæ Titulum Supremi Capitis Eccleſię Anglicanæ: quatenus ſpectat ad hoc, Eliſabet inquit, quod dictum Titulum ſibi arrogare non audebat.

107. Nihilominus paulo poſt erupit in Hęreſes Eliſabeth; nam Schiſmate fir-

mato, temerario plane auſu, novam Religionis formam inſtituit. Sacras quippe Imagines juſſit à Templis, cæteriſque locis deturbari, abradi, & deleri: Miſſæ Sacrificium, & Sacramenta adminiſtrandi ritum ſuſtulit, novaſque Cæremonias, ac Preces lingua vulgari præſcripſit, & demum Supremi Eccleſiæ Anglicanæ Capitis Titulum ſibi vindicavit, & aſſumpſit, una cum rerum, & cauſarum Eccleſiaſticarum plenitudine, cum omni viſitatione, correctione, ac Cleri reformatione, cum omni Avctoritate Epiſcopos creandi, Synodos convocandi, in iis præſidendi, errores, & Hæreſes damnandi, Schiſmata, & abuſus tollendi, in Catholicos cruentam excitavit perſecutionem. Cumque Sanctiſſimus Pontif. x Divus Pius V., Apoſtolica Conſtitutione quinto Kalendas Martii anni 1570. illam Angliæ Regno privatam declaraſſet, omneſque, & ſingulos ejus ſubditos à Juramento Fidelitatis abſolviſſet, quæ Piana Conſtitutio a Gregorio XIII., & Sixto V. innovata fuit, & confirmata, irrugiit Eliſabetha exaſperata; unde crudelem in Catholicos carnificinam exercuit, ac *Mariam Stuardam* Reginam Scotiæ in Fide Catholica conſtantiſſimam, Reginam eximia in Deum pie-
308. tate, invicta animi magnitudine, prudentia ſuper ſexum, forma præſtantiſſima præditam, quæ à ſuis perduellibus Subditis exagitata, ad ipſam confugerat, nulla Fidei publicæ, nulla juri gentium habita ratione, in carcerem conjecit, eamque licet undequaque innocentiſſimam Reginam oppreſſit, verens, ne eadem Maria Scotiæ Regina, Catholicorum ope Regnum recuperaret, eandem Reginam Scotiæ Mariam Stuardam, licet undequaque innocentiſſimam oppreſſit, & ultimo ſupplicio affecit, ac juſſit. Mortis ſententiam ſolis fultam calumniis, conſtanti, ac impavido animo excepit Regina Maria Stuarda, quæ ad ſupplicii locum ducta, Crucem, & Roſarium manu geſtans, quaſi ad Nuptias compte ornata perrexit, ibique ſe Catholicam mori profeſſam, datis ad Filium ſuum Jacobum ſanctiſſimis Documentis, caput ſuppoſuit trunco, quod ei iterato ictu reciſum eſt die 18. Februarii anno 1587. ætatis ſuæ 45. Atque innocentiſſima Regina, & Pietate inſignis, oppreſſa, & interfecta eſt in odium Fidei Catholicæ à crudeli, & tyrannide plena Eliſabetha. Injuſtam hanc Mariæ Reginæ cædem, jure optimo vindicaverunt Summorum Pontificum allegatæ Bullæ. Belgas perduelles, & Hæreticos, qui Geuſſi appellabantur, ac Calviniſtas in Gallia, pecunia, & milite iuvit, ut fœdus contra Catholicos, & Hæreſim longe, lateque propagare poſſent. Dicta Eliſabeth annorum quadraginta quinque curſu regnavit, ingenii, & naturæ dotes turpiter fœdavit cum Hæreſi, cui ſe totam addidit, ac cum crudelitate, qua in omnes Pios graſſata eſt, toto tempore regni ſui, diſſimulandi artem maxime calluit, qua plures Principes Nuptias illius ambientes, pro ſuarum rerum opportunitate ineſcavit, & ſpe ineundi Matrimonii lactavit; ſed omnes poſtea hac ſpe illuſit, nullique nupſit Vaferrima Mulier, quæ ætatis ſuæ ſeptuageſimum annum agens, poſtquam regnaſſet annos 45. obiit anno 1603. Lege *Camdenum de ejus Vita*, *P. Cauſinum Societatis Jeſu agentem de dicta Regina Stuarda Tom. 11. Aulæ Sanctæ*, *Graveſon Tom. 7. Colloq. 1. à pag. 69., cum ſeqq., & n. 152.,*

& ibi

& ibi Tom. 9. pag. 216., & ſeqq., *d. Lucas de Linda pag.* 301., *&* 311. *& d. pag.* 301., inquit, quod regnavit 55. annos, quodque obiit 1603.
Jacobus e Regia Stuardorum Familia oriundus, Rex Scotiæ hujus nominis VI. Angliæ vero hujus nominis I.
109. mortua Eliſabetha, regnare cœpit in Anglia 1603. Eo Regnante Angliæ, & Scotiæ Regna, cum prius diverſis Regibus parerent, unius Regis Poteſtati fuerunt ſubiecta, & hinc incœpit Titulus Magnæ Brittaniæ, continentis in ſe duo illa Regna, Angliæ, & Scotiæ diciturque Magnæ Brittaniæ, ad differentiam alterius Brittaniæ, quæ eſt Provincia particularis Franciæ, quæque dicitur Minor Brittania. Prædicto autem Jacobo VI. Regi Scotiæ, & Angliæ hujus nominis I., ad Angliæ Regnum Succeſſio jure ſanguinis debebatur: ille quippe Filius erat Mariæ Scotiæ Reginæ, Jacobi V. ex Margharita Sorore Angliæ Regis Henrici VIII., nupta Jacobo Scotiæ IV. Regi, inſuperque ſcriptus fuerat heres antedictæ Eliſabethæ, quæ cum hac Inſtitutione compenſare fortaſſe voluit injuriam eidem, ob mortem illatam, Reginæ Mariæ Stuard ejus Matri, ut teſtatur *Ludovicus Aurelius Peru-*
110. *ſinus in Supplemento reſtrictus Hiſtoriæ Patris Horatii Torſellini pag.* 505. *Lucas de Linda pag.* 311., *Abbas Iuſtinianus Parte Prima cap.* 15. *pag.* 164., *& cap.* 15. *pag.* 176., *Collector Gallus d. Hiſtoire Tom.* 2. *pag.* 57., *&* 66. *Graveſon Tom.* 8. *Parte Prima Colloq.* 1. *pag.* 79. *cum ſeqq*, *& Tom.* 9. *pag.* 217.
Plures dictus Jacobus Rex à ſuis Subditis paſſus eſt conſpirationes, quas enumerat *d. Graveſon d. Tom.* 8. *Parte Prima Colloq.* 1. *à pag.* 79., *cum ſeq.*, *& Tom.* 9. *d. pag.* 217.

Idem Rex Jacobus hæreſim profeſſus eſt, quamvis Catholico ritu, procurante piiſſima Matre ſua Maria Stuar-
111. da Scotiæ Regina, frendentibus Hæreticis fuerit baptizatus. Ideoque cum eſſet Literarum Cultor, nonnulla contra Eccleſiam Romanam ſcripſit Opuſcula, quæ egregie confutarunt Orthodoxi Polemici Scriptores, inter quos adeſt Coeffetæus Ordinis Prædicatorum, ac Epiſcopus Maſſilienſis, ut notat *Graveſon d. Tom.* 9. *pag.* 217.
Erat autem d. Jacobus Rex adeo Pacis amans, & ab armis alienus, ut ad aſpectum nudati gladii illico exanimaretur. *Graveſon Tom.* 8. *Parte Prima Colloq.* 1. *pag.* 82., *& Tom.* 9. *pag.* 217.
In Catholicos, quibus alioquin non e-
112. rat infeſtus, perſecutionem inſtigantibus Hæreticis, movit. *Graveſon* locis mox allegatis: regnavit in Anglia annos 22., & in ætate annorum 61. obiit die 24. Martii 1625. *Lucas de Linda d. pag.* 311. *Graveſon d. Tom.* 8. *Parte Prima Colloq.* 1. *pag.* 82., *& Tom.* 9. *pag.* 217.
Carolus hujus nominis Primus, Filius
113. dicti Jacobi I. Regis Magnæ Brittaniæ, poſt mortem Patris regnare cœpit anno 1625. Idem in Hæreſi obſtinate perſiſtens contra Catholicos Regni ſui ſeveriſſima publicavit Edicta, eoſque gravibus exagitavit perſecutionibus: à ſuis vero Subditis Hæreticis Anglis Diſſenſiones habuit, quas inſcribit *Graveſon Tom.* 8. *Parte Prima Colloq.* 1. *à pag.* 82. *cum ſeqq.*, & ob iſtas aperte Bellum erupit Regem inter, & Parlamentarios, qui anno 1644. Regis Exercitum debellarunt, & gliſcentibus Rebellionibus, potiſſime ob novam ſectam, quam vocant Indipendentium, cui ſe addixerat perfidus Cromuellius,

lius, qui creatus fuerat ſupremus Legatus eorum Exercitus. Unde creſcentibus in dies Rebellium viribus, & è contra tot Prœliorum infelici exitu Rex fractus, ad Caſtra Scotorum, qui illum invitaverant, convolavit. At Scoti, auro deliniti, Regem ſuum Carolum ejus Hoſtibus turpiter tradiderunt. Fugit nihilominus Rex in Inſulam, ſed ab ejuſdem Inſulæ Præfecto captus, denuo incidit in manus Hoſtium, & præcipue Olivarii Cromuellii ſceleratiſſimi hominis, & perfidi Tyranni, qui palam in ejus vitam craſſari cæpit, ideoque præficiendos Judices curavit Viros ſceleratiſſimos; ut cauſam ipſius Regis in Suprema Londini Curia diſcutiendam deciderent. Rex Carolus Curiæ Poteſtati ſe ſubiicere omnino negavit; & confeſtim à Parlamentariis, a ſuis Subditis, per ſummam, & à ſæculis inauditam injuſtitiam, tanquam Tyrannus, Proditor, Homicida, & publicus Angliæ Hoſtis, capite damnatus eſt; abſciſſo in publico ſupplicii loco capite per carnificem perſonatum, probroſa, ac funeſta morte periit anno 1648. in ætate annorum 51., cum regnaſſet annis vigintitribus. Ad locum patibuli perductus Rex, Populum paucis allocutus, & ad pacem adhortatus. Sic ſcribit *Graveſon Tom. 9. pag.* 28. Sed idem *Graveſon in antecedenti Tom* 8. *Parte Prima Colloq.* 1. *pag.* 85. dixit, quod ad locum ſupplicii 9. Februarii 1649. perductus fuit Rex, qui regnavit annos 35. Cadaver Regis occiſi delatum fuit ad Vinceforam locum ſepulturę Angliæ Regum, humatumque fuit juxta Henricum VIII. Angliæ Regem. Sic funeſta morte extinctus eſt Carolus I. Angliæ Rex, quam ſi ejurata Hæreſi pro Religionis Catholicæ veritate opetiiſſet, Martyrii palmam fuiſſet adeptus, ut inquit *d. Graveſon d. pag.* 85. Peracta

114\. Caroli I. Regis ferali tragedia, Olivarius Cromuellius ejuſdem Tragediæ Auctor, tyrannicam poſſeſſionem ad ſe traxit, arripuitque. Noluit tamen Rex nuncupari, eo quia tunc Regis Titulus ſatis Populo inviſus erat; unde ſuam texit tyrannidem ſub titulo Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Regnorum Protectoris, ſed revera longe majori poteſtate, quam ipſi Reges habuerant.

Huic Cromuellio obſtitit aliquando Walliæ Princeps Filius dicti Caroli I. Regis, ſcilicet Carolus II., in ſpem Paterni Regni recuperandi erectus. Hinc ab ipſis Scotis, jam Regiæ, de qua diximus, proditione pænitentibus, idem Carolus II. acclamatus, & inauguratus fuit anno 1650., ſed Cromuellius Hiberniam novæ à ſe in Anglia inſtitutæ Rei publicę, jugum

115\. ſubire coegit, commiſſoque cum cum Scotorum Exercitu, cui Rex Carolus Secundus præerat prælio, eundem anno 1651. magna ſtrage debellavit, hoc eſt mortuorum 3000., captivorum 5000., & ipſe Rex Carolus coactus fuit fugæ ſe dare in veſte plebeja, quo melius lateret inter ipſos Anglos; multis in itinere fortunæ caſibus jactatus, metuque mortis circumſeptus, tandem Gallicum Littus attigit, & Lutetiam pervenit die 30. Octobris 1651. Sic e Regno Angliæ expulſo Carolo II. legitimo Rege, libere tyrannidem ſuam ſub Protectoris Angliæ Titulo exercuit *Cromuellius*, qui obiit die 13. Menſis ſeptembris anno 1658. Poſt illius mortem, ejuſdem Cromuellii Filius Primogenitus, nomine Richardus, qui Angliæ Protector proclamatus fuit, tamen hunc Ri-

chardum

chardum ingenio, & induſtria à Patre ſuo diſſimilem anno 1659., abdicarunt Angli, qui in factiones ſciſſi, Regnum, Regemque divexabant; ſed tandem opera Monki, qui clam à Rege Carolo II. ſtabat, eoque inſcio, rem ipſius tacitus promovebat, ac tandem Parlamentariorum animis in Carolum Regem conciliatis, magnam molitionem felici perfecit exitu anno 1660., Angloſque induxit, ut perhonorificam ad eundem Carolum Regem mitterent Legationem, eumque Regem acclamarent. Rex itaque Carolus ea accepta Legatione ſecum ejus Fratres Eboracenſem Ducem, & Ducem Gloſeſtriæ in Angliam appulit, & in Regia Londini Civitate, magnifico apparatu, atque omnium gratulationibus Rex coronatus fuit, priſtinamque Auctoritatem recepit. Sed poſtmodum Supremus Angliæ Senatus Londinenſis ægre ferens, quod Carolus II. Rex Angliæ in gratiam Catholicorum libertatis conſcientiæ Decretum promulgari juſſiſſet, palam negavit ſe Regi quidquam conceſſurum ad ſuſtinendum pondus Belli, quod antecedenter Batavis Rex indixerat, niſi prius præfatum libertatis conſcientiæ Diploma revocaret: unde coactus Rex reſcidit diploma, & cum hac animi inconſtantia audaciores reddidit ſui Regni Hæreticos, & ad turbas concitandum magis magiſque petulantes; nam ut Regi inviſos redderent Catholicos, anno 1678. Societatis Jeſu Religioſos, alioſque Catholicos per calumniam accuſarunt, quod facta conſpiratione Regem Carolum, totumque Angliæ Regnum perdere decreviſſent, cujus calumniæ Architectus fuit *Shacbunus* Angliæ Cancellarius infenſiſſimus Catholicorum Hoſtis, qui in hoc uſus fuerat opera Titj *Oaten* nequiſſimi, ac projectæ conſcientiæ hominis Calviniſtæ, ad Catholicos, & à Catholicis ad primodictæ Hæreſim transfugæ. Quapropter in Catholicos prorſus innocentes ſævitum eſt, eorundem ſparſo ubique ſanguine, & ruirſus alia per Hæreticos conſpiratione facta contra ipſum Regem, illiuſque Fratres, & per unum ex ipſis conjuratis detecta, Regis juſſu plures intercepti Conjurati, capite, & exilio mulctati ſunt. Paulo poſt Carolus II. incidit in morbum, jamque prope diem moriturus, catholicam Religionem, quam ab annis pene multis, jam ſecreto coluerat, profeſſus eſt, & ab Hæreſi abſolutus, ſacroque Viatico refectus à Patre Joanne Huddleſton Monacho Benedictino Anglo, obiit Carolus II. Rex die 16. Februarii anno 1685. cum regnaſſet annis 37. ſi anni ipſius Regni numerentur, prout debent numerari ab anno 1684., quo Patri ſuo Carolo I. injuſte ab Anglis occiſo, in Regnum Angliæ ſibi hæreditario jure debitum ſucceſſit, quamvis à nece Patris ſui ob arreptam à Cromuellio, ejuſque Filio Richardo in Anglia Tyrannidem, per undecim annos a Regno exulaverit, & Solio fuerit dumtaxat reſtitutus anno 1659. & ſic facta computatione à prædicto anno uſque ab obitum, qui ut diximus, fuit anno 1685., regnavit 25. annis: *Graveſon Tom. 8. Parte Prima Colloq. 1. à pag. 83. uſque ad 92., & Tom. 9. à pag. 217., uſque ad 220.*

Jacobus II. Eboracenſium Dux Frater dicti Caroli II., eodem die, quo idem Carolus II. Angliæ Rex mortuus eſt, ſalutatus eſt Rex Angliæ ab univerſis Regni Proceribus, & ſingulis Ordinibus anno 1685. Hic Rex Jacobus II. ſe Catholicum, &

Sanctæ

116. *S*anctæ *R*omanę Eccleſię addictum palam profitebatur. Feliciter compreſſit conſpirationem contra illum motam a Duce Montmuſio, qui erat Filius ſpurius d. Caroli II., & Regnum affectabat, ſibique deberi, ut pote Hæretico pętendebat, non vero Jacobo II., qui Catholicam *Re*ligionem aperte profitebatur. Sic avſpicato, Rebellibus, & Conjurationis Avctoribus depreſſis, moderari cæpit Regnum Angliæ Jacobus II., qui proinde Catholicos Angliæ à tot annis crudeli jugo depreſſos, in libertatem aſſerere voluit, conſcientiæ libertatem illis concedendo. Id fuit in cauſa, quod Hæretici Angli ex concepto hæreticę pravitatis odio in *R*egem optimum, contra eundem inſidias moliri cæperint: hinc Heterodoxi Urbis Edimburgii in Scotia conſcientię libertatem à Rege Jacobo Catholicis conceſſam permittere nolentes, in eoſdem Catholicos aſpere ſęvierunt; eorumdem proinde domos diripuerunt, eiſque graviora intuliſſent damna, niſi Urbis Pręfectus armato Milite ſeditioſos cohibuiſſet, quorum pars cæſa fuit, pars fugæ tradita, & pari ſupplicio mulctata fuit in Anglia. Similiter contra indultam Catholicis à Rege conſcientiæ libertatem, Hæretici tumultuarunt Epiſcopi, quos Rex in carcerem coniici juſſit, qui poſtea juſſu ipſius Regis è cuſtodia dimiſſi, infeſtum in Regem animum demonſtrarunt, & conceptam conſpirationem in *R*egem acrius urgere cæperunt, potiſſime ex quo inter hæc eidem Jacobo II. Angliæ Regi ex Uxore ſua Maria Eleonora ex Ducali Eſtenſium Principum Familia, in lucem prodiit die 20. Junii anni 1688. Filius, quem Rex Jacobus Genitor, Jacobi nomine, & Walliæ Principis Titulo inſigniri voluit: quemadmodum enim Regii hujus Infantis felix ortus omnes Catholicos ſumma affecit lætitia, in optimum Catholicæ Religionis omen in Anglia, ſic Hæretici Anglię ægris, moleſtiſque animis tulerunt, perpendentes, quod Princeps Infans Catholica Religione imbutus, & *R*egi Patri ſuo undequaque Catholico *Ro*mano, in Throno ſuccedens in Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Regnis, Fidem Romanam, & communionem refloreſcere ſatageret. Furore itaque perciti Anglię Hęretici recurſum habuerunt ad Guillelmum Principem Arauſicanum Hæreſi infectum, qui Gener erat ejuſdem Jacobi II. *R*egis, in Uxorem ſcilicet habens Mariam ejuſdem Jacobi II. *R*egis Filiam. Dictus Guillelmus Princeps Arauſicanus, iniquis Rebellium Hæreticorum Anglorum machinationibus, & clandeſtinis conſpirationibus annuens, Regnum Angliæ invaſit, & Anglię, Scotiæ, ac Hiberniæ *R*ex acclamatus, injuſte è Regno Angliæ expulit Socerum ſuum verum, & legitimum Regem Jacobum II. Idem vero Princeps Arauſicanus Angliæ invaſor dictus fuit Guillelmus III., qui cum Angliæ Regnum contra omne jus Socero ſuo Jacobo II. vero, & legitimo Regi eripuerit, inter veros Angliæ Reges locum habere non debet. Obiit autem Maria Coniux Principis Arauſicani 18. Menſis Decembris anno 1694. Sed Princeps Arauſicanus *R*egni Angliæ invaſor è vivis ſublatus eſt die 19. Martii 1702.

117. Poſt obitum dicti Guillelmi III. in *R*egio Angliæ Throno Angli ſubſtituerunt Annam Hæreticam, Filiam Jacobi II. Regis, ab Angliæ Regno injuſtiſſime expulſi, & eo quia dicta Anna Hæretica erat, illam Angli Hæretici antepoſuerunt ejus Fratri Jacobo

Jacobo Walliæ Principi, & *Regis* Jacobi II. Filio, quem eo ſolo nomine ab Angliæ corona excluſerunt, quod Catholicam *Religionem* profiteretur. Erat autem præfata Anna Uxor Georgii Principis Daniæ; obiitque Anna die 12. menſis Auguſti anno 1714., quę idcirco intruſa potius, quam *Regina* cenſeri debet. Poſtmodum Angli in Hęreſi pertinaces, contra divinas humanaſque Leges, jus ſuccedendi in *Regno* Catholicis Principibus pręripere ſatagentes, in Comitiis Generalibus Principes Catholicos à *Regio* Angliæ Sceptro excluſos penitus declararunt, juſque regnandi in Anglia contulerunt in extraneum Principem Hæreticum: unde Georgius Aloyſius Dux Hannoveranus ad Coronam Angliæ ab Hęreticis adſcitus eſt, & poſtmodum Georgius Auguſtus illius Filius, ut apud *d. Graveſon Tom.* 8. *Colloq.* 1. *pag.* 95., *& Tom.* 9. *Continente Tabulas Chronologicas*, *Tabula* 10. *pag.* 222. *impreß. Romę Typis Tinaſſi*, *& Maynardi Anno* 1722. Sed hi pariter, ut intruſi & injuſti haberi debent, & uſurpatores Coronæ Angliæ, quę de jure uni debetur vero Angliæ Hæredi, ac Legitimo Regi, ſcilicet Jacobo III. Regis Jacobi II. Filio, de quo Jacobo II. paulo ante loquebamur; nuncque ſubdimus, quod vix
118. ad Angliæ litora Princeps Arauſicanus Batavorum Claſſe appulerat, illico contra *Regem* Jacobum II. Anglorum Hæreticorum erupit conſpiratio, de qua Ludovicus XIV. *Rex* Chriſtianiſſimus, eundem Jacobum II. Regem Anglię præventive admonuit, atque utinam Jacobus *Rex* amantiſſimis *Regis* Chriſtianiſſimi monitis credidiſſet, facile Hæreticorum Conjuratorum detexiſſet molimina: ſed *Rex* Jacobus plus ęquo fidens, credenſque Anglis defenſionem illi ſpondentibus, ab ipſis Anglis proditus, quoniam a Claſſe ſua primo deſtitutus eſt, ſicut à terreſtribus Copiis, quæ turpiter ad Principem Arauſicanum defecerunt, propriumque verum, & legitimum Principem ad extremum vitæ diſcrimen adduxerunt. Unde Rex Jaçobus, poſtquam Reginam, ac Filium ſuum Walliæ Principem in cunis adhuc vagientem, fuga in Regnum Galliarum tranſmiſiſſet, inſpecto infidæ ſuæ gentis animo, menſe Decembri anno 1688. ex Anglia diſceſſit, ac navem conſcendens in Gallias vela fecit, quò Reginam Coniugem, Filiumque ſuum jam præmiſerat, & poſt maxima terra Marique vitata pericula, menſe Januario anni 1689. pervenit in Galliam, ubi a Chriſtianiſſimo Rege Ludovico XIV. perhonorifice exceptus eſt, & omni comitatus officio, Regiumque Sancti Germani propè Pariſios Palatium, cum Regio Prætorianorum, & Officialium apparatu habitandum dedit, & ſucceſſiuè nihil intactum reliquit Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus *XIV.* ut Rex Jacobus Solio Paterno redderetur, illumque erexit afflictum, cum ipſo vires, Arma, Theſauros, Claſſem perliberaliter comunicavit: cumque multi in Hibernię Regno pro Rege Jacobo ſtarent, quos Comes Tyrconellus in fide continebat, Rex ipſe Jacobus ad hanc Inſulam appellens præſentia ſua confirmavit. Verum Arauſicanus Princeps ad Boinam Fluvium commiſſa pugna anno 1690. Victoria potitus eſt contra Jacobum Regem, qui in Gallias profugit. Iterum tamen in ſuum Regnum redire tentavit, at rurſus adverſa fortuna. Hìc itaque, ſi quis perſcrutetur, quorſum permiſerit Deus,

us, ut Rebelles Hęretici Angli in tam iniqua cauſa vicerint; & cur Bellum, quod Rex Jacobus adverſus illos geſſit, quoque nullum unquam juſtius, & ſanctius geſtum fuit, infelicem habuerit exitum: reſpondemus cum verbis eruditiſſimi Patris *Graveſon Tom.* 8. *part.* 1. *Colloq.* 1. *pag.* 97. *Id juſtis, & arcanis cauſis, quas nobis perſcrutari haud licet, permiſiſſe Deum, ſed præſertim ad puniendos Anglos, utpote indignos, qui poſt profligatam Catholicam Religionem, Catholicum Regem tam citò haberent. Voluit etiam Deus comprobatam tot rebus adverſis invictam Regis Jacobi conſtantiam illuſtriorem reddere; illamque immortali corona pręmiare, quam Religioſiſſimus ille Rex eximia pietate, clementia, cæteriſque aliis virtutibus Chriſtianis præditus, jam ut ſperamus, adeptus eſt, quam ſpem nobis faciunt pia ejus in vita opera, & tranquilla, vereque Chriſtiana mors.*

Obdormivit itaque in Domino die 16. Septembris 1701. dictus Rex Jacobus *II.* in Regio Sancti Germani prope Pariſios Palatio, relicto Fi-
119. lio ſuo Principe Walliæ Jacobo, qui in jura Patris ſui ſucceſſit: *Graveſon Tom.* 8. *part.* 1. *Colloq.* 1. *a pag.* 92. *uſque ad* 97., & *Tom.* 9. *pag.* 220., & *ſeqq.*

Jacobus hujus nominis *III.* Filius Jacobi II. poſt mortem dicti ſui Patris ſucceſſit in juribus Angliæ
120. Regni verus Hęres, ac legitimus Rex. Optimum hunc Regem in paterni Solii poſſeſſionem ponere, ſemel, atque iterum tentavit Chriſtianiſſimus Galliarum Rex Ludovicus XIV., ſed opus, ut optabat perficere nequivit ob atrociſſimos, quibus undique Europa tota tunc premebatur Bellorum motus.

Moram traxit Rex Jacobus III. in Gallia quoad uſque vixit Chriſtianiſ-
121. ſimus Rex Ludovicus XIV. qui eidem Jacobo Regi expenſas regali more Prætorianorum, ac Officialium ſuppeditavit. Poſt vero Ludovici XIV. obitum Rex Jacobus Romam adivit, eumque diſtinctis honoribus Sanctę Memorię Summus Pontifex Clemens XI. excepit. Idem Rex Jacobus *III.* regiis undequaque virtutibus exornatus, ac pietatis officiis vereque Catholico Rege digniſſimis, merito totius Urbis, Orbiſque in ſe oculos, animoſque convertit. Hic ſibi Matrimonio copulavit ſelectiſſimam Principiſſam Mariam Clementinam Filiam Principis Jacobi Sobieski, Filii celeberrimi Joannis Sobieski Poloniæ Regis, cujus in Bello fortia geſta contra chriſtiani nominis Hoſtes, merito Hiſtorica collaudant Monumenta: ſtrenuiſſimus quippe hic Polonię Rex Joannes Sobieski Viennam in Auſtria innumero pene Milite a Turcarum Tyranno cervicibus Populi Chriſtiani inſultante, arcta obſidione cinctam validiſſimo cum Exercitu accurrens, Turcarum fuſis agminibus, glorioſe liberavit, maximamque poſt hominum memoriam, victoriam reportavit, tandemque Triumphis coronatus obiit anno 1696. poſtquam regnaſſet annos 23., ut notat etiam idem *Graveſon Tom.* 8. *par.* 1. *Colloq.* 1. *pag.* 18.

Quis autem prælaudatæ Mariæ Reginæ Clementinæ regias enumerare valet
122. dotes? Repetamus quod de illa ſcriptum reliquit *d. Graveſon ubi ſupra pag.* 99., *Quam*, ſubdit, *ad regnandum natura finxit, expoliavit*

Urba-

Urbanitas, formæ dignitas expreſſit, ars erudivit, ingenii perſpicacitas erexit, prudentię maturitas confirmavit, corroboravit in periculis ingens ſupra ſexum animi fortitudo, cœleſtis denique Gratia conſecravit: unde cumulata meritis, religioſiſſime, & in odorem ſuavitatis obdormivit in Domino die 28. Januarii 1735., cum annos triginta tres, menſes ſex vivendo expleviſſet. Vitæ ſeries, obitusque placidiſſimus inclytæ hujus Reginæ habetur in Libro italico, & latino idiomate exarato, cujus Titulus de' Coſtumi, e della morte di Maria Clementina Regina d' Inghilterra, di Francia, & Irlanda, in Roma, ed in Bologna nella Stamperia di Lelio della Volpe 1737. in ottavo. Titulus latinus -- De obitu, & moribus Mariæ Clementinæ Reginę Magnæ Britanniæ, & Hiberniæ &c.

Dictus Jacobus III. Anglię Rex, ex dicta Maria Clementina ejus uxore duos procreavit Filios, Carolum Odoardum Principem Walliæ, vulgo de *Galles* natum 31. Decembris 1720., & Henricum Benedictum Mariam Clementem Ducem Eboracenſem, vulgo *Yorck* natum 6. Martii 1725.

Ter porro Maximus, Terque Optimus Romanus Pontifex Benedictus XIV. Virtutum Cognitor egregjus, perfectuſque Librator, d. Sereniſſimum Principem vere Regii Animi Principem, Urbe & Catholico Orbe plaudentibus, in Conciſtorio die tertia 123. Julii 1747. Sacra Vaticana Purpura redimivit, & in ampliſſimum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptavit, & Sanctæ Mariæ in Porticulo Titulum tribuit.

DISCURSUS XLI.

BANNARETORUM EQUITUM

ARGUMENTUM

Bannaretorum Equitum Origo, Quidditas Nobilitaſque exponitur.

SUMMARIUM

1. *Principes ſemper creaverunt Equites per traditionem variarum Teſſerarum.*
2. *Inter Honoris Teſſeras nobiles primum tenebat locum Haſta illa, in cujus ſummitate pendebat Vexillum formę quadratæ.*
   Bellicorum Vexillorum cuſtodia committebatur Viris generoſis.
3. *Bannarati, vel Bandereti creabantur Equites.*
4. *Ignoratur quo tempore fuerint hi Equites: aliqui tenent inſtitutos fuiſſe ſub Conſtantino Magno.*
5. *Quid ſignificet Bannatus, Bannus?*
6. *Bannareti Equites creabantur, qui in eorum Terris, ac Bannatu poterant propriis ſumptibus Cohortem Equeſtrem convocare, & Regi offerre.*
7. *Creabantur per traditionem Haſtę, à cujus vertice parvum pendebat Vexillum.*
   In d. Vexillo aderat Stemma Familiæ ejuſdem Equitis, & per traditionem à Rege factam tribuebatur Jus Milites colligendi, ad inſtar Principis.
8. *In d. Vexillo apponebant Equites, vel eorum Stemma, vel nomen.*
9. *Bannarati dicebantur illi, qui poſſidebant Terras, & Vaſſallos, & dabatur Titulus Viris conſpicuæ Nobi-*

litatis, *Nominis*, & *Armorum*, & n. 10.

11. *Eques Banneretus debebat ſaltem habere decem Vaſſallos*, & *reditus ad alendam Militum Cohortem*.

12. *Imo quod deberet habere quinquaginta Milites*, & *ita viginti quinque pro cuſtodia Vexilli*, & *vigintiquinque ad pugnandum*.

13. *Qui non habebant dictos reditus, vocabantur Bacalaurei, italice Bacilieri* & n. 14.

15. *Scutiferi qui eſſent?*

16. *Hæc erat graduatio; Scutiferi, Bacalaurei, Equites Bannareti, Barones*, & *tandem Comites*, & n. 38.

17. *Scutiferi*, *uti Fœuda poſſidentes effecti Bannarati*, *Calcaria alba*, *non aurea gerebant*; *ſed Bannareti Equites deferunt Calcaria deaurata*.

18. *Fœuda Militum*, & *Scutiferorum* & *Bacalaureorum Militum*, *quę ſint?* & n. 19., & 20.

21. *Vexillum Bannaretorum erat quadratæ formæ*, & *Enſe Regis*, *vel Principis obtruncatum*.
Barones, *quod Vexillum habeant?*

22. *Arma Familiarum in Vexillis apponenda*, *quomodo eſſe debeant juxta Gradus diſtinctionem in Gallia*: *quid in Britannia?* & n. 23.

24. *Bannareti*, *quam in eorum Stemmate Coronam gerant?*

25. *Bannareti quando gaudeant Privilegio Baroni*.

26. *Jus extollendi Vexilla in Bannaretis juxta locorum*, *temporumque diverſitatem competebat illa extollere ſupra Bellica Tentoria*, *in Vertice Turrium*, & *Portis Caſtrorum*, & *Arcium*, & *quidem verſatilia in girum*.

27. *Forma Vexilli Equitum Bannaretorum*, *apud quos Scriptores habeatur*.

28. *Adducitur ferreum Vexillum quadratum verſatile Familiæ Noſtræ Stemma continens*, *ab antiquiſſimo tempore elatum ſupra Pinnaculum veteris Arcis*, *ad Portam Sancti Petri*.

29. *Adducitur declaratio de Ordine Magiſtratus Nonaginta Pacificorum*, & n. 30., & 31.

32. *Bannareti Titulus*, & *Gradus quondam erat Perſonalis*; *ſed apud plures evaſit Hæreditarius*, & n. 33.

34. *In creatione Equitis Bannareti juxta temporum*, & *locorum diverſitatem plures Ritus adhibebantur*.
In Anglia Bannareti Equites floruerunt, & n. 37.

35. *Equites Bannareti creabantur*, *ſolummodo tempore Belli in Campo*.

36. *Rex obtruncabat Vexillum Enſe*, *vel gladio*, & *reducebat ad formam quadratam*.

38. *In aliquibus Angliæ locis corrupto vocabulo Bannareti vocantur* Baronetes.

39. *Bannaretos in Anglia de præſenti eſſe obſoletos dicunt aliqui*.

40. *Contrarium dicunt plurimi adeſſe*, *ſub nomine Baroneſi*, & n. 41.

42. *Bacalaureorum in creatione*, *qui dicuntur etiam Equites aureati*, *quæ ſervantur?*

43. *Ritus in puniendis Equitibus Bannaretis*.

44. *Nunc etiam in Anglia creati fuerunt Bannareti*, & *numeris ſequentibus*.

45. *In Burgundiæ Ducatu*, *quæ Cæremoniæ adhibeantur in creandis Equitibus Bannaretis*, & n. 46. 47. 48. 49. 50., & 52.

50. *Quomodo Princeps non ſupremus poterat creare Equites Bannaretos?*

51. Baro *quomodo efficiebatur Bannaretes*.

52. *In Flandria retinetur imago creandi Bannaretes*, & *quomodo?*

53. *Stem-*

53. *Stemmata cum duobus Vexillis ornare quando ſit licitum?*
54. *Romæ etiam fuerunt* Bannareti, *dicti Bandereti*.
55. *Modo dicuntur Capita Regionum.*
56. *Florentiæ Civitas antiquitus habebat Equites* Bannaretes.
57. *Item Gallia*, & n. 58., & 59.
60. *Item in Anglia.*
61. *In Gallia nunc valde diminutus eſt ſplendor*, & n. 62.
63. *Imminutio ſplendoris provenit ex inteſtinis* Bellis.
64. *In Hiſpaniis quoque floruerunt* Bannareti, *qui eligebantur ex Proceribus, qui tunc temporis vocabantur* Riccos Hombres, *&* *nunc* Grandes de Eſpagna.
65. *Horum auctoritas quanta eſſet?*
66. *In Regno Caſtellæ ſub Janne I. anno* 1379. *introducti fuerunt* Bannareti, *ſub Titulo* Ordinis Rationis *Hiſpanice* Dela Raſon.
67. *In Polonia, excepto Bannaretorum nomine, ſubſtantia viget in Ordine, qui ibi dicitur Equeſter.*
68. *Gradus Dignitatum qui ſint in Regno Poloniæ?*
69. Bannaretorum *Cœtus, cum viguerit ſeparatus per tot Regna, idcirco Catalogus Magnorum Magiſtrorum generalis non poteſt formari.*
70. *Habitus Equitum* Bannaretorum, *nullus fuit ſtatutus.*

DISCURSUS XLI.

BANNARETORUM EQUITUM

QUam erga Viros Nobiles longe etiam retroactis Seculis Regum, & Principum ingenioſus fuerit amor, ac ſplendidis ſemper honorum Titulis Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, bellicisque Inſignibus eoſdem, ac Notis Equeſtribus exornare, ac cumulare jugi ſollicitudine ſategerint, Hiſtorias callentibus, ac in re Equeſtri verſatis, perſpicuum redditur. Hinc Torquibus aureis, Cingulis, Zonis, Baltheis, Vittis, diverſique coloris Teniis pro rata meritorum decorabantur, & Equites creabantur; de quibus reſpecti-
1. ve meminit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Lib.* 1. *Diſſert.* 1. *Art.* 2. *pag.* 8., *& ſeq. juxta impreſſionem Pariſienſem Petri Franciſci Giffart* 1718., & oſtendimus in noſtro Precedentibus *Diſcurſu*.

Tot porro Honoris inter, & Dignitatis Teſſeras, primum fortaſſe tenebat locum Haſta illa, ſeu Lancea, cujus è ſummitate quadratæ formæ parvum pendebat Vexillum, non parvum Nobilitatis ſecum ferens Documentum.

Omni ſiquidem tempore Principes ma-
2. gni fecerunt Bellicorum Vexillorum cuſtodiam, utpote Exercitus copias dirigentium: eadem proinde Vexilla, nonniſi Generoſis, Fortiſſimiſque Bellatoribus ſervanda tradebantur, qui Vexilliferi, vel ſigna ferentes vocabantur, & præ ceteris Militibus eminebant, & in Imperiali Conſtantiniana Equeſtri Religione primaria non ..abatur Dignitas Cuſtodum Imperialis Labari, hoc eſt Vexilli, ſicuti notavit *Abb. Juſtinianus, Collector Gallus*, ceterique in ſequenti §. allegandi; & diximus etiam in *Diſcurſu de Ordine Conſtantiniano*.

Succeſſivis deinde temporibus, ex his
3. deſumpſere Reges, & Principes Nobile Inſtitutum creandi Equites, quos Bannaretos, vel Bandéretos vocaverunt:

runt *d. Abb. Juſtinianus Hiſtor. Cronologic. dell' Origine degli Ordini Militari ec. Parte Prima cap.* 12. *pag.* 133., *& ſeq. juxta impreſſionem Venetam Typis Combi, e la Noù anno* 1692. *Pater Philippus* Bonanni *in Catalogo Ordin. Equeſtrium n.* 12. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 2. *Typis Petri* Brunel *Amſtelodami* 1721. *pag.* 1., *& ſeq. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Lib.* 1. *Diſſert.* 1. *Art.* 2. *à pag.* 6. *cum ſeqq. juxta impreſſ. Petri Franciſci Giffart* 1717. *Dominus Joan. S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Adnotat. Hiſtoric. de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Diſcurſ. Præliminar. de Equitibus pag.* 18. *impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730.

Sicque quod ignoretur, quonam tempore hujuſmodi Equites Bannareti
4. primum inſtituti fuerint, & quod aliqui illos exortos fuiſſe teneant ſub Imperio Conſtantini Magni, tunc quando quinquaginta ſelectis Equitibus Labari tradidit cuſtodiam, ſcriptum reliquit *Laurentius Vigilius de Nicollis in ſua Praxi Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *ſub Litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica §. Notitia, & Series Ordinum Equeſtrium Militarium n.* 12. *pag.* 735. *juxta Impreſſionem Salisburgi Typis Joannis Joſephi Mayr* 1729.

Nuncupati autem fuerunt Bannaretes à dictionibus *Bannatus*, *Banus*, *Bans*,
5. *Banni*, *Bandum*, *Bandeira*, *Bandeirum Bannus*, *vel* *Bañum*: *Bannatus* quidem ſignificat Ditionem, quam quis regit; *Banus*, *Bans*, *Banni* Præſidem Regium, ſeu Gubernatorem in Provinciis Regni Hungariæ; *Bandum*, *&* *Bandeira* ſignificat Vexillum; *Banderium* Cohortem ſignificat quatuorcentum Militum; *Bannus*, *ſive Bannum* ſignificat Sanctionem, ſeu Multam Edicto non parentium, ad tradita per *Joſephum Laurenti in Amaltea Onomaſtica ſub* Syllaba Ba: *du Du Gange in ſuo Gloſſario*: *Aloyſium Moreri in ſuo Dictionario Hiſtorico &c. Tom.* 1. in Verbo *Bans Banni pag.* 348. *juxta impreſſionem Ultrajectinam anno* 1692. *d. Collectorem Gallum d. Tom.* 2. *pag.* 3.

Cum enim primis illis temporibus ad hunc Equeſtrem Bannaretorum Gradum promoverentur ſolum illi, qui in eorum Terris, & Ditionibus, ſicque in eorum Bannatu Equeſtrem Cohortem proprio ſumptu ſervandam colligere, & evocare poterant, & offerre Regi, à quo ſolemniter, in
6. actu creationis in Equites, mediantibus ſolemnitatibus, quas infra recenſebimus, Vexillum recipiebant, & Jus Vexilli extollendi, & Banderiam geſtandi cum facultate Milites legendi, ex prædictis vocabulis eorum qualitatem, & creationem in Equites explicantibus, nuncupati fuerunt Equites Bannareti, ut colligitur ex *Juſtiniano*, *Collectore Gallo*, *Patre Honorato à Sancta Maria*, *Comite in Koden Sapieha*, *ac Morerio in locis ſuperius allegatis*, *Hiſtoria Ordinum Monaſticorum &c. Religioſorum & Militarium Gallice ſcripta*, *& in Italicam Linguam translata Tom.* 8. *cap.* 42. *pag.* 306. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani*, *& Vincentii Giuntini*.

Equites igitur Bannareti creabantur à Principe per traditionem Haſtæ, ſeu Lanceæ, à cujus vertice parvum
7. pendebat Vexillum formæ Quadratæ, in quo Vexillo picta, vel acu effor-

efformata erant Stemmata Familiæ ejuſdem Equitis, & per hoc impertiebatur illi Equiti facultas erigendi idem Vexillum, & Milites colligendi: hoc autem Jus ſatis conſpicuum erat, & inſigne tribuebat Privilegium ad inſtar Principis, ut obſervant prællegati Auctores.

In d. Vexillo quadrato Equites appo-
8. nebant, vel Stemmata, ut diximus propriæ Familię, vel nomen, ut inquit *d. Bonannus d. n. 12. in columna Narrationis Italico Idiomate*.

Alibi à Banderia, ſeu Vexillo, & jure
9. illud extollendi vocati fuerunt Bannareti illi, qui poſſidebant Terras, & Vaſſallos habebant: *Juſtinianus ubi ſupra pag.* 134. *d. Aloyſius Moreri in verbo* Ban *pag.* 437. *d. Pater Fontana d. pag.* 306.

Unde Bannareti Titulus reſervatus e-
10. rat Viris conſpicuæ Nobilitatis Nominis, & Armorum: *Morerius ubi ſupra: d. Pater Honoratus d. pag.* 8. *Pater Bonannus d. n.* 12. *d. Pater Fontana ubi ſupra*.

Quod Eques Bannaretus deberet ſaltem
11. habere decem Vaſſallos, ac reditus ad alendam Militum Equeſtrem Cohortem: *Morerius ubi ſupra pag.* 347.

Quod deberent plus minuſue juxta Fæu-
12. di qualitatem retinere quinquaginta Milites lancea armatos, pręter Arcigeros, & ut dicitur *Alabardieri*, & ita viginti quinque pro Cuſtodia Vexilli, & vigintiquinque ad pugnandum: *Morerius loco præallegato: Pater Honoratus à Sancta Maria ubi ſupra pag.* 8. *d. Pater Fontana d. pag.* 306.

Hinc Nobiles illi, qui ob rei familiaris anguſtiam, Milites colligere non poterant, & illos alere, incedere tenebantur ſub aliorum potentiorum Vexillo, & prædicti vocabatur Baca-
13. laurei, Italice *Baccellieri*, & Gallice *Bacheliers*, ut ſcribunt *Joannes Tillet* de Regibus Franciæ, *Claudius Fauchet de Origin. Dignitat.* Equitum, & Armorum: *Joannes Froiſſard in Annalibus Franciæ*, quos ſequitur *Abbas Juſtinianus pag.* 134. ubi ſubdit, quod præallegati Scriptores ab antedicta Gallica dictione *Bacheliers* deducunt per Ethymologiam quaſi *Bas Chevaliers*, hoc eſt pene
14. *Chevaliers*, Italice, *Quaſi Cavalieri inferiori* Bannaretis Equitibus: Quæ Ethymologia congruit ſolum idiomati Gallico: *d. Pater Honoratus pag.* 6. loco ſupra allegato: *Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 8.

Poſt Bacalaureos aderant Scutiferi, Ita-
15. lice *Scudieri*, qui tamen Nobiles erant, provehendi poſtmodum ad Gradus Superiores: imo Bellorum tempore fruebantur diſtincta Annona: *d. Juſtinianus d. pag.* 134.

Atque ita incipiendo à Gradu inferiori,
16. & progrediendo ad ſuperiores, Primo erat Scutifer; inde ſequebatur Bacalaureus; poſtmodum Equites Bannareti; ſucceſſive Barones; & tandem Comites: *d. Juſtinianus pag.* 136. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 3. *& ſeq.*

Quoties Scutiferi effecti fuerunt Ban-
17. nareti, uti Fœuda poſſidentes, cum extollendi Vexilli facultate, iſti Calcaria alba, non aurea gerebant ad diſcrimen Bannaretorum Equitum, qui deaurata Calcaria habent: *d. Morerius pag.* 347. *d. Pater Honoratus pag.* 8.

Fœuda Militum aderant, conſiſtentia in
18. quadam Terræ portione, juxta diverſitatem Fœudi, ob quam tenebantur Fœudatarii ſervire Regi in Bello, ut explicat *Sebaſtianus Pauli in Codice Diplomatico Militaris Ordinis Hieroſolymitani in Obſervat. ſuper Diplom. Obſer.*

Obſer. ad Diplom. 25. *in verbo Fœudum Militis pag.* 485. *juxta impreſſ. Lucenſem Mareſcaldolorum* 1733.

Et prætereà aderant Fœuda Scutiferorum, & Bacalaureorum Militum, qui ob deficientiam divitiarum aſcendere non poterant ad Ordinem Bannaretorum, & ſic habere non poterant tot Homines, nec jus extollendi Vexillum, ut proſequitur *d. Sebaſtianus Pauli pag.* 486. ubi ſubdit, quod
20. de hujuſmodi Fœudo *ex Juſtello in Hiſtoria Domus d' Avergne pag.* 168. inquit adeſſe Cartam in Monaſterio Calciacenſe, ſic loquentem -- *Dono etiam Bacalariam, quæ eſt in ipſa Villa cum Campis, & Vineis &c.*

In ipſis Vexillis diſcrimen etiam aderat,
21. quoniam Bannaretorum Vexillum quadratę formæ erat, & obtruncatum Enſe, vel Gladio manu Regis, vel Principis in actu creationis in Equitem, ut apud *d. Juſtinianum pag.* 132., *&* 136. *Patrem Bonannum n.* 12. *Collectorem Gallum d. Tom.* 3. *pag.* 3.

Barones autem Vexillum habent ſuper Haſtam duabus colligatum cordulis deorſum cadentibus, idemque Vexillum longis extendebatur fimbriis, & laciniis, & in culmine Haſtæ ubi ferro armatur, globulus elegans appoſitus erat, ſicuti narrat *d. Juſtinianus pag.* 136.

Diſcrimen quoque intercedit quoad Arma Familiarum in Vexillis apponenda: in Gallia ſiquidem, juxta conſuetudinem Pictavienſem, vulgo *Pou-*
22. *tiers cap.* 1. cavetur, quod Comites, Vicecomites, & Barones deferre poſſint in Bello annexa Inſignibus propria Familię ſuæ Stemmata, in figura quadrata, quod facere non poſſunt Caſtellani, qui illis uti debent in figura Scuti. At Equites Bannareti, ut ſupra qualificati, licet Comites non ſint, neque Barones, neque Caſtellani, ſed ſolummodo Fœudum ſine Dignitate habeant, uti poſſunt utroque modo, veluti habentes Jus, & facultatem à *Rege* extollendi Vexillum, ad tradita per *Juſtinianum pag.* 136. *cum ſeqq. Morerium d. pag.* 347. *Collectorem Gallum d. Tom.* 2. *pag.* 8.

Unde in Britannia plures Nobiles Stemmata deferunt in forma quadrata,
23. & ut vocant, *in Bandeira*, ad demonſtrandum, quod ipſi deſcendunt à Dominis, quibus ob divitias, & Vaſſallorum numerum, antiqui Britannię Duces facultatem fecerunt extollendi Vexillum: *d. Juſtinianus pag.* 136. *Morerius d. pag.* 347.

Præterea Equites Bannareti ſupra eo-
24. rum Stemma Coronam apponunt. Hæc autem formatur ex circulo aureo abſque encauſto, tribus ſolum Unionibus, exornato, vulgo *Perle*, dictiſque tribus unionibus aliæ tres ſuperimponuntur per girum, ad differentiam Coronæ Baronum, qui Circulum encauſto exornatum gerunt circumdatum Unionibus: *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Prima pag.* 137., *& ſeq.* Videantur, quæ diximus in *Diſcurſu*, ubi ſermo eſt de Stemmate Familiarum.

Cœterum Bannareti iiſdem gaudent Præ-
25. rogativis, quibus gaudent Barones: imo poſt primum prælium nuncupari poſſunt ex Juſtitia Barones, ut proſequitur allegatus *Juſtinianus pag.* 138.

Juxta Locorum Temporumque diverſi-
26. tatem, Jús extollendi Vexilla exercebatur à Bannaretis. Siquidem illa ſupra Bellica Tentoria in Vertice Turrium, & Portis Caſtrorum, & Arcium extollebant, & quidem verſatilia in girum erant eadem Vexilla, & ut Nos dicimus, *giranti*, Galli, *Giro-*

Girovettes; quemadmodum ſcribit *Juſtinianus d. pag.* 137. ubi cum *Claudio Fauchet de Origine Dignitatum Equitum, & Armorum* ſubiungit, quod mos prædictus Vexilli ut ſupra verſatilis, ac girantis diſtinctę Nobilitatis notam, & præeminentem gradum ex ipſo libero aere arguebat, & conferebat.

Figura vero Vexilli Equitum Bannaretorum, ut diximus quadratę for-
27. mæ, delineata videri poteſt apud *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordinum Equeſtr. n.* 12. *Abb. Juſtinianum d. pag.* 132. *Collectorem Gallum d. Tom.* 2. *Parte* 1. *Qui Bonannus, & Collector Gallus* etiam delineatam referunt figuram Equitis *Bannareti* Sago induti.

Sed magis authenticum, magiſque ſolidum in hac Forolivii Civitate, omnibuſque patens Bannaretici hujuſmodi Vexilli verſatilis habemus exemplum in ferreo illo Vexillo quadratæ formæ, ac verſatili cum Stem-
28. mate Familiæ noſtræ Torellæ, Tauro ſcilicet erecto, una cum ſuprapoſita extenſa Cruce, retroactis Seculis publice elato ſupra Pinnaculum Arcis, ad Portam Sancti Petri, quæ eſt una ex quatuor Portis Civitatis; de quo Vexillo loquitur *Marc. Antonius Paulutius Nobilis Patricius hujus Civitatis in eruditis ſuis Differt. Legal. Tom.* 1. *Diſſert.* 16. *n.* 22., & *Tom.* 2. *Differt.* 86. *Art.* 2. *n.* 46., & *Differt.* 110. *Art.* 3. *n.* 50.

Unde Monumentum hoc Majorum noſtrorum meritis comparatum, ut undequaque inconcuſſum maneret, cum nuper Nobilibus Viris, Magiſtratum Nonaginta Pacificorum nuncupatum conſtantibus, ad quem Magiſtratum Portæ Civitatis ſpectant, viſum fuerit clauſa Porta Civitatis
29. Sancti Petri nuncupata, veterem Arcem ei inhærentem in uſum Portæ Civitatis aptare, firmo in vertice ejuſdem Arcis manente eodem antiquo Vexillo ferreo formę quadratę verſatili, cum dicto Stem-
30. mate ferreo noſtræ Familiæ Torelli, fuit pro parte bo: me Comitis Titi Silvii Germani Fratris noſtri, una cum Bajulivo Sebaſtiano Nicolao Silvio ejuſdem filio bo: pariter memoriæ (ambo enim, Germanus Frater, & Nepos ab hac luce migrarunt, primo quidem Nepos in ipſo flore Juventæ die 24. Decembris 1742. Germanus vero frater die decima Maii 1743. ut diximus in primo noſtro Diſcurſu ſub n. 35.) expoſitum Nobilibus Viris tunc in dicto Magiſtratu Pacificorum ſedentibus, ne futuris temporibus ullum oriri poſſet æquivocum, quod fuerit mutatus locus antiquus dicti Stemmatis, iniungere dignarentur, ut de
31. dicta clauſura Portę veteris, & uſu novæ Portæ ſub d. veteri Arce, habente ſupra Pinnaculum elatum d. Vexillum ferreum quadratum habens Familiæ noſtræ Stemma, Deſcriptio formiter conficeretur, & Mappa ſervanda in Secreteria ejuſdem Magiſtratus ad perpetuam rei memoriam, prout confecta fuit, & copiam omnium Actorum in Calce præſentis *Diſcurſus* regiſtramus littera A., & B.

Bannareti Titulus, & Gradus erat perſonalis, veluti propriis in re martiali meritis acquiſitus, ſed ſucceſſive apud plures evaſit Hęreditarius
32. per tranſitum in illum, qui Fæudum Bannareti acquirebat, licet forte ad ætatem aptam Vexillo non perveniſſet, ac Jure habendi Vaſſallos ad Arma idoneos adhuc ætatem non haberet, ut proſequitur *d. Moreri-*

 us d.

us d. pag. 347. *Juſtinianus d. pag.* 137. ubi quod idcirco Feudum Bannareti Nobilitatem auget, & Dignitatem Equitis Bannareti tranſmittit
33. in Succeſſores Poſſeſſores Feudi: *Pater Honoratus d. pag.* 8. *d. Comes in Koden Sapieha pagina* 20. ubi loquitur de Gallia, & Flandria.

Ritus plures, & Cæremoniæ in creatione horum Equitum antiquis temporibus ſervabantur pro locorum, temporumque viciſſitudine: *Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 7. Variis quippe Regnis ſummopere floruit hic Equitum gradus. Celeberrimos antiquitus Equites Bannaretes in An-
34. glia fuiſſe liquet ex Scripturarum Monumentis: cum enim prius longe retroactis Seculis in Angliæ Regno ſolum adeſſent Equites Bacalavrei, introducti poſtmodum fuerunt altioris Ordinis Equites Bannareti, qui jure fruuntur erigendi Vexilla, & in illis propria apponendi Stemmata ad inſtar Baronum: qui Equites Bannareti ibidem creabantur
35. tempore Belli ſolummodo, & in ipſo Militari Campo, elatis Regiis Vexillis: creabantur autem per Regem, obtrucando Enſe, vel Gladio Vexillum, illudque ad formam quadratam reducendo. Sic ſcriptum re-
36. liquerunt *Olinſed in Angliæ Deſcriptione recollecta, & publicę luci data a Ioanne Hunker Anglo d. Abb. Juſtinian d. Parte Prima cap.* 12. *n.* 136., *& ſeq.*

Quod in Anglia, magna cum æſtimatione & gloria ſervetur Equitum
37. Bannaretorum Dignitas, inquit *d. Juſtinianus d. pag.* 137. ubi ſubdit, quod in aliquibus Angliæ partibus corrupto vocabulo, loco vo-
38. candi Bannaretes, appellantur *Baronetes*, quę tamen nuncupatio qualitatem exprimit Bannaretorum, quippe qui cum iiti ſint in gradu ſub Baronibus, atque ita quaſi Barones, nuncupantur à pluribus non immerito *Baroneti*, hoc eſt, quaſi Barones, ac parum à Baronibus diſtantes; cum ulterius Bannareti prærogativis Baronum gaudeant.

Quod autem de præſenti in Anglia Equites Bannareti obſoleverint, ſcrip.
39. um reliquit *Odoardus Camberlayne Anglus in Deſcriptione Angliæ impreſſa anno* 1680. quem refert *d. Juſtinianus pag.* 138.

Sed quod in Anglia ſub nomine *Baroneti* plurimi huc uſque inveniantur, quorum Vexilla decorantur Stematographis notis in quadrato Nummo expreſſis, quo Schemate demon-
40. ſtrant ſe à Bannaretis traxiſſe originem, totidem verbis ſcribit *d. Dominus Comes in Koden Sapieha d. pag.* 21.

Prędictus *Odoardus Camberlayne* Auctor Anglus idem ſcribit de Bacalaureis, quod ſcilicet & iiti obſoleverunt, quod eorum denominatio à
41. dictionibus *Bas Chevaliers*, ideſt Equites inferioris gradus: *Iuſtinianus d. pag.* 138. ſubdens, quod in horum Bacalaureorum creatione olim ſolemnitates adhibebantur, & quod dicebantur etiam Equites avreati, ob calcaria aurea, chirotecas armatas, Enſem, & Cingulum qui eis tradebatur. Sed cum hic honorificus gradus, qui antiquitus conferebatur ob bellicam ſtrenuita-
42. tem, de præſenti tribuatur Viris Togam ſequentibus, conſequenter in hac collatione ſimplex adhibetur Cæremonia; provoluto videlicet Supplicante ad Regis Pedes, hic leviter Equitem percutit dicens -- *Eſto Eques in Dei nomine*; ac ſubinde ſubiungit -- *Surge Eques: d. Juſtinianus pag.* 139.

Quoties

Quoties vero contingit, quod Eques Bannaretus, Bacalaureus, aut ſuperioris gradus ad mortem ſit dam-
43. nandus per manus Carnificis ſubeundam, prius expoliatur Cingulo, Enſe, Chirotecis & ſecuri Calcaria abſcinduntur revolutis ejuſdem Armis: dictus *Juſtinianus d. pag.* 139. *d. Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 8.

Verum quod etiam præſenti tempore
44. in Anglia vigeat uſus creandi Equites Bannaretes, fidem faciunt rerum publicarum Ephemerides, in quibus in Diariis Bernæ de Menſe Julii anni 1743. legitur, quod d. Menſe Julii Angliæ Rex ad gradum Equitis Bannareti promovit Ducem Cumberland, Ducem Marlorough, Comitem de Sair Dunmore Crawford, Rhotes Albermarle, & Locumtenentes Generales Honey Wood HauWely Copeligonier Camphell, & majorem Generalem Bland, & ut vocant *Brigadieri* Generali, Onslow Pultnei Huske, declaravitque, quod prænominati præcedere debent omnes alios Equites, comprehenſis etiam ipſis Baronetis, quodque eorum Stemmata ſubſtentacula habebunt.

Præ cæteris in Burgundiæ Ducatu præclari fuerunt Equites Bannareti, ad
45. quorum gradum pluribus præmiſſis Cæremoniis promovebantur Viri Nobilitate conſpicui: Rex ſiquidem Armorum, hoc eſt Præco Armorum, quem Nos Italici dicimus *Re d' Armi*, *Araldo*, præſentabat Principi Equitem, qui manu tenebat lanceam habentem in ſummitate Vexillum, in quo aderant Gentilitia Stemmata ejuſdem Equitis, qui Præco ſic Principem alloquebatur - *Potentiſſime ac Supreme mi Domine: Ecce humillimus Subditus tuus, & antiqua e Subdi-*
46. *tis tuis Bannaretorum ſtirpe oriundus, ſed ſtante Feudo, & Dominio Bannareti, intra manus Superioris ſui non poteſt, nec debet, abſque ipſius juſſu Vexillum erigere, licet ex tali Domo ſit oriundus, tamen antiquum Dominium poſſidet, cum Jure Feudi, & Juriſdictionis. Supplicat igitur, ut dignetur in conſiderationem præclaræ ſuæ Originis, & ſervitiorum Majorum ſuorum illum Ban-*
47. *naretum creare, licentiamque Vexillum erigendi concedere. Hac ſpe fretus ipſius Vexillum, & Stemma hic tibi præſento, viginti quinque etiam Satellitibus, ut moris eſt comitetur, ut mos erat antiquus.* Huic allocutioni reſpondebat Princeps: *Veniat: illum libenter faciam Bannaretum.* Tunc Armorum Rex Præco, ſcilicet *Araldo* italice, Enſem porrigebat Principi; Princeps vero non detracta ſibi ferrea Chirotecha, Lanceam dictum Vexillum appenſum habentem manu ſiniſtra tenens, fimbriam ejuſdem Vexilli manu dextera, Enſe, vel Gladio amputat, idemque Vexillum ad formam quadratam reducit. Poſtmodum dictus Præco Armorum Rex, idem Vexillum Equi-
48. ti Candidato his verbis, tradit - *Generoſe Eques, accipe Honorem, quem tibi hodie Dominus, & Princeps tuus concedit, & eſto in poſterum bonus Eques, Vexillo tuo ad Stirpis tuæ gloriam utendo*: ſic tradunt *d. Abb. Juſtinianus d. pag.* 135. *d. Comes in Koden Sapieha ubi ſupra*: *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 5.

Sub his Ritibus anno 1452. Philippus
49. cognomento *Bonus* Burgundiæ Dux Rupelmundæ Equitem Bannaretum creavit Ludovicum de Vico Villæ Dominum de Sajas, quemadmodum refert Oliverius de Marca in ſuis memoriis, quem ſequitur *d. Abb. Juſtinianus d. pag.* 135., & *Comes in*

Koden ubi ſupra: d. Collector Gallus Tom. 2. pag. 5.

Sic pariter Comes de Hainaut Equitem Bannaretum creavit Jacobum Dominum de Herchies, teſte *d. Oliveiro de Mareba, & Juſtiniano ubi ſupra*, ubi advertit, quod licet uterque in d. Caſu creatus fuerit Eques Bannaretus, hoc tamen intercellit diſcrimen, quod d. Comes extulit Vexil-
50. lum, ſed Jacobus ſub Vexillo d. Comitis, veluti ejus Supremi Dñi militavit. Hincque notandum, quod omnis Eques, licet non Supremus Dominus Diademate redimitus, Equites Bannaretos creare poterat ejus Vaſſallos, & proprio Vexillo ſubiectos, ſicut illi fas erat eos ad Bellum ducere.

Rurſus, alio quoque modo creaba-
51. tur Baro, aut Bannaretus; cum enim quis colligere poterat quinquaginta Armatos Homines ſub ſuo Vexillo, coram Rege, aut Comeſtabile ſolemni die genuflexus, offerens ejus Vexillum cum Armis Mareſchiali, extremam Vexilli partem recidebant, tuncque hic primo certamine Bannaretus efficiebatur, & in ſecundo certamine Baro, ſicuti tradunt *Philippus Morellus in Tabula Armorum Franciæ: Juſtinianus pag.* 135.

Tandem non omittimus hic tranſcribere quod de iſtis Equitibus Bannaretis refert ſuperius allegatus *Comes in Koden Sapieba*, cujus verba ſunt. *Sola Flandria umbratilia quædam eorum veſtigia retinere videtur à Burgundicis*
52. *Ducibus conſervata, quamquam veteri normę adeo difformia, ut jam nemini competat Jus colligendi Militares Copias, niſi dependenter à Regum Diplomatibus, quibus etiam multi Equites præmiari ſolent:* & ſequitur *d. Abb. Iuſtinianus pag.* 139. *Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 9.*

Poſſunt tamen dicti Equites Bannareti
53. eorum ornare Stemmata cum duobus Vexillis quadratis hinc atque diſpoſitis, cum iiſdem Inſignibus expreſſis in dictis Vexillis, & hoc majorem honorificentiam importat, quam illas geſtare in Scuto reſtrictas: *Juſtinianus pag. 139.* Vide *Diſcurs. in quo agimus de Inſignibus: d. Collector Gallus Tom. 2. pag. 9.*

Romę quoque creati fuerunt Bannare-
54. ti antiquitus: nam tempore Urbani IV. qui creatus fuit Summus Pontifex anno 1261. Romani creare cœperunt Senatorem exterum, nec non alium Magiſtratum ex omni Urbis Regione, quem nuncuparunt Bandereti, ampla pollentem poteſtate Vitæ, & Necis: Idemque ſervabatur tempore Gregorii XI. in Pontificem Summum creati anno 1370., ut refert *Bartholomęus Platina in Vitis dictorum Pontificum*. Ubi quod hoc nomen *Bandereti* promanaverat ab Alemanis, qui nominaverant Bandeiras Vexilla illa, quę in Bello deferebant, & ſic quælibet Decuria, quæ hodie etiam dicitur *Capo di Regione*, diſtinguebatur ſua Banderia, & ſigno.

Cœterum hodiernis temporibus dicti
55. Banderei in Urbe Roma vocantur Capita Regionum, italice Caporioni: Unde poſſeſſionem Magiſtratus Conſervatores Urbis capiunt in Aulà magna Capitolii, & quidem à Senatore, à quo illis in ſignum præeminentiæ, & poteſtatis datur baculus, & eundem baculum Senator dat etiam Priori Capitum Regionis Urbis, & eadem die, qua Conſervatores Officii poſſeſſionem capiunt, illum nanciſcuntur etiam Capita Regionum Urbis, quæ ſunt quatuordecim, & pro qualibet Regione fit à Papa unus Civis Romanus, qui ſolet eſſe Nobilis, & cuilibet Capiti Regionis in ſignum

ſui

ſui honoris datur Vexillum cum Inſigniis propriæ Regionis, ad tradita per *Conſtantinum ad Statutum Urbis Annot.* 32. *la* 2. *n.* 26., *& ſeqq.* Et per exercitium muneris Capitis Regionis, quod proprie Militare non eſt, nec Criminale, non amitti penſiones Eccleſiaſticas, dixit Rota in Romana Penſionis 14. Aprilis 1679. §. Itaque cor. clar. memor. Card. Taja.

Florentiæ Civitas antiquitus Equites
56. Bannaretes habuit, ut videre eſt apud *Jo. Villani* 9. 333. 1., relatum in Vocabul. Accademiæ Florentinæ della Cruſca in Syllaba *Ba* verbo *Bandera*.

Vetuſtiſſimos quoque Bannaretes ſuos tenuit Gallia; conſtat enim, quod
57. uſque de tempore, quo in Gallia regnabat Carolus VI. fuerunt ab iſto Rege in Civitate Burgen. commorante, pluſquam Quingenti Viri, Divites, & Potentes creati Equites Bannareti, mediante conceſſione Juris extollendi Vexillum, de quibus Bannaretis Equitibus à Carolo VI. creatis agit *Antonius Fontanon in Edictis Franciæ Regis in quatuor Voluminibus recollectis Tom.* 2. *pag.* 1620. *Joannes Froiſſard in Annalibus Franciæ*, quos ſequitur *d. Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 12. *pagina* 136. *& ſeq. d. Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 8. *&* 9. *d. Fontana d. pag.* 306.

Ex quibus inſubſiſtens detegitur aſſertio *Ioannis de Tilet* in ſuo Opere *Recueil des Rois de France* tribuentis Originem Equitum Bannaretorum in Gallia tempore Regis Caroli VII. Filii dicti Regis Caroli VI. dum ex prædictis conſtat, tempore Caroli VI. fuiſſe creatos plures Equites Banna-
58. retes, & præciſe habetur, quod de anno 1289. occaſione præſtationis Juramenti Fœudalis, fuiſſe expreſſum illud præſtari ſub fide Equitis Bannareti, ut tradit *Andreas Favinus in Theſauro Honoris*: *d. Juſtinianus pag.* 136., *&* 137. Solumque conciliari poteſt prædicta Opinio, ſi dicatur tempore Caroli VII. innovatam fuiſſe inſtitutionem Equitum Bannaretorum, jam alias præcedenter etiam tempore ſui Patris Caroli VI. vigentem, ut ſic ra-
59. tiocinantur antedicti *Abbas Juſtinianus*, *& Collector Gallus*, *ubi ſupra*.

In Gallia dum præſtabatur Juramentum Fœudale, illud exprimebatur ſub Juramento, & Fide fidelis Equitis Ban-
60. nareti, teſte *Andrea Favino in Theatro Honoris*: *Abb. Juſtiniano pag.* 137. ubi notant, quod anno 1289. Ugo Comes Sancti Pauli, Guido, & Jacobus ejus Fratres ſic Juramentum præſtiterunt Regi Carolo cognomento Pulchro.

In Gallia olim, & in Flandria nemo poterat Bannareti intitulatione honorari, niſi prius eſſet Eques. Qui vere ea decorabantur, ad minimum viginti quinque Nobilium Satellitum aſſiſtentiam circumducere tenebantur, ut totidem verbis inquit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 20. in ſuo Diſcurſu Præliminari.

De præſenti tamen in Gallia Bannaretorum Gradus primævo ſuo ſplendo-
61. re valde diminutus eſt, atque ſublata honorificentia, eo quia plures Fæudum in Baroniam acquirentes, honorem Bannareti neglexerunt: unde contra pecuniæ cupiditatem, veluti cauſam hujus damni invehunt Philippus Morellus in Tabula Armorum Franciæ, & Carolus Loyteu de Officiis, & Dignitatibus, teſte *Juſtiniano pag.* 138. qui ſubdit in Gallia
62. proinde per jocum vocari .. *Cavalieri del Capello quadrato*: *d. Collector*

lector Gallus Tom. 2. *pag.* 9.

Circa antiquitatem Equitum Bannaretorum in Britannia, antiquiſſima ſunt Carmina Gallica quatuor centum ab hinc annis compoſita, & ſunt ut ſequitur impreſſ. apud *Collector. Gallum d. Tom.* 2. *pag.* 10. & reperiuntur penes *d. Patrem Honoratum à Sancta Maria lib.* 1. *Diſſert.* 1. *Art.* 2. *pag.* 9.

Banaret eſt moul gratia honor
Tant à Roi, Prince, que Signor
Et la fondation premiere
Vient d' Alexandre, & ſa Bandiere
Quand la Perſe alloit conquerant
Et tante l' Aſie querant:
L' Ordre des Bannerets eſt plus, que Chevalier:
Comme apres Chevalier accor fuit Bachelier;
Puis apres Bachelier Ecuyer, de maniere.
Qu apre le Duc ou eſt toujours la Banniere.

Motivum tamen potiſſimum depreſſionis Nobilis hujus Militiæ in Gallia,
63. fuere inteſtina Bella, quæ excitabantur à Bannaretis, jus colligendi ſub eorum Vexillis Militum Copias habentibus: ut enim hæc de medio tolerentur, Rex Franciæ ſuſtulit Bannaretis, & Baronibus dictum Jus colligendi Milites, ut notat *Juſtinianus pag.* 138.

Conſtat quod in Hiſpanias, circa octavum Eccleſiæ Seculum, regnantibus in Hiſpania Adoloinda Alphonſi I. Regis Catholici filia, ac Silo ejus Marito, qui obiit anno 783. Nobiliſſimus hujuſmodi Equeſtris Gradus, mediante Jure extollendi Vexillum, Militeſque legendi in Regis ſervitium, conferebatur Hiſpanis Proceribus Nobilitate Clariſſimis, qui nunc ſunt, & vocantur *Grandi di Spagna*, & tunc temporis nuncupari cæperunt
64. *Ricos Hombres*, quemadmodum referunt Hiſtoriæ, Regiique Annales, & Genealogicæ Tabulæ *Regalis* Domus exponunt, quarum verba Hiſpano idiomate, ſunt ſequentia. *Tuuo principio erieſſe tiempo la Dignidad de Ricos-Hombres lo miſmo, que aora Grandes de Eſpaña, cuias Inſignias eran un Pendon y Caldera dadas por el Rey, ſignificando con la primera tener facultad de lebantar gente, para la querra la ſegunda ſer poderoſos à ſuſtentarla Que durò eſpacio de* 736. *años haſta los Reyes Catolicos D. Fernando V. y D. Iſabel* - & tranſcripta habentur apud *d. Abb. Juſtinianum*, & *Collectorem Gallum ſupertus allegatos*, & latine leguntur penes *Comitem in Koden Sapieha ubi ſupra*.

Ample quidem retroactis ſeculis hi *Ricos Hombres*, Hiſpaniarum videlicet Proceres auctoritate pollebant; nam ob jus ſibi datum Vexilla extollendi cum ipſi Militares Copias in eorum Bannatibus, Ditionibus ſcilicet colligerent, & alerent, Militares expedi-
65. tiones, ac Exercitus Rex ipſe ſine eorundem Procerum placito minime faciebat, qui idcirco in Hiſpaniarum Regnis *Ricos Hombres* Reguli dici poterant, in qua exercenda auctoritate, ſpatio annorum 736. continvarunt, quemadmodum narrando proſequuntur mox allegati Scriptores *Juſtinianus: Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 3., & 4., & *Comes in Koden Sapieha ubi ſupra*.

Apud Arragonenſes in Regno Arragoniæ, omnes qui nati ſunt Equeſtri Origine, ſeu Proſapia appellantur *Infantes*.

Rurſus cum omnes Filii ad Arma gerenda deſtinentur, idcirco vocantur *Milites*, & Patrio vocabulo *Ricos Hombres*.

Milites autem, aliqui dicebantur *Meſnadarii*,

nadarii, aliqui pure & ſimpliciter Milites, eo quia ortum ex Militibus trahant: Hos vocare ſolent *Cavaleros*, Infantes vero *Higos d' Algo*.

Cæterum, ut diximus, ſummam habuerunt auctoritatem *Riccos Hombres*; ſiquidem illis, velut ipſis Principibus præferebantur Inſignia Dignitatis, eorum tamen Filii vocabantur *Infantiones*, nec prius Equites cenſebantur, quam à Rege Equeſtrem prerogativam cum ſolitis Cæremoniis accepiſſent, ut totidem verbis explicat *d. Comes in Koden Sapieha in d. ſuo Tractatu Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Diſcurſu Præliminari de Equitibus ſub pag.* 15.

In propoſito hìc ſubdimus, quod ſcribit *Ludovicus Moreri in ſuo Magno Dictionario Gallice ſcripto ſub verbo Eſpagne* §. *Dela Nobleſſe d' Eſpagna*. Inquit autem, quod Gentiles Homines Hiſpaniarum non morantur in agris, ut in Gallia, & Germania, quia in Hiſpania non adſunt Villæ aut Terræ, ſed ſolum Civitates, quoties mixti ſunt cum cœteris inferioribus Civibus, abſque ullo Dominio, aut Juriſdictione, ſive alia prærogativa, exceptis Gentilibus Hominibus Aragoniæ: Ob id ſimplex Nobilitas Hiſpana non conſideratur, & non agnoſcuntur in Nobiles, niſi ſolum illi, qui ſunt Equites Ordinum Militarium, aut gaudent Titulo Equitis, Marchionis, aut Ducis. Illi qui dictis Titulis inſigniti ſunt alias vocabantur *Riccos Homes*, & *Tiusfados*, & hæc ſunt verba Gotica, quoniam verbum *Ric*, & *Tuff* Germanico idiomate ſignificat Potentem, & Divitem, unde plura nomina Principum Gotorum, & Francorum, qui componuntur ex Dictionibus *Ric* veluti Alaricus, & Theodoricus &c. ex divitiis, & potentia derivarunt. Major Hiſpanorum pars putat, quod poſtremis temporibus Magnates, vulgo *Grandi*, iidem ſint, ac antiquitus erant *Os Riccos Homes*: & revera certum eſt, quod antiqui Reges concedebant Privilegium, ut dicebant, di *Ricohombria*, ut illud, di *Grandezza*.

Latius de prærogativis hujuſmodi Divitum, & Nobilium Virorum, quos *Riccos Hombres* Hiſpani nuncupant, actum in *Diſcurſu Equitum Bindæ*, *ſeu Bandi*, *n.* 23., *ad* 30. ad quem Lectorem noſtrum remittimus, repetimuſque, quod hi *Riccos Hombres*, ad Nobilem Equeſtrem Ordinem *Bindæ* eligebantur.

Rurſus in Regno Caſtellæ à Joanne I.
66. introducti fuerunt Equites Bannareti ſub anno 1379. licet ſub Titulo *Ordinis Rationis*, Hiſpanice, *Dela Razon*: Sicque videatur *d. Pater Fontana Tom.* 8. *pag.* 306. noſter *Diſcurſus de Origine Rationis &c.* Quod in Provincia, ut dicitur *Andalucia* ſcribit *d. P. Fontana pag.* 306.

In Poloniæ Regno, quamvis ſine ex-
67. preſſo nomine Bannaretorum, ſed quoad ſubſtantiam munuſque, vigere Bannaretos Equites in univerſa Nobilitate, ac Proceribus poteſtatem habentibus Vexilla erigendi, & Copias colligendi pro Republica, late probat ſæpe laudatus *Comes in Koden Sapieha in d. ſuo Diſcurſu Præliminari de Equitibus pag.* 22., ubi ſic habet -- *Audacter dixerim citra ullius jactantiæ cenſuram, relegato nomine, reale Bannaretorum Munus, vigere in Polonia. Hic videlicet Equeſtris Ordo, id eſt univerſa Nobilitas, multo magis Proceres, juxta antiquiſſima Privilegia præviis literis Regiis, habent poteſtatem erigendi*

di Vexilla in obſequium Reipublicæ. E ſola Srzeniavitarum Familia in pugna Grunevaldenſi ſub Iagiellonide Rege, vexillatas cohortes de integro ſtetiſſe legimus. Occurrent facile Chronica noſtra luſtraturis Wiſgniowiecciana Oſtrogia, Potocciana Chodkiewicciana, Sapiehana &c. Proſapia, quæ numeroſas legiones, validiſſimaſque Copias contra Crucigeros, Moſchos, Suecos, Tartaros, Turcas, Coſacos pro tuitione communis Patriæ Martialibus Campis intulerunt. Vetuſtiſſima demum Ducum; atque Regum noſtrorum Privilegia, Edicta deliberativa Oracula remonſtrant poſteritati varios Nobilitatis titulos
68. *paſſim expreſſos hoc ſtilo Curiæ: Ex Concilio Prælatorum, Procerum, & Baronum Regni noſtri &c. Quo aperte denotantur Epiſcopi, Senatores, ac ſub denominatione Baronum, diverſi Ordinis Equeſtris Dignitarii. Invenientur in Archiviorum Monumentis plures Genealogicæ Domus, ultra Principum, Ducum, Comitum, magna nomina etiam antonomaſtice Magnorum Comitum Titulis eminentes, qualis inter cæteras fuit Tęczyntà* Quiſnamne dubitabit? *omnibus iſtis Jus plenum communicativum fuiſſe, colligendi ſub ſigna Phalanges, condendi Propugnacula, ſtipandi latus, frequentiſſimo Aulicorum, & Satellitum comitatu, quod ad præſentia uſque tempora practicatur, cum tamen plebejorum nulli tantæ poteſtatis concedatur participatio &c.*

Cum itaque ex hactenus recenſitis conſtet, hunc Cœtum Equitum Ban-
69. naretorum non fuiſſe limitatum ad unum Regnum, ſed per tot Regna viguiſſe, unoquoque Regno ſuas leges habente, & unuſquiſque Rex, vel Princeps hos Equites creaverit, de plano ſequitur, non poſſe formari ſeriem Magnorum Magiſtrorum, ſed jus hoc Equites creandi, ſervari à quolibet ſupremo Principe, quemadmodum advertit ſæpe laudatus *Abb. Juſtinianus pag.* 140.

Et ob eandem rationem, cum nullus
70. peculiaris horum Bannaretorum Equitum Habitus ſtatutus ſit, ſed juxta Regionum mores armentur, repetere ſufficiat, quod figura Equitis Bannareti ſago induti, ac Haſtam cum Vexillo manibus tenentis habetur apud *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordinum Equeſt. n.* 12., *& Collectorem Gallum Tom.* 2. *pag.* 1.

Congregazione del Sagro Numero degli Illuſtriſſimi Signori Novanta Paceſici della Città di Forlì, convocata dall' Illuſtriſſimo Magiſtrato di detto Sagro Numero li 22. *Giugno* 1741. *nella quale fu fatta dall' Illuſtriſſimo Sig. Priore del medeſimo Numero la ſeguente Propoſta; da cui ne riſultarono li ſeguenti Partiti.*

PROPOSTA

„ Sentiranno un Memoriale fatto preſentare al Noſtro Magiſtrato dalli Signori Conti Torelli, e riſolveranno.

Il tenore del Memoriale è il ſeguente.

Di fuori

Agli Illuſtriſſimi Signori del Magiſtrato de' Novanta Paceſici della Città di Forlì, per Tito Silvio Conte Torelli e Balì Baſtiano Nicola Silvio dilui Figlio.

Dentro

Illuſtriſſimi Signori.

„ Tito Silvio de' Conti Torelli, ed
„ il Balì Baſtiano Nicola Silvio
A „ dilui Figliuolo oſſequioſamente ram-

„ mentano alle Signorie VV. Illu„ ſtriſſime annoverarſi tra i pregj di „ antichiſſima Nobiltà del loro Caſato quello, di tenere da immemorabile tempo, ſino al preſente l' „ Arme Torelli, che vale a dire un „ Toro rampante, con Croce bislunga al diſſopra, inalberata in „ Bandiera di Ferro, in ſul colmo „ dell' antica Rocca di Porta S. Pietro „ alla viſta di tutti; e di tal pregio „ con parole non diſſimiglianti eſſerne fatta onorevole menzione dalla „ celebre mem. del Nobil Uomo il „ Sig. Marcantonio Paulucci nella „ ſua Diſſert. 16. al num. 21. Diſſert. 86. art. 2. num. 46., e Diſſert. 110. artic. 3. num. 50. Ma „ perchè a' dì noſtri tranquilli e „ pacifici, mirando all' abbellimento „ della Città, ed alla maggior vaghezza del Borgo S. Pietro, ſi è „ giudicato per ben fatto l' aprire il „ Muro di eſſa Rocca dalla banda „ del mezzo dì, e l' altro dalla banda del Settentrione, e renderla ad „ uſo, e figura di Porta, con disfare „ il maſſiccio Baſtione quadrato, che „ ſtavale all' accenato fianco, riſguardante verſo Settentrione, e chiudere la Porta antica contigua dal „ lato di Ponente, talmentecchè ora „ trovaſi cangiata la faccia, e diverſo lo ſtato delle coſe; onde nelle „ ſucceſſive Età, e venture generazioni, non combinando l' antico col „ moderno, ſi potrebbe forſi recare „ in dubbio, o potrebbe almeno rimanere di oſcuro intendimento la „ diſſopra apportata oſſervazione fatta dal Paulucci: Quindi è, che „ per coteſto unico motivo di gelosamente mantenere nella ſua chiarezza qualunque luſtro della Nobiltà della loro Famiglia, ſi avanzano detto Padre, e Figliuolo a „ pregare le Signorie VV. Illuſtriſſime, acciocchè vogliano compiacerſi di far regiſtrare nella Segretaria, e sù Libri loro, non ſolo il preſente Memoriale, ma altresì una preciſa Deſcrizione dello „ Stato antico, e moderno della mentovata Rocca, e Porta, e di tutto „ ciò benignamente compartirne autentico documento, con ingiungere „ al loro Segretario, che ne dia „ Tranſunto in forma: Che della „ Grazia ec.

„ Sopra la quale Propoſta furono fatti li ſeguenti Partiti.

Primo

„ A chi piace delle Signorie VV. Illuſtriſſime, che li Signori Conti Torelli reſtino ſerviti di quanto chiedono nel loro Memoriale, dia la „ fava bianca, chi nò, la dia nera.

Ottenne bianche tutte.

Secondo

„ A chi piace ec. che il Sig. Avvocato Albicini favoriſchi diſtendere la „ Deſcrizione richieſta, da eſibirſi „ dal medeſimo all' Illuſtriſſimo Magiſtrato dia ec.

Ottenne bianche tutte.

Terzo

„ A chi ec. che il Segretario dia alli „ Signori Conti Torelli copia autentica di tutto il richieſto, fatta che „ averà il Sig. Avvocato Albicini la „ Deſcrizione ordinata, con la Riſoluzione antecedente.

Ottenne bianche tutte.

„ Suſſeguentemente il Sig. Avvocato „ Albicini preſentò la Deſcrizione „ da eſſo formata, unitamente con „ le quattro Mappe, o Figure, delineate da Periti, la prima delle „ quali ſegnata con Lettera

Deſcrizione dell' antica figura della Rocchetta alla Porta S. Pietro di Forlì, cangiata in parte l' Anno 1741. dal Magiſtrato de' Novanta Paceſici del Bimeſtre Maggio, e Giugno, riducendo tal Rocchetta ad uſo e figura di Porta.

„ LA Rocchetta della Porta S. Pie-
„ tro, ſu la cui cima, ſopra picco-
B. „ lo Pilaſtro, da tempi immemora-
„ bili dura per anche al dì d' oggi
„ inalberato, e girante Veſſillo di
„ ferro bislungo, e trinciato coll'
„ Arme intagliatavi della Famiglia
„ Torelli, cioè un Toro Rampante,
„ con Croce diſteſa per tutta la par,
„ te ſuperiore dello Scudo, a ſomi-
„ niſtrare antico documento della
„ Nobiltà Generoſa di tal Famiglia,
„ giuſta la relazione, che fanne il
„ *Paulucci nella Diſſer. 16. num. 21.*
„ *Diſsert. 86. art. 2. num. 46. Diſ-*
„ *ſert. 110. art. 3. num. 50.*, e dopo
„ lui il *Cav Giorgio Viviano Mar-*
„ *cheſi nella Galleria dell' Onore*
„ *Parte Prima car. 586.* Ella è un
„ Edificio di ſodo, e groſſo mura-
„ mento, ad uſo di Fortificazione,
„ interſecante le Mura della Città,
„ di rimpetto al Borgo S. Pietro, ivi
„ eretto a foggia di una gran Torre
„ capituta, la quale con una delle
„ ſue faccie, che poſa dentro la
„ Città, guarda la Montagna; coll'
„ altra, che giace al difuori mira
„ Ravenna, e dall' uno de' fianchi
„ ſtà volta verſo Faenza, dall' altro
„ verſo Ceſena. Delle faccie, quel-
„ la che ſtà fuor di Città, viene
„ coperta, e difeſa ſino a metà da
„ maſſiccio Baſtione quadrato; quel-
„ la dentro Città è libera, ed aper-
„ ta: de' fianchi poi, ciaſcuno tiene
„ a mezz' aria, o ſia al primo piano
„ una feneſtra con ſua gabbionata di
„ ferro; e tanto ne' fianchi, quanto
„ nelle faccie ſi vedono le Canno-
„ niere raſente le foſſe, e quaſi il
„ piano del Borgo. Nelle parti ſu,
„ periori, per ogni verſo ſi ſcorgo-
„ no baleſtriere, o feritoje, e can-
„ noniere altresì, e nell' ultime eſtre,
„ mità, che ſporgon fuori del vivo,
„ a guadagnar ſito pel corridojo, o
„ ſia cammin coperto, ſorge un'
„ altro muro, ſoſtenuto da barbaca-
„ ni, ed arconcelli, con forami
„ nel colmo loro, detti Troniere, e
„ ſopra queſt' altro Muro, di tratto
„ in tratto aperto, ed inarcato, po-
„ ſa il coperto, alla cui vetta ſtà e-
„ retto in alta di ferro il ſuddetto
„ Veſſillo, pure di ferro, inalbera,
„ to, e girante, con l' Arme inta-
„ gliatavi, come ſi è detto della No-
„ bile Famiglia de' Signori Torelli.
„ Codeſte ſono le parti eſterne del-
„ la ſopra mentovata Rocchetta. Le
„ interne, un muro per traverſo,
„ andante da imo a ſommo, le di-
„ vide in due quadri: Nel quadro a
„ pian terreno, verſo il Borgo, dal
„ canto di Ceſena v' à un commodo
„ Pozzo, contiguo al Muro; dal
„ canto di Ravenna, e contiguo all'
„ altro Quadro v' à una Scaletta di
„ Mattoni, per cui ſi monta al pri-
„ mo piano in volta; dal canto di
„ Faenza v' à il ſuo Uſciolo dell' al-
„ tezza d' Uomo, coperto al difuo-
„ ri di lamine di ferro, confitte con
„ chiodi, e dal canto verſo la Mon-
„ tagna, la figura di una Porta mu,
„ rata, e nel Muramento laſciato
„ un picciol Uſcio, e di quà, e di
„ là della Porta, l' apertura per una
„ Cannoniera. Nell' altro quadro
„ poſcia, ſimilmente a pian terreno,
„ e fatto in volta, dalla parte che
„ fuor delle Mura riguarda Raven-
„ na, appajono le veſtigia della Por-

ta eſte-

„ ta eſteriore d' arco acuto alla Gotica, e munita col ſopradetto maſſiccio Baſtione quadrato; al cui diſcoperto quindi poggiaſi per alquanti gradini, cuſtoditi al primo introito con porticella ferrata, ed appajono altresì le Cannoniere nell' uno, e l' altro lato. Salito che ſiaſi al ſecondo piano, coperto anch' egli di volta, nel primo quadro dentro Città, ſi vedono dalla banda della Montagna due Cannoniere aperte, ſopra l' Arco della Porta murata, dalla banda di Ceſena, una feneſtra, aſſicurata con gabbia di ferro; da quella di Faenza una Scaletta di mattoni per cui ſi monta all' ultimo piano, ed inſieme al Corridojo, ſopra la Porta, e dall' altra banda, attacco all' altro quadro, una porta di comunicazione con eſſo, ed un Camino; indi nell' altro quadro in faccia a chi entra una Cannoniera, e sì a mano deſtra, che a ſiniſtra, una feneſtra con gabbia di ferro, parapetto e ſedili a' fianchi. Finalmente nell' ultimo piano, i due quadri, che formano due ſtanze, vengono circondati da camin coperto, o Corridojo, al quale vaſſi per quattro varchi, ſalendo un gradino; ed in queſto Corridojo da quattro aperture ſemicircolari, ſcuopreſi il di dentro della Città, da cinque il di fuori, e da ſette il lungo delle Foſſe, e de Terragni. Ma alla così deſcritta Rocchetta vanno, come anneſſi, e conneſſi, e membra ſue aggiunte altre coſe, che ella tiene a' fianchi, e vale a dire, da uno di dentro, ch' è il diritto, veggonſi per anche uſcir dalle contigue Mura della Città due Pilaſtrate a ſcarpa, avvanzi di qualche altra opera di fortificazione, in mezzo alle quali ſotterra paſſa un' acquedotto; e dall' altro, ch' è il ſiniſtro, ſtà ſopra un' Arco, formato un andito, per cui vaſſi dalla Rocchetta al Corridojo. Queſti poſa ſopra il muro, aperto ad uſo di pubblica Porta, e ſopravanzalo dentro, e fuori, ſoſtenuto da arconcelli poſanti ſopra barbacani: al di dentro ha ſei aperture ſemicircolari, e al di fuori una ſola; ſotto la quale in un nicchio biſquadro ſtà l' Imagine della B. V., e più ſotto ſtà la pubblica Porta; di quà, e di là del ſuddetto Nicchio due gran tagli, forſe ad uſo di Ponte Levatojo; indi due Nicchie, in una delle quali è l' Imagine di S. Pietro, e nell' altra quella di S. Paolo: Ma perchè nell' atto dell' eſperienza ſi è conoſciuto eſſere di malagevole riuſcita il fare con parole l' intrapreſa deſcrizione, per ajuto ſi è ricorſo ancora a farla col diſſegno. Se con tutto queſto non ſi è per anche fatto a ſufficienza, ſuppliſca la buona volontà di chi ha ubbidito, e la maggiore abilità d' altri, che poſſa dar mano adiutrice.

„ Quì poi ſi eſibiſce delineata la figura della medeſima antica Rocchetta, sì nel proſpetto dentro, come pure in quello fuori della Città, ſecondo l' antico ſtato, e parimenti la figura del proſpetto fuori, e dentro della Città nello ſtato preſente di eſſa Rocchetta, ridotta ad uſo di Porta.

„ Il Memoriale, colla propoſta, e Riſoluzione ſcritti ne' Fogli ſegnati *A.* la Relazione eſpoſta nel Foglio ſegnato *B.*, ed i Proſpetti, o Figure della Rocchetta di Porta San Pietro delineati nel Foglio *C.* giuſta lo ſtato antico, e nel Foglio

„ *D.* giuſta il moderno, concordano
„ eſattamente col Memoriale, Propo-
„ ſta, e Riſoluzione, colla Relazione,
„ e co'Proſpetti, o Figure, tutti, e
„ ſingoli quanti ſono, poſti, e riſ-
„ pettivamente alligati in originale
„ nel Libro della Congregazione ſo-
„ pra ciò del Sagro Numero degli
„ Illuſtriſſimi Signori Novanta Paci-
„ fici della Città di Forlì, per ma-
„ no di me Segretario infraſcritto.
„ In Fede di che ec. dalla Segreta-
„ ria queſto dì 2. Ottobre 1741.

Pavolo Numai Segretario del Sagro Numero ec.

DISCURSUS XLII.

A BELLIDIBUS

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

QUis fuerit Ordinis hujus fundator, quo tempore, qua de cauſa, quibuſque Inſignibus conſtructus, ut dilucide exponamus, operæ pretium eſt Hiſtoricas narrationes ab ovo, ut dicitur, repetere. Accidit anno 1356. in Pictavienſi Campo, Anglos inter, & Gallos acerrimum certamen illud, quo fervente videns Joannes Franciæ Rex ſui, & filiorum vitæ diſcrimen, eiſdem Filiis, ut fuga ſe ſervarent, paterno amore ſuaſit; cujus tres Filii paruere monitis: at quartus filius omnium minimus, nomine Philippus, à Patre diſcedere minime voluit, ſed conſtanti animo, licet pene puer ſtrenuiſſime ad Patris defenſam occurrit, Patris capturæ ſe oppoſuit, ſed illam impedire non potuit. Captus ergo fuit Rex Joannes, qui dicto Philippo filio ſuo juſſit, ut Arma poneret, cui tamen idem Philippus non acquievit, quamvis vulneratus exiſteret. Imperterritum Adoleſcentis Cor non immerito mirabantur Angli, unuſquiſque ex illis vocem extollens à *Dedi te inquit Philippe Audax*: hinc *Philippi Audacis* cognomentum emerſit. Captus proinde, & ipſe Philippus ab Anglis una cum Patre Rege Joanne, uterque Londinum delatus fuit. Joannes Rex in Londini carcere adhuc commorans, cum dicto Filio Philippo Audace, Burgundiæ Ducatum eidem Filio Philippo pugnæ, itineris, carceriſque Comiti promiſit, & a Carcere liberatus, in navatæ operæ, ac maximę virtutis præmium, die ſexta Septembris anno 1363. dictum Burgundiæ Ducatum conceſſit, & donavit, ut tradunt *Papyrius Maſſonus Annal. Lib.* 4. *Olivarius Marcanus Introduct. cap.* 3. *pag.* 31., *& ſeq. Pontus Ileuterus Rex Burgund. lib.* 2. Quos refert etiam *Joannes Gaſpar de Pogrell. Eques Sileſius* in ſua Diſſertatione Juris publici, cui Titulus -- *Vindiciæ Auſtriacæ pro Aurei velleris Ordine, quas Diſſertationes Juris publici, indulgente Illuſtri Jure conſultorum Collegio in Fridericana Præſide D. Joanne Daniel Gruberto Jurium in Accademia Gieſſenſi Profeſſ. Ordin. Deſignato AD. XX. Maii anno* 1724. H. L. Q. C. publice proponit *Auctor, & Reſpondens Joannes Gaſpar de Progrell. Eques Sileſius Halæ Magdeburgicæ Ærę Joannis Grunerti Accadem. Typog. pag.* 8. *cum ſeq.*, quam Diſſertationem una cum pluribus aliis ſuper hac Equeſtri Re, Nobis dono dedit Vir Nobilis, & Patricius Dominus Comes Franciſcus Piazza, de quo non immerito pluries mentionem habebimus.

Cum

Cum autem Philippus Audax Burgundiæ Dux amore flagraret Nuptias contrahendi cum Margharita Malani Flandriæ Comitis Filia, & Hærede (prout anno 1369. tandem Matrimonium contraxit, quo Matrimonio Ditionem ſuam ampliſſimis Flandriæ, Arteſiæ, Mechiliniæ, Antuerpiæ, Niverni Regiſteri Ditionibus feliciter auxit, atque ita Burgundiæ Comitatum cum Ducatu coniungens, Burgundiæ nomen ad inferioris Germaniæ Provincias extendit) volens idem Philippus, in quem ob pinguiſſimum prælaudatæ Margharitæ Patrimonium veniebant, ut dicitur, à *Dote Sagittæ*, animi ſui votum, ad nuptias antedictas, nobili invento publice patefacere, novum Militarem Ordinem inſtituit, in cujus Teſſeram, ſeu Inſigne, ſtatuit Torquem ex Bellidibus auro gemmatis compoſitum, cum lemmate gallico Idiomate, quod latine ſonat *Longa mihi mora eſt*: in ſcuti autem vertice litteræ aderant *P.*, *&* *M.* De qua Militaris Ordinis inſtitutione agunt *Joannes Jacobus Chifletius in Lilio Francico veritate illuſtrato cap.* 11. *pag.* 77. *d. Joannes Gaſpar de Pogrell. in præallegata Diſſertatione Juris publici Sect.* 1. §. 4. *pag.* 15.

Expreſſit ſane Philippus dicto Torque ex Bellidibus auro gemmatis formato, ſe loqui de prælaudata Principe Margharita; latinum namque Vocabulum *Bellus*, *Bellis* idem eſt, ac Margarita, ſeu Margaritum, eſtque Gemma ex vitrea ſpecie magnitudine Nucis Juglandis: *Calepinus* in verbo *Bellus*, vel Flos ille, quem Italice dicimus *Margaritino*, de quo *Vocabularium della Cruſca* in Verbo *Margarita*, *Margaritino*, ſive Flos, aut Muliebre ornamentum ex variis gemmis conflatum, nuncupatum ſimiliter *Margaritino: d. Vocabularium della Cruſca ubi ſupra*.

Tandem liquet in dictis duabus initialibus literis *P.*, *&* *M.* in ſcuti vertice appoſitis, voluiſſe Philippum, ſuum & Margharitæ nomen indicare, ſive enim latine ſcribatur, dicitur *Philippus*, *Margharita*, ſive gallice ſcribenda ſint eadem nomina, dicitur *Philippe*, *Margarit*.

Sic in recenſito Lemmate latine *Longa mihi mora eſt*, non obſcure exponitur votum Philippi Audacis contrahendi Nuptias cum d. Principe Margharita, ut traditur in *d. Diſſertatione Juris publici d. Sect.* §. 4., *pag.* 15.

DISCURSUS XLIII.

SANCTI BERNARDI

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Inter Equeſtres Militias enumerant Scriptores etiam illam nuncupatam Sancti Bernardi: ſed quis fuerit illius Inſtitutor, & de quo tempore, quibuſue de cauſis inceperit, quibus munita fuerit legibus, penitus latet; adeo ut ſolius nominis umbra ſuperſit. Nos idcirco, in noſtra Equeſtrium Ordinum Nomenclatura, omnes Ordines complectente, eam quoque recenſemus, & ſubdimus, quod *P. Mariana Tom.* 2. *fol.* 75. *mentionem facit de Magiſtro Sancti Bernardi, qui partes Henrici Regis ſecutus eſt, & ideo occiſus à Rege Petro ejus Fratre, ac ob necem ait fuiſſe Regem à Pontifice excommunicatum: Addit vero notitiam hujus Militiæ fuiſſe extinctam, & in unico Authore reperiri confuſam. Ipſe vero con-*

conjecturaliter cenſet aliquos Populos, vulgo de Bebetria, cum timerent à Rege donari aliis ipſorum Dominium, inter ſe conveniſſe, & conſtituiſſe Militiam, ut ſuam libertatem defenderent, & ad inſtar aliarum Militiarum elegiſſe Magiſtrum, & advocationem, ſeu Patrocinium ſimul Sancti Bernardi, ut totidem verbis refert *Pater Andreas Mendo de Ordinibus militaribus Diſquiſ. 1. quæſt. 4. n. 102. pag. 18. juxta impreſſ. Lugduni Typis Horatii Boiſſat, & Georgii Remeus 1668.*

DISCURSUS XLIV.

BETHLEHEMITARUM SEU STELLAM GERENTIUM

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

IN primo noſtri hujus Voluminis Diſcurſu animi noſtri patefecimus ſenſum, velle Nos hic, non ſolum Ordines, & Religiones vere Equeſtres Militares recenſere, ſed etiam Societates, Cætuſque omnes analogiam aliquam Equeſtrem Tituloſque habentes. Servata ergo Alphabetica methodo, nonnulla modo dicamus de Religioſis *Bethlehemitis*, aut Stellam gerentibus. Ex Scriptorum dictis conſtat adfuiſſe Religioſos nomine Bethlehemitas, eorum tamen non referunt Originem, nec loca, ubi eorum adeſſent Monaſteria. *Matheu Pariſius Hiſtor. Anglican. pag. 639.* ſcribit, in Anglia fuiſſe eiſdem aſſignatam Ædem in loco *Lambridge*, in via, quæ ducit ad locum *Trumpton*, quodque eorum Habitus ſimilis erat Veſtibus Patrum Sancti Dominici, à quibus ſolum differebant, quia Bethlehemitæ Stellam gerebant rubeam cum quinque radiis, & in medio ejuſdem Circulum cœruleum in memoriam Stellæ, quæ Regibus Magis apparuit. Hoc ipſum ſcribunt *Alexander Roſſi Hiſtoria Religionum, & Rodulphus Oſpinianus*, qui tamen rem diſtinguunt, aſſerendo d. Ordinem Bethlehemitarum diſtingui ab alio vocato *Porta Stelle*.

Rurſus *Schoonebeck Hiſtor. des Ord. Relig.* loquens de iſtis *Porta Stelle*, vocat illos Monachos, quos ſubdividit in illos, qui Habitum deferunt honeſtum cum Stella, ſuntque ditiſſimi, & illos, qui magis arcti ſunt, & Capucium non deferunt, & Veſtis figuram idem *Scoonebeck* refert in impreſſione anni 1700., quam omiſerat in impreſſione anni 1688. Sed hæc reprobantur in Hiſtoria gallice ſcripta, & in Italicum Idioma ſub Titulo -- *Storia degli Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari ec. Tomo 3. translata per Patrem Joſephum Franciſcum Fontana cap. 46. pag. 379., & ſeq. Lucæ impreſſ. Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738.* ubi concludit valde probabile eſſe duos fuiſſe Ordines.

Tandem habemus, quod *Adrianus Damano in ſuo Diſcurſu* de his Ordinibus, hos Religioſos Stellam gerentes nequaquam nominat Monachos, ſed appellat Equites, ibi -- *Equites Stellati, prout ipſis videtur veſtitum gerunt varii coloris, & Crucis loco Stellam oſtentant* -- quem *Adrianum*, cum ſupra adductis ejus verbis refert *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. pag. 380.*, & tranſcribit carmina

Modii

Modii de Orig. Omnium Ordinum explicantia Habitum eorundem Religioſorum Stellam ferentium.

DISCURSUS XLV.

BINDÆ AVREÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

IN Hiſpaniarum Regno, antiquis temporibus, inſtitutus fuit fœmineus Equeſter Avreę Bindę Ordo, ſub annis 388., vel circa illa tempora, ut ratiocinatur *Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap. 88. pag. 844., juxta impreſſionem Venetam Typis Combi, & la Noü 1692.*

Celeberrimam quippe in Hiſpaniis Palentiæ Urbem arcta obſidione cinxerant Angli cum Joanne Primo Luſitaniæ Rege fœderati, contra Joannem Primum Caſtellæ Regem, jamque expugnationem, & deditionem ſummopere metuebant obſeſſi, quoniam tunc temporis primariæ Nobilitatis flos extra Urbem morabatur, in Regis Exercitu militans; Nobilium tamen Fœminarum robur, & bellica ſtrenuitas & virtus, pro Patriæ libertate pugnavit, & vicit: impavida enim manu arma ſumentes Nobiles Mulieres, inimicorum impetui reſtitere, atque agmine facto, irruperunt in Hoſtes, & eos in fugam coniecere. Egregium hoc Fœminarum facinus perpendens d. Rex Hiſpaniarum Joannes, excogitavit hujuſmodi Bellicam Virtutem pluribus ditare Privilegiis, & decorare Ornamentis, prout ditavit, & decoravit, palam & perpetuo duraturis. Indulſit proinde eiſdem Nobilibus Fęminis, in glorioſum Monumentum, indulſit, ut ſupra Veſtem deferrent Teſſeram avream, ſeu Bindam inſtar Balthei Militaris, à dextera ad ſiniſtram partem pendentis, ut narrat *d. Juſtinianus à pag. 843. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 133.*

Præterea idem Rex Joannes, prælaudatis Nobilibus Mulieribus conceſſit omnes Prærogativas, quibus fruebantur Equites Ordinis *della Banda*, quem Ordinem alias inſtituerat Alphonſus ejus Avus Paternus, eique Ordini *Della Banda* eſſent unitę; ita ut d. Nobiles Mulieres intelligerentur Equites, ſeu Equitiſſæ, quemadmodum Equitum ſtrenuitatem demonſtraverant: *d. Juſtinianus pag.* 843. *d. Bonannus, Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou Chevaliers Tom. 2. ſub. §. 24. Diſſert. ſur le Chevalerie de Dames pag. 266. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel 1721.*

Forma d. Bindæ habetur apud *d. Juſtinianum pag.* 842. *d. Collector Gallus d. pag. 266.*

Figuram Nobilis Mulieris cum d. Binda avrea refert *d. Bonannus d. n. 133. d. Collector Gallus d. pag. 266.*

Hunc Muliebrem Bindæ Ordinem jam ceſſaſſe, inquit *Juſtinianus pag.* 844.

Sed adhuc vigere uſum Bindæ in aliqua Familia Nobili, ſubdit *d. Juſtinianus pag.* 844. ſubdens, hoc ſibi fuiſſe juſtificatum ex Teſtimonio nonnullorum Equitum Hiſpanorum, qui in hac materia valde inſtructi erant.

DISCURSUS XLVI.

BINDÆ

ITALICE

Della Banda, o Sciarpa,

ARGUMENTUM

Scriptorum aſſertiones referuntur quoad Fundatorem, & tempus Fundationis Ordinis Bindæ, cujus Teſſera deſcribitur, demonſtraturque inſtitutum fuiſſe pro Nobilibus non Primogenitis, ſed ut dicitur *Cadetti*: perpenditur qui in Hiſpania fuerint *Os Riccos Ombres*, *Infantes*, & *Infanſoes*. Adducuntur Statuta Ordinis per extenſum.

SUMMARIUM.

1. *Bindę, ſeu Banda, ac Balthei Ordo in Hiſpania conſpicuus*, & n. 2., & 3.
3. *De quo tempore fuerit inſtitutus*, & *à quo?* & n. 4., uſq. ad n. 10.
11. *Deſcribitur Binda*, & n. 12., & 13.
14. *Figura Bindæ apud quos Auctores reperiatur*.
15. *Banda Italice quid ſignificet*.
16. *Bandæ Ordo à quo fuerit amplificatus*, & n. 17.
18. *Magnum Magiſtrum ſe conſtituit Alphonſus Rex Caſtellę Fundator*, & *ſe Baltheo cinxit*, & *ei aptata fuere Calcaria*, & n. 19.
19. *Filios*, & *Fratres*, *ac alios Viros Nobiles Equites creavit*.
20. *Nomina Equitum referuntur*.
21. *Ad Ordinem hunc admittuntur Viri Nobiles*, Cadetti, *non Primogeniti*, *qui in Bello Regi inſervierint contra Paganos*, *vel ſpatio decem annorum in Aula*, & n. 22., & 31.
22. Riccos Ombres *qui fuerint in Hiſpania*, & n. 23., uſque ad n. 30.
32. *Novus Bindæ Eques juramentum præſtabat Regi de obſervanda Regula, quæ non obligat ſub peccato, ſed ſolum ad pænam*.
33. *Statuta hujus Ordinis habentur apud varios Scriptores*, & n. 34. 35. & 36.
37. *Ordo hic licet ceſſaviſſet*,
38. *Illum tamen reſtauravit Philippus Quintus*.
39. *Adducuntur Statuta Ordinis per extenſum, ut refert Sanſovinus*.
40. *Et quid in aliquibus dicant alii Scriptores*.
41. *Explicatur* Ludus delle Canne.
42. *Statuta Ordinis laudantur* à Soranzio.
43. *Statutorum horum poſita obſervantia, urbaniſſimis moribus viverent Nobiles ad aliorum exemplum in Civitatibus*.

DISCURSUS XLVI.

BINDÆ

ITALICE

Della Banda, o Sciarpa.

Conſpicuus in Hiſpania fuit Equeſter Ordo nuncupatus *Bindę*, quem Balthei, ſeu Bandę Ordinem appel-
1. lat. *Dominus Joannes Franciſcus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Tractatu ſub Titulo* - *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Polonię, impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. *cap.* 6. *pag.* 82., & *in ſuo Corollario Omnium Ordinum in verbo Balthei, ſeu Bandæ in calce dicti ſui Tractatus pag.* 244. ubi quod ejuſdem Ordinis E-

ques

ques ex Nobilibus Polonis creatus legitur Capitaneus Villemenſis Georgius Sapieha Orator olim Poloniæ à Sigiſmundo Rege in Hiſpanias miſſus: additur *Alexander de Roſſ. in ſuo Volumine in linguam gallicam translato per Thomam la Grue ſub Titulo* — *Les Religions du Monde Diviſione* 11. *pag.* 260. nuncupat *De la Jarretiere*, Galli *Echarpe*, *aut De la Bande. Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires Tom.* 3. §. 9. *pag.* 320. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel.*

Italice autem *Della Banda*, o *Sciarpa*,
2. nominat *Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap.* 52. *pag.* 634. *juxta impreſſionem Venetam Typis Combi*; *& la Noù anno* 1692.

Ad augendum quippe Regni Caſtellæ
3. Nobilium Virorum decus, & ornamentum, inſtitutum fuiſſe hunc Ordinem certum eſt. At ſicuti diverſimode Fundatores ejuſdem ſtatuunt, ita etiam diverſimode quoad tempus inſtitutionis ſcribunt Hiſtorici. Inſtitutum fuiſſe ab Alphonſo XI., vel juxta aliorum computum XII. Caſtellæ in Hiſpania Rege, Ferdinandi, & Conſtantiæ de Portugallia filio in Civitate Burgenſi, quæ caput eſt Caſtellæ Veteris, fundatum inquit *Andreas Guarinus* — *Origine, e fondatione di tutte le Religioni, e Militie di Cavalieri* §. *Cavalieri della Banda*, *pag.* 22. *juxta impreſſionem Vicentiæ Typis Dominici Amadorii* 1614., ubi
4. quod inſtitutus fuit anno 1318. *Petrus Franciſcus Bergamaſchi Prior Cambiani in ſuo Libello* — *Breve Notitia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati* §. *Così Alfonſo pag.* 62., *juxta impreſſionem Taurini Typis Dominici Paulini anno* 1695. *Abb. Juſtinianus, ubi ſupra pag.* 634.

Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 11. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, ſive Jus Canonicum Tom.* 2. *Litt. S. Tit. De Summa Trinitate, & Fide Catholica* §. *Notitia, & Series Ordin. Equeſt. Militar. n.* 11. *pag.* 735. *juxta impreſſ. Salisburgenſem Typis*
5. *Jo. Joſephi Mayr anno* 1729. Tenentes inſtitutum fuiſſe ab Alphonſo Caſtellæ Rege, qui regnavit ſub anno 1320. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 3. §. 59. *pag.* 309. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri*
6. *Brunel* 1721. ubi quod inſtitutus fuit Ordo circa annum 1330., vel 1332. *d. Abb. Juſtinianus ubi ſupra*: *Hermant Hiſtoire des Religions, ou des Ordres Militaires &c. Tom.* 2. *cap.* 23. *pag.* 220. *juxta impreſſ. Rothomagenſem* 1726. ubi reprobata o-
7. pinione Inſtitutionis de anno 1718. firmat fuiſſe inſtitutum anno 1320. *Hiſtoria Ordin. Monaſticorum, & Militarium in Italicam Idioma translata per Patrem Joſephum Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *cap.* 42 *pag.* 310., *juxta impreſſionem Lucæ Typis Joſephi, & Vincentii Giuntini* 1739. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques Critiques ſur la Chevalerie Lib.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 4. *pag.* 156. *juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri*
8. *Franciſci Giffart anno* 1718. ubi allegato *Mariana Lib.* 1. *cap.* 2. *Argote de Molina d. Hermant cap.* 45. inquit, quod circa annum 1330. fuit Ordo inſtitutus, vel reſtauratus: *Jo. Soranzo l'Idea del Cavaliero Parte Prima pag.* 157., *& ſeq. juxta impreſſionem Mediolanenſem Typis Petri*

tri Martyris Lorcani 1609. *d. Comes*
in Koden Sapieba d. Corollario in d.
verbo Balthei, ſeu Bandæ pag. 244.,
9. *& ſeq.* ubi quod Alphonſus II. Rex
Caſtellæ fundavit, antequam Regnum
capeſſeret in Urbe Victoria, ſeu Pla-
centia.

Inſtitutum fuiſſe ab Alphonſo Caſtellæ
10. Rege anno 1268. ſcribit quoque
Franciſcus Sanſovini della Origine
de' Cavalieri Lib. 3 *ſub Titulo Ca-*
valieri dell' Ordine della Banda pag.
111. *juxta impreſſ. Venetam Typis*
Hæredum de Marchio Seſſa 1570.,
ubi quod poſt quadriennium in Ci-
vitate Palentiæ commorans, rurſus re-
formavit Ordinem latis legibus, qua-
rum vigore contrafacientes pœnis ple-
ctuntur.

Nuncupatus autem fuit Ordo Bindæ,
11. eo quia Fundator in Teſſeram E-
quitibus præſcripſit Bindam, ſeu Bal-
theum rubeum ſericum tribus digitis
latum, quem Equites ad Stolæ mo-
dum humero ſiniſtro impoſitum, ad
dexterum latus, & ſub eodem bra-
chio dextero pendentem, ac colliga-
tum deferunt: *Andreas Guarinus in*
d. Libello Origine &c. di tutte le Re-
ligioni: Jo. Soranzo ubi ſupra pag.
158. *d. Sanſovinus d. pag.* 111. *d.*
Pater Fontana pag. 303. *Pater Ho-*
noratus à S. Maria d. pag. 156. alii-
que ſuperius allegati.

Stemma itaque hujus Ordinis eſt in Scu-
12. to aureo Baltheus, ſeu Binda ſeri-
ca rubea, cujus extremitates, hinc
atque hinc caput Draconis viridis
coloris ore retinebantur, cum lema-
te -- *Fee y Fidalchia* --, in ſimbolum
Fidei, & Generoſitatis, quibus Vir
Nobilis obſtringitur erga ſuum Prin-
cipem: idem *Pater Honoratus à San-*
cta Maria d. pag. 156., *&* 463.

Quod dicta Binda fuerit rubra, ut di-
13. ximus, vel ut aliis placet, albi co-
loris, inquit allegatus *Dominus Come*
in Koden Sapieba in d. Corollario in
verbo Balthei, ſeu Bindæ pag. 244.

Figuram d. Bindæ refert delineatam *d.*
Andreas Guarinus pag. 22. *Abb. Ju-*
14 *ſtinianus d. pag.* 634. *Bonannus d.*
n. 11. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.*
329. *d. Pater Honoratus d. pag.* 463.

Cœterum hæc dictio *Banda* Italice plu-
15. ra ſignificat. Primo ſignificat unam
ex partibus, ſive ſit dextera, ſive ſi-
niſtra, ante, vel retro. Secundo ſi-
gnificat Faſciolam, vel Teniam, &
ut Nos dicimus *Striſcia*, & ut plu-
rimum intelligitur *di Drappo*. Tertio
ſignificat Turmam, Cohortem, & I-
tali dicunt *Banda ancora un numero,*
e Compagnia di Soldati. Quarto di-
cimus *Bande per Militie Paeſane de-*
ſcritte per ſervitio pubblico. Quin-
to *andar alla Banda*, dicitur *Del-*
le Navi, all'ora che pendono sù una
delle parti, latine vero in alteram
partem inclinare. Sexto dicitur me-
taphorice *andare alla banda, andare*
in rovina, andare ſiniſtramente, lati-
ne peſſum ire, in pejus ruere. Septi-
mo *Andar alla Banda*, metaphorice
imbriacarſi, latine *inebriari*. Octavo
paſſar da banda a banda, ferir alcuno
da una parte, e far paſſare il ferro
dall' altra, latine transfigere. Nono,
Dall' altra banda ſignificat *per lo con-*
trario latine, e converſo: & prædicta
omnia videri poſſunt in *Etruſco Vo-*
cabulario della Cruſca in verbo *Banda*.

Hunc Ordinem ampliavit Joannes I.
16. Caſtellæ Rex, cujus filius Ferdinan-
dus anno 1412. ad Regnum Aragoniæ
tranſtulit *dicti Bonannus, de Nicollis,*
Fontana locis ſuperius allegatis.

Prædictuſque Joannes I. Caſtellæ, &
17. Legionis Rex, die qua Coronam
ſuſcepit in Civitate Burgen. 1379.
creavit centum Equites, ut notat. *d.*
*Fontana pag.*305. *Juſtinianus pag.*637.

Idem

Idem Alphonſus Caſtellæ Rex fundator
18. Ordinis ſe Magnum Magiſtrum conſtituit; idcirco ſolus Rex Equeſtrem hanc Teſſeram conferre poterat: *d. Guarini*, *Sanſovinus*, *Bonannus*, *De Nicollis* ubi ſupra, *Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 156. ubi quod Reges Succeſſores fuerunt Magni Magiſtri: *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana pag.* 303., *&* 305., ubi nominat Succeſſores Don Petrum cognomento Crudelem, Don Henricum, Don Ferdinandum, Don Telez.

Quamobrem Alphonſus prędictus ſe ſe
19. primum tali Baltheo cinxit, cooptavitque filios, & Fratres aliosque Viros Nobiles: *Sanſovinus d. pag.* 111. *Soranzo pag.* 164. *Bonannus d. n.* 11. *de Nicollis ubi ſupra d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 156. ubi quod inſtituto per ipſum Ordine in Civitate Palentiæ, ſe ipſum armare fecit Equitem in Eccleſia Sancti Jacobi de Burgos, eidemque Regi Calcaria aptarunt, & colligarunt Dom Petrus Fernandes, Dom Aloyſius della Cerda.

Prælaudatus vero *Sanſovinus d. Lib.* 3. *pag.* 115. refert Nomina primorum Equitum, qui in hoc Nobiliſſimo Ordine *Della Banda* cooptati fuerunt, & Catalogus ſic ſe habet.

Nomi de' Primi Cavalieri, che entra-
20. *rono in queſto Nobiliſſimo Ordine della Banda.*

Il Re Donn: Allonſo.
Lo Infante Don Pietro.
Donn Enriche.
Don Hernando.
Don Teglio.
Don Giovanni il Buono.
Don Giovanni Hugnez.
Enriche Enrichez.
Allonſo Hernandez Coronel.
Lope Diaz d' Almazan.
Hernando Perez poro Cartero.
Hernando Perez Ronx.
Carlo di Guevara.
Hernando Enrichez.
Alvaro Garcia d' Albornoz.
Pero Hernandez.
Garcia Gioffredo Tenorio.
Giovanni Stevanez.
Diego Garcia di Toledo.
Martino Allonſo de Cordova.
Gonzalo Ruiz dela Vega.
Giovanni Allonſo di Benavides.
Garci Laſſo dela Vega.
Hernando Garcia Duche.
Garci Hernandes Tegolio.
Pero Gonzales de Aguero.
Giovanni Allonſo Carriglio.
Ignigo Lopez de Heroſceo.
Garci Cottieres de Grajalba.
Gottiere Hernandez de Caſtriegli o.
Pero Ruiz de Villegas.
Allonſo Hernandez Alcaide.
Ruy Gonzalez de Caſtagneda.
Ruy Ramirez de Guſman.
Sanchio Martinez de Leyva.
Giovan Gonzalez de Bazan.
Pero Triglio.
Suero Perez de Quigvones.
Gonzalo Meſſia.
Hernando Carrieglio.
Giovan de Rogias.
Pero Albarez Oſorio.
Pero Perez Padiglia.
Don Gil de Quintana.
Giovan Roderiquez de Vilegas.
Diego Perez Sarmiento.
Mando Roderichez de Viezma.
Giovanni Hernandes Coronel.
Giovan de Cereivella.
Giovan Roderighez de Ciſneros.
Oregion de Licbana.
Giovanni Hernandez del Cadiglio.
Gomez Capieglio.
Beltramo di Guevara unico.

 Giovan

Giovan Tenorio.
Ombrete de Torreglias.
Giovanni Hernandez de Bahamon.
Allonſo Tenorio.

Ad hunc Ordinem ut quis admitteretur, eſſe debebat filius Equitis, aut
21. notabilis Viri Nobilis, qui in Regis Aula ad minus annorum decem ſpatio inſerviſſet, vel Regi in Bello contra Paganos militaſſet. Primogeniti Equitum habentium amplum Statum excludebantur, ſed ſolum recipiebantur ſecundo, & tertio geniti, curtam ut dicitur, ſupellectilem habentes, ac tenue Patrimonium: *d. Andreas Guarinus pag.* 22., *&* 23. *Sanſovinus d. Lib.* 3. *pag.* 111. *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 303. *Jo. Soranzo l' Idea del Cavaliere pag.* 158. ubi inquit .. *Non era ameſſo Primogenito alcuno, e chi non foſſe più che nobile, ed antico Criſtiano*, & per dictos decem annos in Aula Regi *inſerviſſet, vel contra Mauros in Bello militaſſet.*

Atque ita ad hunc Ordinem admitte-
22. bantur filii *d' os Ombres riccos: d. Sanſovinus ubi ſupra.*

Sub Titulo, & vocabulo *Riccos Ombres*
23. qui comprehendantur, operę pretium eſt explicemus. Et ſane in Aragonię Regno *Ricos Ombres* Italice *Uomini Ricchi*, illi erant, qui apud Regem plurimum valebant; hęcque nuncupatio, non illis ratione Divitiarum tribuebatur, plurimis licet affluerent, ſed ſic vocabantur ratione eorum Nobilitatis, qua coruſcabant, eorumque Filii, & Deſcendentes appellabantur *Infanziones*, hoc eſt à Parentibus Nobilitate claris progeniti, derivante vocabulo, ab Infante Regis filio, atque *Ricos Ombres* ſignificante, ut pluribus allegatis demonſtrat *Angelicus Doctor Divus Thomas de Regimine Principum Libr.* 3. *Opuſcul.* 20. *cap.* 22. ubi ſic habetur. *Apud Hiſpanos omnes ſub Rege Princi-*
24. *pes, divites homines appellantur, & pręcipue in Caſtella, cujus eſt ratio, quia Rex providet in pecuniis ſingulis Baronibus ſecundum merita ſua, vel ſecundum complacentiam hos deprimit, hos exaltat, ut in pluribus enim munitiones, & jurisdictiones non habent, niſi ex voluntate Regis, & inde vocantur Divites Homines, quoniam, cui in majori ſumma providetur per Regem, ille major eſt Princeps, quoniam pluribus praeſt Militibus providere, quemadmodum adhuc obſervant Romanæ Militiæ, eo quod ſub ſtipendiis vivunt. Sunt ibi, & alii, qui vocantur Infantes, alii* Infanſiones, *quorum primi ſunt de genere Regio, qui filii, vel Nepotes, ſic dicti ab Innocentia pupillari, quia nullum debent lędere, ſecundam conſervare, ac in juſtitia fovere, & Regi, ſicut Infantes, in omnibus obedire, quod hodie male obſervatur ibidem. Secundi vero ſic ſunt dicti, quoniam primos debent ſequi ſicut Majores, ſunt enim Nobiles, qui plus virtutis habent, quam Miles ſimplex, & aliquorum Caſtrorum, & Villarum Domini. qui & alicubi Caſtellani dicuntur. Dicti autem ſunt Infanſiones, quoniam minus poſſunt inter alios Principes lædere propter impotentiam ſuam, ſicut Pueri ab Infantia recedentes: ſi enim lædant Subditos ſuos, rebellant Majoribus Principibus adhærentes, & ſic perdunt Dominium. Item nec potentiam habent majorum Principum, ſicut nec puer reſpectu Viri. Hęc igitur de Principibus ſubiectis, & ſubalternatis Regibus dicta ſufficiant.*

Sequitur *Auguſtinus Paradiſi Ateneo*
25. *dell' Uomo Nobile Tom.* 1. *Parte Seconda cap.* 2. *n.* 11. *pag.* 114. *juxta*

xta impreſſionem Venetam Typis Antonii Bortoli 1704. *d. Comes in Koden Sapieha in dicto ſuo Diſcurſu Praliminari ad d. ſuum Tractatum de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ pag.* 15., & *ſeq.*

Idemque *Paradis. d. Parte Secunda cap.*
26. *2. ſub n.* 17. *pag.* 144. ubi quod *Anticamente tutti i Principi ſi chiamavano Ricchi Uomini, a loro deſcendenti ſi dava il Titolo d' Infanti, o d' Infanzioni.*

Et Parte Tertia cap. 3. pag. 206. *ſub*
27. *n.* 14. Subdit: *I Gentiluomini Spagnoli per quanto riferiſce il Moreri Gran Dizionario Tom.* 2. §. *Delæ Nobleſſ. de Eſpagn. Sono meſchiati co' Cittadini, non anno Signorie, nè altra prerogativa,* Unde ſimplex hæc Nobilitas non conſideratur: Sicque in veros Nobiles non conſiderantur niſi Equites Ordinum Militarium, ſicut & illi, qui Titulo Comitum, Marchionum, ac Ducum inſigniti ſunt, & antiquitus vocabantur *Riccos Omes, e Tuſſados*, quę verba Lingua Alemanica ſunt, & ſignificant *Ricco, e Potente ec.* hinc nomina derivarunt multorum Principum Gotorum, & Francorum compoſita à dictione *Ric*, ut Alaricus, Theodoricus, Fridericus, & ſimilia.

Credunt ut plurimum Hiſpani, ut re-
28. fert allegatus *Paradiſi*: *Che i Grandi de' noſtri tempi ſiino ſucceduti a quelli che già furono chiamati Riccos Homes*, & effective conſtat, quod Reges antiqui per Privilegium concedebant *La Ricohombria*, ut hodie, quoad graduatos practicatur.

Rurſus *d. Paradiſi Parte Quarta cap.* 4.
29. *ſub n. 9. pag.* 305. inquit -- *Ma è coſa certa, che anticamente nel Regno di Aragona dall' Ordine de' Maſnadieri naturali, ch' era lo ſteſſo che l' Equeſtre proſſimo a quella Dignità, che chiamavaſi de' Ricchi Uomini ec. E creavanſi quelli ch' erano i principali Baroni del Regno, chiamati Ricchi Uomini, perchè erano ſtimati Principi Maggiori, a cui il Rè ſomminiſtrava ſomma di Danaro più conſiderabile ec.*

Et ob recenſitas prærogativas *Dos Ric-*
30. *cos Ombres in Hiſpania*, eoſdem in Cœtu Ordinum Militarium recenſet *d. Comes in Koden Sapieha in Indice Ordin. Militarium, in fine ſui Corollarii in verbo Riccos Ombres.*

Quod dicti *Riccos Hombres* crearentur Equites Bannareti, oſtendimus in Diſcurſu De *Equitibus Bannaretis*, ubi alia etiam retulimus circa eoſdem *Riccos Hombres.*

Ex quibus patet, quod Regis Fundatoris Ordinis intentio fuit, ejus Aulæ Nobiles Pauperes honorare, & ut dicitur i *Cadetti*, quod Vocabulum
31. ex uſu ſignificat Fratrem ſecundum, ut explicat *Vocabularium Etruſcum inſcriptum. Vocabulario degli Accademici della Cruſca*, in verbo *Cadetto* ibi -- *Cadetto voce dell' uſo, aggiunto di Fratello, vale Minore.*

Die autem, qua Bindam novus Eques recipiebat, Juramentum in manibus
32. Regis præſtabat de obſervanda Regula Ordinis, quæ tamen Regula non obligabat ſub peccato illius tranſgreſſores, ſed ſolum ad pœnam, ut notat *d. Sanſovinus d. pag.* 111. *à tergo: d. Andreas Guarini pag.* 23. *Joannes Soranzo pag.* 158.

Rex Alphonſus Fondator opportunis, utiliſſimiſque Ordinem munivit Statutis, quę ad litteram referuntur à prælaudato *Sanſovino à pag.* 111. una
33. cum animadverſionibus per eundem confectis ſuper iiſdem Statutis. Et Nos eadem Statuta inferius tranſcribemus. Statuta pariter habentur 38. Capitibus apud *Juſtinianum ad pag.* 635.

cum

cum ſeqq. ſubdens quod idem Rex Palentiæ commorans, poſt quatuor annos regulam reformavit, ad res faciliores redigens in punctis, quæ ibi tranſcribit ad Lectorum eruditionem *Joannes Soranzo d. pag.* 158. *cum ſeqq.* ubi quod ipſe libenter eadem refert Statuta, & Conſtitutiones,
34. ſubdens: *perchè io le ſtimo degne di eſſere ſentite da chiunque faccia profeſſione di Gentiluomo, e di Cavaliero.*

Et tandem Statuta refert *Collector Gal-*
35. *lus d. Tom.* 3. *pag.* 338. *Pater Joſeph Franciſcus Fontana allegato Tomo* 8. *à pag.* 303. ubi quod Statuta 38. Capita comprehendebant.

Allegatus autem *Pater Honoratus à*
36. *Sancta Maria* loco ſuperius *indicato pag.* 156., inquit, quod Fundator plura Statutorum Capitula pro Regimine Ordinis edidit: ipſe tamen Scriptor unum ſolumodo refert caput, vetans Equitibus comedere Cibos ruſticos; & male olentes, ut Cæpas, & Alia, ſub pœna contrafacientibus, quod per Menſem ad Aulam accedere non poſſent, nec cum aliis Equitibus verſare.

Quod hic Ordo amplius non ſubſiſtat
37. niſi in Hiſtoriis, & abolitus fuerit, & ab Aula receſſerit, ſcribit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 156., *& notat Fontana pag.* 305. *Collector tamen Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 339. dictuſque *Hermant d. Tom.* 2. *cap.* 23. *pag.* 223. ait d. Ordinem remanſiſſe abolitum, & ſolum memoriam remanere inter Stemmata aliquarum Familiarum Nobilium in Hiſpania, quæ in iiſdem Stemmatibus conſervant hujuſmodi Bindas ibi -- *Dont leſunes ſont charges de Bandes de guendes e les outres de Sinople.*

Verum dictus *Fontana d. pag.* 305. ſub-
38. dit, noſtris temporibus fuiſſe ad vitam revocatum, & reſtauratum, & Hiſpaniarum Nobilibus reſtitutum, mediante creatione Equitum hujus Ordinis *Della Banda* peracta à Glorioſiſſimæ Memoriæ Philippo V. Magni Ludovici XIV. Galliarum Regis Nepote, qui in Hiſpaniarum Regno ſucceſſit anno 1700., & Monarchiam rexit uſque ad diem nonam Julii anno 1746., qua obiit, relicto ſibi Succeſſore Ferdinando VI. ejus filio, qui decima Auguſti ejuſdem anni ad Tronum aſcendit coronatus. Quapropter cum Magnum Magiſterium ſiſtat in Regibus Hiſpaniarum, ſeries Magnorum Magiſtrorum formatur ut infra.

Hìc ſequitur tenor Statutorum juxta
39. Sanſovinum; Franciſcus enim *Sanſovino, ut diximus, in ſuo Volumine, cui Titulus -- Della Origine de' Cavalieri Lib.* 3. *in* §. *Cavalieri dell' Ordine della Banda à pag.* 111. *cum ſeq. juxta impreſſionem Venetam Typis Heredum Marchio Seſſa*, refert ad literam Statuta dicti Ordinis, ut ſequitur ſuntque num. 39.

I Capitoli furono queſti.

I. OGni Cavaliero detto della Ban-
,, da ſia obbligato di parlare al
,, Rè, eſſendo richieſto in Beneficio di
,, quelli della ſua Terra, ed in difenſio-
,, ne della Republica, ſotto pena eſſendo
,, accuſato di queſto, di eſſere privato
,, del Patrimonio, e bandito del Pa-
,, eſe.

II. Il Cavaliero ſopra tutte le altre co-
,, ſe parli al Rè la verità ſempre, e
,, in ogni occaſione mantenga la Fede
,, a Sua Maeſtà.

III. Se in preſenza del Cavaliero qual-
,, cuno mormoraſſe del Rè, tacendo,
,, quaſi come ſe approvaſſe, ſia bandito
,, dalla Corte con infamia, e privato

della

„ della Banda per ſempre .

IV. Il Cavaliero parli poco, e dica il „ vero, e dicendo notabil bugia, „ per pena, cammini un meſe ſenza „ la Spada a lato.

„ V. Il Cavaliero ſia ſempre a ſuo po- „ tere in compagnia di Uomini ſa- „ vj, da' quali poſſa imparare a ben „ vivere, e con Uomini pratichi „ della Guerra, da' quali poſſa impa- „ rar le coſe della Militia: ed il „ Cavaliero che ſarà veduto in „ compagnia di Mercanti, di Arti- „ giani, di Plebei, e di Villani ſia „ gravemente ripreſo dal ſuo Gran „ Maeſtro, e per un meſe non poſ- „ ſa uſcir di caſa.

„ VI. Oſſervi, e mantenga la ſua pa- „ rola, e la ſua promeſſa, ſia fedele „ agli Amici, e quando ſi provi il „ contrario ſia obligato a camminar „ ſolo, e ſenza compagnia per la „ Corte, e non ardiſca di parlare, „ nè di accoſtarſi a neſſun Cavalie- „ ro.

„ VII. Tenga buone armadure nella ſua „ Camera, buoni Cavalli nella ſua „ Stalla, buona Lancia alla Porta del- „ la Caſa, buona Spada a lato, ſot- „ to pena, facendo il contrario, di eſ- „ ſere chiamato per un meſe Scudie- „ ro, e non Cavaliero.

„ VIII. Niuno abbia ardire di caval- „ car Mula in Corte; di andare „ ſenza la ſua Banda in pubblico; „ di entrare in Palazzo ſenza Spada; „ di mangiar ſolo nella ſua Stanza, „ ſottopena, facendoſi la tela della „ Gioſtra, di pagare del ſuo una „ Marca d'argento.

„ IX. Niun Cavaliero ſia adulatore, o „ Buffone, nè col Rè, nè con altra „ Perſona, ſotto pena di camminar „ a piedi un meſe, e di ſtar in Ca- „ ſa ritirato un'altro Meſe.

„ X. Niuno ſi lamenti di ferita ricevuta, „ o ſi vanti di fatto notabile; e chi „ nel medicarſi dirà oimè, o vantan- „ doſi, dirà parola borioſa, ſia ri- „ preſo dal Gran Maeſtro dell'ulti- „ ma, ed eſſendo amalato, non ſia „ viſitato da neſſuno de' Cavalieri.

„ XI. Non giuochi il Cavaliero a neſ- „ ſuno giuoco, e maſſime a' Dadi, „ ne laſci neſſuno degli altri giuoca- „ re, e contrafacendo, perda lo ſti- „ pendio di un Meſe ogni volta, e „ per tutto un'altro Meſe, e mezzo „ non poſſa ſtar in Palazzo.

„ XII. Non ardiſca il Cavaliero d'im- „ pegnar le ſue Armi, nè di giuo- „ car le ſue Veſtimenta, ſotto pena „ di ſtar prigione un Meſe in Caſa „ ſua, e di camminar due altri ſen- „ za la Banda.

„ XIII. Il Cavaliero ogni dì porti pan- „ ni fini, le Feſte veſti di Seta. Le „ Feſte ſolenni uſi l'oro, volendo, „ ſenza eſſere forzato. E chi porte- „ rà ſopra le calze di panno ſtiva- „ letti, il Superiore gliele poſſa tor- „ re, e darle per elemoſina a' poveri.

„ XIV. Camminando il Cavaliere, o „ paſſeggiando per Palazzo, o per „ la Terra dove ſarà la Corte, non „ vada in fretta, ne parli forte, ſot- „ to pena di eſſere caſtigato dal Su- „ periore, e ripreſo da' Cavalieri.

„ XV. Niun Cavaliero, o da vero, o „ burlando dica a un'altro Cavalie- „ ro parola malitioſa, o ſoſpettoſa „ per la quale l'altro Cavaliero re- „ ſtaſſe ingiuriato, ſotto pena di do- „ mandar perdono all' ingiuriato, e „ di eſſere bandito di Corte per tre „ Meſi.

„ XVI. Il Cavaliero, non prenda dif- „ ferenza con Donzelle, ne faccia „ lite con Gentildonne, ſottopena „ di non poter accompagnar neſſuna „ Signora per la Città, nè di ſer- „ vir Donna alcuna di Palazzo.

„ XVII.

„ XVII. Scontrandoſi, andando alla
„ Terra, in qualche Signora di valo-
„ re, ſmonti da Cavallo, e vada ad
„ accompagnarla, e contrafacendo,
„ perda lo ſtipendio di un Meſe,
„ e ſia disfavorito dalle Dame.
„ XVIII. Pregato da qualunque ſorte
„ di Donna a farle ſervitio, non
„ lo facendo, s' eſſo potrà, ſia per pe-
„ na chiamato dalle Donne di Pa-
„ lazzo Cavaliero diſubbidiente e
„ mal creato.
„ XIX. Neſſun Cavaliero mangi coſe
„ groſſe, e ſporche, come Agli, Cipol-
„ le Porri, e tali altre, ſotto pena di
„ non poter entrare in Palazzo, ne
„ a Tavola di neſſun Cavaliero per
„ una Settimana.
„ XX. Il Cavaliero non beva in vaſo
„ di terra, e ſi ſegni con la mano,
„ e non col vaſo, ſotto pena di eſ-
„ ſere cacciato di Palazzo un Me-
„ ſe, e per un'altro Meſe non abbia
„ Vino.
„ XXI. Facendo parole inſieme due
„ Cavalieri, e sfidandoſi, ſiano sfor-
„ zati a far pace dagli altri Cavalie-
„ ri, e ſe non voleſſero, neſſun
„ Cavaliero ſia obligato ad aju-
„ tarli, e chi contrafarà vada un
„ Meſe ſenza la Banda, e paghi
„ un Marco d'argento per la Gio-
„ ſtra.
„ XXII. Chi porterà la Banda, ſenza
„ averla dal Rè, poſſa eſſere sfidato
„ da due Cavalieri della Banda, ed
„ eſſendo vinto, non poſſa portare
„ la Banda, ma vincendo la porti,
„ e ſi poſſa chiamar Cavalier della
„ Banda.
„ XXIII. Nelle Gioſtre, e ne' tornia-
„ menti, chi ſi diporterà meglio,
„ guadagna il pregio, e l' Ordine
„ della Banda, la quale il Rè ſia o-
„ bligato di darli ſubito, e gli altri
„ Cavalieri della Banda debbano
„ torlo nella ſua Compagnia.
„ XXIV. Chi metterà mano alla Spa-
„ da contro un Cavaliero ſuo Com-
„ pagno, non compariſca alla pre-
„ ſenza del Rè per due Meſi, ed al-
„ tri due Meſi non poſſa portare al-
„ tro che una mezza Banda.
„ XXV. Chi ferirà il ſuo Compagno
„ Cavaliero venendo à parole, non
„ poſſa entrare in Palazzo per un
„ Anno, & la metà dell' Anno ſtia
„ in prigione.
„ XXVI. Chi avrà carico di Giuſtizia,
„ eſſendo Cavaliero, non poſſa far
„ giuſtizia contra neſſun Cavalier
„ della Banda, ma ſia obligato a ri-
„ metterlo al Rè.
„ XXVII. Andando il Rè alla Guerra,
„ la Banda ſia tenuta accompagnarlo,
„ e metterſi in campo ſotto un inſe-
„ gna, e tutti in Compagnia combat-
„ ter contra i nemici, ſotto pena, ac-
„ coſtandoſi ad altra Compagnia, o
„ ſotto altra inſegna, di perder lo
„ ſtipendio di un anno, e di cami-
„ nare un' altro anno con mezza
„ Banda.
„ XXVIII. Niuno vada alla Guerra ſe
„ non contra Pagani, e trovandoſi
„ in altre Guerre col Rè, ſi levi
„ la Banda, e combattendo in favor
„ di altri che del Rè, perda per ſem-
„ pre la Banda.
„ XXIX. Ogni Cavaliero venga alla
„ Dieta dove piacerà al Rè, trè vol-
„ te l' Anno, e le dette Diete ſer-
„ vino per far raſſegna dell' Armi,
„ e de' Cavalli, e per comunicar
„ le coſe appartenenti all' Ordine
„ loro, e ſiano le Diete di Aprile,
„ di Settembre, e per Natale.
„ XXX. Tutti i Cavalieri facciano tor-
„ niamento almeno due volte l' an-
„ no, gioſtrino quattro, e givochino
„ alle Canne ſei volte. Ogni ſetti-
„ mana vadano a correr alla Carrie-

„ ra co' Cavalli, e chi non obedirà, „ camini un Meſe ſenza la Banda, „ e un' altro Meſe ſenza Spada a „ lato.

„ XXXI. Giunto il Rè a qualche „ Terra, i Cavalieri in termine di ot- „ to giorni mettino la tela per Gio- „ ſtrare, e cartelli per torniare, ed „ abbino Scuola dove ſi vada a „ giuocare di Scherma, di Pugnale, e „ di Spada, ſotto pena al negligen- „ te di eſſer preſo nella ſua Stanza, „ e di perder la mezza Banda.

„ XXXII. Ogni Cavaliero ſerva qual- „ che Dama, non per torle l' ono- „ re, ma per torla per Moglie, per „ ſervirla caſtamente, e l' accompa- „ gni fuor di Palazzo a piedi, o „ a Cavallo, ſecondo il voler di „ lei, & ſe le inginocchi davanti.

„ XXXIII. Il Cavaliere che ſaprà, che „ preſſo alla Corte dieci leghe ſi „ habbia a far Gioſtra, o tornia- „ mento, ſia obligato d' andarvi a „ gioſtrare, & contrafacendo, ſtia un „ Meſe ſenza Spada, & uno ſen- „ za Banda.

„ XXXIV. Chi ſi mariterà venti le- „ ghe lontano dalla Corte, tutti i „ Cavalieri addomandono grazia per „ lui al Rè, & poi vadano ad accom- „ pagnarlo a Moglie: Dove ſiino ob- „ ligati far qualche honorato eſſer- „ citio d' Armi, e preſentino ho- „ noratamente la Spoſa.

„ XXXV. Ogni prima Domenica del „ Meſe i Cavalieri vadino in Palaz- „ zo alla preſenza del Rè, & giuo- „ chino d' ogni ſorte d' Arme a due „ a due, ſenza ferirſi; poiche l' Or- „ dine è fatto più per honorarſi co' „ fatti, che col nome de Cavalieri.

„ XXXVI. Non entrino ne torniamen- „ ti più di trenta con trenta, con „ Spade ſenza taglio, e ſonando le „ Trombette tutti s' affrontino, e „ tornando un' altra volta a ſona- „ re, tutti ſi ritirino, ſotto pena di „ non entrar più in torniamenti, e „ di non entrar per un Meſe in Pa- „ lazzo.

„ XXXVII. Non ſi corra nella Gio- „ ſtra più di quattro Lancie per „ uno, e chi in quattro corſi non „ rompe la ſua, ſia obligato a pa- „ gare la ſpeſa della Tela.

„ XXXVIII. Morendo un Cavaliero, „ tutti gl' altri lo confortino, e „ di più vadino a ſeppelirlo, e porti- „ no un Meſe corotto per lui, e „ non ſi gioſtri per ſpatio di trè „ altri Meſi ſeguenti.

„ XXXIX. Due giorni dopo la mor- „ te, gli altri Cavalieri reſtituiſcano „ al Rè la Banda del Morto, e lo „ ſupplichino per qualche Figliuolo „ del Morto, ed a far gratia alla „ Moglie per ſoſtentar, e maritar „ le figlivole, havendone.

Diximus ſupra in §. *Rex Alphonſus*, quod Statuta hujus Ordinis per extenſum referunt *Sanſovinus: Abbas Juſtinianus: Jo. Soranzo: Collector Gallus: Pater Fontana*; cumque hi Scriptores pene in omnibus inter ſe concordent, Nos tranſcripſimus Catalogum eorundem Statutorum, ut exhibet *Sanſovinus*, veluti magis antiquus. Hìc autem ſolum ſubdimus nonnullas expreſſiones, quas prææallegati Scriptores diverſimode apponunt, ut ſequitur.

Circa quintum Capitulum *Joannes*
40. *Soranzo pag.* 159. loco dictionis, *Savi*, dicit: *Huomini Litterati*.

Circa Capitulum 10. *d. Soranzo pag.* 160., dicit: *Non ſia viſitato, eſſendo infermo da' Cavalieri*.

Circa Capitulum 14. *d. Soranzo pag.* 160. *Sia caſtigato dal Superiore, e ripreſo da' Cavalieri. Chi paſſeggiarà in fretta per Palazzo per dove ſarà la Corte*

la Corte, dimandi perdono, e ſia bandito trè Meſi di Corte.

Circa Capitulum 16. *d. Soranzo pag.* 160. dicit: *Non poſſa accompagnar Dama per Città, nè ſervire a Donna di Corte, chiunque paſſeggiaſse con Donzelle, o prendeſſe lite con Gentildonna, perda lo ſtipendio di un Meſe, ne ſia mai favorito da Dama. Abbas autem Juſtinianus Parte Secunda cap.* 52. *pag.* 636. dicit: *Sotto pena di non potere più accompagnare Figliuola del Popolo, o ſervire alcuna Dama di Palazzo.*

Circa Capitulum 37. *d. Soranzo pag.* 163. dicit: *Paghi la ſpeſa della Liſſa.*

Circa Capitulum 6. *d. Abb. Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 52. *pag.* 636. dicit: *Che ogni Cavaliere manteneſse la parola, e la fede alli Amici, e mancando anche in coſa fievole, il Mancatore andaſſe per la Corte ſenza parlare, o accompagnarſi con altro Cavaliere.*

Circa Capitulum 13. *d. Abb. Juſtiniani pag.* 636. dicit: *Che il Veſtito de' Cavalieri foſſe di Panno fino, potendo le Feſte portare qualche poco di Seta, e la Paſqua un poco di oro, e dando in luſſo, il Maeſtro glielo levaſſe, e daſse a Poveri.*

Circa Capitulum 19. *d. Juſtinianus d. pag.* 636. dicit: *Che alcuno non mangiaſſe ſtando in piedi, nè ſolo, nè ſenza Mantello, ſotto pena di farlo un meſe, ſenza Spada, e pagare un Marco d' Argento.*

Circa Capitulum 20. *d. Juſtinianus d. pag.* 636. dicit: *Che neſſuno beveſſe Vino in Vaſo di Terra, o Acqua in Vaſo, che non foſſe tale, e ſi puliſse la bocca con la mano, ſotto pena di un Meſe di eſilio dal Palazzo, e di un' altro di non bere Vino.*

Circa Capitulum 24. *d. Juſtinianus pag.* 636. dicit: *Non portaſſe, ſe non mezza Spada.*

Circa Capitulum 26. *d. Juſtinianus d. pag.* 636. dicit: *Non poteſſe giudicare Cavalieri della Banda, ſe non incontrando in coſa mal fatta, farlo arreſtare, e conſegnarlo al Re.*

Circa Capitulum 32. *d. Juſtinianus pag.* 637. ſic habet: *Che neſsun Cavaliere della Banda ſi trateneſse in Corte, ſenza ſervire qualche Dama, non per diſonorarla, ma per galanteria, o per accaſarſi con lei, e quando ella uſciſſe, doveſse accompagnarla dove occorreſſe.*

Circa Capitulum 19. *d. Pater Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 305. dicit: *Era fra loro proibito il mangiar ſoli, e cibi groſſolani, e di cattivo odore, e dovevano bevendo, pronunciare il nome di Gesù.*

Cœterum ſuper explicatione Statuti Ca-
41. pitulo trigeſimo quoad Ludum dictum *Delle Canne*; ſciendum, quod Ludus hic ab Hiſpanis vocatur *Caroſello*, illumque deſcribit *Auguſtinus Paradiſi in ſuo Ateneo dell' Uomo Nobile Parte Terza cap.* 4. *n.* 9. per hæc verba - *Le Operazioni a Cavallo ſi dividono in Caroſelli, e Gioſtre. I primi conſiſtono in quei Giuochi, che ſi eſercitano con Palle, Canne, Dadi, o Zagallie gettate dall' uno contro l' altro in atto di ferirſi. Uſanſi queſti per lo più, a Squadra, contro Squadra, o Drapello contro Drapello.*

Pro Coronide hactenus recenſitarum Le-
42. gum poſtremo hìc referimus, quod de illis ſcriptum reliquit laudatus *Jo. Soranzo pag.* 163., *& ſeq.* ubi *ſub litera* F. monet: *Buone, e Sante Leggi, e degne di eſſere ſcritte in Tavole di Bronzo, e poſte ſovra delle pubbliche Piazze, con proporvi una pena capitale a' Gentiluomini*

mini traſgreſſori di si ottimi ſtabilimenti : & ſub Litt. P. *Vi sò ben dire, che pochi mentirebbero, nè ſi vedriano tante indignità da Cittadini cométtere, perche alcuni per ottima educazione, ed altri per tema della pena le oſſervarebbero*.

Addimus Nos, quod obſervatis adamuſſim his Legibus, urbaniſſimis moribus, in cœterorum exemplum viverent in Civitatibus Viri Nobiles, & Patricii.
43.

Catalogus Regum Hiſpaniarum Magnorum Magiſtrorum Ordinis Binde

Deſumptus ex *d. Abb. Juſtiniano pag.* 638., *& Collectore Gallo d. Tom.* 3. *pag.* 398., *& ſeq.* qui terminat in Philippo V. incluſive.

I. 1332. Alphonſus V., vel juxta aliorum calculum XII. Rex Caſtellæ, & Legionis Fundator Ordinis, & primus Magnus Magiſter rexit annos 18.

II. 1350. Don Petrus dictus Crudelis filius Alphonſi rexit annos 19.

III. 1369. Don Henricus *II.* ejus Frater Rex rexit annos 10.

IV. 1379. Don Joannes *I.* rexit annos 11.

V. 1390. Don Henricus *III.* filius Don Joannis rexit annos 17.

VI. 1407. Don Fernandus dictus Honeſtus, Frater Henrici electus Rex Aragoniæ rexit annos 13.

VII. 1420. Don Alphonſus V. dictus Sapiens, Rex Aragonię, & Siciliæ rexit annos 37.

VIII. 1457. Don Joannes *II.* Rex Aragoniæ Frater d. Alphonſi rexit annos 22.

IX. 1479. Don Fernandus Catholicus filius d. Don Joannis cum Conſorte Iſabella, Rex Caſtellæ Regionis, & Aragoniæ rexit annos 37.

X. 1516. Dom Carolus de Auſtria Nepos ex filia Regis Catholici Rex Hiſpaniarum, & Imperator rexit annos 40.

XI. 1556. Don Philippus *II.* Filius Caroli V. Rex Hiſpaniarum rexit annos 43.

XII. 1598. Dom Philippus *III.* Rex Hiſpaniarum rexit annos 23.

XIII. 1621. Don Philippus *IV.* Rex Hiſpaniarum vixit annos 46.

XIV. 1667. Dom Carolus *II.* Rex Hiſpaniarum rexit uſque ad annum 1700.

XV. Don Philippus V. in Hiſpaniarum Regnis Succeſſor, vigore Teſtamenti d. Caroli *II.* rexit uſq. ad diem nonam Junii anni 1746. cui ſucceſſit

XVI. Dom Ferdinandus VI. ejus filius Primogenitus ex primo Thoro, qui decima Auguſti 1746. Corona redimitus fuit, & regnat Auguſte.

DISCURSUS XLVII.

SANCTÆ BIRGITTÆ, SEU BRICCIANI, AC SANCTI SALVATORIS

ARGUMENTUM

Exponitur Hiſtoria fundationis Ordinis Equeſtris Militaris, ſeu Bricciani, ſeu Birchiani, & Sancti Salvatoris peractæ à Sancta Birgitta; & adducuntur Criticæ Scripturę hanc fundationem impugnantes, quibus plenę reſpondetur.

SUMMARIUM

1. S*ancta Birgitta instituit Ordinem nuncupatum Briccianorum*

ſub

ſub Titulo Sancti Salvatoris.

2. *Ordinis Sancti Salvatoris adducuntur Fundationes, & quot fuerint, & quomodo.*

3. *Sanctæ Birgittę Vitę compendium affertur. Sancta Birgitta inſtituit Ordinem, & Monaſteria Sancti Saluatoris pro Maſculis, & Fœminis, & quomodo*, & n. 5.

4. *Obiit Sancta Birgitta, & paulo poſt inter Sanctas relata.*

5. *Sancta Birgitta circiter Anno 1366. inſtituit Ordinem Militarem Equeſtrem nuncupatum Briccianorum, confirmatum ab Urbano V.* & n. 6.

6. *S. Birgitta ſciens Religionibus muniri Eccleſiam Catholicam, deſideravit Reformationem Ordinis Teuthonici Religioſi, & Equeſtris*, & n. 7.

7. *Teſſeram Equitibus præſcripſit Crucem, & cujus formę, & coloris?* & n. 9.

8. *Forma Vexilli.*

9. *Figura Crucis apud quos habeatur.*

10. *Item Figura Equitis armati.*

11. *Equites tenebantur bellare contra Hæreticos.*

12. *Hoſpitalitatem exercere debebant. In Noſcomiis miniſtrare infirmis, Mortuos ſepelire, Viduas, & Pupillos tutari.*

13. *Hic Ordo pingues habebat Commendas.*

14. *Commendas conſequebantur Equites poſt exercitam Militiam in Ordine ſpatio ſex annorum.*

15. *Vigore antianitatis Gradum, & etiam ſupremum Magiſterium conſequi poterant.*

16. *Narratur ſeries Revelationis Sanctæ Birgittæ*, & n. 17, & 18.

19. *Adducitur Aſſertio Critici Scriptoris, ex Revelationibus Sanctæ Birgittæ non probari Inſtitutionem Ordinis Equeſtris*, & n. 20., & 21.

22. *Reſpondetur Critico Scriptori*, & n. 20. 21. 22. & 23. 24. & 25. 26. 27. & 28.

29. *Adducuntur alii Scriptores referentes Hiſtoriam fundationis hujus Ordinis*, & n. 30. & 32.

30. *Adducuntur verba Guſtavi Carloſon.*

31. *Defecit Ordo ob Hæreſim, & Equites ſolum curant poſſidere Equitis Titulum, & Commendas.*

DISCURSUS XLVII.

SANCTÆ BIRGITTÆ, SEU BRICCIANI AC SANCTI SALVATORIS

INter plures Equeſtres Ordines in Suetiæ Regno olim florentes, & de quibus ſuo loco agimus, ille ab Auctoribus recenſetur Briccianorum, vel Birchianorum ſub, nomine ac Titulo Sancti Salvatoris, inſtitutus à glorioſiſſima Sancta Birgitta, quę Regni Suetię Decus, Ornamentum, ac Honorificentia eſt.

Cum autem ex his, quæ de hujus Or-
1. dinis inſtitutione apud Scribentes leguntur, ob multiplicem narrationem erectionis ejuſdem Ordinis ſub eodem Titulo Sancti Salvatoris, res in obſcuris quodammodo remaneat; Nos Hiſtorię ſeriem ordinatim referemus: & Primo agemus de primęva Ordinis fundatione facta à
2. Sancta Birgitta, & Obiectis reſpondebimus. Secundo referemus illam, quę tribuitur Margaritæ Reginæ anno 1496. Ac illam, quam peregit Henricus IV. Suetię Rex anno 1561. Atque demonſtrabimus poſteriores has Ordinis Sancti Salvatoris, fuiſſe Inſtaurationes primævi Inſtituti ejuſdem Ordinis à Sancta Birgitta peractę.

Ut

Ut autem Hiſtoriæ ſeries, quæ cætero-
3. quin à Criticis vellicatur, in claris proponatur, ejuſdem Sanctæ Birgittæ Compendium Vitæ præmittitur. Sancta Birgitta, quæ dicitur etiam Brigitta, & vulgo *Brigida* ex Patre Birghero, & Matre Sighride Coniugibus, non quidem Suetię Regina, ut aliqui ſcripſere, velut *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 14. ſed ex nobiliſſimo Regum Suecorum genere progenita, Wlphoni Nericiæ Principi Matrimonio copulata, octo liberos ex thoro ſuſcepit; quatuor ſcilicet Mares, totidemque Fœminas, omneſque una cum Viro ad Opera Pietatis allicere non deſtitit. Religionis ergo cum d. Marito ſuo, ad Sanctum Jacobum Compoſtellanum ſe contulit, & peregrinata eſt. Viro Ciſtercienſe Monacho facto, & paulo poſt defuncto, Birgitta, audita Chriſti voce in ſomnis, arctiorem Vitę formam eſt aggreſſa; cui deinde arcana multa fuerunt Divinitus revelata. Monaſterium Vaſtanenſe ſub Regula Sancti Salvatoris ab ipſo Domino accepta, ſub
4. d. *R*egula Sancti Auguſtini inſtituit, pluribus Conſtitutionibus communivit ejuſque Alumni, tam Viri, quam Mulieres intra eadem Monaſteriorum ſepta ſub diverſis Clauſtris Veſte, & Chlamyde griſei coloris induebantur, Cruce rubea Chlamydi intertexta cum albo circulo in medio; huncque Clemens V. confirmavit.

Obiit Sanctiſſima Vidua Birgitta Romæ decimo Kalendas Auguſti 1373. eam-
5. que Bonifacius IX. poſt 17. Annos inter Sanctas Viduas cooptavit, aſſignata feſtivitate die qua obiit, nempe 23. Julii ut in Conſtit. Bonifaciana 9. Octobris 1391. Joannes autem XXII. in Concilio Conſtantienſi ad ſupplicationem Regum Suetiæ, Daniæ, & Noruergię, ejus Sanctitatem iterum declaravit in eodem Concilio. Ut tandem ejus Canonizatio tempore Schiſmatis facta apud omnes in majori veneratione haberetur, Martinus V. eandem confirmavit. Ejuſdem Feſtum celebratur ab Univerſali Eccleſia die ſeptima Octobris: Ejuſque Corpus translatum fuit ad Vaſtanenſe Monaſterium, & in Urbe adeſt Eccleſia in honorem illius dicata: & prædicta legi poſſunt in Legenda Breviarii Romani, & apud Eminentiſs. Petra ad Conſtit. Apoſtolicas Commentr. ad Conſt. 5. Bonifacii Noni. Vitam d. Sanctæ Birgittæ deſcribit *Pater Guillelmus Burlamacchi Religioſus Congregationis Matris Dei, impreſſ. Neapolis Typis Franciſci Marlo anno* 1709. *& in Hiſtoria Gallice ſcripta Monaſticorum omnium, & Militarium Ordinum in Italicum Idioma translata per Patrem Joſephum Franciſcum Fontana Mediolanenſem Clericum Regularem Congreg. Matris Dei Tom.* 4. *cap.* 4. *à pag.* 27. *cum ſeq. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738.

In Svetiæ Regno Arianæ Hæreſeos debaccante monſtro, ad illud conterendum, & ad Catholicæ Religionis defenſam, Fidemque Orthodoxam inconcuſſe ſervandam, Glorioſiſſima Sancta Birgitta non Regina, ſed Regiæ Stirpis Svecorum Regum Soboles, perfecte ſciens Catholicam Eccleſiam ſummopere illuſtrari, & muniri præſidio Sacrarum *R*eligionum, Vita contemplativa, & activa laborantium, & ob id eandem Divam Birgittam, ſacro Zelo inflammatam inſtetiſſe pro reformatione Militaris Religionis Equitum Teuthonicorum, ut legitur in ejuſdem Sanctæ Birgittæ Vita, quam, ut diximus deſcribit *d. Pater Burlamacchi Lib.* 1 *cap.* 20.

pag.

pag. 113. *& Libro* 3. *cap.* 1. *pag.* 310. Militarem Equeſtrem Ordinem complectentem inſimul Religioſorum Claſſem, inſtituit circa annum 1366. qui Briccianorum etiam dictus fuit, eumque Urbanus V. Pontifex Maximus confirmavit ſub Regula Sancti Auguſtini, ut ſcribit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 20. *n.* 45. *Abb. Juſtinian. Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap.* 59. *pag* 686. *juxta impreſſionem Venetam Combi, & la Noù* 1692. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 14. *Laurentius Vigilius de Nicollis Prax. Canonica Tit. de Summa Trinitate, & Fide Catholica in §. Notitia, & Series Ordin. Equeſtr. ſub n.* 14. *pag.* 735. *juxta impreſſionem Salisburgi Typis Joannis Ioſephi Mayr* 1729. *ubi idem Auctor nominat hunc Ordinem Ordinem Equitum Birchianorum, ſive Sanctæ Birgittæ: Comes in* Koden *Sapieha in Corollario Omn. Ordin. Equeſtr. in verbo Sanctæ Birgittę pag.* 246. *impreſſ. in calce Tractat. ejuſdem Auctoris, cui Titulus -- Adnotationes Hiſtoricæ de Orig. &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Coloniæ apud Adamum Cholinum Anno* 1730. *Io: Hibner in ſuo Lexico in verbo Equites Divæ Birgittę Colum.* 1592. *juxta impreſſ. Lipſiæ* 1735. *D. Hermant Tom.* 2. *pag.* 231. *infra allegandus.*

7. Equitibus in Teſſeram præſcripſit Crucem; quam nimis generice, ac obſcure cœruleam, flammis circumdatam deſcribit *d. Comes in* Koden *Sapieha in dicto ſuo Corollario in verbo Sanctæ Birgittæ.* Sed revera iniunxit Crucem triangularis formę, & eo modo, qua utuntur Melitenſes, ſed coloris cyanei, hoc eſt cœrulei, ſub qua Cruce in inferiori parte lingua ignea jacet, in ſimbolum ardentis Fidei, & Charitatis, qua flagrare debebant Equites erga Proximum: *d. Mendo, Bonannus, Juſtinianus ubi ſupra, Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires* §. 66. *pag.* 438., *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721.

Præſcriptus vero fuit quoad Equites Crucis color cœruleus, ut uniformis eſſent coloris Vexilli Bellici, quod ex una parte dictam Crucem habebat, & ex altera Stemma Regni Svetiæ, quod continet tres Coronas avreas in Campo cœruleo, ut teſtatur allegatus *Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 53. *pag.* 41.

8. Formam hujuſmodi Scuti tres Coronas extollentis exhibet idem *Juſtinianus pag.* 687. *d. Hermant Tom.* 2. *pag.* 233.

9. Dictæ Crucis Figura habetur apud *d. Juſtinianum, Bonannum, Collectorem Gallum ſuperius allegatos, & in Generali Deſcriptione omnium Teſſerarum Tom.* 4. *ſub n.* 13. *pag.* 409. *ejuſdem Collectoris Galli: Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 2. *cap.* 24. *pag.* 224. *juxta impreſſ. Rothomagenſem Typis Joannis Baptiſtæ Beſogne* 1726.

10. Figura Equitis armati, & d. Crucem in pectore gerentis, videri poteſt penes *Bonannum d. n.* 14. *Collectorem Gallum d. pag.* 438.

11. Tenebantur autem Equites Hæreticos ibidem infeſtiſſimos debellare, & pro viribus Catholicam Fidem contra eoſdem defendere: *Mendo d. n.* 45. *d. Juſtinianus pag.* 686., *& ſeq. d. Hermant Tom.* 2. *pag.* 231. *d. Bonannus d. n.* 14.

Tenebantur inſuper Hoſpitalitatem exercere, & Infirmis in Xenodochiis miniſtrare, Mortuos ſepelire, Viduas & Pu-

12. & Pupillos tutari: *Mendo d. n.* 45. *Bonannus d. n.* 14. *Juſtinianus d. pag.* 686. *& ſeq. d. Hermant d. Tom.* 2. *pag.* 231.

Ordinem hunc pinguibus Sancta Fun-
13. datrix dotavit Commendis: *Juſtinianus d. pag.* 686. *Hermant d. Tom.* 2. *pag.* 231.

Eaſque conſequebantur Equites poſt-
14. quam ſex Annorum ſpatio ſe in Militia exercuerint: *d. Juſtinianus pag.* 687.

Indeque vigore Antianitatis Equites ab Officio, & Gradu, ad Gradum, & Dignitatem aſcendebant, ac etiam
15. uſque ad Supremam Magni Magiſtri Ordinis, ut ſcribit *d. Juſtinianus pag.* 687. ubi tamen ſubdit apud Hiſtoricos non reperiri Catalogum Magnorum Magiſtrorum.

Hanc Divæ Birgittæ Equeſtris Ordinis Inſtitutionis Hiſtoriam, nonnulli Critici in dubium revocare ſatagunt ſub hoc ratiocinio; quod Scriptores illam non aliunde deſumant, ſeu arguant, quam ab iis, quę in libro Revelationum ejuſdem Sanctæ Birgittę leguntur; Quippe legitur Jeſum
16. Chriſtum Dominum noſtrum eidem patefeciſſe, ſummopere gratum ſibi eſſe eorum Virorum, ſub nomine Equitum Votum, quo obſtringebantur, etiam Armorum præſidio Catholicam Eccleſiam tueri, pariterque manifeſtaſſe eoſdem Equites ab eo deſciviſſe parvipendentes Divinam ejus Paſſionem, ac ſuperbia ductos, magis in Bello ad mundanam gloriam captandam vacare, ſpretis Divinæ ſuæ legis Præceptis: quod ſi iidem ad Dominum converterentur, promptè illos reciperet, eodemque tempore modum præſcripſit ſervandum in ſui ſervitio. Modus autem legitur in eodem Revelationum Libro, ſcilicet, ut quilibet Eques cum Equo ad Eccleſiæ Cœmeterium accederet, ſumptoque Pallio illius Cingulum fronti aptaret in ſignum Militiæ, & Obedientiæ, ſimulque Crucis Defenſionem ſponderet: coram eodem Equite deferendum erat Principis Vexillum, ut ſic erudiretur eidem in omnibus parendum, quæ Deo non adverſabantur: obviam ſubinde eidem Equiti Clerus iret cum Eccleſiæ Vexillo, in quo Paſſio Domini noſtri picta conſpiceretur, diſceretque Eques Eccleſię defenſionem, Sanctæque Fidei, & Divinis Præceptis obedientiam.

Poſt Equitis in Eccleſiam ingreſſum,
17. Principis Vexillum Januæ Eccleſiæ ſubſiſteret, & ſolum Eccleſię Vexillum in Eccleſia adeſſet, ut documento eſſet Divinam potentiam ſeculari potentię præferendam, & Equitem magis ſtudere debere Spiritualibus, quam temporalibus rebus; Teneretur Eques Divino Miſſæ Sacrificio intereſſe, & Sacram ſumere Communionem.

Subinde accedente Rege, vel illius Locumtenente, ad Aram ipſe traderet Equiti Enſem, moneretque laborandum pro Fide, pro Eccleſia, ad everſionem Inimicorum ejuſdem; teneretur tueri Eccleſiæ Dei Amicos.

Scutum præterea tribueret Equiti, non non ſolum ad ſui defenſam, ſed etiam, ut defenſam Viduarum, atque Orphanorum aſſumeret, ad honorem gloriamque Dei: Ac etiam manu collum tangens, moneret Equitem ſubiectum eſſe debere Obedientiæ Jugo.

Ex aliis tandem Revelationibus habetur
18. formula Profeſſionis, & Votorum, quæ emittere debebant ipſi Equites tenoris ſequentis: *Ego tenuis Creatura, mala mea non ferens, niſi cum pœna, quique non niſi meam voluntatem*

tatem amo , manuſque mea vi caret ad pugnandum ; promitto Deo , tibique Superiori meo , medio Iuramento me obſtringo, defendere Eccleſiam adverſus ejuſdem Inimicos , & animum Amicis addere , Eccleſiæ pariter me obſtringo bene facere Viduis , & Orphanis. Nec unquam contra Catholicam Eccleſiam , & Fidem quidquam facturum : Meque ſubmitto correctioni , ſi in prædictis deficerem , ut per obedientiam cui me obſtringo , effugiam peccatum , & propriæ renunciem Voluntati , ac tandem majori fervore , Divino jungar , & Tuo .

Ex hujuſmodi Revelationum ſerie ſic re-
18. lata per *d. Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 3. §. *66. à pag. 438. cum ſeqq.* & late *in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, & Militarium ex Gallica lingua in Italicam translata à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſi Congreg. Matris Dei Tom.* 4. *cap.* 6. *pag.* 48. ibidem *Collector Gallus* Criticus inquit, non recte Auctores deſumere, Sanctam Birgittam inſtituiſſe hunc Bricciaṅorum Equeſtrem Ordinem : cum recenſitæ Revelationes nil aliud contineant, quam Relationem Ordinum Equeſtrium in genere fuiſſe à Chriſto Domino collaudatam, non autem ex eis probatum manet , Sanctam Birgittam ſuum Equeſtrem
19. Ordinem inſtituiſſe : Cumque nulla alia Inſtitutionis probatio adducatur, imaginarius remanet Ordo ; inquit d. Criticus : Eoque magis, ſi circumſtantiæ ponderentur Hiſtoriæ , quod Ordo Equeſter inſtitutus aſſeratur anno 1366. , conſtet autem Sanctam Birgittam mortuo ejus Marito Nericiæ Principe, Viduam remanſiſſe ſub anno 1343., vel 1344. tuncque Bona ſua inter ejus filios diviſiſſe, ſe-
20. que de anno 1345 , aut 1346., relicto Suetiæ Regno , Romam contuliſſe .

Hinc arguit Criticus , quod ſi ipſa, completa jam favore filiorum ſuorum diſtributione bonorum , morabatur Romæ enunciatis Annis , quomodo potuit de anno longe poſteriori 1366. in Suetiæ Regno aſſertum Ordinem fundare , illumque Commendis pinguibus dotare , cum revera ipſa non fuerit Suetiæ Regina , ſed ſolum Nericiæ Principis Uxor .

Et demum advertit uterque Criticus Scriptor, quod ſi Equeſter hic Ordo,
21. ut aſſeritur à Summo Pontifice Urbano V. confirmatus fuit, congruum erat , quod in Bulla Canonizationis ejuſdem Sanctæ , ſicut mentio habetur de Religioſorum Ordine ſub Titulo Sancti Salvatoris , ab ipſa Sancta Birgitta fundato , de iſto etiam Equeſtri Ordine ab eadem , ut dicitur inſtituto , & à Summo Pontifice confirmato, mentio fieret . Hucuſque arguit d. Criticus Scriptor .

Verum Hiſtorica documenta , quibus ut ſuperius demonſtravimus fundationem Ordinis Equeſtris, & Militaris à Diva Birgitta peractam inconcuſſa penitus , & firma manere credimus .

Pace enim ingenioſorum Scriptorum ni-
22. mis fortaſſe ſubtile differendi genus adhibentium , credimus manifeſte dilui ratiocinium . Siquidem Primo certum eſt, quod non ſolum aliqui Auctores, inter quos *Schooneheck* , & *Hermanus* , quos nominant dicti *Scriptores Critici*, ſed plures non obſcuri nominis , nec recentiſſimos adeſſe Auctores, qui hunc Equeſtrem Ordinem Briccianorum à Sancta Birgitta fundatum deſcribunt , ut *Antonius Vianus in Deſcriptione Regni Suetiæ, Antonius Boiſius in Genealogia Eremitarum Sancti Auguſtini*, de quibus meminit etiam *d. Mendo d. n.* 45. ,

cum

cum cæteris ſuperius relatis.
Quid autem officit Revelationes Sanctę Birgittæ, quæ ad litteram dilucide habentur in Volumine Operum ejuſdem Sanctæ Birgittæ, ſub Titulo -- *Octavus Liber Cæleſtis Imperatoris caput* 32. *juxta impreſſ. Norimbergæ* 1521. *Typis Antonii Koberger* -- ver-
23. ſari circam genericam materiam Ordinum Equeſtrium, non circa Ordinem ab eadem Sancta fundatum? Siquidem non dicimus, quod in ejuſdem Revelationibus adſit formalis Inſtitutio Ordinis Equeſtris, de qua infra: ſolum enim aſſerimus, quod ex iiſdem Revelationibus ſibi à Divino Salvatore factis motivum ſumpſerit Sancta Birgitta inſtituendi Ordinem Equeſtrem Sancti Salvatoris; ſicuti legimus, ac prænotavimus illam fuiſſe ſolicitam reformandi Ordinem Equitum Teuthonicorum, & teſtatur *d. P. Guilelmus Burlamachi Religioſus Congregationis Matris Deilib.* 1. *cap.* 20. *pag.* 113. *& Lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 319. *juxta Impreſſ. Neapolis Typis Franciſci Marlo anno* 1709. Minus obicem facere poteſt, quod illa de anno 1366. Romæ moraretur: tum quia ex ſerie Vitæ, quam præmiſimus, conſtat Divam Birgittam cum conſenſu Summi Pontificis ab Urbe ſe contuliſſe ad viſitanda Terræ Sanctæ in Paleſtina Loca, & ſic potuit Patriam repetere, & ibidem de dicto anno 1366. Ordinem fundare. Tum quia, etiam Romę commorans, potuit hunc Equeſtrem Ordinem pro Suetiæ Regno inſtituere: & licet Regina Suetię non eſſet, magno tamen Suetiæ Regum ſanguine creta, Nericiæ Principis Uxor erat, & Vidua; & ſic ex ſuis Bonis, aſſignatis jam portionibus ſuis Filiis, Ordinem Commendis ditare valuit: de fundatione quippe aliorum Equeſtrium Ordinum peracta à Principibus Fœminis, quamvis non Diademate coronatis, imo etiam à ſimpliciter Nobilibus mulieribus, conſtat in præſenti noſtro Volumine.

Poſtremo non obſtat, quod in Bulla Canonizationis Sanctę Birgittæ mentio habeatur tantummodo de Ordine Sancti Salvatoris. Quoniam nulla aderat neceſſitas ibi ſpecificandi Equeſtrem. Ulterius, cum Ordo Sancti Salvatoris comprehenderet, tum Regularem, tum Equeſtrem Ordinem, qui etiam dicebatur Ordo Salvatoris, ut teſtatur laudatus *Pater Honoratus à Sancta Maria d. Lib.* 1. *Diſſer.* 5. *Art.* 1. *pag.* 60. cum Bulla Canonizationis expreſſe loquatur de Ordine Salvatoris, ſane comprehendit etiam Ordinem Equeſtrem. Atque ita inſurgit probatio poſitivę Inſtitutionis
24. hujus Ordinis, una cum confirmatione Apoſtolica ex eademmet Bulla: Non enim novum eſt Ordinem aliquem inſimul conſtare poſſe & Regularibus Religioſis, & Equitibus;
25. adfuit enim ſimili modo erectus Ordo Sanctæ Marię de Mercede, ut videre eſt apud *Patrem Andream Mendo de Ordinibus Militaribus Diſq.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 99. *Abb. Juſtinianum Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap.* 39. *pag.* 579., *& ſeqq. Patrem Bonannum in Catalogo Ordinum Equeſtrium n.* 76, & his aliquo caſu deficientibus, remanere Ordinem in Regularibus, quod evenit etiam in Ordine Salvatoris, qui quoad Regulares adhuc durat, licet quoad Equites ceſſaverit, quemadmodum ſuperius diximus.

Adeſt etiam in Luſitania celeberrimus Ordo Equeſter Jeſu Chriſti Militibus conſtans, & Clericis Habitu Regulari in Monaſterio de Thomar reſiden-

tibus, ſicuti narratur in noſtro *Diſcurſu* de Ordine *JESU CHRISTI in Luſitania*.

Non ſolum ergo ex præmiſſis dici
26. poteſt, quod hic Ordo probabiliter à Sancta Birgitta in Equeſtrem fuerit Ordinem erectus, & poſtmodum in Regularem converſus, ſed nec improbabiliter aſſerere poſſumus, in ipſo ſui exordio fuiſſe Ordinem Equeſtrem Regularem, ideſt ex Equitibus inſimul, & Regularibus conſtantem, juxta terminos ſuperius expoſitos.

Addimus, quod tam ſubſiſtentes ſunt demonſtrationes Equeſtris Ordinis à Sancta Birgitta inſtituti, ut veritatem hanc nec impugnet *Guſtavus Carloſon de Ordinibus Equeſtribus Sectione poſteriori de Ordinibus Equeſtribus Suetiæ* §. 3. *Editione anno 1696.* licet enim ipſe ponat Equitum Claſſem inſtitutam à Margharita Suecorum Regina anno 1496. in fine tamen ſui Diſcurſus ſubdit, non eſſe improbabile, nec ipſum negare, quod Ordo Salvatoris Religioſos complectens à Diva Birgitta inſtitutus, poſtmodum Pontificis alicujus
27. approbatione, vel confirmatione factus fuerit etiam Religioſus Equeſtris. Quibus ſtantibus, dici quoque poteſt rationabiliter d. Margharitam Reginam, ſolummodo præexiſtentis Ordinis à Diva Birgitta inſtituti, dilatationem promoviſſe, & ob id eidem Fœuda, & Bona tribuiſſe, non vero novum Ordinem conſtituiſſe, ponderando maxime, quod Equites ad eundem prorſus finem, iiſdem prærogativis inſtituti deſcribuntur. Unde merito in Teſſerarum Ordinum Equeſtrium Suetiæ Regni impreſſione delineatur unica Crux octogona, cum flamma in inferiori parte, ac cum litterali hac expreſſione Equitum Sanctæ Birgittæ penes *Eliam* in ſuo Opere impreſso anno *1691.*

Addimus in Calce dictum *Guſtavum*
28. *Carloſon*, & poſtremo dicimus Equeſtrem Ordinem à Sancta Birgitta fundatum ſub titulo Sancti Salvatoris, fuiſse primarium Ordinem; cæteros, de quibus mentionem fecimus in principio Diſcurſus ſub §. *Cum autem* fuiſse ſimplices primi Ordinis inſtaurationes.

Poſtremo non omittimus ſubdere,
29. quod Auctores etiam moderni, quibus notę erant Criticæ oppoſitiones, quas ſuperius retulimus, adhuc iidem moderni Scriptores hanc Equeſtris Ordinis fundationem à Diva Birgitta peractam integre exponunt, ut videre eſt penes *Schoonebeck d. Hiſtoria Ordinum Militarium Tom. 2. Dominum Hermant d. Tom. 2. à pag. 224. cum ſeqq.*

Paulo ante allegatus *Guſtavus Carloſon* hęc habet.

III.

Ordo Birgittæ 1396.

„ HOS Equites *Aſhmole fol. 87.*
„ *Briccian Zuighte*; *Joſeph vero*
30. „ *ro Micheli fol. 57.* Cavaleros
„ Bricianos nuncupant. Recenſere
„ ſolent non inter Sæculares, ſed
„ Religioſos Equitum Ordines. Ple-
„ ne vero me fugit, quis ejus pri-
„ mus fuerit Inſtitutor. Nam licet
„ Birgittæ olim conſecratus fuerit
„ nomini; non referri tamen poſse
„ videtur Origo illius ad hanc; quod
„ hujus Fœminæ mors in annum in-
„ ciderit 1373. Etenim illo ipſo
„ anno Romæ è vita deceſſit die 10.
„ Auguſti. *Vid. Canoniz. D. Brigi-*
„ *dæ apud Ernaving. fol. 37. Aſhmo-*
„ *le putat hanc Vitam cum morte*

commu-

„ *commutaſſe die* 23. *Julii* 1373.
„ Aliquo vero deinde tempore, anno
„ nimirum ſæculi 14. nonageſimo ſex-
„ to, regnante Suecorum Regina
„ Marghareta, fertur inſtituta Reli-
„ gioſa iſthæc Societas. Id tanto
„ lubentius aſsero, quanto eſt cer-
„ tius me hoc ipſo veſtigia premere
„ Clariſs. noſtri Brenneri, cujus be-
„ neficio hanc Ordinum Equeſtrium
„ notitiam præcipue debeo. D. Au-
„ guſtini Regulam profeſſi ſunt E-
„ quites hi, quibus etiam injunctum
„ fuit, præter Religionis cuſtodiam,
„ quam contra Schiſmaticos, & In-
„ fideles ſertam, & tectam tuerentur,
„ ut in fidem Chriſti Profeſſos
„ ſua protegere Tutela, mortuos ſe-
„ pelire, Viduas, Parentibuſque or-
„ batos adverſus quoſvis inſultus,
„ injuriaſque defendere, Hoſpitalium
„ denique, ut appellantur, Ædium
„ curam gerere tenerentur. In hunc
„ ergo finem eximia Ordini iſti olim
„ ſunt adtributa fœuda, bonaque.
„ Quod vero Inſtituta, Ritus, Cæ-
„ remoniaſque adtinet, eaſdem, quæ
„ Equitibus Johanniticis, vel Meli-
„ tenſibus ſunt, fuiſſe aſſerunt Scrip-
„ tores plerique; *Aſhmole*, *Greg. Let.*
„ *Mich.* in eo tamen differebant ab
„ illis hi noſtri, quod non eligeren-
„ tur Ordinis hujus Magiſtri, ſed
„ Succeſſionis Jure etiam noviſſime
„ ſuſcepto, ſpes eſſet emergendi, &
„ ad hunc, quem primum inter ſe
„ eſſe voluerunt, perveniendi gra-
„ dum. Cœteroquin in omnibus
„ reliquis veriſimile eſt obſervata
„ fuiſſe eadem, quę inter Melitenſes
„ obſervari ſolent. Crucem octan-
„ gularem pro inſigni geſſerunt Equi-
„ tes, & cœrulei coloris. Adde e-
„ tiam, quod alterutri Crucis radio
„ ignea ſubſit, emineatque lingua:
„ quod ipſum per Miſericordiam, &
„ Amorem explicandum: innuere e-
„ nim ajunt *Aſhmole fol.* 87. ſimbo-
„ lum hoc ſingularem illum Equitum
„ in obſervandis Ordinis ſecundi ar-
„ dorem. Ampl. Brenner in ſuis ad
„ me litteris &c. Falſo autem non-
„ nulli Reginam Svetię illam fuiſſe
„ autumant: quem illorum errorem
„ aperit vetus illud Monumentum,
„ quod excerptum e quodam veteris
„ illius Vadſtenenſis Bibliothecę li-
„ bro, ſuo inſerunt Operi *Joannes Or-*
„ *nevinge General Brab. fol.* 13.,
„ *&* 39. Reſtat itaque heic, ut ob-
„ ſervetur, non eſſe confundendum
„ Ordinem hunc, cum illis Brigit-
„ tinis Monachis, de quibus *Crant-*
„ *gius* aliique paſſim memorant. Nam
„ licet uterque Ordo Eccleſiaſticus,
„ ac Religioſus certo modo ſit, mul-
„ tum tamen inter eos eſt diſcrimi-
„ nis, quod noſtri hi *Equites*, illi
„ vero *Monachi ſunt*. Niſi forte aſ-
„ ſerueris Ordinem illum Monacho-
„ rum Pontificis alicujus adproba-
„ tione, vel confirmatione poſtmo-
„ dum factum eſſe Religioſum Eque-
„ ſtrem, ut ſubinde factum legere
„ licet, *Aſhmole*, hoc equidem non im-
„ probo; interim cum incertum val-
„ de illud ipſum ſit, de eo, vel af-
„ firmare, vel negare quidquam
„ non decet.

Sed cum in Svetiæ Regno miſere Ca-
tholica Fides defeciſſet ob Hęreſim,
31. defecit quoque Equeſter Ordo in
ſuo Inſtituto: *Mendo*, *&* *Bonannus*
ſupra allegati: *d. Juſtinianus pag.* 686.
& ſeq. d. Laurentius Vigilius de Ni-
collis d. n. 14.

Et Equites ſolum id intendunt, ut E-
32. quitis Titulo glorientur & ut
Commendas nanciſcantur: *d. Mendo*
d. n. 45. *d. Juſtinianus d. pag.* 686.

Hactenus relata de fundatione Ordinis
33. Equeſtris à Sancta Birgitta confecta,

comprobari poſſe videntur ex his, quæ tradit ipſe *Guſtavus Carloſon*, quod Henricus XIV. Svetiæ Rex anno 1561. Ordinem Salvatoris reſtauraverit; reſtauratio enim præcedentem exiſtentiam præſupponit.

DISCURSUS XLVIII.

SANCTI BLASII IN ARMENIA

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM

1. *DUO Ordines adſunt ſub eodem Titulo Sancti Blaſii, unus in Armenia, alius in Paleſtina: aliqui inter ſe confundunt*, & n. 2., & 3.
2. *Ordo in Armenia eſt diverſus*.
3. *Teſſera Ordinis Armeni, quæ fuerit*, & n. 5., & 6.
4. *Fundator qui fuerunt, & de quo tempore*.
6. *Plures etiam quam duo fuerunt Ordines*.

DISCURSUS XLVIII.

SANCTI BLASII IN ARMENIA

UT in ſubſequenti etiam Diſcurſu dicemus, Auctores mentionem fa-
1. ciunt de duobus Ordinibus ſub Titulo Sancti Blaſii: ſed de utroque Ordine deplorare cogimur obſcuritatem confuſionemque, quas humanis rebus ingerit antiquitas; ſiquidem alterum Sancti Blaſii in Armenia Ordinem Scribentes ponunt, alium in Paleſtina. De Ordine apud Armenos, fatentur ignotos eſſe Inſtitutores, non conſtare de quo tempore fuerit inſtitutus, & demum, vel confundunt cum alio Ordine, aut incidunt in æquivoca quoad Teſſeram, & Habitum.

Attamen Nos, attentis his diſcrepantiis,
2. credimus hunc Ordinem eſſe diverſum ab eo, de quo ſermonem faciemus in ſubſequenti Diſcurſu. Enimvero Ordo qui ſequitur, titulum habet *Sancti Blaſii in Paleſtina*: Hic dicitur *Sancti Blaſii in Armenia*: & ſane de isto Ordine Armeno, ſic ſcribit *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corollario Omnium Ordinum in verbo* .. *Sancti Blaſii Ordo pag.* 246. impreſſ. in calce Voluminis ejuſdem Auctoris, cui Titulus *Adnotationes Hiſtoricæ de Orig. &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ juxta impreſſionem Coloniæ Typis Adami Cholini, per hæc verba ibi Sancti Blaſii Ordo Torquatus, & Beatæ Virginis in Curia Regum Armeniæ quondam in Ptolemaide fuit celebris: traditur excitatus anno* 1119. *Verum lapſis rebus Chriſtianorum in Oriente, hic quoque interiit. Hiſtoria Ordin. Monaſticorum &c. & Militarium Gallice ſcripta, & in Italicam linguam translata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei Tom.* 1. *cap.* 38. *pag.* 292. *juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1737.

Ex quibus liquet, quod ut diximus, di-
3. cti Auctores unum Ordinem cum alio confundunt, vocando etiam hunc ſecundum Sancti Blaſii, vel cum additamento Sanctæ Mariæ, vel ſine dicto additamento Sanctæ Mariæ: ſed

ſed ab aliquibus diverſificatur in Teſſera; Paleſtino quippe Ordini aſſignatur eadem Crux avrea, plana quidem, ſed rubri coloris cum imagine Sancti Blaſii; Armeno autem Ordini ſimplicem Crucem tribuunt avream planam; imo *d. Fontana d. Capite* 38. ponit Crucem rubeam cum Imagine Sancti Blaſii in medio.

In Ordine Sancti Blaſii, & Sanctæ Mariæ in Paleſtina peculiaris Habitus nullus erat, ut dicemus in ſuo Diſcurſu: in hoc autem Ordine in Armenia adeſt Veſtitus cęruleus, ut infra: *Pater Honoratus à Sancta Maria Diſſert. ſur la Chevalerie Ancienne, e Moderne, ſub* §. *Explication des Armes, & des Colliers des Ordres ſub n.* 81. *pag.* 472. De iſto Ordine inquit .. *L' Ordre de Saint Blaiſe le Chevaliers etojent vetus de Bleu celeſte, & portojent ſur le eſtomach une Croix d' or*, hujuſque Crucis formam delineatam idem Auctor exhibet in pagina ſignata

4. *d. n.* 81., *& in Tabula Alphabetica, & Chronologica &c. de Ordinibus &c. ſub pag.* 511. Attamen *Pater Fontana d. cap.* 38. ſcribit, quod Veſtis erat ex lana alba ſine ornamentis. Idem *Pater Honoratus ſubdit*, quod de iſto Ordine Sancti Blaſii in Armenia ignorantur fundatores, quodque incepit ſub initio ſeculi XII.

Sed quod hic Ordo fuerit fundatus à

5. Regibus Armeniæ, qui nomen Sancti Blaſii Sebaſtæ in Armenia Epiſcopi & Regni Protectoris, impoſuerunt, tradit *d. Fontana d. cap.* 38.

Poſtremo quod duo adſint Ordines Sancti Blaſii, videlicet primus Sancti Blaſii, & Sanctæ Marię Virginis in Paleſtina, & alius Sancti Blaſii in Armenia, incæptus Seculo XII. cujus Equites deferunt Habitum cœruleum, & Crucem auream, clare tradit *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. §. 27. *in fine pag.* 383.

Cœterum pro conciliandа Opinione de duplici, vel unico Ordine Sancti Blaſii, proponimus expendendum, quod

6. cum Ordo *Sancti Blaſii in Paleſtina* fuerit inſtitutus in parvo cœtu, & ſubinde in duas Claſſes diviſus, ut diximus in præcedenti Diſcurſu §. *Inſtitutores:* Hinc fortaſſe ſuborta eſt opinio & aſſertio, duos fuiſſe Ordines, & non unum ſolum.

Quin imo, cum tam late inter ſe in aſſignando tempora Inſtitutionis horum Ordinum diſcordent Scribentes, motivum præbent aſſerendi, non ſolum duos, ſed tres Ordines ſub eodem Sancti Blaſii Titulo alias fuiſſe inſtitutos: Pręter enim variationem temporum Inſtitutionis horum Ordinum ſuperius relatam in hoc, & ſequenti Diſcurſu habemus, quod *Pater Aloyſius Torellus de Bononia in d. Hiſtoria Auguſtiniana Tom.* 1. *anno Chriſti Domini* 389. *pag.* 268. ſcribit .. *Il nono è l' Ordine de' Cavalieri di San Biagio, il quale dice pur anco il ſuddetto Romano fu inſtituito del* 1331., *ed oſſervò la noſtra Regola: di queſt' Ordine niun' altro ne ſcrive, che io ſappia. Et Tom.* 4. *ſub anno Chriſti Domini* 1231. *pag.* 310. *numero* 16. *Ma avviciniamci al fine di queſt' anno con un brieve racconto del Padre Romano noſtro, prodotto dal Padre Campo a car.* 242. *della ſua Storia Agoſtiniana. Conſiſte queſto nel dire, che in queſt' anno fiorì un' Ordine di Cavalieri, il quale egli ſtima, che fondato foſſe ſotto la noſtra Regola, e ſi chiamava di S. Biagio; aggiugne però, che oltre dell' accennato, tutto che abbia uſata gran diligenza, altro di vantaggio ritrovato non hà. Fin quì riferiſce il Campo avere laſciato ſcritto nella ſua Cronica manoſcritta il ſud. Romano.*

Hęc

Hæc porro tam ingens, ab una inſtitutione ad aliam, temporis intercapedo, diſtinctas diverſaſque Inſtitutiones, & ſic diverſos Ordines adfuiſſe ſuadet, niſi dicatur, horum temporum diverſam expreſſionem, à Typographorum, & Amanuenſium erroribus, & æquivocationibus proceſſiſſe.

DISCURSUS XLIX.

SANCTI BLASII, ET S. MARIÆ IN PALÆSTINA

ARGUMENTUM

Habetur ex Summario.

SUMMARIUM

1. *Tempus omnia conſumit.*
2. *Cum duo adſint Ordines ſub Titulo Sancti Blaſii, primus Armenus, de quo in præcedenti Diſcurſu, Alius Paleſtinus, de quo in præſenti,*
3. *Ignoratur nomen Inſtitutoris, & tempus Inſtitutionis.*
4. *Scribunt fuiſſe fundatum circa tempus Inſtitutionis Ordinum Hoſpitalariorum, & Templariorum.*
5. *Quinam fuerint Inſtitutores, & Fundatores? & quomodo in duas Claſſes diviſus?*
6. *Plures Auctores volunt hunc Ordinem militare ſub Regula Sancti Baſilii, alii ſub Regula S. Auguſtini,* & n. 7.
8. *Quo anno floruerit?*
9. *Ritus armandi Equites ſimilis illi Equitum Conſtantinianorum, aut Melitenſium.*
10. *Magiſtri Ordinis electio ſiebat eo modo quo in Religione Hieroſolimytana.*
11. *Quænam fuerit ejus Teſſera?*
12. *Quænam fuerit Veſtis? & affertur forma.*
13. *Equites hujus Ordinis ſtrenue pugnarunt, & victorias reportaverunt; ſed hic quoque Ordo interiit*, & n. 14.

DISCURSUS XLIX.

SANCTI BLASII, ET S. MARIÆ IN PALÆSTINA

IN præcedenti Diſcurſu egimus de Ordine Sancti Blaſii apud Armenos, oſtendimuſque duos ſub eodem Titulo Sancti Blaſii fuiſſe inſtitutos Ordines, intra ſe tamen admodum ſimiles, itaut videri poſſit unicus. Unde præter cumulata in precedenti Diſcurſu, modo agentes de Ordine in Palæſtina, exclamare cogimur, quod fatalem illam, quam longiſſimum tem-
1. pus humanis rebus infert perniciem, quamque deſcribit Sulmonæ Vates
12. in Methamorphoſi canens

Tempus edax rerum, tuque invidioſa Vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus ævi
Paulatim lenta, conſumitis omnia morte.

heu miſere! experimur, etiam in Hiſtoricis monumentis, ac in texenda potiſſimum ſerie Equeſtrium Ordinum Sancti Blaſii; de duobus quippe Ordinibus ſub ejuſdem Sancti Blaſii titulo, Scribentes mentionem faciunt, quorum notitias, vel confudit, vel pluribus in partibus obliteravit Antiquitas.

Quę igitur, remanſere Scriptorum frag-
2. menta recolligentes, de unoquoque Ordine compendiarias Narrationes diſtin-

diſtinctim Nos remittentes, quoad Ordinem apud Armenos, ad ea quæ diximus in præcedenti Diſcurſu.

Quoad alium Ordinem in Palæſtina di-
3. cimus, quod agentes Auctores, præciſe Nomina Inſtitutorum, Tempus Inſtitutionis, ſtabilimentorum tenorem ignorare fatentur, quemadmodum inquit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 31. n. 37. Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap. 24. pag. 341. juxta Impreſſ. Venetam Typis Combi, & la Noù 1692. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 13 Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom. 2. §. 27. Les Chevaliers de S. Blaiſe, e della Vierg. Marie pag. 383. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel 1721. Laurentius Vigilius de Nicollis Prax. Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom. 2. Litt. S. de Sum. Trinit., & Fide Catholica Notitia Equeſtr. Ordinum n. 13. pag. 735. juxta impreſſ. Saliſburgi Typis Jo. Joſephi Mayr 1729. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in Tabula Alphabetica Hiſtorica &c. de Ordinibus Militar. pag. 511. impreſſ. in calce ſui Voluminis, cui Titulus -- Diſſertations Hiſtoriques &c. ſur la Chevalerie impreſſ. Pariſiis Typis Petri Franciſci Giffart 1718.*

Nihilo tamen minus autumant Aucto-
4. res, quod præfatus Ordo Sancti Blaſii, & Sanctæ Mariæ in Palæſtina fuerit inſtitutus retroactis ſęculis, circa tempus, quo fundati fuerunt Ordo Hoſpitalariorum, ac Templariorum: ita ſentit *d. Abb. Juſtinianus d. pag.* 341., & ſub anno 1119. inquit *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario continente Omnes Ordines Equeſtres, in verbo Sancti Blaſii Ordo pag.* 246. ubi quod inſtitutus fuit in Curia Regum Armeniæ à Ptolemaide, quod Corollarium eſt impreſſ. in *calce Operis ejuſdem Auctoris, cui Titulus -- Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. Tabula Alphabetica d. pag.* 511. ubi quod inſtitutus fuit circa initium Seculi duodecimi.

Inſtitutores vero, & Fundatores teſtan-
5. tur fuiſſe nonnullos Viros Catholicæ Religionis zelo accenſos, qui ad tuendam Catholicam Fidem contra Hæreticos, paruum Equeſtrem Cœtum inſtituerunt, huicque parvo Cœtui unum præfixerunt caput, ſub Titulo Magiſtri. Aucto ſubinde numero, Cœtum in duas Claſſes diviſerunt, in eundem tamen finem tendentes, ſcilicet in Milites, & Religioſos, ut hi adverſus Hęreſim prædicatione pugnarent, illi Armis Eccleſię Catholicæ Romanę Hoſtes debellarent, & Catholicam Religionem tuerentur. Voto proinde in Profeſſione obſtringebantur, inſiſtendi in amplianda Catholica Religione, & defendenda Eccleſia Romana: *Juſtinianus d. pag. 341. Bonannus d. n. 13. Collector Gallus d. Tom. 2. d. pag. 383. d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. n. 13. Petrus Franciſcus Bergamaſchi infra allegandus.*

Sub Regula Sancti Baſilii militaſſe
6. hunc Ordinem, ſcribit *Juſtinianus, & Collector Gallus* locis ſupra allegatis, & tradit etiam *d. Nicollis ubi ſupra; Petrus Franciſcus Bergamaſchi in Libello, cui Titulus -- Breve Notitia Iſtorica de' Cavalieri Avreati*

pag.

pag. 54., *juxta impreſſ. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695.

Alii autem vixiſſe teſtantur ſub Regu.
7. la Sancti Auguſtini: ſic tenet *Pater Romanus*, quem allegat *Pater Campo in Hiſtoria Auguſtiniana pag.* 242., & de eo meminit *Pater Aloyſius Torelli de Bononia -- Secoli Agoſtiniani Tom.* 4. *ad Annum* 1231. *ſub n.* 16. *pag.* 310. ubi inquit, quod *d. Pater*
8. *Campi* aſſerit hunc Equeſtrem Ordinem floruiſſe d. anno 1231. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag.* 735. ubi allegat *Mennenium*, & hoc idem aſſerere Mennenium inquit *d. Nicollis d. n.* 13.

Ritus armandi Equites in hoc Ordine
9. ſimilis erat illi, quem ſervant Equites Conſtantiniani: *d. Juſtinianus d. pag.* 341. Et quod fuerit ſimilis ritui Equitum Melitenſium, inquit *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 283.

Sicuti Magiſter Ordinis eligebatur eo
10. modo, quo eligitur in Religione Hieroſolymitana, modo Melitenſi: *d. Juſtinianus pag.* 341.

Ordinis Teſſera erat Crux plana coloris
11. rubri, in cujus centro aderat Numiſma, in quo ſculpta conſpiciebatur Imago Sancti Blaſii Epiſcopi ſtantis, ac Epiſcopali Pluviali induti, & Paſtoralem Baculum manu tenentis, quam Teſſeram Collo appenſam deferebant Equites, ac etiam ſuper candida Capitulari Veſte lanea, ad inſtar Togę Templariorum Equitum: *d. Juſtinianus d. pag.* 341.

Forma dictæ Crucis, cum antedicto Numiſmate, habetur apud *Juſtinianum pag.* 340. *Patrem Bonannum d. n.* 13.

Quod vero Equites hujus Ordinis
12. nullam peculiarem Veſtem haberent, teſtatur idem *Bonannus d. n.* 13. unde ipſe refert Figuram Militis Armis inſtructi, & inquit conſimilem figuram referri in Volumine continente Ordines Militares Pariſiis impreſſo anno 1670. ſed habuiſſe Veſtem albam: *d. Petrus Franciſcus Bergamaſchi loco ſuperius allegato*.

Rurſus figura Equitis Militari Veſte induti, & cum d. Cruce in centro Effigiem Divi Blaſii habente, exhibetur *à d. Collectore Gallo d. Tom.* 2. *pag.* 283.

Quod Equites hujus Ordinis, juxta eo-
13. rum Inſtitutum ſtrenue pugnaverint, & Victorias reportaverint, inquit *d. Juſtinianus* loco pręallegato, quod fuerit Ordo celebris: *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 246.

Lapſis demum Chriſtianorum rebus in
14. Oriente, hic quoque Ordo interiit, ut notat *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 246.

DISCURSUS L.

BRACHII ARMATI IN DANIA

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

CHriſtiani Quarti Danorum Regis Exercitus Calmariam expugnaverat anno 1611. Victoriaſque de Suecis reportaverat. In horum memoriam Coldigæ Ordinem Equeſtrem inſtituit tertia die Septembris anno 1616. dictus Rex Danię Chriſtianus Quartus, declarando ejuſdem Ordinis Equites *Auratos Armati brachii*. In Teſſeram proinde Ordinis ſtatuit *Brachium Armatum*, exornatumque Adamantibus, manu tenens nudatum Enſem elatum. Quod Brachium dexterum eſt, & ſubſtinetur à Tor-

que

que gemmis exornata. Gerunt pariter Ordinis Equites dictam Teſſeram Armati brachii adamantibus pretioſi, ante pectus orizontaliter extenſi, cærulea Cinctura e collo pendente hinc atque hinc, colligante idem Armatum Brachium, hocque ita locatum, ut manus elatum nudatumque Enſem tenens, ad ſiniſtrum latus vergat. De hujus Ordinis Inſtitutione teſtatur *Jano Bircherodius*, *Jani Fil. in libello* cui titulus -- *Breviarium Equeſtre, ſeu de Illuſtriſſimo, & Inclytiſſimo Equeſtri Ordine Elephantico ejuſque origine, progreſſu, & ſplendore hodierno, Tractatus Collectus ex antiquis Diplomatibus, Bullis, Numiſmatibus inſignibus; precipue autem ex poſthumo, & manuſcripto Juari Hertzholmii, Codice in Epitomen redacto variiſque Additamentis, ac Obſervationibus illuſtrato, & continvato impreſſ. Hauniæ ex Reg. Majeſt., & Univerſit. Typographeo anno MDCCIV. pag.* 13., *&* 14. ubi Tabellam exhibet continentem delineatam dictam Teſſeram, cum figura duorum Equitum hujus Ordinis more antiquo indutorum, dictaque ante pectus inſignia tenentium, nec non Stemma Gentilitium eorundem, & nomen, ac cognomen ſequenti modo -- *Dominus Andreas Bilde Eques Ordinis Armati brachii. Dominus Georgius Scheel Eques Ordinis Armati brachii.*

Idem Scriptor pag. 14. enumerat per extenſum nomina omnium tunc creatorum Equitum hujus Ordinis Brachii Armati, ſequenti modo ibi -- *Qui vero Brachii Armati Equites creati erant, hi recenſentur: Dominus Chriſtianus Friis: Dominus de* Kragerup *Cancellarius Regis: Dominus Georgius Lunge Regni Mareſcallus Gubernator Arcis Elsburgi, & Præfectus Babuſii: Dominus Albertus Scheel Regni Chalaſiarcha: Dominus Eredo Randtzow Regni Senator: Dominus Gerhardus Rantzow Regis Vicarius, & Conſiliarius in Holſatia: Dominus Andreas Bilde Regni Senator: Dominus Andreas Saindair Regis Senator & Præfectus Coroniæ: Dominus Ditlevus Rantzow: Dominus Janus Sparre: Dominus Marquardus Pens: Dominus Uldericus Sandberg: Dominus Georgius Scheel. Horum illuſtrium quorundam Equitum icones conſpiciuntur in ampliſſima Regiæ Accademiæ Hafnienſis Bibliotheca generoſiſſimè utpote Domini Andreæ Bilde Regii Campo -- Mareſchalli, nec non Illuſtriſſimi Georgii Scheel Regni Senatoris, e quorum collis videmus dependere in cærulea cinctura adamantibus pretioſum hoc enſiferum inſigne.*

Poſtremo tandem prædictus *Scriptor d. pag.* 14. *cap.* 5. ſubdit, quod hic Ordo Brachii Armati tranſivit in Ordinem Elephantinum, & cum eo coaluit, quod liquet ex quo conſtat quod Equites Elephantini e latere Elephantis, loco Regii nominis, olim geſtaverint Enſiferum Brachium, juxta ea, quæ idem Auctor adducit cap. 11. Sect. 7. pag. 80., & in delineatis Inſignibus tempore Chriſtiani IV. Tabula 8. ſub n. 3., & 4. ubi ſub d. pag. 80. inquit, quod in collo Elephanti ſedebat Æthiops.

DISCURSUS LI.

BRACHMANORUM IN INDIA EQUITUM

ARGUMENTO

Et Summario caret.

IN India adſunt etiam Equites Brachmanes nuncupati, quos creat Rex de

de Calecuth ejuſdem Ordinis Caput, creanturque in eorum Templis magnis cœremoniis, & ſolemnitatibus. Pro Teſſera deferunt *en Echarpe* cingulum confectum tribus ſubtilibus filis, ut dicitur *de Coton*, quem eiſdem Equitibus tradit Rex, ſicuti legere eſt apud *Dominum Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom. 2. in Additionibus pag. 512. juxta impreſſionem Rothomagen. Typis Joannis Baptiſtæ Beſogne 1726.*

DISCURSUS LII.

CALATRAVÆ

SECTIO I.

ARGUMENTUM

Calatravæ Urbis nomen antiquum exponitur ſicut & ejuſdem immutatio.

De quo tempore, & à quibus fuerit inſtitutus Militaris, & Equeſter Ordo Calatravæ? quando fuerit ſegregatus à Monachis.

SUMMARIUM

1. E*Xponitur nomen antiquum, & novum* Calatravæ.
2. *Calatravę Oppidum Mauri per quatuor Secula retinuerunt.*
   A Mauris recuperavit illam Alphonſus Rex Caſtellæ.
3. *Eandem tradidit Equitibus Templariis, qui illam renunciarunt Regi Sanctio filio d. Alphonſi.*
4. *Rex Sanctius Calatravam concedit Abbati Raymundo Abbati Sanctæ Marię de Fitero.*
5. *Frater Didacus Velaſquez munivit Calatravam, Monaſterium conſtruxit, & pugnabat contra Mauros.*
6. *Habitus, quem Abbas tradidit Equitibus, cujus eſſet formæ?*
7. *Calatravenſis Ordinis primi Fundatores fuere Abbas Raymundus, & Didacus Velaſquez.*
8. *Calatravæ Militia ſic dicta fuit ab illo oppido.*
9. *Dictus Abbas Raymundus obiit cum fama Sanctitatis. Tumulatus fuit in loco di Cirvelos, poſtea translatus ad Cœnobium Sancti Bernardi.*
10. *Varia patravit Miracula.*
11. *Beati Titulo nuncupatur.*
12. *Imo cum Titulo Sancti.*
13. *Inter Monachos, & Equites ſuborto diſſidio, renuunt Equites obedire novo Abbati, & ſibi eligunt Magiſtrum Garziam.*
14. *Monachi Calatravæ illam deſerunt, & adeunt Monaſterium Sancti Petri in Gubbiel in Diœceſi de Oſma.*
15. *Equites aſſumunt Clericos Fratres pro adminiſtratione Sacramentorum.*
16. *Equites Calatravæ recipiunt Regulam Sancti Benedicti à Capitulo Generali Ciſtercienſi, non ut Subditi remaneant, ſed uti Familiares gaudeant Privilegiis.*
17. *Equites Calatravæ confirmationem Ordinis obtinuerunt ab Alexandro III.*
18. *Calatravenſes Equites de anno 1187., ſe ſubiiciunt Ordini Ciſtercienſi.*
19. *Dicto Ordini Calatravenſi fuit aſſignatum Monaſterium* Moribundi, *ut ejuſdem Filiatio.*
20. *Calatrava à Mauris expugnata, Equites ſe transtulerunt ad Arcem di* Salvatierra.

21.

21. *Calatravenſes Equites ſub Magiſtro Marino à Ciſtercienſibus normam vivendi accipiunt.*
22. *Id confirmavit Innocentius III.* *Idem Ordo vocatus* de Salvatierra, *acquirit varia loca eidem donata.*
23. *Capta à Mauris* Salvatierra, *Equites* de Salvatierra *in variis locis moram duxerunt, & tandem recuperata Calatrava vetere, in illa per aliquot annos morati ſunt Equites, & tandem ad novam Calatravam ſe tranſtulerunt.*
24. *Innocentius III. iterum Calatravenſem Ordinem confirmavit.*
25. *Calatrava nova in ſalubri aere ſita eſt, vetus econtra.*
26. *Ad novam Calatravam tranſlata fuit Sedes Magiſtralis.* *Et ſex Magiſtrorum defunctorum Cadavera tranſtulit in Sacello nuncupato Sanctæ Mariæ Martyrum, prout ſub eodem Titulo erat vetus Eccleſia veteris Calatravæ.*
27. *In Calatrava mixtim vivebant Calatravenſes cum Religioſis; tempore Pacis Divinis vacabant, & Belli certabant.* *Et inde Equitum Calatravæ nomen ſumptum eſt.*
28. *Quando mitigatus fuit rigor Regulæ: in quo conſiſtebat rigor,* & n. 29.
30. *Ordo Equeſter Calatravæ capit habere Clericos.*
31. *Equites Calatravæ habent ſuum proprium in Calatrava Monaſterium cum Archivo Scripturarum, & Proceſſuum, & eſt caput Ordinis,* & n. 33.
32. *Fratres Clerici habitant in Conventu, ut miniſtrent Sacramenta, & ſpirituali regimine gubernent.*
33. *Equites etiam debent Novitiatum agere, & Profeſſionem emittere.*
34. *De Militibus, & Clericis, qui agant?*
35. *Habitus qualis fuerit?*
36. *Et qualis poſtmodum?* *Crux rubea ex panno laneo in quatuor partibus liliata,* & n. 41.
37. *Forma d. Crucis apud quos habeatur?* & n. 43. *Crux defertur pendens ante pectus, & in dextro latere Togæ Capitularis, quæ eſt ex lana alba.*
38. *Figura Equitis hac Toga induti, apud quos habeatur?* & n. 42.
39. *Reiicitur* Sanſovinus, *qui ſcripſit Habitum Calatravenſium eſſe nigrum.*
40. *Dictæ Cruci liliatæ additæ fuerunt duæ Manicæ ferreæ, Hiſpanice appellatæ* Travas.
41. *Ex conſuetudine Crux confecta ex filis retortis defertur.*
44. *Sigillum plumbeum quomodo erat?* & n. 45.
46. *Vexillum Religionis, qua forma erat confectum.*
47. *Calatravenſis Ordinis Vota Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, & Regulæ rigor fuerunt modificata, & linitus, & redactus ad Caſtitatem Coniugalem, cum facultate teſtandi, & Heredes habendi, & antecedenter,* n. 29.
48. *Ordo ſuas habet Dignitates, & quæ ſint?*
49. *Dignitates prædictæ partim poſſidentur ab Equitibus, partim à Clericis.*
50. *Prior quam teneat Auctoritatem; & prærogativis quibus gaudeat?*
51. *Ordo plures Commendas poſſidet, & Terras.*
52. *Ordo gaudet pluribus Privilegiis, & etiam per viam communicationis gaudet Privilegiis Ciſtercienſium.*

DISCURSUS LII.

CALATRAVÆ

SECTIO I.

Antiquo Romanorum Imperatorum tempore, in Caſtellæ Hiſpaniarum Regno, non obſcuri nominis, Urbs aderat, Oretum Germanicum nuncupata. Urbs hæc ſucceſſivis temporibus cum aliis Hiſpaniarum Regnorum Provinciis, hoc eſt anno Chriſti Do-
1. mini 614., diro Saracenorum oppreſſa fuit Jugo, quo perdurante Saraceni illam penitus labefactarunt, adeo ut etiam antiquum ejuſdem Civitatis nomen deleverint, poſtmodumque Arabicis vocibus *Calatravam* nuncuparunt, quo barbaro Idiomate exprimitur Arx elata in planitie, ut notant *Abb. Juſtin. Iſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap. 27. pag* 390. *&* 391. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 3. *pag.* 1. *Juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. Longo quatuor Seculorum curſu ſub Maurorum Tyrranide perduravit Ca-
2. latravę Oppidum: Sed victricibus Armis Alphonſi Caſtellę Regis nuncupati Imperatoris à Saracenorum manibus anno 1147. exemptum eſt, ſubindeque idem Alphonſus Rex dictum Calatravæ Oppidum dono dedit Militari Templariorum Religioni, quæ tunc temporis potens Armis
3. valde erat, ut Oppidum à Maurorum incurſionibus tueretur. Verum advertentes Templarii, eos impares viribus ad retundendum Mavrorum impetus, vel perterriti ex ſuborto rumore, quod Mauri comparatis copiis Calatravam invadere parati erant, & minabantur audacter, Calatravę Caſtrum Regi Sanctio III. Filio dicti Alphonſi libere renunciarunt. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militaribus Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 139. *d. Juſtinianus pag.* 391. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 2. *Paulus Morigia Hiſtoria dell' Origine di tutte le Religioni &c. Lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 252. *juxta impreſſ. Venetiis Hęredum Petri da Tino* 1575. *Hermant infra allegandus.. Volumen cui Titulus.. Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 258. *juxta impreſſionem Venetam Sebaſtiani Colleti, & Io. Malachin anno* 1720, *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. libr.* 1. *Diſſert.* 10. §. 2. *pag.* 264. *Ioannes Fridericus Comes in Koden Sapieha Eques Aquilę Albæ in Regno Poloniæ in Corollario Ordin. Equeſt. in verbo Calatravenſium impreſſ. poſt ſuum Tract. ſub Tit. Adnotationes Hiſtoricę de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ, impreſſ. Coloniæ Typis Adami Colini* 1730. *pag.* 248. *Hiſtoria Ordinum Monaſtichorum & Militarium Gallico Idiomate ſcripta, & in noſtrum Italicum tranſlata a Patre Ioſepho Franciſco Fontana Mediolanenſe Congr. Matris Dei Tom.* 6. *Cap.* 4. *à pag.* 36. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Ioſephi Salani & Vincentii Giuntini* 1738. ubi quod Templarii ſpatio ſolum octo Annorum circiter hoc tenuerunt.

Cæpit itaque Sanctius Rex ſerio excogitare, cui Ditionem prædictam traderet cuſtodiendam, ac defendendam contra Mauros, jamque ſtatuerat hunc Calatravæ locum ſuis cum finibus liberè, ac inperpetuum dono dare alicui Aulę ſuę Viro Nobili & præpotenti, ut loca eadem ab incurſione Maurorum generoſe, ac

4. ſtre-

ſtrenuè tueretur. Patefacta quamvis fuerit hujuſmodi mens Regis, nullus vel Regi ſe obtulit, vel Regis ob. lationem acceptavit: omnes quippe à Mauris perterrefacti retrahebantur. Accidit autem, ut cum tunc temporis in Regis Aula, ob alia negotia Raymundus Barcinonenſis Abbas Monaſterii Sanctæ Mariæ de Fitero in Regno Navarræ Ordinis Ciſtercienſis, ac Frater ejuſdem Ordinis Didacus Velaſquez, Vir Natalibus Nobilis, & dum in ſęculo morabatur, ſtrenuiſſimus Miles, hic dicto Abbati Raymundo ſuaſit, eundemque impulit, ut Regem Sanctium adiret, ſeque ad tuitionem Calatravæ paratum exhiberet, ac efflagitaret, ut ſibi d. Calatravę Caſtrum cederet. Fratris itaque Didaci Velaſquez ſuaſionibus motus Abbas Raymundus Regem adivit, ſuamque poſtulationem expoſuit: licet autem primum nimis jocoſa, quin & undique audax, Regi cunctiſque Regni Proceribus viſa res fuerit; Nihilo tamen minus, non ſine Numine Divum, ſubinde Rex Abbatis Raymundi petitionibus annuit, idemque Calatravæ Caſtrum, totamque illius Ditionem tradidit, ac dono dedit d. Abbati Raymundo Abbati Sanctæ Mariæ de Fitero, ac Ordinis Ciſtercienſis, ut loca prædicta contra Infidelium conatus ſtrenue defenderet. Tenor autem Inſtrumenti Donationis ſub anno 1158. ſic loquitur, *Quapropter Ego Rex Sanctius Dei Gratia Domini Alphonſi bonæ memoriæ illuſtris Hiſpaniarum Imperatoris filius Divino inſpirante facto chartam Donationis, & Textum Scripturæ in perpetuum valiturum Deo, & B. M. & Sanctę Congregationi Ciſtercienſi, & vobis Domino Raymundo Abbati Sanctæ Mariæ de Fitero, & omnibus Fratribus veſtris, tam pręſentibus de Villa, quæ vocatur Calatrava, ut habeatis, & poſſideatis eam mancipatam liberam, ac quietam, jure hæreditario deinceps in perpetuum, & defendatis eam à Paganis inimicis Crucis Chriſti ſuo, ac noſtro adjutorio: Ita inquam, do vobis, & concedo eam, cum terminis, & Montibus, terris, aquis, pratis &c.* quæ donationis verba leguntur, apud *d. Collectorem Gallum d. Tom. 3. pag. 3.* & de ea teſtantur *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. n. 15. Jacobus Boſius Hiſtoria Sacræ Religionis, & Militiæ Sancti Joannis Hieroſolymitani lib. 6. pag. 216. & ſeq. litt. A. & ſeqq. & Libr. 8. pag. 316. juxta impreſſionem Venetam apud Hieronymum Albrizzi anno 1695. d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom. 6. pag. 37.*

Regali hujuſmodi Donatione confecta, favore Abbatis Raymundi, huic vim pecuniarum Eleemoſynæ titulo ſuppeditavit Archiepiſcopus Toletanus, nec non Spiritualia Indulgentiarum ſubſidia elargitus fuit; unde his omnibus fretus d. Abbas Raymundus, inſignem comparavit Exercitum, & una cum præallegato Fratre Didaco Velaſquez

5. Calatravam petiit, ut illam, & finitima Loca ab Hoſtilibus Barbarorum incurſionibus tueretur, ſolertiaque ejuſdem Fratris Velaſquez Calatravam communiit, ac Mauris terrorem incuſſit, pluribusque annis vexavit *d. Mendo d. Diſq. 1. quæſt. 7. n. 139. d. Collector Gallus Tom. 3. pag. 4. d. Abbas Juſtinianus pag. 392.*

Mox ipſo Rege Sanctio favente, in d. Calatravæ Oppido anno 1158. Monaſterium conſtruxit, ubi cum ſuis Monachis Ciſtercienſibus, cum dicto Fratre Didaco Velaſquez, ac cum Equitibus, qui ibidem Habitu Religioſo ornabantur, ſtrenue loca illa tueban-

vaebantur contra Saracenos, quos generoſe profligabant: *d. Jacobus Boſius* ſuperius allegatus: *Mendo d. Diſq. 1. queſt. 7. n. 140. Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap. 27. pag. 392. Pater Philippus Bonanni Catalogo degli Ordini Equeſtri n. 15. d. Volumen Li Sovrani del Mondo Tom. 4. d. pag. 258. d. Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 5. d. Hermant Hiſtoire des Religions ou Ordres Militaires &c. Tom. 1. cap. 25. pag. 405. & ſeq. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne.*

Religioſus autem Habitus ab Abbate tunc temporis Equitibus præſcriptus,
6. erat Veſtis à Veſte Monachorum Ciſtercienſium deſumpta, continens Scapulare, cum parvo Caputio nigro à Veſte cadente ex lana coloris albi, cujus forma habetur penes *Abb. Juſtinianum* ubi ſupra *pag. 393. Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom. 3. pag. 5. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Cumque Regio illa tot Bellorum incommodis Hoſtiumque incurſionibus deſolata remanſerit, ad damna reſarciendum d. Abbas Raymundus è ſuo Monaſterio Fiteri tranſtulit Calatravam majorem Monachorum partem una cum magno Armentorum numero, ac etiam ingentem vigintiquinque mille Hominum Vaſſallorum numerum ad defenſam Calatravę ſecum duxit, ut ſcribit *d. Abb. Juſtinianus pag. 392. Fontana Tom. 6. pag. 38.*

Hæc ſane prima Calatravenſis Ordinis jacta fuere ſemina d. Anno 1158. quę ſubinde in proceram arborem excrevere. Primarios itaque lapides Fabricæ hujuſmodi Equeſtris Ordinis Calatravæ poſuere d. Abbas Raymundus, & Frater Didacus Velaſquez; unde merito gloriatur hæc Militaris
7. Religio fuiſſe inſtitutam à Religioſo, & Milite inſimul, ad tradita per *Juſtinianum ubi ſupra pag. 394.*, & dicemus in Catalogo Magnorum Magiſtrorum. Quidquid dicant aliqui negantes d. Raymundum fuiſſe Ordinis Inſtitutorem, ſed ſolum præcipuas partes impleviſſe in adjuvando D. Sanctium Regem, vulgo *Eldeſeado*, quem ajunt Ordinis fuiſſe Inſtitutorem, juxta ſenſum aliquorum relatum à *Patre Mendo d. Diſq. 9. quæſt. 10. n. 77.*, & *à Joanne Soranzo L' Idea del Cavaliere pag. 107.* qui variat in hoc, ponendo Regem Sanctium fuiſſe hujus Ordinis Inſtitutorem anno 1120., & Alphonſum Regem anno 1160. locum Calatravæ d. Abbati Raymundo donaſſe, idemque ſcribit *Franciſcus Sanſovini dell' Origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 41.*

Hæc autem Militia nuncupata fuit Mi-
8. litia Calatravenſis ab Oppido, & Arce Calatravę, quæ illius Regionis caput erat: *d. Juſtinianus pag. 392.*

Poſtmodum vel primo, vel quinto juxta diverſitatem Scribentium ab inſtitutione Anno, obdormivit in Domino in odorem Sanctitatis d. Abbas
9. Raymundus, & tumulatus fuit in Eccleſia Oppidi appellati *de Cirvelos*, & poſtmodum translatus ad Cœnobium Sancti Bernardi extra Toleti muros: *d. Juſtinianus d. pag. 594. Pater Mendo d. Diſq. 1. quæſt. 7. n. 140.*, & *ſeq.* ubi inquit, quod obiit quinto ab inſtitutione anno, & ad
10. ſepulchrum ejuſdem confluentes, illius interceſſione à Deo Gratias miraculoſas obtinuiſſe, ſcribit *Rodericus Archiepiſcopus Toletanus in Hiſtor. lib. 7. cap. 14.*, & *17.*, & *cum eo Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 27. pag. 395.*

Eumque, cum Titulo Beati, ſequendo

Bol.

11. *Bollandum* in Comentario Hiſtorico de Beato Raymundo Abbate Fiteri, ad diem primam Februarii ſemper nuncupat *Graveſon Hiſtor. Eccleſ. Tom.* 4 *Parte Secunda Colloq.* 6. *pag.* 697. juxta impreſsion. Romæ *Typis Franciſci Gonzagæ Anno* 1718.

Et cum titulo Sancti nominat *d. Mendo*
12. *Diſq. q.* §. 3. *n.* 88. *Pater Anacletus Reiffenſtuel in jus Canonicum Tom.* 3. *lib.* 3. *Tit.* 31. §. 2. *de Diverſitate, & numero Religionum n.* 46.

Subortum hinc diſſidium eſt Monachos
13. inter, & Equites: nam electo per Monachos in novum Abbatem Rodulpho, huic Equites ſe ſubmittere recuſarunt: unde Equites Calatravenſes elegerunt ſibi Prælatum nuncupatum Magiſtrum Don Garziam; contendebant ſiquidem Monachi Donationem Calatravę, cum ſuo Territorio factam fuiſſe eorum Religioni Ciſtercienſi Sanctæ Mariæ de Fitero, Equites vero fuiſſe factam favore Militiæ Calatravenſis, ut refert *d. Juſtinianus pag.* 395. *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom.* 6. *pag.* 38.

His autem Equitibus iterum Rex Al-
14. phonſus VIII. donavit Calatravam cum ſuo Territorio. Quamobrem Monachi Calatravæ Monaſterium reliquerunt, & ſe ad alia Monaſteria, & ſignanter Sancti Petri in Gubbiel Diœceſis de Oſma ſe tranſtulerunt: *d. Juſtinianus pag.* 395. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 6., & 7.

Tuncque Equeſtris Calatravenſis Militia à Monachis ſeparata fuit, & ab eis independens evaſa. Equites pro-
15. inde in Ordinem receperunt Clericos Fratres, ut eis & in Cœnobio, & in Bello Sacramenta adminiſtrarent; ac poſtmodum à Capitulo Generali ejuſdem Ciſtercienſis Ordinis, ſub Regula Sancti Benedicti, Regulam ſub qua viverent, Equites receperunt, non tamen ita ut Subditi remanerent, ſed ſimpliciter ut fami-
16. liares, & per communicationem & privilegiorum, & Bonorum operum cum forma vivendi; juxta tradita per *Hieronymum Maſcarenas, Mendo, Juſtinianum, Bonannum infra allegandos.*

Cœterum ſpecialem Ordinis Calatraven-
17. ſis jam inſtituti, ac ſeparati ab Ordine Ciſtercienſi approbationem, & confirmationem Equites obtinuerunt à Summo Pontifice Alexandro III. ut in Bulla ſeptimo Kalend. Octobris anno 1164. *allegatus Maſcarenas in Apologia Hiſtorica Ordinis Calatravę à pag.* 1. *d. Mendo Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 140., & 141. *d. Pater Fontana d. Tom.* 6. *pag.* 39., *d. Juſtinianus pag.* 395., *d. Pater Bonannus n.* 15. ubi ait etiam, quod confirmatus fuit ab Innocentio III. *Jacobus Boſius Hiſtoria Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ Lib.* 6. *pag.* 216., & *ſeq.* juxta impreſſionem tertiam *Venetam apud Hieronymum Albrizzi anno* 1693. *Volumen, cui Titulus .. Li Sovrani del Mondo Tom.* 4. *ſub Titulo .. Ordini de' Cavalieri* §. *Ordine Militare di Calatrava impreſſ. Venetiis Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachini pag.* 258. ubi notat, quod obtenta fuit confirmatio anno 1164. ſub Alexandro III. renovata ſub Gregorio VIII. 1187., & ſub Innocentio III. anno 1199.

A Ciſtercienſi Ordine ſeparatus vixit
18. Ordo Calatravenſis ſpatio viginti trium annorum uſque ad tempus, quo eidem Calatravenſi Ordini Magiſter præerat Dom Nonius Perez de Quinnones, hoc eſt anno 1187., hic quippe Magiſter à Capitulo Generali Ciſtercienſium expoſtulavit ac obtinuit, ut Calatravenſes ſub illius obedientia

bedientia reciperet, ſtatuta nova veteribus adderet, & deſignaret Monaſterium, cujus eſſet filiatio idem Ordo Calatravenſis: unde cum effectu aſſignatum fuit Monaſterium Moribundi,
19. a quo Cœnobium de Fitero originem duxerat, atque ita factum eſt, ut Calatravenſes non ſolum familiares eſſent Ordinis Ciſtercienſis, ſed Fratres. Quæ omnia confirmavit Gregorius VIII. anno 1187., & tradit *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 142.

Accidit autem quod anno 1198., Cala-
20. travæ Oppidum fuerit à Mauris expugnatum; unde ab eo recedendo Equites ad Arcem de *Salvatierra* ſe tranſtulerunt, ibique per aliquod temporis ſpatium ſedem ſuam fixerunt Magiſter, & Fratres; unde Ordo de *Salvatierra* nuncupabatur, tuncque temporis, ne confuſio ex dicta mutatione nominis oriretur, iterum
21. Magiſter Dom Martinus Martinez obtinuit à Capitulo Generali Ciſtercienſi vivendi normam, hancque confirmavit anno 1199. Innocentius III.
22. *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 143. *d. Juſtinianus pag.* 401. Dicto Ordini nuncupato di *Salvatierra* donarunt Petrus Fernandez de Caſtro, & Ximena Gomez Coniuges loca de Campo Mollado, cum prędiis in loco Sanctæ Olalla ſitis intra Civitatem Toleti, & Talavitę, ob quæ Magiſter Ordinis, qui erat Martinus Martinez in familiaritatem Ordinis cum participatione Bonorum Spiritualium admiſit dictos Benefactores cum eorum filiis, & Hoſpitale etiam conſtruxit ad Hoſpitalitatem exercendam: *d. Juſtinianus pag.* 401.

Ruiſus anno 1210. iidem Mauri Ar-
23. cem quoque de *Salvatierra* expugnarunt, manſitque Calatravę Ordo aliquo temporis ſpatio abſque ſede præſcripta, coactuſque fuit per varia loca vagari, donec ſub auſpiciis Regis Alphonſi, ab Equitibus vetus Calatrava recuperata fuit, ubi per aliquot annos moram traxerunt; ac tandem ad Arcem, quam Calatravam Novam nuncuparunt, Monaſterio conſtructo, ad idem ſe tranſtulerunt,
24. ac ab Innocentio III. anno 1214. iteratam Ordinis Calatravenſis confirmationem obtinuerunt: *d. Mendo Diſq.* 1. *quęſt.* 7. *n.* 143. *d. Juſtinianus pag.* 405.

Prudentiſſime quidem Equites, vetere relicta, ad novæ Calatravæ Opidum, veluti ad ripas fluminis *Guadiana* ſitum, adeo inſalubris aeris reddebatur ut non ſolum Medicorum conſilio, ſed & ipſo experimento conſtiterit
25. ſtationem eſſe male ſanam: nova vero Calatrava conſtructa fuit ſaniori, meliorique loco, hoc eſt in quodam Caſtro, quod ex Barbarorum vaſtationibus ſuperſtes manſerat in Territorio Salvaterræ. Ibi Magiſter reſtaurationi totus incubuit, nomenque Calatravæ Novę impoſuit, & ad
26. hanc novam Calatravam Magiſtralem Sedem tranſtulit, majorem Conventum Equitum, & Clericorum erexit, quin & ipſa ſex D functorum Magiſtrorum Cadavera tranſferri juſſit, repoſuitque in Sacello dicato Sanctæ Mariæ nuncupatæ Martyrum, ſub quo Titulo ipſa vetus Calatravæ Eccleſia ſacrata fuerat, ut narrat *d. Juſtinianus pag.* 405.

Juxta vetus Ordinis Inſtitutum, Equites in Arce Calatravæ mixtim cum Religioſis vitam ducebant pacis tempore, Divinis aſſiſtendo Officiis, & belli temporibus omnes contra Mauros, pro Fide Catholica certabant: unde Archiepiſcopus Toletanus teſtis de viſu, vivendi horum Equitum
27. mores deſcribens, ait: *Qui laudabant*

bant in Canticis accincti ſunt enſe, & qui gemebant orantes ad defenſionem Patriæ. Victus tenuis eorum, & aſperitas lanę tegumentum eorum: Diſciplina aſſidua probat eos, & cultus ſilentii comitatur illos. Quę verba referuntur etiam per *Abbatem Iuſtinianum d. pag.* 392.

Hinc Equeſtris hæc Militia ob fixam in Arce Calatravæ ſedem, nomen Equitum Calatravæ ſumpſit: *Iuſtinianus d. pag.* 392.

Segregato Calatravenſi Ordine à Ciſter-
28. cienſi, tractuque temporis ſupervenientis Diſpenſationibus Apoſtolicis, mitigatus extitit Regulæ Ciſtercienſis rigor, & vivendi mores immutati independenter à Ciſtercienſibus: Juxta enim vetus Ordinis Inſtitutum Equites normam Religioſi Ordinis, ſilentium, & iejunia quędam obſervabant, Monaſtichas gerebant veſtes,
29. tria ſubſtantialia Vota emittebant, de Bonis ſuis nequibant diſponere. At uſque à tempore Caroli V. Imperatoris, & perpetui Adminiſtratoris, de quo in Catalogo Magnorum Magiſtrorum *n.* 32., & nunc in privatis eorum domibus vitam ducunt, Veſtibus ſericis more Secularium incedunt, de Bonis ſuis diſponunt, Matrimonia contrahunt vigore conceſſionis Pauli III. Summi Pontificis anno 1740. die 3. Auguſti, & Gregorii XIII. anno 1575. de quibus *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militarib. Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 147. *& Diſq.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 92. *Diſq.* 5. *quæſt.* 2. *n.* 11. *Diſq.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 1.

Et quidem, non ſolum Matrimonium contrahere poſſunt cum Virgine, ut poterant tempore Eugenii IV. nequaquam vero ad ſecundas Nuptias tranſire, juxta terminos Indulti, quod à Summo Pontifice impetraverat Magnus Magiſter Ordinis Ludovicus de Guſman; verum etiam vigore dictę diſpenſationis Pontificiæ Pauli III. poſſunt abſolute Nuptias contrahere, cum qualibet Fœmina: *d. P. Mendo d. Diſq.* 5. *quæſt.* 2. *n.* 11. *Diſq.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 1. *Iacobus Boſius in Hiſtoria Ordinis Sancti Io. Hieroſolymitani d. Lib.* 6. *pag.* 217.

Hinc factum eſt, ut Equeſter Calatravę
30. Ordo, ſicut pręmiſimus, Clericos Fratres haberet, qui in Cœnobio non ſolum, ſed etiam in Bello Equitibus Sacramenta, cœteraque Spiritualia præſidia miniſtrarent, atque Ordo Calatravenſis Fratribus Clericis, & Equitibus conſtare cæpit, & nominari Calatravenſis Ordo, & Militia Equitum Calatravę ob fixam in Arce Calatravę ſedem, ut notat *d. Mendo Diſq.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 1., & 2. *d. Juſtinianus pag.* 392.

Habet ergo hic Calatravenſis Ordo,
31. ſicut & alii Equeſtres Ordines, ſuum proprium Monaſterium, ſcilicet Calatravæ, quod eſt Caput, & Sedes Ordinis, in quo antiquitus magni reſidebant Magiſtri, ibique Documenta Ordinis, publica Inſtrumenta, Artographa, Privilegia, & Monumenta in Ordinis Archivo, necnon probationes, & Proceſſus eorum, qui ad Ordinem admittuntur, & Fratrum Clericorum, & Equitum conſimilia aſſervantur; pariterque in eodem Novitiatus, & Profeſſiones, niſi adſit diſpenſatio peraguntur, ut proſequitur *d. Mendo d. Diſq.* 9. *quæſt.* 1.

Reſidentiam in hoc Calatravenſi Mona-
32. ſterio tenent Fratres Clerici Calatravenſes (quemadmodum reſpective in eorum peculiaribus Monaſteriis Fratres Clerici aliorum Ordinum Militarium) ibique vitam Religioſam agunt, Eccleſiaſtico cultui invigilantes in Animarum cura, Sacramentorum adminiſtratione, ac Spirituali

Regimine Equitum: *d. Pater Mendo Diſq.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 1. *Diſq.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 2., *&* *quæſt.* 2. *n.* 6, Aluntur ex reditibus Monaſterii: *Mendo d. Diſq.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 3.

Equites quoque de eodem Monaſterio
33. (participant enim juxta Ordinis Statuta) debent ibidem Novitiatum per aliquod tempus agere, profeſſionem emittere: quoties vero morantur in d. Monaſterio, Sedes habent proprias in Choro, & in Capitulis locum, atque ita ex concurſu Equitum, & Clericorum, cum integraliter Ordo componatur, vere remanet Monaſterium Caput Ordinis, ut ratiocinatur *d. Mendo d. Diſq.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 3.

Porro cum fere omnes Ordines Milita-
34. res, & præcipue in Hiſpaniis, conſtent duabus Claſſibus Clericorum, & Militum, ut infra etiam dicemus, ne pluries eadem repetamus, Lectorem remittimus ad noſtrum *Diſcurſum XIII. de Ordine Alcantaræ*, ubi plura expoſuimus de his Clericis Fratribus, eorumque Collegiis.

Cœterum antiquus Calatravenſium Equi-
35. tum Habitus ex lana alba erat, hoc eſt Scapulare cum parvo caputio cadente, ac veſtis ſupraposita, & nunc nuncupant *Manto*: *d. Iuſtinianus pag.* 392. Aſſeruerunt aliqui, quod iidem Equites ſupra dictam veſtem aliquam quoque Crucem gererent, quam fuiſſe rubram, inquit *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordinum Equeſtrium ſub n.* 15.: ſed cum res ſolum generali conſuetudini innitatur, quod in ipſis Bellicis expeditionibus, nuncupatis *Cruciatæ*, cruce Militares ſignabantur, & nullum detur quoad dictos Equites Documentum, merito reiiciuntur *ab eodem Iuſtiniano pag.* 392. *Pater Mendo Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 146.

Longo annorum curſu, duo ſecula, annoſque quadraginta complectente,
36. hoc eſt uſque ad annum 1397. continvarunt Calatravenſes Equites d. Habitum deferre. Verum d. anno 1392. à Benedicto XIII. qui Schiſmatis tempore pro legitimo Pontifice in Hiſpaniis tunc habebatur, obtinuit etiam Calatravenſis Ordo Habitus reformationem, diſpenſando Equites à delatione caputii, indulſitque, ut loco ejuſdem deferrent Crucem rubeam, ex panno laneo in quatuor partibus Liliatam, & juxta formam, quæ in ſua Bulla delineata erat, ut habetur *apud Andream Guarin. in ſuo Libello. Origine e fondatione di tutte le Religioni, e Militie di Cavalieri pag.* 15. *Cavalieri di Calatrava*: *Boſium d. pag.* 247. *Iuſtinianum d. Parte Prima cap.* 27. *pag.* 390., *&* 393. *Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordin. Equeſtr. d. n.* 15., *& in Generali Deſcriptione Inſignium ſub n.* 14. *pag.* 147. *d. Collector. Gallum in d. Hiſtoria des Ordres &c. Tom.* 3. *pag.* 1., *& Tom.* 4. *in explicat. armorum ſub n.* 14. *pag.* 410. *d. Patrem Honoratum explication. des Armes &c. pag.* 469. *ſub n.* 64. ubi tamen refert figuram
37. Crucis cum quatuor liliis ſimplicibus in quatuor partibus.

Crucem prædictam deferunt Equites
38. pendentem ante pectus, ac etiam in dextero latere Togę capitularis, quæ capitularis Toga ex lana alba eſt, & ad pedes fluit; ac figura Equitis hujuſmodi Toga induti delineata habetur apud *d. Abbatem Iuſtinianum d. pag.* 393. *Bonannum d. n.* 15. *d. Collectorem Gallum Tom.* 3.

Unde per errorem *Franciſcus Sanſovi-*
39. *nus in Libello della Origine de' Cavalieri lib.* 2. *§. Cavalieri di Calatrava pag.* 42., *juxta impreſſionem*

Vene-

Venetam Hæredum di Marchio Seſſa anno 1570. ſcripſit, quod Equites Calatravenſes -- *Vanno veſtiti di nero*.

Præterea dictæ Cruci rubeę in extremitatibus liliatæ duę Manicę ferreę ad-
40. ditæ fuerunt, quibus Captivorum manus vinciri ſolent. Quid vero dictæ duæ Manicæ ferreæ ſignificent, varie exponunt Scribentes. Dicunt aliqui fuiſſe additas, ut ab aliis diſtinguerentur Ordinibus: Alii, ut in ſimbolum eſſent Chriſtianorum in Captivitate à Barbaris in Caſtro Calatravæ liberationis; verba enim *Travas* Hiſpanice ſignificant Catenas, quibus Captivi vinciuntur: Alii dicunt ſignificare vincula Charitatis, quibus Equites inter ſe ligantur; & tandem *Pater Euſebius de Nieremberg* inquit, indicare eximiam illam venerationem, & cultum, quo Equites proſequuntur Sanctiſſimam Virginem Mariam Dei Matrem, & manicis illis ferreis, ejuſdem Sanctiſſimæ Virginis Servos eſſe, & Captivos ſe profitentur, & gloriantur; ſicuti videre eſt apud *d. Hermant d. Tom.* 1. *cap.* 25. *pag.* 406.

Hinc in propoſito d. Crucis ex Panno,
41. etiam quoad hunc Ordinem Calatravenſem, dicimus, quod licet Pontifices præſcripſerint, tum Equitibus, tum Clericis Fratribus in Veſtibus Crucem ex Panno, nihilo tamen minus jam in Ordine Calatravenſi, ſicut & Alcantarenſi uſus eſt, & approbatio Ordinis invaluit, ut Crux ſolum ex filis retortis conficiatur, per quam Crucem non cenſetur violatum Pontificis præceptum, dum ſubſtantia, & color immota manent, nec immutatum eſt diſtinctivum Militum Equitum, & Clericorum Fratrum, ut inquit *d. Mendo d. Diſq.* 12. *quæſt.* 2. *n.* 36.

Figura Equitis induti dicta Veſte ex lana
42. alba, & Cruce ornati, videri poteſt apud *d. Abb. Juſtinianum d. Parte Prima cap.* 37. *pag.* 393. *Patrem Bonannum in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 15. *Collector. Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires Tom.* 3. *pag.* 1., *& pag.* 37. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Figuram Crucis tradit *d. Juſtinianus pag.* 390. *Bonannus ubi ſupra*, *& in Ge-*
43. *nerali Deſcriptione omnium Teſſerarum n.* 14. *pag.* 147. *Collector Gallus d. Hiſtoria Tom.* 4. *in Generali ſimiliter Teſſerar. explicat. ſub n.* 14. *pag.* 410. *d. Hermant d. Tom.* 1. *pag.* 403.

In Sigillo plumbeo, & ſub quo nego-
44. tia magis gravia expediebantur, ex una parte Crux Ordinis aderat cum duabus Manicis ferreis, ex altera parte aderat Caſtrum cum duabus manicis ferreis: ſub ea dicitur Crucem eſſe Stemma Religionis, Manicas vero ferreas eſſe diſtinctivum Religionis.

Alii dicunt Crucem cum ferreis Ma-
45. nicis fuiſſe tales ferreas Manicas Inſignia Magiſtri; junctas autem Caſtro eſſe Stemma Conventus Calatravenſis: *d. Juſtinianus pag.* 394.

Demum in Vexillo Religionis, cernitur
46. ex una parte Stemma ejuſdem Religionis Crux cum Manicis ferreis, & ex altera Imago Sanctiſſimæ Virginis Marię habens ſub pedibus Lunam, quæque Sanctiſſima Virgo Patrona eſt Ordinis hujus, ſicuti videre eſt apud laudatum *Abbatem Juſtinianum pag.* 391. *Hermant d. Tom.* 2. *cap.* 25. *pag.* 411. qui omnes figuram exhibent.

Recenſita Hiſtorica ſeries fundationis hujus Calatravenſis Ordinis videri poteſt in Hiſtoria ejuſdem Ordinis, exarata *à Franciſco Caro de Torres*,

impreſſa Matriti Typis Joannis Gonzales 1629., & in Libro ſub Titulo -. *Diffinitiones della Orden y Cavaleria de Calatrava impreſſ. Valladolid por Luis Sanchez* 1603. quam damus in calce hujus Diſcurſus in Sect. 2. n. *6*. ſub litt. *G*.

In præcedentibus ſeculis profitentes in hoc Ordine tribus ſolemnibus Votis ſe obligabant, Caſtitatis, Paupertatis & Obedientiæ, cum aliis rigoribus Religionis, ut diximus *ſupra n.* 29. Sed Apoſtolicæ ſupervenere Diſpenſa-
47. tiones, quarum vigore mitigatis Regulæ auſteritatibus Votorumque, nunc more Secularium in privatis eorum Domibus moram trahunt, redactoque abſolutæ Caſtitatis Voto ad Votum Caſtitatis Coniugalis, vigore Bullæ Pauli III., ut diximus *ſupra n.* 29. & diximus etiam in noſtro *Diſcurſu XIII. Sect. I. n.* 49. *pag.* 271. ubi enumerantur Scriptores, apud quos eſt impreſſum d. Indultum Pauli III., Nuptias abſolute contrahere poſſunt, & de Bonis ſuis diſponere, quemadmodum latius diximus ſuperius *n.* 28., *&* 29. Addimus *d. Patrem Fontanam Tom. 6. pag.* 55. ubi quod anno 1652. tribus Votis, quæ emittunt, Paupertatis, Obedientię, & Caſtitatis Coniugalis (juxta terminos de quibus in particularibus Diſcurſibus ſuper conſimilibus Votis egimus) emittunt etiam quartum Votum, defendendi, & ſubſtinendi Immaculatam Conceptionem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.

Tenet hic Ordo, ſervatque præcipuas
48. Dignitates: nam pręter illam Magni Magiſtri, qui antiquitus per ſuffragia Equitum eligebatur, nunc autem Magnum Magiſterium eſt penes Reges Catholicos Hiſpaniarum, & ſub perpetui Adminiſtratoris titulo Coronæ Hiſpanicæ unitum, de quibus Magnis Magiſtris, & perpetuis Adminiſtratoribus teximus Catalogum, quem in calce referemus.

Prima Dignitas poſt Magiſtrum eſt illa Commendatoris majoris, qui eſt Locum tenens Magiſtri tam tempore Pacis, quam Belli, ut indicat Hiſtoria Ordinum Militarium Sancti Jacobi Calatravæ, & Alcantaræ edita à *Franciſco Caro de Torres impreſſ. Matriti per Joannem Gonzales anno* 1629. *lib.* 2. *ſub* §. *La Cabeça*, quam integre hic tranſcribimus in calce Diſcurſus *n. 6. ſub Litt. A. Sect.* 2. Secunda eſt Claverii, Cuſtodis ſcilicet Conventus: *d. Franciſcus Carus de Torres, in calce lit. C. Sect.* 2.

Tertia Dignitas eſt Prior; quarta eſt Sacriſta; quinta eſt Operarius, de quibus vide *d. Franciſcum Caro de Torres in d. ſua Hiſtoria litt. C. D. E. F. hic in calce Sect.* 2.

Quæ ſane Dignitates partim ab Equi-
49. tibus, partim à Clericis, & Capellanis poſſidentur. Hinc Gradus Prioris, & Sacriſtæ ſpectant ad Religioſos Capellanos, ut notat *d. Fontana pag.* 54. *d. Tom. 6. dictus Franciſcus Caro*.

Porro diſtincta poteſtate pollet Prior;
50. ſiquidem ipſe Pontificalium Ornamentorum uſu gaudet in Eccleſiaſticis functionibus; ipſe poteſtatem habet conferendi Minores Ordines Religioſis Clericis hujus Calatravenſis Ordinis: *d. Fontana d. Tom. 6. pag.* 54., *&* 55. *d. Franciſcus Caro in calce hujus Diſcurs. ſub Lit. A.*

Dives Opum fuit ſemper, & eſt de
51. præſenti hic Ordo: Siquidem ille poſſidet quinquaginta ſex circiter Commendas, inter quas comprehenduntur Dignitas Cuſtodis, & Superintendentis Fabricarum, quæ nonniſi Perſonis Ordini adſcriptis conferuntur: ac ulterius poſſidet circa ſexdecim

decim Prioratus ; major autem eorum pars conſiſtit in Domibus Conventualibus, & ceterę in ſimplicibus Curis . Dicti Prioratus conferuntur ſolum Capellanis hujus Ordinis : ita ſcribit *d. Pater Fontana d. pag* 54.

Poſtremo tenet quoque Ordo ſexaginta quatuor Suburbia, aut Villas, & ut dicimus *Borghi*, *Villaggi*, *o Terre*: *d. Pater Fontana d. pag.* 54.

Calatravæ Ordo pręter privilegia edi-
52. dem à Sancta Sede indulta, habet etiam vigore communicationis Privilegia conceſſa Ordini Ciſtercienſi, eiſque gaudet: *d. Mendo Diſq.* 1. *quęſt.* 7. *n.* 145. Ubi quod enumerantur triginta ſeptem Pontifices, qui Privilegia conceſſerunt, ſicut triginta & unus ex Hiſpaniarum Regibus, qui ſimiliter conceſſerunt Privilegia.

DISCURSUS LII.

SECTIO SECUNDA

ARGUMENTUM

Exponitur Praxis obtinendi Gratiam admiſſionis ad Habitum, quæ Gratia debet à Rege concedi. Adducitur nomenclatura Magnorum Magiſtrorum, & Perpetuorum Adminiſtratorum, & Hiſtoria ſuper hac Religione.

SUMMARIUM

1. *Ordo Calatravenſis conſtat duabus Claſſibus Equitum, & Fratrum Clericorum.*
2. *Gratia admiſſionis ad Habitum, quomodo obtineatur à Rege?*
3. *Praxis tenenda à Petente admitti ad Habitum, & quæ debeant probari?*
4. *Pro Religioſis admittendis quæ probanda ſint.*
5. *Catalogus Magnorum Magiſtrorum à fundatione Ordinis uſque ad præſens adducitur.*
6. *Traditur Hiſtoria Franciſci Caro de Torres ſuper Religione Calatravenſi.*

DISCURSUS LII.

SECTIO SECUNDA

Conſtat ex hactenus dictis, quod Equeſter hic Calatravenſis Ordo
1. duabus Claſſibus componitur, Fratrum nempe Clericorum, ac Equitum : gratia vero admiſſionis ad hunc Ordinem, ſive in gradu Clericorum, ſive Equitum (idem eſt, quoad alios Ordines Militares in Regnis Hiſpaniarum) antiquis temporibus, quibus peculiares aderant Magiſtri, ab iiſdem Magiſtris indulgebatur: poſtquam vero hic Ordo, ac alii Hiſpaniorum Regnorum uniti fuerunt Regiæ Coronæ, ac Reges conſtituti perpetui Adminiſtratores, gratia admiſſionis ad Habitum conceditur à Rege Hiſpaniarum, eaque præhabita, Præſes Senatus Regii Ordi-
2. num ſtatuit Equitem, & Fratrem Clericum, vel duos Equites, quoties Fratres Clerici non adſint, ſicut in Regnis longinquis, ut Informationes ſuper qualitate, & requiſitis Perſonæ admittendæ conficiant; quibus peractis, Senatus illas examinat, & ſi pro validis legitimiſque fuerint recognitæ, ſolutiſque per Candidatum ſolvendis, Rex demum committit Viris determinatis, ut Habitum conferant, vel in Monaſterio ejuſdem Ordinis, aut alibi ex diſpenſatione: *Mendo d. Diſq.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 1.

Cupiens ergo admitti ad Habitum hujus Ordinis in Gradu Equitis, proba-
3. re debet, ſe eſſe Nobilem generoſa Nobilitate, & ut dicitur in Hiſpania,

nia *Hidalgo*, ſanguinis, *al modo de Eſpaña*, ex parte Patris, & Matris, ac Avorum ex utriuſque latere, in *Statuto Tit. 6. cap.* 1. relat. in calce Diſcurſus noſtri ſub litt. *H.*, litt. *BB.*

Et excluduntur Hidalgviæ ex Privilegio: *d. Statutum litt.* K.

Debet eſſe natus ex legitimo Matrimonio: *d. Statutum litt. I.*

Qui eſt ex Genere Judæorum, Maurorum, & Hæreticorum, & ut dicitur *Villano*, penitus ab Ordine repellitur: *d. Statutum d. litt. I.*

Quomodo ſub d. qualitate Hæreſis intelligatur condemnatus à Sancto Officio: *d. Statutum litt.* L.

Sic pariter excluditur infamatus turpiter: *d. Statutum Litt. M.*

Excludíturque Deſcendens à Mercatoribus, cœteriſque Officialibus enumeratis à *Statuto litt. N. O. P.*

Super prædictis qualitatibus debet confici Proceſſus Probationum, & quidem de Ordine Regis, & ſumptibus petentis, juxta *Satutum litt. M. X.*

Et ſecundæ Informationes non dantur: *d. Statutum litt. Z.*

In Informationibus debet exprimi nomen Patris, & Matris Petentis: *d. Statutum litt. V.*

Et forma integra Interrogatoriorum, ut inquit *d. Statutum litt. Y.*

Diſpenſatio ſuper ætate ad Habitum non datur: *d. Statutum litt. AA.*

Habitus Equitum debet recipi in Conventu Ordinis intra duos Menſes, poſtquam data fuit ei Cedola: *d. Statutum litt. FF.*

Quomodo recipi debeat Habitus, ponitur in *Statuto litt. GG.*, *&* *II.*

Enſis Benedictio quomodo, & quando fit, exponitur in *Statuto litt. HH.*

Diximus ſupra *n.* 47., *&* 48. Ordinem
4. hunc conſtare Equitibus, & Clericis, & gratiam admiſſionis, quoad utramque Claſſem, concedi à Rege perpetuo Adminiſtratore; & ſicut enumeravimus, quę neceſſaria ſint pro admiſſione ad gradum Equitum. Nunc aliqua dicamus de admiſſione Clericorum; & ſane in *Statuto cap.* 8. *ſub litt. BB. in calce Diſcurſus* cavetur, quod in Conventuales, non recipiantur Sacerdotes: Nec tradatur Habitus, niſi adſit locus vacans, *y que no ſean recebidos al Habito los Mendicantes.*

In Capitulo autem 9. Statuti, quod damus in Calce ſub *lit. CC.* habetur forma Interrogatoriorum, quæ dare debent Teſtibus ad conſtruendum Probationes pro admiſſione Religioſorum Conventualium.

Quæ probationes pro Conventualibus fiant à Religioſo Conventuali, præſtito ab eodem Juramento de fideliter illas conficiendo, ut habetur in eodem *Statuto cap.* 10. de quo in Diſcurſus noſtri calce *ſub litt. DD.*

CATALOGUS MAGNORUM MAGISTRORUM

Ordinis Calatravæ.

1158. FUndatores hujus Ordinis fuerunt Raymundus Abbas Sanctæ Mariæ de Fitero, & Don Didacus Velaſquez, qui olim in ſeculo ſtrenuiſſimus miles erat. D. Abbas cum Titulo Abbatis Gubernium Spirituale; Didacus Armorum ge-
5. rebat, ut aſſeritur in *Diſcurſu pręſenti n.* 7. ubi reſpondetur Scriptoribus, qui negant d. Abbatem Raymundum fuiſſe Inſtitutorem Ordinis, ajuntque ſolummodo fuiſſe Adiutorem Regis Sanctii, eumque Regem fuiſſe Fundatorem.

Dictus

Dictus Abbas Raymundus in odorem Sanctitatis obiit circiter anno 1163. Nonnulla patraſſe Miracula, & Titulo Beati, ac Sancti gaudere teſtantur Scriptores allegati in *Diſcurſu à n.* 10. *cum ſeqq.* Unde hic Ordo merito gloriatur habuiſſe Inſtitutorem Virum Sanctitate glorioſum, aliumque Religioſum ſtrenuiſſimum Militem.

I. 1164. Primus Magiſter Dom Garzias e Navarra oriundus, qui ad Regis interceſſionem, confirmationem Apoſtolicam obtinuit ab Alexandro III. Summo Pontifice, rexitque Ordinem ſpatio annorum quinque, teſte *d. Juſti. pag.* 426. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 38. Ex qua familia eſſet, vere non conſtare notat *d. Juſtinianus pag.* 395. ubi etiam refert ignorari tempus ſuę electionis, & ex Bulla Alexandri III. confirmativa Ordinis expedita anno 1164., & d. Garziæ jam Magiſtro directa, argui, id fuiſſe ſecutum anno ſexto à Fundatione.

Ex Chronica I. aliiſque Archivi Religionis Scripturis conſtat, eundem Garziam in principio Regni Alphonſi IX. filii Sancii III. mortui anno 1158. ſucceſſiſſe in Magiſterio, & ſic in anno ſexto à fundatione Ordinis arguitur obiiſſe Abbatem Raymundum, ipſumque Didacum Velaſquez. D. autem primum Magiſtrum obiiſſe anno 1668., aut 1669. ſcribit in *d. Hiſtoria Pater Fontana pag.* 39.

II. 1169. Dom Fernandus Eſcaza, qui licet ut diximus, ignoretur obitus Anteceſſoris ſui, reperitur tamen Magiſter prænominato anno. Hujus originem è finibus Regni Navarræ ajunt provenire: hic pro Rege Alphonſo militavit præcipue in expugnatione Caſtri Coriti, licet infructuoſe, ob reſiſtentiam Lopez de Arenas, qui illud propugnabat contra Regem ejus Dominum. Dictus autem Lopez à vili quodam ejus famulo occiſus ſubinde fuit, eoque mortuo Rex Alphonſus in d. Caſtro Coriti expugnato in Dominium tranſivit Regis, qui d. Caſtrum donavit Ordini. Rex præfato Servo aſſignavit nonnullos reditus pro ſufficienti ſui Victus proviſione: at eodem tempore eidem amputare fecit ambas manus, amboſque pedes, ut documento eſſet cœteris, ne ſuos proderent Dominos, captandi muneris gratia, & Reges, ac Principes amare quidem proditiones ex cauſa acquirendi Dominia, ſed non amare proditores: *d. Juſtinianus pag.* 396. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 38.

Quibus annorum curſibus Ordinem rexerit d. Magiſter Ferdinandus, clare non conſtat, dum non conſtat de quo tempore idem dimiſerit Magiſterium; dum aliqui dicunt per unum annum ſolummodo adminiſtraſſe, alii per quinque, alii per decem annos, ut tradit *d. Juſtinianus pag.* 397. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 38.

III. 1180. Dom Martinus Perez Commenda-

mendator Calatravæ, ex Civitate Tarraconæ in Aragonia. Poſita Renunciatione d. Ferdinandi ſucceſſit Martinus, vel anno 1179., vel 1180. Generoſe hic certavit contra Mauros favore Ordinis, & Regis, qui Ordini donavit Terram Alcanitz. Eo tempore erectæ fuerunt variæ Commendæ Calatravenſes: hinc ortum habuit, quod cum Regis favore varii in dicto Regno ſe nominaverint Magiſtri, vices gerendo Magiſtri Calatravæ. Obiit d. Martinus anno 1182. *d. Juſtinianus pag. 398.* ubi ſubdit, ab aliis aſſignari diverſum obitus diem: *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana pag. 41. d. Collector Gallus Tom. 3. pag. 38.* ubi ait per tres annos rexiſſe.

IV. 1182. Dom Nunnus Perez de Quignones, ex Avila in Regno Lugdunen. (licet Joſeph de Micheli præmittat alium Nunnum Fernandez, ſine tamen ulla mentione temporis, ſive electionis, vel Gubernii.) Hic quoque generoſe contra Mauros certavit, & de illis victorias retulit, & eorum Ducem Maurum captivum effecerunt; qui tantum apud Mauros exiſtimationis erat, ut ad illum redimendum quatuor Equites Cordubæ captivos, necnon ſex alios Chriſtianos præſtarent: *d. Juſtinianus pag. 399.* ubi inquit, quod Calatravam Magiſter munire fecit. Salvaterram Caracuel Benavente cum filio Alphonſi Regis, junctis copiis Ordinis, ferro, & igne vaſtarunt, Territorium Ubedæ, Sancti Stephani, Jaen, & Anduxar.

At comparato per Mauros Militum Exercitu ingenti, Chriſtianos expugnarunt, Terras devaſtaverunt, primoque loco Terram Alcarnos ceperunt Mauri, ſicut & veterem Calatravam, cum magna Chriſtianorum Cæde: *d. Joſeph Franciſcus Fontana ubi ſupra.*

Idem Nunnus Perez de Quignones anno 1187. ſe contulit Ciſtellum, ubi convocatum erat Capitulum Generale. Ab hoc petiit Nunnus, ut ejus Calatravenſis Ordo arctius uniretur Ciſtercienſi: *d. Mendo Diſq. 1. quæſt. 7. n. 142.* Quapropter Guidus Abbas, ac Generale Capitulum præſcripſerunt Equitibus novum vivendi modum à primo tamen non diſſonum, unde ſolummodo additæ fuerunt nonnullæ pænæ in errorem cadentibus. Si quis ergo aliquem ex Fratribus percuſſerit, ſpatio ſex menſium Equum aſcendere minime poterat: per tres autem dies, in terra comedere tenebatur, cui pænæ etiam ſubiacebat ille, qui mandatis Magiſtri non parebat: qui in fornicationem deprehenſus fuerit, pæna plectebatur anni curriculo in terra comedere, ac ter in hebdomada jejunare in Pane, & Aqua, & Diſciplinam ſubire die Veneris.

Præcepit itaque d. Capitulum Generale Ciſtelli, quod Ordo Calatravenſis ſubiectus eſſet Viſitationi Abbatis Monaſterii Moribundi: Unde patet æquivocum

vocum, cum quo procedit *Schoonebeck in ſua Hiſtoria Ordin. Militarium*, ubi inquit, quod Alphonſus Perez, unus ex Magnis Magiſtris Ordinis Calatravenſis, electus fuit de conſenſu Moribundi Abbatis Ciſtelli, ſic ſumendo nomen Abbatiæ de Moribundo pro nomine Abbatis Ciſtelli: *d. Pater Fontana d. Tom. 6. pag.* 39.

Sub d. Magiſtro recuperatum fuit Caſtrum di Salvatierra, ubi translatus fuit Ordo, à quo loco Equites nomen ſumpſere. Tandem idem Nuñus Perez ſuæ Dignitati renunciavit; *d. Fontana d. pag.* 43. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 38. ait rexiſſe per annos 16.

V. 1198. Dom Martinus Martinez, & rexit annos octo: *d. Juſtinianus d. pag.* 400., *& ſeq.*, *&* 426. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 38. Hic obtinuit à Capitulo Generali Ciſtercienſi normam vivendi, ut diximus ſupra *ſub n.* 21. Sub hoc Magiſtro Don Petrus Fernandez de Caſtro, & Domna Ximenes Gomez Coniuges anno 1204., & 1205. donaverunt Ordini Loca nova di *Campo Mollado* cum Prædiis in Diſtrictu Sanctæ Ollelæ inter Civitatem Toleti, & Talaveræ, ob quam Donationem Magiſter Coniuges prædictos cum duobus filiis in familiares Ordinis recepit, & ad participationem omnium Bonorum ſpiritualium, & cum obligatione defendendi eorum Bona, ſumptibus Ordinis, à Maurorum incurſione.

Poſt curſum octo annorum obiit d. Martinus Martinez, & in d. loco de Alcogniz celebratæ fuerunt pompoſæ exequiæ, & juxta Aragonenſes, quod Ordo denominatur *de Alcogniz*, non autem Calatravæ, aut Salvaterræ denominatus fuit, ipſe Martinus fuit nominatus Magiſter de Alcogniz, & ut talis fuit ejus nomen regiſtratum: *d. Juſtinianus pag.* 491. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 38.

VI. 1206. Don Ruy Diaz, ſive Rodericus Diaz di Terra de Yanguas: Hic pugnavit contra Mauros. Dictus Magiſter tranſtulit pro quarta vice Conventum ad Zuritam, eo quia Mauri Salvaterram occupaverant: ſed anno 1212. ad Calatravam Equites tranſierunt, quam Rex Alphonſus à Mauris recuperaverat, & Equitibus reſtituerat: *d. Juſtinianus ubi ſupra*: *d. Fontana d. pag.* 43. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 38.

In certamine cum fuerit in Manu, qua enſem gerebat, vulnere percuſſus, agnoſcens redditum eſſe inhabilem ad pugnandum, convocatis in Tentorio Equitibus, magis publicæ utilitati, quam privato commodo conſulens, in manibus Equitum Magiſtri munus dimiſit, ſubindeque ut ſua vulnera curaret, ad Calatravam ſe contulit, ubi ſpatio Annorum novem Vitam Religioſam in jejuniis duxit, obiitque, & ſepultus fuit in Eccleſia majori à Rege conſtructa. Rexit Ordinem per annos ſex: *d. Juſtinianus pag.* 403.

403. *d. Collector Gallus Tom. 3. pag.* 38.

VII. 1212. Don Rodericus Garceſo Garzias electus Magiſter. Hic contra Mauros generoſe certavit, & certamina enumerat *d. Juſtinianus à pag.* 403. cum ſeqq. *d. Collector Gallus Tom. 3. pag.* 38.

Sub hujus regimine inita fuit conventio inter hunc Magiſtrum, & Magiſtrum Ordinis Sancti Benedicti de Avis in Regno Portugalliæ, cujus vigore Magiſter Calatravę dedit Magiſtro de Avis duo Palatia, quæ Calatravenſis in Civitate Eboræ poſſidebàt cum ſuis pertinentiis, pacto adiecto, quod Ordo de Avis ſubiectus eſſet Calatravenſi, Leges, & Statuta obſervaret, & ſubiectus eſſet Viſitationi Magiſtri Calatravenſis.

Inter ipſos autem Calatravenſes Regni Aragoniæ diſſidiis ſubortis, & tentantibus novum Magiſtrum eligere, idem Don Rodrigus illuc ſe contulit, & lites compoſuit; tandemque obiit poſt Regimen trium annorum in Caſtro de Alcagnitz: *d. Juſtinianus pag.* 404. *Fontana pag.* 44. præallegatus *d. Collector Gallus pag.* 38. *d. Hiſtoria Fontanæ d. Tom. 6. pag.* 44.

VIII. 1216. Dom Martinus Fernandez, quem alii licet erronee nominent Dom Nugno de Quintana, e Terra poſita in Diœceſi de Burgos, à qua Originem traxit.

Magiſter hic agnita inſalubritate aeris Veteris Calatravæ Sedis Ordinis, ſtatuit novam in ſitu aptiori conſtruere, ſicque in Territorio Salvaterrę, & per aliquod tempus nuncupatus fuit Magiſter, & Ordo de Salvatierra: *Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 143. Caſtrum ſelegit, quod à Barbarorum injuriis illæſum remanſerat. Magiſter inſtaurationi ejuſdem Caſtri incubuit, quod denominavit Calatravam novam, octo Leguis à Veteri diſtantem, ad quam Reſidentiam Magiſtralem ſe tranſtulit, majoremque Conventum Equitum, ac Clericorum: *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 143.

Quin imo transportare fecit ad illam ſex Magiſtrorum Cadavera, eadem tumulando in Capella dicta Sanctę Mariæ Martyrum, ſub cujus adamuſſim Titulo erecta fuerat Eccleſia in vetere Calatrava: *d. Abbas Juſtinianus pag.* 405. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 39. *d. Fontana d. Tom. 6. pag.* 44. *ubi quod* 1218. d. Calatravam dedit Equitibus Sancti Juliani de Potier Alcantaræ, de qua iidem nomen ſumpſerunt, cum pacto tamen quod iidem Equites ſubiecti eſſent Viſitationi, correctioni, & reformationi magni Magiſtri Calatravæ, illiuſq: Succeſſorum. A die dictæ Reſignationis, pauco tempore elapſo, obiit d. Magiſter, cui ſucceſſit.

IX. 1218. Don Gonzalus Yannes, ſive juxta pronunciationem Hiſpanicam Yagnez, qui erat naturalis Galitię, Filius Don Joannis Arias de Naboa: alii etiam appellabant Gonzalez Joan-

Joannis. Vir fuit maxime ſtrenuus, & Victor in celebri certamine, in loco *Las Navas de Toloſa*.

Ipſe fundavit Monaſterium Monialium Sancti Felicis prope Terram de Amaja anno 1219. in Diœceſi Burgen. præſtita ejuſdem Monaſterii Dote per Dom Garziam Guttierez, & Dom Mariam Suarez Conjuges, ut in *Diſcurſu noſtro ſequenti de Monialibus Equitum Calatravæ*.

Hinc inſimul cum Magiſtro Sancti Jacobi pro Rege contra Mauros pugnavit.

Sui Magiſterii tempore anno 1228. Gregorius IV. conceſſit Ordini Calatravenſi Eccleſiam, & Monaſterium Sancti Angeli de Orſara in Apulia, ut etiam in Italia Calatravenſes certarent contra Mauros, qui incurſionibus etiam Italicas Urbes tentabant invadere: Unde Itali aſſumebant Habitum Calatravenſium. Dicta tamen Eccleſia, & Monaſterium Sancti Angeli ſucceſſive fuerunt commutata per Regem Ferdinandum IV. cum Terra Sancti Stephani di Aznotoraf, & cum aliis proventibus in Hiſpania, ubi Corpus Religionis aderat. Sic poſt longum laborioſiſſimum regimen viginti annorum obiit d. Don Gonzalus: *Juſtinianus pag.* 408. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39.

X. 1238. Martinus Ruiz, vel ut alii dicunt Rodriquez, electus fuit eo tempore, quo rexerat Caſtellę, & Leonis Regna Don Fernandus nuncupatus *Il Santo*. Conſtat autem ex quadam ſcriptura ſub data die 22. Auguſti 1238. adducta à Chronica, quod idem Magiſter Viſitationem peregit Ordinis de Avis, ibi in Magiſtero Martinum Fernandez, qui fuerat electus contra diſpoſitionem Statutorum ejuſdem Ordinis.

Rurſus cum pari conſenſu, in eadem Viſitatione ſtatutum fuit, quod Equites de Avis eligere non poſſent eorum Magiſtrum, ſine interventu Magiſtri Calatravę, vel alterius Perſonæ ab ipſo deputandæ. Quod annuatim Magiſter Calatravæ Conventum de Avis viſitaret, aut perſonaliter, aut per Viſitatores. Et ſimiliter quod in Electionibus Magiſtri Calatravenſis vocaretur etiam Magiſter de Avis; & ſic Ordo de Avis, licet antiquior, filius diceretur Ordinis Calatravenſis: *Juſtinianus pag.* 409. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39. ubi quod rexit per duos annos.

At vide quæ diximus in *Diſcurſu XXXIII. ſuper Ordine Sancti Benedicti de Avis*.

XI. 1240. Dom Gomez Manrique electus per Vota Equitum d. anno 1240., cujus electio confirmata fuit à Cardinale Legato Apoſtolico, non obſtante contradictione Don Ferrandi Ordonez, cui Rex favebat. Idem vero Gomez tutius reputavit Magiſtrali Dignitati renunciare, prout renunciavit retento gradu Commendatoris majoris Ordinis, & cum conditione, quod ipſe vivere poſſet in loco de A-

vilos.

vilos exemptus à juriſdictione Magiſtri ſui Competitoris, immediateque ſubiectus Sanctæ Sedi: *d. Juſtinianus pag.* 409. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39. ubi quod rexit annos 3.

XII. 1243. Dom Fernandus Ordonez, vel Ordognez electus, ut diximus anno 1243. Hic glorioſe pugnavit contra Mauros, & acquiſivit Arajonam, propugnavit, Mauros expugnavit Hiſpalim anno 1248. una cum aſſiſtentia cætero rum Ordinum Equeſtrium. Auxit etiam Ordinis reditus mediante aggregatione Ordinis, & familiaritate conceſſa Dom Sanctii Navarro, & Dom Mariæ ejus Uxoris: necnon mediante carta Familiaritatis anno 1254. conceſſa Infanti Dom Alphonſo Fratri Regis, cujus vigore idem participabat de omnibus Bonis Spiritualibus, quæ fiebant in Ordine Calatravenſi, & Ciſtercienſi cum Sepultura ejuſdem in Eccleſia Calatravenſi. Obiit tandem poſt regimen Ordinis ſpatio undecim annor. *d. Juſtin. pag.* 409., *& ſeq. d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39.

XIII. 1254. Don Petrus Jannez, aut Joannes electus fuit Magiſter, qui prius ſpatio annorum viginti continue fuerat Magiſter Ordinis Alcantaræ. Hic pugnavit pro Rege Alphonſo nuncupato *Il Savio* in acquiſitione Regni Algarbiorum, & aliis etiam contra Mauros: *d. Juſtinianus pag.* 410. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39. Et anno 1264. à Rege Alphonſo obtinuit fundationem, & dotationem novi Conventus, cum donatione Terræ de Oſſona, ibique fuit inſtituta Commenda, cum Titulo Commendæ majoris de Oſſona, & tandem ætate provectus Dignitatis Gubernium renunciavit Claverio, & poſt duos annos obiit: *d. Juſtinianus pag.* 410. rexitque per 13. annos: *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 38.

XIV. 1267. Don Jannes Gonzales electus Magiſter, qui bella inter Reges orta, ſua prudentia compoſuit. Anno autem 1283. extenſa fuerunt Statuta, & Conſtitutiones Ordinis, annoque ſequenti poſt regimen decem & ſeptem annorum obiit: *d. Juſtinianus pag.* 410. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39.

XV. 1284. Don Ruy, ſive Rodericus Comendator de Alcaniz electus à majori parte Equitum, qui omnium plauſu anno 1284. pro ſervitio Regis Sanctii militavit, ut narrant Scriptores, inter quos *d. Juſtinian. pag.* 411., ubi quod cum remanſiſſet Tutor Infantis Regis Ferdinandi filii Regis Sanctii, fideliter ſe geſſit, & contra Mauros pugnavit, & in certamine vulneratus letaliter in Terra de Arcos interiit, poſt regimen undecim annorum: *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 38.

XVI. 1295. Don Didacus Lopez nuncupatus *Sant Soles*, ideſt *Sancti Zoili*, contradicente Don Garzia Lopez de Padilla, ad cujus favorem aderat numerus Equitum, qui in Magiſtrum elegerant: hic autem ſpatio unius anni adminiſtrata Dignitate

gnitate, obiit: *d. Juſtinianus pag.* 411. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39.

XVII. 1296. Dom Garzia Lopez de Padilla, qui Titulum Magiſtri in antedicta prima, licet nulliter facta electione, ſuſceptum non dimiſerat. Ab aliis autem Equitibus fuit pariter electus Magiſter Don Guttierez Perez, ſubortoque inter Equites Schiſmate, occupata fuere Caſtra Ordinis hinc inde; quod Schiſma continvavit ſpatio quatuor annorum in præjudicium Ordinis, & Chriſtianitatis. Tandem Contententendentes convenerunt, quod Caſtra concorditer traderentur Magiſtro Alcantaræ regenda nomine Ordinis Calatravæ, quouſque Romæ decerneretur, quis ex duobus Magiſtris eſſet canonice electus, prout anno 1301. prodiit Deciſio favore d. Don Garziæ, cui omnes obedientiam præſtiterunt. At cum nimis rigoroſe ſe gereret Don Garzias Lopez de Padilla, contra eum calumnioſa perſecutio mota eſt, ex cauſis expreſſis à Scriptoribus, conſtructoque Proceſſu, depoſitus fuit à munere Magiſtri; à qua depoſitionis Sententia appellavit ad Urbem: ſed interim deventum fuit ad electionem novi Magiſtri in perſonam Dom Alemanni Commendatoris de Zorita.

Verum Don Garzias Romam petiit pro ſuæ Cauſæ tuitione: unde remiſſa Cauſa ad Capitulum Generale Ordinis Ciſtercienſis, hoc revocavit Sententiam privationis, & reſtitutus fuit ad ſuam Dignitatem; poſtmodumque contra Mauros pugnans, reportavit de illis Victoriam nuncupatam *de Mauros*: *d. Hiſtoria Patris Fontanæ. Tom.* 6. *pag.* 45.

Iterum ob adverſos Bellorum caſus Magiſter Garzias Rege perſequente, compilatoque de ejus Ordine proceſſu, fuit privatus Magiſtrali Dignitate, & in Magiſtrum electus Dom Joannes Nunnez de Prado. A ſententia privationis appellavit Magiſter Garzias ad Generale Capitulum Ciſtercienſe, & Abbas de Monſalva declaravit nullam Sententiam Privationis: quapropter d. novus electus Dom Joannes Nunnez de Prato ad Summum Pontificem appellavit. Succeſſive Magiſter Dom Garzias Lopez jam ſenex ſtatuit anno 1329. reſignare Dignitatem Magiſterii, reſervatis ſibi reditibus Ordinis, quas Ordo tenebat in Regno Aragoniæ, & Commenda Zoritæ; & ita poſt Gubernium Ordinis nimio rigore per ſpatium triginta quinque Annorum, muneri renunciavit: *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 39. *d. Hiſtoria Patris Fontanæ à d. pag.* 45., *& ſeqq.*

XVIII. 1319. Dom Joannes Nunnez de Prado. Legitur in Chronacis Regni Portugalliæ, & Regis Dom Alphonſi Caſtellæ, quod dictus Joannes fuit filius naturalis Pereſtevanes Carpenteyro ſuſceptus ex Domna Blancha filia Dom Alphonſi Regis Portugalliæ. Hic Magiſter varias ſubivit in ſuo Miniſterio rerum humanarum viciſſi-

ciſſitudines, tum in violentiis Dom Joannis Ponce de Cabrera, qui Caſtrum Cabrę occupavit, tum in ſchiſmate Equitum Aragonenſium, qui ad electionem novi Magiſtri in perſonam Alphonſi Perez devenerunt, ſuper quibus lis Romæ exarſit: Imo adhuc indeciſa manente lite, dictus Primus Magiſter Don Joannes Nunnez fuit capitali pœna punitus, & ſic infelici morte obiit poſt gubernium viginti ſex annorum: *d. Juſtinianus pag.* 415. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 40. *d. Hiſtoria Patris Fontanæ d. pag.* 46.

XIX. 1355. Dom Didacus Garzia de Padiglia frater Dom Mariæ de Padiglia Amatiæ Regis Petri, *Crudelis* nuncupati, plura paſſus eſt diſcrimina: contra eum electus fuit alius Magiſter in loco Oſſone, morte ſubinde multatus: d. autem Dom Didacus carceribus mancipatus, in Caſtro di Alcala di Guadaira poſt tredecim annorum Ordinis dominium obiit: *d. Juſtinianus pag.* 416. *d. Collector Gallus Tom.* 1. *pag.* 40. *ubi quod rexit per annos* 10. *d. Hiſtoria Patris Fontanæ pag.* 46., *& ſeq.*

XX. 1365. Dom Martinus Lopez de Corduba, qui tempore electionis ad hoc Calatravę Magiſterium, erat Magiſter Alcantaræ, dictaque electio inſtante Rege fuit à Sede Apoſtolica confirmata: ſed contra Magiſtrum Martinum commota fuit ſeditio; & ſicut Equites Caſtellæ elegerant Martinum in gratiam Regis Petri, ita in gratiam Henrici proclamati Regis, Aragonenſes in Magiſtrum elegerunt Dom Petrum Mugniz, Belloque inter hos fervente, captus uti proditor, fuit capitis pœna punitus poſt quatuor annorum infelix gubernium: *d. Juſtinianus pag.* 417. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 40. *d. Hiſtoria Patris Fontanæ pag.* 48.

XXI. 1369. Don Petrus Mugniz de Godoy, electus à Capitulo Generali Equitum Calatravenſium, illumque Rex Henricus decoravit cum Dignitate, quam vocant *Adelantado Maggiore della Frontiera de Mori*. Celebravit hic Magiſter Capitulum Generale Ordinis anno 1383. in quo varias leges reformavit, tam pro ſpirituali, quam temporali Dominio; completoque Ordinis legitimo Gubernio, electus fuit Magiſter Ordinis Sancti Jacobi. Succeſſori ceſſit Magiſterium Ordinis Calatravenſis: *d. Juſtinianus pag.* 417. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 40. ubi quod gubernavit per 15. annos: *dicta Hiſtoria Patris Fontanæ pag.* 48.

XXII. 1384. Don Petrus Alvarez Luſitanus, qui cum eſſet Eques Ord. Sancti Joannis, & Commendator, & Prior *de Ocrato*, electus fuit Magiſter Calatravenſis, prævia diſpenſatione Summi Pontificis, inſtante Rege Caſtellæ Joanne, cujus partes ille ſequebatur. Idem Don Petrus Alvarez, licet Luſitanus, contra Luſitanos tamen pugnabat pro Caſtellanis; unde in Hiſtoriis à Caſtellanis, ut ſtre-

ſtrenuus laudatur, in Luſitanicis Hiſtoriis carpitur: obiit autem in certamine poſt anni curriculum ejus Magiſterii: *d. Juſtinianus pag.* 418. *d. Collector Gallus Tom.* 1. *pag.* 40.

XXIII. 1385. Don Gonzalus Nugno de Guſman, dum eſſet Magiſter Ordinis Alcantaræ, fuit ab Equitibus electus Magiſter Calatravenſis ad Regis complacentiam. Hic Magiſter Bellum exercuit contra Mauros, ſuorumque Equitum incurſionibus uſque ad Januas Civitatis Granatæ pervenit, & in ejuſdem Civitatis Portis nonnullas Cruces efformarunt, ut notum omnibus eſſet ad dictas Portas illos perveniſſe.

Idem Magiſter Don Gonzalus, ad viſitandum Ordinem de Avis ad Regnum Portugalliæ ſe contulit, ſociatus à viginti Equitibus; ajebat enim Ordinem de Avis eſſe ſubiectum Calatravenſi. Verum Joannem Portugalliæ Regem, qui antecedenter fuerat Magiſter d. Ordinis de Avis, monuiſſe dicitur Magiſtrum Avienſem, quod d. Magiſtrum Gonzales tanquam Hoſpitem humaniſſime, non tamquam Viſitatorem reciperet, aſſerendo tenere apud ſe Bullam Pontificis Ordinem de Avis, ab Ordinis Calatravenſis ſubiectione eximentem, quę tamen Bulla nunquam ei fuit exhibita: unde Magiſter Gonzalus emiſſis Proteſtationibus de ſibi allatis violentiis, declaravit Magiſtrum Avienſem, ejuſque Equites excommunicatos: *d. Juſtinianus pag.* 418.

Idem Magiſter ſategit reformare regulam ad bonum Ordinis Regimen: quapropter anno 1397. obtinuit à Pontifice mutationem Habitus, & aſſignationem Crucis rubeæ, quemadmodum in præſenti Diſcurſu ſuperius diximus.

Aſſembleam Generalem omnium Equitum tenuit, in qua præ cæteris ſtatuta fuit fundatio quatuordecim Prioratuum. In morbum incidit in loco ſuę Reſidentię nuncupato Almagro, ibique elapſo decem, & novem annorum curſu obiit: *Juſtinianus pag.* 419., & 427. quod rexerit per annos 19. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 40.

XXIV. 1404. Don Henricus de Vilhena, ex Regio tam Paterno, quam Materno Sanguine, ob favorem Henrici III. Regis ejus Conſobrini, à Novitiatu diſpenſatus, electus fuit Magiſter in Civitate Toleti, confirmatus in Conventu Calatravę. At non ſine contrarietate aliquorum Equitum, qui alium Magiſtrum elegerunt Ludovicum Gonzales de Guſman, qui ſe tranſtulit ad Commendam Alcagniz in Regno Aragoniæ, & litem in Curia Romana agitare ſtatuebat: ſed quouſque Rex Henricus vixit, non potuit. Mortuo autem anno 1407. Rege Henrico, ei ſucceſſit Joannes ejus filius: crevit proinde inter Equites ſchiſma; Equites quippe, & Commendatores in Conventu Calatravæ dictam electionem præfati Ludovici con-

confirmaverunt, annullata electione Dom Henrici, & ab Urbe Roma commiſſa diſcuſſione Cauſæ Capitulo Generali Monachorum Ciſtercienſium Burgundiæ congregato, ibi judicata fuit invalida electio Magiſtri Don Henrici, ſicut ejus translatio ad Habitum Calatravę, ac tandem confirmata fuit electio dicti Dom Ludovici. Hujuſmodi Deciſionibus acquievit dictus Don Henricus, qui vitam privatam ſubinde duxit cum priore Uxore Maria de Albernoz: *d. Juſtinianus pag.* 419., *& ſeq.*, *& pag.* 427. ubi quod gubernavit per annos decem: *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 42.

XXV. 1414. Ludovicus Gonzales de Guſman ſupranominatus hìc ponitur pro vero Magiſtro, quia dicto anno, ut præmiſimus, in Capitulo Generali Ciſtercienſi fuit canonizata illius electio, & declarata nulla alia electio Henrici de Vilhena. Idem Ludovicus Gonzales de Guſman, poſt ſui Ordinis gubernium ſpatio viginti annorum obiit, ut notat *d. Juſtinianus pag.* 421., *& pag.* 427. *in d. autem pag.* 421. notat cum *Rades in Chronica*, quod dictus Ludovicus Gonzales de Guſman Magiſter, eodem Magiſterii tempore Matrimonium contraxit, teſtificans dicta Chronica, quod obtinuerit Bullam Summi Pontificis facultativam. Rexiſſe annos 29. aſſerit *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 40.

XXVI. 1443. Don Fernandus de Padiglia. Hujus electionem impugnavere plures Nobiles, ipſeque Rex Joannes, qui Electoribus Epiſtolam ſcripſit, ut peractam electionem revocarent, & eligerent Don Alphonſum filium naturalem Joannis Navarræ Regis: Electores vero reſponſum dederunt Regi, quod ipſi elegerant Ferdinandum juxta formam Legum ipſius Militaris Religionis; unde pro illa vice modum obſequendi ejus voluntati non videbant.

In propugnatione Calatravæ, in qua aderat idem Magiſter, caſu ejus famulus, dum lapidem in funda contra Adverſarios proiicere parabat, funda e manibus elapſa, magnus lapis ſuper caput Magiſtri cecidit: mortali ictu proinde quatuor dierum curriculo obiit: *d. Juſtinianus pag.* 421., *&* 427. Vixiſſe per annos 2. dicit *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 40.

XXVII. 1433. Don Alphonſus de Aragonia. Hic non erat profeſſus in Ordine Calatravenſi; ſuffultus tamen favoribus Regiis, electus fuit d. anno Magiſter: Erat autem ipſe filius naturalis Infantis Don Joannis Regis Navarræ: ſubortis autem diſſidiis inter Reges Caſtellæ, & Navarræ, Magiſter pro Patre pugnavit contra Caſtellæ Regem, qui convocare fecit Capitulum Generale Calatravæ, in quo Rege inſtante, dictum Capitulum ſententiam tulit contra Don Alphonſum, eundem Magiſterii Dignitate privantem. Rurſus

eodem

eodem tempore tres Magiſtri creati fuerunt, Don Petrus Giron, Don Joannes Ramirez, & idem Alphonſus, cui notificata fuit antedicta ejus depoſitio à munere Magiſterii, qui Alphonſus ad Curiam Romanam appellavit.

At Princeps Don Henricus nomine ſui Genitoris Joannis Regis Caſtellæ, & Legionis ſe interpoſuit; unde Commendator major ſe ſubiecit Magiſtro Giron, compenſatione recepta plurium Commendarum, & Redituum. Don Alphonſus anno 1455. ceſſit Magiſterio, quod duobus annis in Caſtellæ Regno, & duodecim in Aragonia tenuit; à ſuo Genitore de reditibus proviſus, & Ducatu di Villhermoſa, & Comitatu di Revagorza, Accedente autem Summi Pontificis Caliſti Quarti licentia, Habitum quoque Calatravenſem dimiſit, ut tranſire poſſet ad Sponſalia, jurando, quod nunquam interne conſenſerat in Religioſa Profeſſione, quam emiſerat: *d. Juſtinianus à pag.* 422. *cum ſeq.*, *&* *pag.* 427. Rexit per annos 14. *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 40.

XXVIII. 1445. Don Petrus Giron, ille ſcilicet, qui electus fuerat contra Don Alphonſum: d. autem anno 1445. à majori parte Equitum in Capitulo electus fuit Magiſter. Cum autem varias paſſus eſſet humanæ vitæ viciſſitudines, de quibus *Juſtinianus pag.* 422. dexteritate magna ſe regens Magiſter inter cætera cum Rege concordavit, quod iniretur cum ipſo Magiſtro Matrimonium cum Infanta, ut dicitur Donna Iſabella Sorore Regis; proinde obtineretur à Summo Pontifice diſpenſatio, ſicut & licentia renunciandi Magiſterium ejus filio naturali Don Roderico Tellez. Utrumque autem Indultum conceſſit Summus Pontifex Pius Secundus: *d Juſtinianus pag.* 423. Obtentis dicta Diſpenſatione ac licentia, Magiſter Generale convocavit Capitulum in Conventu Calatravæ, eleganti, efficacique Oratione ad Equites habita, Magiſterio renunciavit, Equiteſque petitis ejus annuere, & Rodericum in novum Magiſtrum elegerunt, ut infra dicemus. Verum cum d. Don Petrus pene Regali apparatu properaret ad ineundas Nuptias, in loco Villaruviæ in violentum incidit morbum, non ſine veneni ſuſpicione, quatuor dierum curriculo obiit, poſt viginti annorum curſum prudentis Gubernii: *d. Juſtinianus pag.* 423., *&* *ſeq. d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 40.

XXIX. 1466. Rodericus Telles Giron filius dicti Don Petri, cujus electio confirmata fuit cum nova electione habita in loco di Villaruvia tempore mortis dicti ſui Genitoris dicto anno 1466. Cumque dictus Rodericus Telles in infantili ætate tunc eſſet, atque ideo ob defectum ætatis, tanti Miniſterii incapax eſſet, Summus Pontifex eidem in Commendam conceſſit Magiſterium, & Paulus II. Coadiutorem ſtatuit

Don Joannem Pacicechum Marchionem de Vilhena ejus Patruum, ſive Avunculum, qui Marchio deinde fuit Magiſter Ordinis Sancti Jacobi. Poſtquam vero dictus Rodericus pervenit ad ætatem decimi ſeptimi anni, Dominium Ordinis aſſumpſit: obiit tandem anno 1482. in ætate 24. annorum, & ſexdecim gubernii, pugnando ſtrenue contra Mauros, & pro Fide Catholica: *d. Collector Gallus Tom.* 3. pag. 41.

XXX. 1482. Don Garzias Lopez Padiglia, qui erat Claverius Ordinis, fuit electus Magiſter, qui poſt quinquenium Gubernii Religioſiſſimi in Conventu Calatravę, in quo Divinis Officiis cum Equitibus, & Clericis ſemper pręſens erat, in univerſæ Hiſpanię exemplum, admodum Conventus auxit, reditus Eccleſiæ, Altare pretioſis mobilibus pro celebratione Miſſarum, Vaſis quoque Argenteis ditavit, in ætate annorum viginti quatuor obiit: *d. Juſtinianus pag.* 425. Rexit per annos quinque: *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 41.

Tempore quo adhuc in ſuo Magiſterio vivebat antedictus Don Garzias Lopez Padilla, Reges Catholici à Summo Pontifice Innocentio VIII. Bullam obtinuerunt, in qua, caſu quo vacaret Magiſterium Ordinis, Pontifex ſibi reſervavit electionem novi Magiſtri. Hinc ſecuto obitu d. Magiſtri Don Garzię Lopez Padilla, ſubortiſque inter Equites diſſidiis, Rex Ferdinandus V. ad Calatravæ Conventum Aulę ſuæ Virum Nobilem miſit, cum ipſa Bulla Summi Pontificis, ac literis Regiis, ut Equites ſe ab electione abſtinerent, & Pontificias deliberationes expectarent. Interim durante Magiſterii vacatione, loco magiſtri, illiuſque munus, viceſque ſuppievit Don Didacus Garzia de Caſtella Commendator major.

Anno autem 1489. prodiit Bulla d. Summi Pontificis Innocentii VIII., in qua collata fuit Ordinis adminiſtratio, ejuſque Magiſterium Regibus Catholicis, quæ Bulla confirmata fuit anno 1493. ab Adriano VI. Summo Pontifice: unde iidem Reges Catholici Ordinis Viſitationem per Abbatem Ciſtercienſem haberi curarunt; Quemadmodum etiam Capitulum Generale convocarunt, donec anno 1516. Rex Ferdinandus mortuus eſt poſt adminiſtrationem 27. annorum: *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 44. *d. Hiſtoria Patris Fontanæ pag.* 54.

Secuta d. Regis Ferdinandi morte, Prætendentes Dignitatem Magiſtralem, convocationem Capituli Generalis Equitum in loco di *Guadalupe* pro facienda electione indixerunt; At cum tunc temporis Hiſpaniarum Regna Cardinalis Adrianus gubernaret, hic Equitibus Nuncium miſit inſtructos reddens Calatravenſes Equites, Summum Pontificem ſtatuiſſe Ordinis, & Magiſterii admi-

adminiſtrationem tradere Principi Carolo Auſtriaco, licet nondum ad Regna Hiſpaniarum Pontificis Bulla perveniſſet, adverſus quam Cardinalis Adriani expoſitionem, licet Equites nonnulla obiicerent, idem tamen Cardinalis ſe perſonaliter ad Calatravæ Conventum contulit, viviſque rationibus movit, ne ad electionem devenirent: concluſum proinde fuit, ut Don Carolo Principi Auſtriaco Magiſterium Ordinis traderetur: *d. Hiſtoria Patris Fontanæ pag.* 54., & ita electus, & petitus fuit Magiſter Ordinis Princeps Carolus in ætate annorum ſexdecim conſtitutus, cujus electionem confirmavit Leo X. Summus Pontifex. Et ut de medio omni tempore tollerentur litium occaſiones, anno 1522. Adrianus VI. Summus Pontifex, mediante Pontificia ejus Bulla, univit perpetuo Regiæ Caſtellæ, & Leonis Coronę adminiſtrationem Dignitatis Magiſtralis, prout ſemper ſucceſſores Hiſpaniarum Reges ſe geſſerunt, uti perpetui Adminiſtratores hujus Ordinis, ſicut aliorum: *d. Juſtinianus pag.* 425. *cum ſeq.*

Hinc factum eſt, quod non amplius particulariter regiſtrantur Bella, vel facta egregia Ordinis, vel Equitum, quia Equites aliis etiam muneribus Bellicis, & Politicis cumulantur à Rege, quę facta ſolum in Hiſtoriis recenſentur ſub nomine talis Viri Nobilis: & prçterea cum hodie Bellum contra Mauros ceſſaverit, jam enim amplius per Regna Hiſpaniarum non debacchantur, ut obſervat *d. Juſtinianus d. pag.* 425.

Itaque Anno 1516. in d. Catalogo Magiſtrorum ponitur ſub numero

XXXII. 1516. Don Carolus de Auſtria Princeps Hiſpaniarum, ſubinde Rex, ac Romanorum Imperator, perpetuus Adminiſtrator vigore Bullæ Pontificis Adriani VI. qui rexit annos 40.

De tempore hujus Regiminis Paulus III. Pontifex die 3. Auguſti anno 1540. Apoſtolica Auctoritate, Legum Ordinis hujus rigorem temperavit, Indulto mediante, Matrimonium Equitibus permittente, ac Caſtitatis Votum in Coniugalem Caſtitatem vertente. Adminiſtravit Carolus per annos 40. *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 41.

XXXIII. 1556. Don Philippus II. Hiſpaniarum Rex, vigore Renunciationis à Genitore ſibi factæ, ac perpetuus Adminiſtrator, rexit annos 42. *d. Collector Gallus d. pag.* 41.

XXXIV. 1598. Dom Philippus III. Rex Adminiſtrator Perpetuus rexit annos 46. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 41.

XXXV. 1621. Don Philippus IV. Rex & Adminiſtrator perpetuus rexit annos 23. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 41.

XXXVI. 1667. Don Carolus II. Rex, & Adminiſtrator perpetuus, rexit annos 47. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 41.

XXXVII. 1700. Don Philippus V. qui

die

die 19. Decembris 1683. natus, Hiſpaniarum Regnum accepit die ſexta Novembris 1700. & poſtmodum renunciavit Ludovico I. ejus filio Primogenito, poſt cujus mortem reſumpſit Coronam Regnorum Hiſpaniarum die 6. Septembris 1724.

XXXVIII. 1746. Ferdinandus VI. natus 23. Septembris 1713. coronatus fuit Rex Hiſpaniarum 10. Auguſti 1746.

De la Hiſtoria de las Ordenes Militares de Santiago, Calatrava, y Alcantara Ordenada por el Licenciado Fran. Caro de Torres.
En Madrid por Juan Gonzalez 1629.

LIBRO II.

De la Hiſtoria de las Ordenes Militares.

CAPITOLO PRIMO

De la fundacion de la Orden de Calatrava.

LA Orden, y Cavalleria de Calatrava, tuvo ſu principio en tiempo
A del Rey Sancho el Deſeado, el qual hallandoſe en la ciudad de Toledo,
6. propuſo, que ſi algun Cavallero, ò perſona poderoſa ſe atrevieſſe a tomar à ſu cargo, y rieſgo la defenſa de la Villa de Calatrava, ſe la darìa por juro de heredad, para el, y para ſus herederos, con todos ſus terminos, caſtillos, y Aldeas. Era aquella empreſa tan temida de todos, por averla dexado los Templarios, cuya avia ſido, y fueron deſpoxados por la condenacion que hizo de ſu Orden el Papa Clemente V., y a guardar el exercitode los Moros, que venia a cercarla, que no hubo en la Corte, ni en todo el Reyno perſona que ſe attrevieſſe à tomarla, aunque era grande la promeſſa que el Reyhazia. Halloſe en la Corte D. Raymundo abad del Monaſterio de S. Maria de Fitero, que es en el Reyno de Navarra de la Orden del Ciſtel, y era ſu compoñero Fr. Diego Velazquez Monge de ſu Orden, noble de linage, y que antes de ſer Monge avia ſido muy exercitado, y platico en coſas de guerra. Era natural de Bureva cerca de Burgos. Aviaſe criado en la Corte del Emperador Don Alfonſo, padre del Rey Don Sancho; y aſſi lo tratava el Rey familiarmente, y comunicava con el algunos negocios. Eſtando pues el Rey congoxoſo de ver quelos templarios avian dexado la Villa de Calatrava, y que los Moros querian venir ſobre ella, y el no podia acudir à ſocorrerla, ni embiar baſtante numero de gente; porque el Rey D Fernando de Leon ſu hermano tratava de hazerle guerra, dixo à Fr. Diego la anguſtia en que eſtava, pidiendole parecer ſobre eſto, como à quien bien conocia por hombre de buen entendimento, y experto en las armas. El buen Monge, que no era menos animoſo, que generoſo, dixo al Rey, que tuvieſſe firme confianza en Dios, por cuya providencia todas las coſas ſon governadas, y que confiava en ſu bondad, y miſericordia, que daria animo, y es fuerzo à alguna perſona para poder tomar aquella empreſa de Calatrava, y no permitirià, que la Villa de Calatrava llave del Reygno de Toledo, bolvieſſe à poder de Moros. Quando eſto dixo, ya avia penſado lo que hizo. El Rey quedò conſolado, y le reſpondiò:

pondiò: Padre Fray Diego, vos aveis hablado devotamente, como Frayle, y animoſamente, como buen Cavallero; y tengo entendido, que con el favor de Dios, dareis algun buen corte en eſtos negocios, de manera, que yo defienda mi tierra del Rey de Leon mi hermano, que haze liga contrami, con el de Navarra, y por eſto no ſe pierda la tierra que tengo en frontera de Moros. Con eſto ſe fue el Monge, y como bien ſabia, que coſa era la Villa de Calatrava, inſpirado de Dios, como es decreer, tratò con ſu Abate Raymundo, que pidieſſe al Rey eſta Villa, y tomaſſe la defenſa de ella. I aunque al Abad, al principio parecio dificultoſo, pudieron con el tanto las buenas razones del Monge, que ſe determinò à hazer lo que ſe le pedia y luego fue al Rey, y le pidio aquella empreſa; yaunque muchos tenian por demaſiado atrevimiento del Abad pedirla, Dios inſpirò en el Rey, para que ſe la concedieſſe, como el miſmo lo dice en la carta de donacion. I aunque eſta conceſſion, y donacion fue en Toledo, la eſcritura della ſe hizo en Almazan, paſſando por alli el Rey.

El año de 1158. Don Raymundo Abad de Fitero, y Fray Diego Velazquez Monge Suyo, à quien el Rey avia hecho donacion de la Villa de Calatrava: trataron con el Rey Don Sancho, que ſeria bien fundar en Calatrava una Orden de Cavalleria, y con parecer de Don Juan Arzobiſpo de Toledo, que les diò cantidad de limoſna para comprar baſtimentos para Calatrava, y concediò Indulgenzia à las Perſonas que fueſſen à ella, ò favorecieſſen con dineros, armas, cavallos, o otra qualquier coſa. Con eſto ſe moviò tanta gente de Toledo, y otras partes, que al Abad juntò grande exercito, y muchos Cavalleros, armas, y dineros. Luego el Abad, y Diego Velazquez con eſta gente ſe fueron à Calatrava, y la baſtecieron, y fortificaron para eſperar los Moros; mas ellos, ſiendo informados del buen recado, que avia en Calatrava, no ſe attrevieron à venir ſobre ella, como lo avian determinado. Entonces muchos de aquellos à quien la devocion avia incitado à ir con el Abad, tomaron un Habito moderado, y templado de Religion, como eonvenia para el exercicio della guerra; conforme à la inſtitucion que hizo el Abad de Orden Militar debaxo la Regla del Ciſtel, que llaman de San Bernardo, con el qual Habito, al punto començaron à hazer guerra à los Moros, y tubieron dellos Vitoria muchas vezes. Viendo el Abad, que los terminos de ſu Villa de Calatrava eran grandes, y la tierra fertil, y poco poblada, acordò buſcar pobladores; y aſſi boluiò à ſu Monaſterio de Fitero, dexando en Calatrava por caudillo al Monge Fr. Diego Belazquez. Llevò de Fitero a Calatrava los Monges, dexando los Viexos, y enfermos. Llevò muchas Bacas, y obexas, y mas de veinte mil hombres para poblar, y defender la tierra. Llamò la Orden de Calatrava por la haver inſtituido en eſta Villa, y vivir alli todos, aſſi Freyles, como Cavalleros, haſta ſer encomendados. Peleavan contra los Moros Clerigos, y legos.

Aunque las perſonas que entraron en eſta Orden de Calatrava tomaron un Habito moderado, y templado, como convenia para el exercicio de la guerra, y dexaron el que trayan los Monges

Monges del Ciſtel, uſaron traer una Capilla, ò Eſcapulario à manera de Muzeta de Obiſpo, como los Ca, nigos Reglares, del qual uſaron haſta el año de 1397. el Papa Benedeto XIII. diſpensò, che dexaſſen la capilleta, y que en ſu lugar traxeſſen una Cruz colorada de paño, ò de grana ſobre ſus veſtiduras Superiores en el lado izquierdo, la qual fueſſe de la forma, y hechura de quatro flores de Lis por remate. Luego dexaron las capilletas, y puſſieron la cruz, aunque de atras traian por armas una Cruz de la miſma forma con dos travas negras, à diferencia de las Veneras que trae la de Santiago. Era el Abad Raymundo natural de Barcelona. Governò la Orden con titulo de Abad, ſin tener Superior en lo eſpiritual del Ciſtel, ò el Pontefice. Hallosè en las guerras contra Moros, que ſe entravan en la Tierra de Calatrava, aunque ſiempre lo encargava a Fr. Diego Velazquez, por la eſperiencia que tenia de las coſas de la guerra. Governò la Orden ſeis años, y ſucediole Don Garzia, con titulo di Maeſtre. Muriò en la Villa de Cirvelos, cerca de Toledo, donde al preſente eſtà enterrado en el Monaſtero de S. Bernardo que es fuera de los muros.

La cabeça, y caſa mayor de eſta Orden de Cavalleria, es el Convento de Calatrava, quatro leguas de la Villa de Almagro. Alli reſiden los Freyles Clerigos de eſta Orden dedicados para el coro, y vida contemplativa. En eſte Convento reciben el Habito los Freyles Cavalleros de Calatrava dedicados para la guerra contra Infieles. El Prior de eſte convento uſa de Mitria, y Baculo Paſtoral. Muerto el Abad Raymundo, los Cavalleros no quiſieron llamar à ſu Superior, Abad, ni eſtar en compania de Monies de la Orden del Ciſtel, ſino luego eligieron Maeſtre; y aſſi miſmo eligieron Freyles Clerigos, para que celebraſſen los divinos Offizios, y los Monies del Ciſtello, ſe dividieron, y fundaron ſu Convento à parte, demas de la dignidad de Maeſtre. Ay en eſta Orden otras

B. dignidades. La primiera, es Comendador major, es Lugarteniente del Maeſtre, aſi en la paz, como en la guerra. Govierna la Orden en el tiempo que ay vacante de Maeſtre, y tocale convocar el Capitulo. Es Capitan de trezientas Lanzas; con que eſta Orden, y los Cavalleros della tienen obligacion de ſervir a ſu Mageſtad, en guerra contra Infieles.

C. La ſegunda dignidad, es Clavero, y el ofizio es tener las llaves de eſta Orden, que ſe entiende la guarda del Convento, quando reſidan en el Maeſtre, y Cavalleros, y en auſencia, y falta del Comendador mayor,

D. ſuccede el Clavero. La tercera dignidad de eſta Orden, es el Prior.

E. La quarta dignidad, es la Sacriſtia, que es tener à ſu cargo la plata; y

F. eſta la tiene Freyle Clerigo. La quinta es Obrero Mayor, que tiene a ſu cargo los reparos del Convento.

Diffiniciones de la Orden, y Cavalleria de Calatrava.
Valladolid por Luis Sanchez 1603.

Del principio, y Origen que tuuo la Orden, y Cavalleria de Calatrava.

Capitulo Primo.

GRandes ſon los Secretos de la Divina Mageſtad, pues de pegueños funda-

fundamentos haze grandes coſas, aſſi por lo que toca a ſu Santo Servicio, y exaltazion de ſu gloria, y Religion Chriſtiana, como por la utilidad Eſpiritual, y temporal de aquellos que ſe conſtituien, y dedican para ſu ſervicio. I aſſi parece por el principio, y fundamento que tuo la Orden, y Cavalleria de Calatrava. Eſta Religion, y Muy inclita Cavalleria ſe intitula de Calatrava, porque fue inſtituida en Eſpagna en una Villa del Reyno de Toledo, llamada Calatrava la Vieja, y alli eſtubo muchos años el Convento major de ella, como en eſtos tiempos eſtà en Calatrava la nueva. Su inſtitucion fue al año de mil, y ciento, y cinquenta, y ocho del Santo Nacimento de Jesù Chriſto nueſtro Redentor; governando la Silla Apoſtolica el Papa Adriano IV., y Reynando en los Reynos de Caſtilla, y Toledo, el Rey Don Sancho el deſſeado, tercero deſte nombre; y en Leon, y Galizia el Rey Don Fernando ſu Hermano, por la diviſion de eſtos Reynos que avia hecho el Rey Don Alfonſo ſu Padre, intitulado Emperador de las Eſpañas. Los inſtituidores, y fundadores de eſta Orden, y Cavalleria fueron, el meſmo Rey Don Sancho, que por ſus grandes virtudes fue llamado el deſſeado; y Don Raymundo, Varon de muy Santa vida; Abad del Monaſterio de Santa Maria de Fitero, de la Orden del Ciſter.

El Origen, y primera fundazion de eſta Orden, fue de la manera ſiguiente.

EL Rey Don Alfonſo de Caſtilla, y Leon, que ſe intitula Emperador de las Eſpañas, cenquiſtò, y ganò la Villa de Calatrava la vieja, que avia eſtado en poder de los Moros por tiempo de quatrocientos y treinta, y dos años, y diola à los Freyles Templarios de la Orden, y Cavalleria del Santo Templo de Jeruſalem, que tenia muchos conventos en Eſpaña. Eſtos Cavalleros ſuſtentaron la Villa, y los Caſtillos de ſus terminos por tiempo de diez años, defendiendola de los Moros, que eſtavan muy vezinos. I deſpues, quando el Emperador Don Alfonſo Muriò, tuvieron aviſo de que los Moros Andaluzes ſe avian confederado para venir ſobre ella, porque todos eſtavan muy b ſtimiados de averla perdido, à cauſa de ſer la mas principal fuerça, que tenian de ſierra Morena à eſta parte. Dize Don Rodrigo Ximenez Arçobiſpo de Toledo en la Cronica de Eſpaña, que teniendo los templarios eſta nueva, y no hallandoſe poderoſos para ſuſtentar, y defender aquella Villa, y los Caſtillos de ſus terminos, que eran Salvatierra, Meſtanza, Almodovar, Caraquel, Benavente, Piedrabuona, Malagon, y otros muchos, acudieron à la Corte del Rey Don Sancho el deſſeado, que eſtava en Toledo, y dieronle aviſo de lo que paſſava, ſupplicandole tomaſſe à ſu cargo la defenſa de Calatrava, ò la dieſſe à quien fueſſe ſervido, que ellos harian dejacion della, y en tregarian las fuerças à los que para ello fueſſen nombrados, por quanto ellos no tenian poſſibilidad para defenderlas. El Rey aviendo aceptado la renuncia, mandò publicar entre los Grandes, y Prelados de ſus Reynos, que ſi alguno ſe atrevieſſe à tomar à ſu cargo la defenſa de Calatrava, le haria donacion de ella, y de todos ſus terminos por juro de heredad.

dad, para el, y ſus Succeſſores. Era la empreſa tan temida, por averla deſamparado los Templarios, que ninguno de los Grandes, ni Prelados ſe atreviò à ſalir al partido que el Rey prometia, aunque era muy grande. Por la divina providencia ſucediò eſtar entonces en la Corte del Rey en Toledo, el Santo Varon Don Raymundo, Abad del Monaſterio de Santa Maria de Fitero, que es en el Reyno de Navarra, no lexos de la Ciudad de Tudela: y con el un compañero ſuyo llamado Fray Diego Velazquez natural de Burveva, que es en Caſtilla la vieja, hombre de iluſtre linage, el qual ſe avia criado en la Corte del Rey Don Alonſo, y exercitadoſe en las armas antes, que fueſſe Monge, y por eſta via era muy privado del Rey Don Sancho. Eſte buen Monge, inſpirado de Dios (à lo que ſe creè piadoſamente) viendo que ninguno de los Grandes, ni Prelados ſe atrevià à emprender la defenſa de Calatrava, perſuadiò à ſu Abad la pidieſſe al Rey con el partido que prometia; y confiaſſe en Dios le daria gente, y dineros, con que pudieſſe defender aquella Villa, y fundar en ella un Convento de ſu Orden. El Abad, à los principios, tuuo temor de acometer lo que el Monge le aconſejava, mas deſpues, ſiendo inſpirado de Dios, cobrò mayor animo, y ſe determinò à emprender eſte arduo Negocio. Con eſta determinacion ſe fueron el Abad, y el Monge à Palacio, y dieron quenta de ſu pretenſion al Rey Don Sancho: y Dios, que por eſtos medios era ſervido ſe fundaſſe eſta Santa Orden, puſo en el coraçon al Rey la facilidad en conceder eſta peticion de aquellos dos buenos Religioſos: como el miſmo lo dà à entender en la carta de donacion de Calatrava, en aquellas palabras: *Divino munere inſpirante*. Muchos de los Corteſanos juzgaron ſer demaſiado atrevimiento de los Monges pedir eſta empreſa, y poca conſideracion, aviendola dexado los Templarios, Cavalleros poderoſos, y rehuſadola todos los ricos hombres del Reyno. Mas, como las coſas guiadas por la mano de Dios, no eſtriven en la potencia del Mundo, pareciò por eſperiencia, que eſta fue obra de ſu poderoſa mano; pues por eſtos medios vino à fundarſe una tan iluſtre, y Religioſa Milicia, en grande utilidad del pueblo Chriſtiano.

TITULO SESTO

De la Edad, y Calidades que ſe requiren para tener el Habito deſta Orden, ò principales Offizios della, y de la forma de dar el Habito y donde ſe ha da recibir.

CAPITOLO PRIMERO.

Della Nobleza, limpieza, y calidades, que ſe requieren para el Habito de Cavallero deſta Orden.

La bondad, y Nobleza de los anteceſſores, amoneſta, y neceſſita à los Succeſſores, à vivir, y militar noblemente. Porende eſtatuimos, y mandamos, que ninguno, que no fuere noble, ò generoſo Hidalgo, al modo de Eſpaña, de aqui adelante ſea recibido en eſta Orden, y Cavalleria: y para declaracion de eſta definizion, y por lo que ſe ha uſado, y acoſtumbrado, interpretando las dichas palabras, ordenamos, y mandamos,

damos, que ninguna perſona de
qualquier calidad, y condicion que
fuere, ſea recibida à la dicha Orden,
ni ſe le dè el Habito, ſino fuere
Hijodalgo al fuero de Eſpaña, de
I. partes de Padre, y Madre, y de Abue-
los de antrambas partes, y de legi-
timo Matrimonio nacido, y que no
le toque raza de Judio, Moro, He-
rege, ni Villano, con apercebimien-
to, que ſi deſpues de dado el Habi-
to, ſe hallare, y pareciere tener al-
guna raza de las ſobredichas, le ſe-
rà quitado, y la Encomienda, ſi la
tuviere. Y en lo que las Definicio-
nes de los Capitulos paſſados fueren
contrarias à lo aqui diſpueſto, las
revocamos, y damos por de ningu-
K. na fuerça, y valor. Y declarando
aquellas palabras, Hijoſdalgo de ſan-
gre, excluiendo las demas Hidalguias,
fundadas en privilegios, concedidos
por qualeſquier perſonas Ecleſiaſticas,
o Seglares, aunque ſean Reales.
Item, declarando aquellas palabras,
que dizen, que no ſean Here-
ges, ordenamos, que quando al-
guno de qualquier eſtado, ò condi-
cion que ſea, fuere condenado por
L. el Santo Ofizio de la Inquiſizion,
por Herege, ora ſea relaxado al bra-
zo ſeglar, è reconciliado, ò por
ſoſpechoſo en la fè penitenciado pu-
blicamente en cadahalſo, hecho en
Plaza, ò Igleſia, el, y ſus deſcen-
dientes por linea maſculina, ò femi-
nina, ſean inabiles, è incapazes, pa-
ra tener el Habito de nueſtra Orden,
en el grado que el Derecho diſpone,
para las demas honras, y dignida-
des.
Y aſſimiſmo, ſe alguna perſona eſtu-
M. biere infamada de caſo grave, y
feo, de tal manera, que ſu opinion
eſtè cargada entre los hombres Hijoſ-
dalgo, ſiendo de tal calidad, que
nueſtra Orden no pueda ſer honrada
con el tal Cavallero, que no ſea ad-
mitido al Habito della.
Aſſimiſmo ordenamos, y mandamos,
N. que no ſe dè, ni pueda dar el di-
cho Habito à perſona alguna, que
el, ò ſu Padre, ò Abuelos ayan ſido
Mercaderes, de qualquier genero de
Mercancia, reſidiendo en ella por ſu
Perſona, ò por ſus Miniſtros, ò
O. Cambiador, que aya tenido Banco
publico, y trato de dar dineros à
cambio, por ſi, ò por ſus fatores, ò
aya ſido Platero, ò Pintor que lo ten-
ga por ofizio, ò Bordador; Cantero,
Meſonero, Tabernero, ò Eſcrivano,
P. que non ſea Secretario del Rey, ò
de Perſona Real, ò ſi han ſido Pro-
curadores publicos, ò Saſtres, ò han
tenido otros ofizios ſemejantes à eſ-
tos, ò inferiores dellos, que viven
por el trabajo de ſus manos.
Y por quanto las Monjas deſta Orden
del Monaſterio de la Aſſumpcion de
la Villa de Almagro, conforme à
Q. ſu inſtitucion, han de tener las ca-
lidades que los Cavalleros de la Or-
den, declaramos, no ſer nueſtra in-
tencion, hazer mudanza en ſu eſta-
tuto; antes ordenamos, que en
quanto à ellas, ſequede en ſu fuerça,
y vigor la difinicion de los Capitulos
paſſados de Toledo, y Madrid, y
que las quehubieren de ſer recibidas
para Monjas en el dicho Monaſte-
rio, ſean Hijaſdalgo de Padre, y
R. Madre ſolamente, y que las Abuelas
de entrambas partes, baſte ſer Chri-
ſtianas viejas, ſin raza de Judio,
Moro, ni Herege.
Aſſimiſmo inhibimos al Señor Maeſtre,
que de aqui adelante no reciba en
ſus ofizios principales, aſſi como pa-
ra Canciller, ò Contador, ò otro
S. Ofizio de Contaduria, y otras de la
dicha Orden, ſino à Perſonas que

ſean antiguas, Fieles, y Catolicos Chriſtianos, temeroſos de Dios, y limpios de raza de Judio, ni Moro.

CAP. II.

De la informazion que ſe ha de fazer
T. para el Habito de Cavallero deſta Orden.

CAP. III.

Que en la informazion para el Habito
V. de Cavallero ſe expreſſe el Nombre del Padre, y Madre del que lo pide.

CAP. IV.

Que la Informazion para el Habito, ſe
X. haga por proviſion del Maeſtre, y à coſta del que lo pide, lo qual depoſite.

CAP. V.

En que ſe pone la forma del Interro-
Y. gatorio, por el qual ſe ha de hazer la Informazion para el Habito de Cavallero.

CAP. VI.

Que no ſe hagan ſegundas informazio-
Z. nes para los Habitos, à pedimiento de la parte, y que las començadas à ver, ò viſtas por unos Juezes, no ſe puedan acabar de ver, ni tomar reſolucion en ellas ſin ſus votos.

CAP. VII.

De la Edad para el Habito, y Enco-
AA: mienda, y que no ſe admita diſpenſazion ſobre ella.

CAP. VIII.

De las calidades que han de tener los
BB: que huvieren de ſer recibidos al Habito deſta Orden para Conventuales, ò para Benefizios: y que para Conventales no ſe reciban Sacerdotes de Miſſa, ni ſe provea Habito, ſin aver vacante, y que no ſean recibidos al habito los Mendicantes.

CAP. IX.

De la forma del Interrogatorio para la
CC: Informazion de Religioſos Conventuales de la Orden.

CAP. X.

Que la Informazion para el Habito de
DD: Conventual, la haga Religioſo Conventual, y Jure de la hazer fielmente, y que no valga para otra vacante.

CAP. XI.

De las Calidades que han de tener las
EE. que huvieren de ſer Monjas, ò Freylas en los Monaſterios de S. Felices, y S. Salvador.

CAP. XII.

Que el Habito de Cavallero deſta Or-
FF: den ſe reciba en el Convento della, y dentro de dos meſes, deſpues de tener la Cedula.

CAP. XIII.

De la forma de dar el Habito, y armar Cavallero deſta Orden.

El Cavallero que ha de recebir el Habi-
GG: to, ſe deve confeſſar primeramente

mente con Religioſo de la Orden, porque toma eſtado de Religion: y veſtido de ſus ropas Seglares, venga al Capitulo, ò Igleſia, donde eſtarà adereçado para darle el Habito; y eſtaran el Comendador, ò Cavallero, à quien es mandado le arme Cavallero, y el Religioſo que le ha de dar el Habito, y otras Perſonas de la Orden capitularmente con ſus Mantos, y traiga por Padrino à un Comendador, ò Cavallero profeſſo: y hecha reverencia al dicho Comendador, ò Cavallero, que le ha de armar Cavallero, eſtando aſſentado, y el en piè, le preſentarà la comiſſion, la qual leida en alta Voz, de manera que ſe oiga, ſe levantarà el dicho Comendador, ò Cavallero, y la tomarà en ſu mano, y la obedecerà con todo acatamiento, beſandola, y poniendola ſobre ſu Cabeça.

El Comendador, ò Cavallero, que le huviere de armar Cavallero, le apercebirà, y dirà deſta manera: SABED que en nueſtra Orden ay una difinizion, que diſpone, que ninguna Perſona pueda ſer admitida por Cavallero della, ſino fuere Noble, Hijodalgo de Sangre de todas partes, limpio de toda mala raza; y que ſi deſpues de dado el Habito, ſe hallare, y pareciere tener algun defecto de los contenidos en la dicha difinizion, le ſarà quitado el dicho Habito, y la Encomienda, ſi la tubiere. Por tanto ved, ſi con eſta condizion, y proteſtazion le recibo. *Y la meſma proteſtacion ſe tiene de hazer al Freyle Sacerdote, conforme à ſu Eſtatuto de limpieza.*

Luego traeran una Eſpada dorada en una fuente delante del Sacerdote, el qual (pueſta la Eſtola ſobre el Manto) teniendo delante una Cruz, Agua bendita, y Vela encendida, como ſe haze en la bendizion de los Veſtidos, la benedirà en la forma ſiguiente.

HH: *Bendicion de la Eſpada.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Salvum fac Servum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici mei.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi Orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Sanctę Pater Omnipotens æternæ Deus, qui ad tuendam juſtitiam, atque malitiam improborum coercendam, uſum gladii hominibus permiſiſti, & hunc Sacrum Militarem Ordinem ad Chriſtiani populi Eccleſiarum Viduarum, atque Orphanorum protectionem, contra Sævitiam Paganorum, & inimicos Sanctę Eccleſiæ inſtitui voluiſti, propitiare quæſumus ſupplicationibus noſtris, & hunc Enſem, quo hodie famulus tuus pręcingi deſiderat, per invocationem Sancti tui nominis, & per adventum Jeſu Chriſti filii tui Domini noſtri, & per donum Spiritus Sancti Paraclyti, & per merita Beatorum Patrum noſtrorum Benedicti, & Bernardi, benedicere ✠ digneris: ut hic famulus tuus, qui hodierna die, eo tua contendente largitate, pręcinguntur, hoſtium ſuorum

rum viſibilium, & inviſibilium elidat ſuperbiam, & eorum contumaciam dexterę tuæ virtute proſternat, per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejuſdem Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Forma de armar Cavallero.

DIos todo poderoſo os haga buen Cavallero, y Señor S. Benito, y el Señor S. Bernardo ſean vueſtros Abogados.

Benedictio Veſtimentorum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Sit nomen Domini Benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſeculum.
℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

O R E M U S.

DOmine Jeſu Chriſte, qui tegimen noſtrę mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus veſtimentorum, quod Sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis inditium, abrenuntiantes Seculo ferre ſanxerunt: tu ita bene ✠ dicere digneris, ut hic famulus tuus, qui hoc uſus fuerit, te induere mereatur, qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia Secula Seculorum ℟ Amen.

DISCURSUS LIII.

MONIALIUM EQUITUM CALATRAVÆ

ARGUMENTO

Et Summario non eget.

TEmpore Magiſterii Don Gonzales Yañes, qui fuit Militię Calatravenſis IX. anno 1219. erectum fuit Monaſterium Monialium hujus Calatravenſis Ordinis prope Terram de Amaya, loco ſane campeſtri in Diœceſi Burgenſi, vulgo *Burgos* in Caſtella veteri, quod Monaſterium eſt ſub Titulo Sancti Felicis, ejuſdemque Monaſterii Dotem conſtituerunt ex propriis Bonis Jugales Dom Garzias Gutierrez, & Domna Maria Suarez: *Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap.* 27. *pag.* 406. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 3. §. 32. *pag.* 43. *juxta Impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 122. ubi in columna latina lingua dicitur quidem, quod Monaſterium erat ſub Titulo Sancti Felicis, ſed in columna Italico Idiomate dicitur ſub Titulo *Sancti Joſeph*. Dictæ Moniales deferunt Scapularium ad inſtar Equitum Calatravenſium, geſtantque Crucem conſimilem illi, qua utuntur Equites Calatravæ, ſcilicet rubeæ liliatæ cum duplici compede, Hiſpanice, *Travas*, una à dextris, alia à ſiniſtris: *d. Juſtinianus pag.* 426. *d. Bonanni d. n.* 122. *Hiſtoria Ordin. Monaſtichorum &c. & Militarium &c. Gallice ſripta* per *Patrem Joſeph Fontanam Mediolanenſem Congregationis Matris Dei in Italicam linguam translata Tom.* 8. *cap.*

8. *cap.* 4. *pag.* 44. *juxta impreſſion. Lucenſem anno* 1738. *Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini*. Habitus eſt albus: *d. Bonannus d. n.* 122.

Figura Monialis, Habitus, & Crucis hujuſmodi Monialium habetur apud *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 122. *Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires ou des Chevaliers dicto Tom.* 3. §. 32. *pag.* 43.

Sub eadem Calatravenſium Equitum Regula vivunt: unde Moniales admittendę tenentur conficere Probationes Nobilitatis, prout conficiunt Equites, & vocantur titulo di *Commendatrici*: *d. Juſtinianus d. pag.* 426.

Antiquitus Magiſter Ordinis Abbatiſſam Monaſterio aſſignabat: *d. Juſtinianus d. pag.* 406.

Nulla vero poterat Monialis admitti, niſi cum mutuo aſſenſu & Magiſtri, & Abbatiſſæ: *d. Juſtinianus d. pag.* 406. *d. Bonannus n.* 122.

Abbatiſſa quidem Habitum tradit Monialibus: *d. Juſtinianus pag.* 426.

Prædictum Monaſterium ſucceſſive divitiis adauctum fuit, ob donationes novas eidem tributas 1297. a Familia de Caſtro: unde plurimæ admittebantur Moniales, & longo tercentum quinquaginta annorum curſu in dicto loco perduravit: *d. Bonanni d. n.* 122. *d. Pater Ioſeph Franciſcus Fontana d. pag.* 44. Donec anno 1568. juſſu Philippi II. Regis translatum fuit ad Civitatem Burgenſem, ne tam amplum Monialium Nobilium Monaſterium in loco campeſtri ſiſteret: *d. Juſtinianus d. pag.* 406. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 43. *d. Pater Fontana d. pag.* 44. ubi quod translatio peracta fuit Anno 1538.

Ex dicto Monaſterio aliæ Fundationes Cœnobiorum prodierunt ejuſdem inſtituti, quæ in Hiſpaniarum Regnis florere, inquit *d. Bonannus n.* 122.

Unde de anno 1479. ſub Magiſtro Petro Giron Religioſę Sancti Salvatoris de Pinilla Ordini Calatravenſi ſe ſubmiſerunt: *d. Pater Fontana d. pag.* 44. ubi quod id evenit *circa Annum* 1419. qui Magiſter Petrus Giron tradidit Monialibus nonnulla prædia ad Ordinem ſpectantia, & fundatum fuit ſecundum Monaſterium.

Sic per Gutierrez de Padilla magis illuſtre Monaſterium fuit fundatum per Magnum Ordinis Commendatorem ſub Titulo Aſſumptionis Sanctiſſimæ Virginis Marię in loco *Almagri* tempore Regis Ferdinandi Adminiſtratoris Ordinis: *d. Pater Fontana pag.* 44.

DISCURSUS LIV.

CALIGÆ APUD VENETOS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

DE Ordine Caligæ apud Venetos Scriptores agentes, hunc Ordinem ſive Societatem ajunt inſtitutam fuiſſe (Noſque verius aſſerimus recentioribus annis inſtauratam) ad normam Ordinis Bindæ, qui alias in Hiſpaniis erectus fuit, ut teſtatur *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordinum Equeſtrium n.* 118.

Sicut enim hic Ordo, ad inſtruendam Nobilem Hiſpanam Juventutem in probis moribus, Viro Nobili, & Patricio dignis, in Terra Marique certaminibus, ad publicam Reipublicæ utilitatem, & commodum; ita & Venetiis, ad idem exercitium inſtituta fuit

ta fuit Societas *Della Calza*, ut ratiocinatur *Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum impreſſo in Calce ſui Tractatus ſub Titulo Adnotationes Hiſtoricæ ſuper Equeſtri Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, in Verbo* Calza *pag.* 251. *juxta impreſſionem Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.

Diximus inſtauratum ad normam Ordinis Bindæ; nam conſiderata prima Origine *Societatis della Calza* cum poſteriori exordio Ordinis Bindæ, liquet, quod per plura ſecula præcelſerat inſtitutio Societatis *Della Calza*, juxta narrationes, quas exponit *Ab. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Prima cap.* 11. *à pag.* 106., *cum ſeqq. juxta impreſſionem Venetam Typis Combi, & la Nou anno* 1692. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 1. §. 11. *à pag.* 198. *cum ſeqq juxta impreſſ. Amſteſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721., & infra patebit: Bindæ enim Ordo fundatus fuit poſt annum 1300. circiter, ad ea quæ notavimus in noſtro *Diſcurſu* 46. *pag.* 591. *cum ſeq.*

Sane naſcentis Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, diverſis temporibus quadruplex fuit Gubernii methodus; ſub Conſulibus, ſub Tribunis, ſub Ducibus, ſub Magiſtris Equitum, & Nobilitatis: haſque Gubernii ſpecies tenuit Reſpublica Noſtræ Salutis anno 737. circiter: *dd. Juſtinianus, & Collector Gallus ubi ſupra*, & conferunt deducta in Volumine Titulum præferente .. *Li Sourani del Mondo impreſſ. Venetiis anno* 1720. *Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin Tom.* 4. *ſub Tit. Ordine de' Cavalieri di S. Marco in Venezia pag.* 313. de quo mentionem facimus in noſtro *Diſcurſu ſuper Ordine Sancti Marci Venetiarum*.

Et juxta prænotatam temporum diverſitatem a fundatione Ordinis *Della Calza*, & Ordinis Bindæ, ſequitur minime dici poſſe Societatem *Della Calza* inſtitutam anno 737. habuiſſe contemporaneam fundationem cum Ordine Bindæ poſteriori tempore inſtituto, nempe circa annum 1332.

Sed ad ſummum, præfatorum Scriptorum aſſertum procedere poteſt, quod in poſterioribus dictæ Societatis *Della Calza* reſtaurationibus ſæpius peractis etiam ſub nomine Inſtitutionis, de quibus loquitur Franciſcus Sanſovinus in Volumine, cui Titulus, *Venetia* impreſs. Venetiis apud Altobellum ſelicitam 1604. *Libro* 10. *pag.* 273. *a tergo*; & fuit illa peracta anno 1562. auctis privilegiis, de quibus *Pater Bonannus d. n.* 118. inſerta fuerint aliqua ſtatutorum Capita, ad inſtar Statutorum Ordinis Bindæ: *Juſtinianus, & Collector Gallus ſuperius allegati: Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques &c. ſur la Chevalerie &c. Libr.* 1. *Differt.* 7. *Art.* 3. *pag.* 151. *juxta Impreſſ. Pariſienſem, Typis Franciſci Giffart* 1718.

Scribunt adfuiſſe quoque Venetiis varias Sodalitates *della Calza*, ſub variis Titulis, *de' Pavoni, delli Eterni, de' Reali, degli Acceſi, de' Floridi, de' Sempiterni* ex Nobilibus Viris conflatas, ut apud *d. Juſtinianum pag.* 109. *& ſeq. & d. Collectorem Gallum pag.* 200., *& d. Sanſovinum pag.* 274.

Quin imo etiam extra Venetiarum Civitatem in uſu fuiſſe *la Calza*, juxta Hiſtoriam, quam refert *d. Juſtinianus pag.* 118.

Hujuſmodi Societati *Della Calza* adſcriptos fuiſſe etiam Forenſes notat *d. Juſtinianus pag.* 109., ubi enumerat

Viros

Viros Principes adſcriptos, & poſtmodum ſubdit, quod *la Calza di queſti &c. cioè ſi divideva in due parti, l' una di Scarlatto, che era di color vermiglio, e l' altra parte eſteriore, ſi ſuddivideva in due altre porzioni, pavonazza, e berrettina: L' altra Calza tutta verde, ma ne' giorni di gala, o Solennità, la Calza della Diviſa ſi portava ricamata. E' oſſervabile, che anche qualche eſtero aveva l' ingreſſo in tali Compagnie, oltre i Patrizj:* & tradit *d. Sanſovinus d. pag.* 273.

Cæterum nomen *Della Calza* explicat *d. Abb. Juſtinianus pag.* 108. his verbis .. *Ma prima di entrare all' eſame delle memorie, che ſi rilevano nella Città di Venezia, deveſi ſpiegare, perchè tali Cavalieri, o Compagni ſi denominaſſero della Calza. Furono detti così, perchè la loro impreſa era uſata ſopra una Calza lunga all' uſo antico, che ſi eſtendeva dalla metà della coſcia fino al piede. Queſta era diviſa, e partita in più colori da alcuni per lungo, da altri per traverſo: molti l' uſavano con lavori a rabeſco diverſi con Aquile, e tali uni a Scaglione ſormontato da ſtelle, come diſtintamente l' Autore l' à rilevato dalle Pitture di Gentile, e Fratelli Bellini:* & pag. 109. proſequitur: *Abito per quello riguarda la Calza è già toccato. I Calcozi erano a Palla rotonda all' uſo antico tagliati, e lavorati con ornamento di ricamo, e buffi, o uſcite di altro drappo. Il Giuppone pure a lavoro, o ricamo, cinto con leggiadro Cingolo, le ſcarpe laſcive con tagli, e perforate verſo la punta: ſopra tutto portavano una Veſte fino à terra, con maniche aperte, e con la Stola ſopra la deſtra. Il colore per quello ſi oſſerverà in un' altra Compagnia qui appreſſo deſcritta, era ora roſſo, ora pavonazzo, talvolta di Tabi carmeſe, ed in altre occaſioni di Damaſco, ed in altre ſolennità anco di Drappo di oro:* Et quod Caliga fuerit avro, & gemmis diſtincta, refert *Sanſovinus ut ſupra pag.* 273. *à tergo*.

Figuræ hujus Equitis *Della Calza* induti Habitu, & Caligis habentur apud *d. Juſtinianum pag.* 110., *& pag.* 137. *& d. Collectorem Gallum d Tom.* 1. *pag.* 198. *Patrem Philippum Bonanni ut ſupra*, & penes Cæſarem Vecellium in Volumine, cui titulus .. *Degli Abiti antichi, e moderni pag.* 69. *Venetiis apud Damianum Zemarium* 1590. Ex dicto *Abbate Juſtiniano - Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap.* 11. *pag.* 111.

Ma perchè molte Capitulazioni ſono degne di oſſervazione, ſi è ſtimato bene introdurle qui compendiate.

I. ,, Inſtituiſcono la Compagnia, che ,, ſi chiama *De' Sempiterni*, giurando concordia, e reciproco amore ,, nelle mani del Notaro, con giuramento pure di oſſervare le Capitulazioni.

II. ,, Che il Capo, ovvero Priore abbi ,, a durare fino ſi leverà (cioè ſe ,, potrà) la Calza deve tenere tutti ,, li ſegnali, o pegni, che ſi daranno fino al levare della Calza, la ,, quale ſi deve levare la Domenica ,, avanti la Feſta dell' Aſcenſione di ,, Noſtro Signore, e tanto più preſto, quanto parerà alla maggior ,, parte della Compagnia. Il Priore ,, deve tenere l' Inſtrumento pubblico della Compagnia: ſe alcuno ,, al tempo limitato non averà la ,, Calza, deve pagare Ducati cento, ,, eccetuato nel caſo di lutto, o ſcoruccio. Partendo il Priore ſii elet-

,, to

„ to uno in ſuo luogo, ſino al ri-
„ torno.

III. „ Che i giorni quattro, dopo au-
„ uta licenza dai Capi del Conſegno
„ de' Dieci, ognuno deva ſcrivere
„ in Banco Ducati 50., li quali non
„ ſi devono ſpendere ſino che non
„ ſi levarà la Calza ricamata, nel
„ qual tempo ſi deva fare una Feſta
„ ſolenne, e ſpendere li detti dena-
„ ri, o più, o meno, come parerà
„ alla Compagnia, ed allora ſi deva
„ ricamare la Calza.

IV. „ La Compagnia ſia ſino al nume-
„ ro di venti da eſſer accettati a
„ boſſoli, e ballotte, cioè a voti
„ de' Compagni.

V. „ Quelli che ſaranno accettati dò-
„ po levata la Calza, ſottoſcrivino
„ e giurino di eſeguire i Capitoli
„ della Compagnia, ne ſi poſſi
„ ballottare coſa alcuna, ſe non con
„ la preſenza del Priore, Sindico,
„ ò Notaro.

VI. „ Se alcuno raccorderà alcuna per-
„ ſona, che accettata non voleſſe
„ entrare, quello che la propo-
„ nerà cada in pena di Ducati
„ cinquanta per cadauna volta; e
„ però prima di proporre deva dare
„ un legno, o ſicurtà per Ducati
„ cinquanta in mano del Priore,
„ ne altrimenti ſi poſſa ballottare.

VII. „ Eſſendo aricordati, o promoſ-
„ ſi più in una volta, devono eſ-
„ ſere eſtratti per bolettini i loro
„ nomi; e così per ſorte eſſere bal-
„ lottati.

VIII. „ Che gli Ordini, e Capitoli
„ ſiano approvati dalli Proveditori
„ di Commune, i quali devano am-
„ miniſtrare Giuſtizia nelle coſe toc-
„ canti la Compagnia inappellabil-
„ mente.

IX. „ Che tutti li Compagni devo-
„ no porre veſte di Seta il giorno
„ ſi leverà la Calza, e portarla per
„ giorni 20. continui, la quale *Cal-*
„ *za* ſi habbia a deliberare della qua-
„ lità, modo, e tempo, come pare-
„ rà alla maggior parte della Com-
„ pagnia, ſotto pena a chi non le-
„ verà detta Calza, e Veſte di ſeta
ta al tempo limitato di Ducati cen-
„ to, eccettuati li caſi di ſcoruccio
„ per Padre, Madre, Fratelli, e
„ Sorelle, o altri per li quali foſ-
„ ſero cacciati da Cappello, mà
„ paſſato il tempo del lutto, devono
„ levare la Calza, e Veſta ſotto la
„ medeſima pena.

X. „ Che quelli vorranno entrare nel-
„ la Compagnia, non poſſano eſ-
„ ſere ballottati più di trè volte.

XI. „ Il Priore eletto deva durare
„ ſino al levare della Calza, e poi
„ di anno in anno ſe ne abbi a
„ far uno; e chi ſarà eletto, non
„ poſſi rifiutare, ſotto pena di Du-
„ cati cento, da eſſere riſcoſſi dal
„ Camerlengo della Compagnia.

XII. „ Che ſi devano eleggere due
„ Conſiglieri, un Sindico, e un Ca-
„ merlengo, quali abbino a durare
„ un anno, ed ogn' anno ſe ne
„ devono eleggere degli altri. Il
„ Camerlengo deva riſcuotere i de-
„ nari de' condannati, e pene, in
„ termine di giorni otto, e non a-
„ vendoli eſatti, deve darne parte
„ alla Compagnia; e non lo notifi-
„ cando, paghi egli del proprio.
„ Gli eletti non poſſino rifiutare,
„ ſotto pena di Ducati cinquanta
„ per cadauno, e neſſuno poſſi pro-
„ porre parte alcuna, ſe non il Prio-
„ re, i Conſiglieri, e il Sindico.

XIII. „ Che accadendo ad alcuni del-
„ li Compagni di maritarſi, duran-
„ te la Compagnia, il giorno dell'
„ accaſamento, tutti li Compagni
„ ſiano obbligati portare la Veſte di

Scar-

„ Scarlatto per tre giorni, e lo Spo-
„ ſo di ſeta, ſotto pena di Ducati 25.

XIV. „ Perchè alcuni delli Compagni „ ſono figliuoli di Famiglia, non ſi „ poſſono obbligare a queſti Capitoli, dichiarano eſpreſſamente, che „ vogliono, che s' intendi derogato „ ad ogni Legge, e Statuto, che „ foſſe in contrario, e chi ſi obbliga „ ſarà bene obbligato.

XV. „ Che venendo a morte ogni „ Compagno, tutti ſiino obbligati „ portare Mantello (che è l' Abito „ Patrizio da lutto) per giorni quat- „ tro, ſotto pena di Ducati 20. per „ cadauno.

XVI. „ Che il Priore poſſi condanna- „ re, come li piacerà, anco chi „ contravenirà ai Capitoli, potendo „ però il condannato appellarſi alla „ Compagnia, e quanto ſarà deli- „ berato per li due terzi di eſſa, ab- „ bi luogo.

XVII. Non s' intenda ridotta la Com- „ pagnia, ſe non con due terze „ parti del numero de' Compagni „ di quelli ſaranno in Città, ed al- „ meno una volta la settimana, ſi „ deva fare la riduzione, avanti il „ levare della Calza, ſotto pena di „ Ducati 25. al Priore, che non „ chiamaſſe riduzione.

XVIII. „ Che per fare le noſtre Feſte „ ſi deva eleggere fra noi un Signo- „ re, o Capo della Sala, il quale „ abbia a diriggere le coſe attinenti „ alle ſteſſe Feſte, come a lui parerà, „ e poſſi condannare una, o più „ volte chi contrafaceſſe, e duri „ detta libertà giorni otto prima „ della ſteſſa, e trè dopo.

XIX. Che detto Signore, o Capo ſi „ deva eleggere per quattro elezio- „ ni, e non volendo egli accettare, „ paghi Ducati 100. di oro alla „ Compagnia.

XX. „ Dopo che detto Signore, o „ Capo di Sala averà accettata la „ carica, ſubito li Compagni ſiino „ obbligati darli un ſegno, ovvero „ ſigurtà di Ducati 25. di oro per „ ciaſcuno, ſino che detta Feſta ſa- „ rà terminata, e dopo deva egli „ reſtituire il pegno a cadauno delli „ Compagni.

XXI. „ Che ſopra le Feſte nella Sala „ per onore della Compagnia, e per „ ovviare agli ſcandali non poſſino „ venire, ne ſtare Meretrici, ne Ser- „ ve di alcuna ſorte, dovendo il Si- „ gnore, o Capo di Sala applicare „ di non laſciarle venire, ne ſtare „ ſotto pena di Ducati 25. per ogni „ volta che contrafaceſſe.

XXII. „ Che ogni Compagno mari- „ tandoſi, ſia obbligato fare due „ paſti a Trombe, e Piffari, uno „ in caſa della Spoſa, l' altro nella „ dilui caſa, e dopo il ſecondo, lo „ Spoſo deva fare una Feſta, Come- „ dia, overo Memoria, nella quale „ ſpenda da Ducati 30. in ſu, oltre „ al paſto, ſotto pena di Ducati 50. „ per ciaſcheduna volta ch' ei con- „ trafaceſſe, e la Comedia con li- „ cenza de' Capi del Conſeglio de' „ Dieci.

XXIII. „ Che ogni Compagno ma- „ ritato, o ſi maritaſſe deva manda- „ re a caſa degli altri Compagni, „ ancora del Capellano, Notaro, „ e Nunzio un Marzapan di lire ſei, „ un Pane di Zucchero, ed un Du- „ cato d' oro al Notaro, ſotto pe- „ na di Ducati 25., anco a quelli, „ che foſſero fuori di Città.

XXIV. „ Che occorrendo fare Feſta „ principale della Compagnia, il „ Priore deva fare ſcrivere a tutti li „ Compagni, che foſſero lungi dalla „ Città a miglia 50., e concederli „ giorni otto a venire, poſſino eſe-

„ guire quello gli parerà, giuſto
„ alli Capitoli.

XXV. „ Che ſe il Compagno propo„ neſſe alcuno per accettarſi con Scrittura, cadi in pena di Ducati „ 100. per ciaſcheduna volta.

XXVI. „ Che volendo alcun Compa„ gno uſcire dalla Compagnia, vo„ gliamo, che ſia ſtridata di S. Mar„ co, e Rialto, oltre a che paghi „ di pena Ducati 500., e ſotto alla „ detta pena non poſſi entrare in „ altra Compagnia di Calza, nè al„ tra publica.

XXVII. „ Che nell' accettare i Com„ pagni, il Notaro deve dare Sacra„ mento a tutti li Compagni, di non „ avere promeſſo ad alcuno di vo„ lerlo eleggere, ed avendo promeſſo, „ non poſſino ballottare ſotto pena „ di Ducati 25. per cadauna volta.

XXVIII. „ Che i Compagni, che ſi „ maritaſſero, non poſſino pigliare „ per Compare dell' anello altri che „ della Compagnia noſtra ſotto pena „ di Ducati cento.

XXIX. „ A chi non pagherà in trè „ giorni le pene, s' intendino du„ plicate.

XXX. „ Occorrendo ballottare, li Buſ„ ſoli devono ſtare preſſo al Priore, „ Conſiglieri, Sindico, e Notaro, „ i quali abbino ad eſeguire le deli„ berazioni preſe a voti.

XXXI. „ Ogni Compagno, che ſarà „ accettato nella Compagnia dopo „ il levare della Calza, deve fare „ una cena domeſtica a tutti li Com„ pagni con 25. Donne, oltre le Compagne, con lironi (cioè con „ ſtrumenti d' arco) nel termine di „ giorni otto, dopo accettato, ſot„ to pena di Ducati ſeſſanta, ſe non „ ſaranno maritati, overo pagare Ducati centoventi alla Compa„ gnia.

XXXII. „ Al tempo di buttar la Cal„ za (cioè di deporla) ogni Com„ pagno deva dare alla Compagnia „ per fare una Feſta per ricamare la „ Calza, come parerà alla Compa„ gnia, ſotto le pene contenute nel „ Capitolo XXVI., oltre la partita „ di banco delli Ducati 50.

XXXIII. „ Ciaſcuno Compagno deve ſpogliarſi per le Feſte, e portare „ Veſta di ſeta, ſino al buttar le Calze, ſotto pena di Ducati 100. „ eccettuato il caſo di lutto.

XXXIV. „ Se alcuno Compagno ta„ glierà, o ſquarzerà apparati, o „ coſa alcuna della Caſa del Com„ pagno dove ſi farà paſto, e fe„ ſta, paghi Ducati 100. alla Com„ pagnia, ed al danneggiato, le co„ ſe tagliate, a giuramento del Pa„ drone per quello riguarda il va„ lore.

XXXV. Che non ſi poſſino eleggere „ Compagni ſe non ad uno ad uno, „ ſotto pena di Ducati 25.

XXXVI. „ Per anni trè dopo depoſta „ la Calza, ogni Compagno deve „ portarla ſopra tutte le Feſte di „ Noi Compagni, ſotto pena di „ Ducati 100.

XXXVII. Ciaſchedun Compagno deva „ tenere ſecrete le coſe della Com„ pagnia, che nelle riduzioni ſi trat„ taranno, e non le paleſare ad al„ cuno, ſotto pena di Ducati 25. „ per ogni volta, dovendo ognuno „ giurare di tenere ſecrete le coſe „ appartenenti al beneficio, e con„ ſervazioni delle buone uſanze del„ la Compagnia.

XXXVIII. „ Se alcun Compagno nel „ ridotto, o ſopra le Feſte ſii ardito „ di fare queſtione di fatti, o paro„ le ingiurioſe, cada nella pena o„ gni volta di Ducati 25.

XXXIX. „ Quelli che entreranno nel-
la

„ la Compagnia dopo adempito il
„ numero delli 20. non poſſano le-
„ vare Calza, ne' s'intendino Com-
„ pagni, ſe prima non ſaranno
„ ſottoſcritti nel Protocollo del no-
„ ſtro Notaro, come nell' Inſtromen-
„ to, e non averà fatta alla Com-
„ pagnia una partita di Ducati ſeſ-
„ ſanta in banco, oltre la partita di
„ Ducati cinquanta per ricamare la
„ Calza.

XL. „ Che ſe pareſſe al Priore, Conſi-
„ glieri, e Sindico proporre alcuna
„ parte di rivocare alcuno delli Ca-
„ pitoli, ed Ordini noſtri, vogliamo
„ che non ſi poſſino rivocare, ſe
„ non con quattro quinti di Noi
„ Compagni, a boſſoli, e ballotte.

XLI. „ Che per convenienti riſpetti,
„ Ser Andrea Contarini non ſij ob-
„ bligato portare la Calza, ſe non
„ per anno uno dal preſente giorno,
„ eccetto ſopra le Feſte publiche,
„ nelle quali deva portarla.

XLII. „ Che detto Contarini, e Ser
„ Bartolomeo Vendramino al pre-
„ ſente maritati, non ſiino obbligati
„ dare altro alli Compagni, che una
„ Cena domeſtica, overo Ducati 20.
„ ma Ser Ottaviano Grimani ſij te-
„ nuto dopo Paſqua fare una Feſta
„ grande di ducento perſone di
„ giorno, overo pagare Ducati du-
„ cento, ne ſi poſſi rivocare detto
„ Capitolo in alcun tempo, ſotto
„ pena a chi proponeſſe la rino-
„ vazione, di Ducati cento; e non
„ oſtante, non ſi poſſi rivocare.

Seriem præfatorum Capitulorum Gallica lingua refert laudatus *Collector Gallus Tom. 1. à pag. 203. cum ſeqq.*

Hujuſmodi Societatem de præſenti non eſſe in uſu, & ab Aula receſſiſſe colligi videtur ex traditis a prælaudato *Juſtiniano pag.* 118.

Id autem, quod ſubdit *Comes in* Koden *Sapieha in ſuo Corollario Omnium Ordinum impreſſo in Calce ejus Tractatus de Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, Coloniæ impreſſ. Typis Adami Cholini* 1730 *pag.* 251. *quod ſcilicet hunc Ordinem reſtauraverit Reſpublica*, intelligi debet de reſtauratione ſecuta 1562, quam attigimus ſupra in Diſcurſu, non autem teſtatur Auctor etiam de præſenti vigere.

DISCURSUS LV.

CANIS

NEC ARGUMENTO

Nec Summario indiget.

IN Voluminibus, quæ de Equeſtribus, & Militaribus Ordinibus agunt, quorum plurima revolvimus, tres huc uſque invenimus Ordines, ſub Titulo *Canis*. Primus fuit Ordo, qui in Regno Navarræ viguit. Alius qui de Leporario Cane in Barenſi Ducatu floruit. Tertius, qui Canis nuncupationem tenuit in Gallia.

De iſtis duobus poſterioribus plura tradunt Scriptores, & ſeparatim agemus de illis in ſequentibus Diſcurſibus. At de primo in Navarræ Regno olim exiſtente, unum ſolummodo invenimus Scriptorem, & hic quidem adeo laconice agit, ut ſolum nomen referat, & annum. Hic ergo tranſcribimus quod ſcriptum reliquit *Jo. Fridericus S. R. I. Comes in* Koden *Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corollario omnium Ordinum poſt Tractatum ejuſdem Auctoris de d. Ordine Aquilæ Albæ impreſſo Coloniæ Typis Adami*

 Cholini

Cholini 1730. *pag.* 252. in Verbo *Canis Ordo*, in quo ſic inquit: 729. *In Navarra Anno ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo claruit in Regno Navarræ, in ſignum Fidelitatis diſtributus, & hic deſiit.*

Et quoniam generice aſſeritur, Canem eſſe ſimbolum fidelitatis, *de fidelitate Canis* ſingularia exempla videri poſſunt penes *Patrem Gregorium Ruſignolium e Societate Jeſu* in ſuo Volumine .. *Maraviglie della Natura: Ammaeſtramenti di Moralità Parte Prima pag.* 36., 38., 100., 112., *& ſeq.*, *& pag.* 119., *& Parte Secunda pag.* 398., *& juxta impreſſ. Bononiæ Typis Longhi* 1706.

DISCURSUS LVI.

CANIS, ET GALLI

ARGUMENTUM

Exponitur in præſenti Diſcurſu Origo Ordinis Canis, & Ordinis Galli; & quis fuerit Inſtitutor utriuſque, & quando fuerunt ſimul uniti?

Summario non indiget.

IN his noſtris Voluminibus cupientes omnia cumulare, quæ de Militaribus Equeſtribus Ordinibus ſcripta reliquerunt Auctores, & ad noſtram devenere notitiam, hinc quoad hunc Ordinem Canis, & Galli in præſenti Diſcurſu referimus

Primo, quod hic Canis, & Galli Ordo à Scriptoribus in Claſſe Militarium Ordinum recenſetur, qui falſi, & chimerici judicantur, quemadmodum teſtatur *Hiſtoria Ordinum Monaſticorum &c. & Militarium Gallice ſcripta, & in Italicam Linguam tranſlata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *Parte Sexta cap.* 70. *pag.* 459. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Secundo, quod nihilominus prædicti Auctores, cæterique integras de eodem Ordine Hiſtoricas Narrationes exponunt, aſſeruntque Auctorem Ordinis fuiſſe quemdam Deſcendentem, non Regem, ſed à Liſbio, ſeu Lubio Rege Libiæ Sancti Dionyſii Areopagitæ Conſanguineo glorioſo cum eodem Martyre, huncque appellatum fuiſſe ſimiliter Liſbium, ſeu Lubium Luoye, aut Maurentium Montmorancy, ut plene probat *Abbas Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell Origine degli Ordini Militari &c. Parte Prima cap.* 8. *pag.* 92. *juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, & la Noù* 1693. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 1. §. 8. *pag.* 188. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Diximus Inſtitutorem Ordinis fuiſſe unum ex Deſcendentibus Liſbii, ſeu Lubii Regis Libiæ, non autem ipſum fuiſſe Regem, aut filium Libiæ Regum, ut illum perperam aſſerit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 31. *n.* 88., & comprobat *d. Abb. Juſtinianus*.

Dictus itaque Montmorancy fuit ex primis, qui cum Clodoveo I. Francorum Rege Chriſtianam Fidem amplexus fuit, & ad hanc Ordinis Inſtitutionem deveniſſe ajunt, ut Clodovei Regis veſtigia ſequeretur. Sicut enim ipſe Sacro Baptiſmatis Fonte renatus, Ordinem Sacræ Ampullę, in memoriam Miraculi tunc ſecuti; ita laudatus Montmorancy, ad conteſtandum gratum animum erga Dei miſericordiam, quæ ex idololatriæ tenebris, ad lucem Evangelicæ

licę Veritatis, mediante Baptiſmi Gratia eductus fuerat, atque insimul ad oſtendendum fidele cor erga proprium Regem Clodovęum, ob tot honorifica munera, quę eidem contulerat, in Aurelianenſi Civitate, vulgo *Orleans*, in Gallia anno Domini Noſtri Jesu Chriſti 500. circiter, ut apud *d. Collectorem Gallum Tom.* 1. *pag.* 188. *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 17. ubi inquit, erectum fuiſſe circa annum 499. Ordinem Equeſtrem ſub Titulo Canis inſtituit: *d. Abbas Juſtinianus d. pag.* 92. *Collector Gallus allegata pag.* 188. *Petrus Franciſcus Bergamaſcus in ſuo libello* .. *Breve Notitia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati, o ſia dello Speron d' Oro pag.* 51. *juxta impreſſionem Taurini Typis Dominici Paulini Impreſſoris Cameræ Apoſtolicæ anno* 1695. *Dominus Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 1. *cap.* 5. *pag.* 139. *cum ſeqq. impreſſ. Rothomag. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne* 1726. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Differt. Hiſtoriq., & Critiq. ſur la Chevalerie &c. Lib.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 1. *pag.* 151. *juxta impreſſ Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *Comes in Koden Sapieha in Corollario Omnium Ordinum in Verbo Canis, & Galli*, ponitque ſub anno 449., *vel* 499. *pag.* 522. *quod Corollarium eſt poſt Tractatum ejuſdem Auctoris ſub Titulo* .. *Adnotationes Hiſtoricæ de Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impreſſum Coloniæ Typis Adami Colini: d. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 17. *Hiſtoria Gallice ſcripta, & in Italicam linguam translata à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſe Congreg. Matris Dei Tom.* 8. *cap.* 70. *pag.* 460., *& ſeqq. juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Abunde autem allegatus *Juſtinianus* comprobat Inſtitutorem Ordinis, ut diximus, fuiſſe laudatum Virum Principem de præclariſſima Stirpe Montmorancy Primarium inter cæteros, & ut dicitur, *Le primier Baron Chreſtien, Baron de France*, ſive Maurentius, ſive Lanicet nominetur, aut *Favorito del Re*, cum ſemper, juxta communem ſenſum, fuerit de Domo, & Familia eadem Montmorancy, ad tradita per dictos *Juſtinianum ubi ſupra, & Hermant d. pag.* 136.

In Ordinis Teſſeram præfixit Inſtitutor Canem, qui fidelitatis eſt Simbolum, & Collare aureum ſtatuit, a quo Canis pendebat: *d. Abb. Juſtinianus pag.* 92. *d. Bonannus d. n.* 17.

Forma d. Teſſeræ cum ſolo Cane habetur apud eundem *Juſtinianum pag.* 92. *d. Bonannum n.* 17.

Cum nullam peculiarem Veſtem gererent hi Equites, idcirco Figuram Equitis ſimpliciter more Militis armati, cum prænotata Teſſera Canis refert *d. Collector Gallus d. Tom.* 1. *pag.* 188. *d. P. Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 7.

Finis Inſtituti Equitum erat Dei ſervitium fidele, ad incrementum Chriſtianę Religionis, & proprii Principis ſervitium, quod vovebant: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 31. *n.* 88. *d. Hermant pag.* 131.

Dicti Equites cum Ludovico Philippi Regis filio contra Hęreticos Albigenſes ſtrenuè Bellum geſſerunt, juxta tradita per *d. Bonannum n.* 17.

Tam vetuſtam hujus Ordinis Inſtitutionem in dubium revocant Scribentes

tes, qui proinde ignotum eſſe tempus ejuſdem Inſtitutionis teſtantur.

Criticique Scriptores contra narrationes ſuper d. antiqua Inſtitutione adamuſſim repetunt objectiones, quibus utuntur ad impugnandum fundationem Ordinis Sacræ Ampullæ. Primo ſcilicet, quod Ordinum inſtitutio fruſtra quæritur ante undecimum Seculum. Secundo per medium argumenti negativi, quod tales, & tales Scribentes de illo mentionem non faciant, aut per deficientiam ſolidæ Auctoritatis, vel quod ſolum ignotus Scriptor allegetur: & ſic ratiocinatur *d. Hiſtoria translata à Patre Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 460.

Cœterum hujuſmodi Criticorum aſſertionibus aptari poſſent Reſponſiones, quas cumulavimus in noſtro *Diſcurſu 9. à n. 6. cum ſeqq. pag.* 214., *& ſeqq.* ac præcipue illa diſtinctio quæſtionem Scribentium componens, quod Auctores negantes ante ſeculum duodecimum adfuiſſe Ord. Equeſtres Militares, intelligendi ſunt de Ordinibus rigoroſe in ſe ſumptis, hoc eſt conſtantibus ſubſtantialibus requiſitis ad veram propriamque Religionem conſtituendam neceſſariis, Votorum ſcilicet ſubſtantialium emiſſione, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ. Non autem intelligendi ſunt de Ordinibus Equeſtribus generice ſumptis, ſimplicemque cœtum, & ſocietatem importantibus: hos enim longe ante fuiſse in uſu liquet ex traditis in d. noſtro *Diſcurſu 9. à n 6. & 7.* ubi fit mentio de hoc Ordine Canis, & Galli, & horum cœtuum Elenchum adducimus in d. Noſtro *Diſcurſu 9. d. n. 6. & 7.* & conferunt infrà allegata in alio noſtro Diſcurſu *de Ordine Conſtantiniano Sect.* 1. *n.* 44.

Hinc Scriptores Auctorem Ordinis Canis diverſimode aſſignant.

Exponit *Belleforeſt* ſe in quadam manuſcripta Hiſtoria legiſſe Bucardum de Montmorancy cognomento *Della Barba tonda:* ſic inquit *d. Pater Fontana pag.* 460., *Et ala barbe torſe*, inquit *Collector Gallus d. Tom.* 1. *d. pag.* 188. occaſione qua Pariſienſem Civitatem petiit ad manus Regis Philippi I. oſculandum, inita cum eo Pace, aſsociatum apparuiſse anno 1102. copioſo Equitum numero Collare gerentium collo duplici catena confecta ex quibusdam Cervorum Capitibus, à qua catena Numiſma pendebat Canis effigiem præſeferens. Ex his infert dictum Buchardum fuiſse inſtitutorem Ordinis *d. Hermant pag.* 132. *d. Comes in Koden Sapieha.* Verum ex quo dicta Hiſtoria à ſolo *Belleforeſt* refertur, nullo, que Auctore fulcitur, & in incognito Auctore aſsertæ Hiſtoriæ fundatur, non immerito reiicitur à prælaudato *Patre Fontana pag.* 460.

Cheſne in ſua Hiſtoria Chronologica hujus Familiæ de Montmorancy arguit Carolum de Montmorancy fuiſse Inſtitutorem, deducens hoc ex illa circumſtantia, quod cum ipſe eſſet, ut vocant *Gran Panatiere, e Mareſciallo di Francia*, primus fuit qui ex Gente ſua in Stemmatis ſui Galea extulit Canem erectis auribus, quique rurſus occaſione ſecundarum Nuptiarum cum Joanna de Rovey fortaſſe Ordinem hunc Canis inſtituit, addiditque Collare ex Capitibus Cervorum compactum, ad deſignandum fidelem amorem, quo Sponſam ſuam proſequebatur.

At hoc eſſe ſimplicem conjecturam abſque ulla certitudine, referendo dictam Hiſtoriam, notat *d. Pater Fontana pag.* 460.

Hos Canis Equites pro Catholicæ Fidei

dila-

dilatatione militaſse glorioſe, magnaque utilitate, refert *d. Hiſtoria Patris Fontana pag.* 459. *d. Hermant Tom.* 1. *pag.* 131.

Quibus attentis, idem Vir Princeps de d. Familia de Montmorancy devenit ad fundationem alterius Ordinis ſub Titulo Galli, ſeu Galli Gallinacei, ut proſequitur *d. Pater Fontana d. n.* 459. *d. Hermant pag.* 131.

In hujus Ord. Galli inſtitutione quoad Inſtitutoris nomen pariter diſcordes ſunt Auctores, nec explicant tempus inſtitutionis. Fuiſſe Petrum Montmorancy anno 1214., ſcribit *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *Litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica Lib.* 1. *Tit.* 1. *n.* 17. *pag.* 736. *juxta impreſſ. Salisburgi Typis Jo. Joſephi Mayr* 1729. *Bonannus d. n.* 17.

Dicunt alii anno 1214. tempore Philippi III. cognomento *le Hardi*, quod cum quidam Claudius Polier Vir Nobilis in Occitania, *vulgo Languedoc*, qui in Gentilitio ſuo Stemmate Gallum extollebat, ſtrenue in quodam Prælio contra Anglos tempore Ludovici IX. Toloſæ Comitis à magno periculo eripuiſſet Delphinum, ut vocant; idem Delphinus in præmium ſtrenui facinoris pro eo peracti Ordinem Galli inſtituit, eundemque Claudium primum Equitem creavit: *d. Collector Gallus Tom.* 1. §. 8. *pag.* 190. *&* 191.

Fuiſſe Inſtitutores aliquos Principes Gallos pugnantes ſubiungit *d. De Nicollis pag.* 736. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Lib.* 1. *Diſsert.* 7. *Art.* 111. *pag.* 151.

Porrò ſub Geroglifico Galli Ordinem hunc inſtituere, vel Familia Montmorancy in Gallia celeberrima, vel alii Principes Galli, eo quia d. Gallus animal pugnax dicitur, & Ariſtophanes Martis Pullum vocat, & Victoriæ ſignum importat, cum quoties vincit, in cantum erumpit, & ſi vincitur, ſilere ſolet, ut tradit *d. Pater Bonannus n.* 17.

Hic Galli Ordo unitus fuit Ordini Canis, & ex duobus Ordinibus factus eſt unus Ordo, nuncupatus *Canis, & Galli*: *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 31. *n.* 88. *d. Pater Bonanni n.* 17. *d. Collector Gallus Tom.* 1. *pag.* 191. ubi quod unus ex Regibus Galliarum hos Ordines univit: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 151. *d. Hermant d. pag.* 131.

Inſigne hujus Ordinis Galli uniti cum altero Canis, eſt Catena aurea multiplex, à qua pendet Canis, & Gallus juncti, unus ad dexteram, alius ad ſiniſtram caput tenet, & catenæ circumligant utrumque Animali cum inſcriptione *Vigiles*: *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 88. *d. Juſtinianus pag.* 94. *d. Hermant pag.* 131. In Fidelitatis, & Vigilantię ſimbolum: *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 252.

Figura dictæ Teſſeræ, & inſcriptionis habetur apud eundem *Hermant pag.* 131., *& d. Abb. Juſtinianum pag.* 91.

Per aliquod temporis ſpatium duravit ſub Magnis Magiſtris de Domo Montmorancy hujuſmodi Ordo, donec introductis à Regibus per Regiam Coronam Ordinibus Equeſtribus & Militaribus, prænominatus Ordo Canis, & Galli ceſſavit abolitus: *d. Hiſtoria in Italicam linguam tranſlata à Patre Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 460. *d. Hermant pag.* 131.

Et quod ceſſaverit, & extinctus fuerit idem Ordo, teſtatur *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 252.

DIS-

DISCURSUS LVII.

CANIS LEPORARII, SIVE VENATICI

ITALICE LEVRIERE, VELTRO IN DUCATU BARENSI.

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

NE ex preſentis noſtri Diſcurſus argumento de Canis Leporarii Equeſtri Ordine æquivocum irrepat, hìc repetimus, quod Equites Leporis nuncupationem ſortiti ſunt, dum creati fuerunt Equites armati more antiquo in Campo aperto, jucundum illud ſe ſe exhibuit ſpectaculum utrique Exercitui, Gallorum ſcilicet, & Anglorum. Siquidem dum Gallorum Exercitus ſub Rege Philippo, & Anglorum Exercitus ſub Rege Eduardo in Loco *Vitonfoite*, & *Flamanguerie* ſiſterent, ex improviſo Lepus ex Campo Exercitus Anglorum tranſiens, confugit ad Campum Exercitus Gallorum, hicque caſus utrumque pauliſper oblectavit Exercitum, & motivum præſtitit creatos Equites eos Leporis Equites nuncupandi, ut diximus in noſtro *Diſcurſu 6. ſub n.* 122.

Verum Nos hìc ſermonem facimus de Cœtu Equitum à Cane Leporario nuncupatorum, proque rei dilucidatione, neceſſe eſt primo, ut latina Vocabula *Leporarius Canis*, *Venaticus Canis*: *Vertagus* Italice explicemus; ſignificat quidem *Levriere*, *o Veltro Cane da pigliare Lepre, che altrimenti diciamo Cane da correre, da giungere*, ut videre eſt in Vocabulario Etruſco *la Cruſca* in verbo *Levriere*, & in verbo *Veltro*: *Calepinus in verbo Vertagus*.

Unde Valerius Martialis Epigrammatum Lib. 14. de *Cane*, & *Vertago Diſtic.* 174. canit

Non ſibi, ſed Domino venatur Vertacus acer.
Illæſum Leporem, qui ſibi dente feret.

Et in Italam linguam translatum refert Pater Carolus Gregorius Roſignolius in Libro - Maraviglie della Natura pag. 398. juxta impreſſionem Bononiæ Typis Longhi 1706. ibi

Del ſuo Signore al ſol diletto intende
Dimentico di sè fido Levriere,
Quando acceſſa la Lepre, e non la fere,
Ma con dente digiuno a lui la rende.

Cœterum, quoad inſtitutionem hujus Ordinis Canis Leporarii, Italice del *Levriere* in Ducatu Barenſi integre referemus, quę de eo ſcribit *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou de Chevaliers Tom. 4. §. 78. pag. 38. cum ſeqq. juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel 1721. Hiſtoria Ordin. Monaſtichorum &c. & Militarium ex Gallico Idiomate in Italicam linguam translata à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſi Congregationis Matris Dei Tom. 8 cap. 56. pag. 368. juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Habetur ergo, quod plures in Ducatu de Bar Illuſtres Viri conjunctim Nobilem Societatem, & Cœtum anno 1416. inivere: Et in hujus Collegii Teſſeram preſcripſere Leporarium Canem, vulgo *Levriere*, *o Veltro* collo Collare gerentem, in quo hæc verba legebantur *Fout* un.

Leges inter ipſos ſtatuerunt. Primo reciprocus promittebatur Amor, & Conſponſores Fide mutua obligatos ſe conſtituebant.

Socie-

Societatem propriam, res Societatis, ipſosque ſocios tueri, adverſus malè de ea loquentes monere, nec non ſocios.

Quolibet anno inter eos Perſona eligebatur, quę Rex nuncupabatur, & in menſe Novembris, in die Feſto Sancti Martini, & in menſe Aprilis Feſto die Sancti Georgi Confratres congregabantur, & non accedentes ad has Aſſembleas multabantur in argenti Marcha, niſi eſſent legitime impediti.

Si vero aliquis ex Confratribus aliquod in commiſſum rueret, Rex eundem opportune, una cum quinque, vel ſex Sociis redarguebat.

Nemo ad hanc Societatem admitti poterat niſi à Duce de Bar, ac ab octo, vel duodecim ex magis qualificatis, ac accedente conſenſu ipſius Ducis de Bar, qui hos Equites tueri promiſerat totis viribus.

Si quis ſe lęſum, vel damnificatum agnoſcebat ab aliquo, recurrere debebat ad Ducem de Bar, ſi offendens vel damnificatus Subditus Ducis fuiſſet: ſi autem minime Subditus fuiſſet, coram ſuo Principe ſatisfactio petenda erat; & ipſo recuſante ſatisfactionem iniungere, Equites tenebantur accurrere lęſo, & damnum paſſo.

Hæc erectionis Ordinis ſeries conſtat ex ipſis litteris fundationis, quarum tenor refertur à dicto *Collectore Gallo ubi ſupra*, & rurſus integre ab allegato *Patre Fontana d. Tom. 8. à pag. 369., & ſeqq.* qui *Pater Fontana* in calce ſubdit, habuiſſe notitias ſuper hoc Ordine *dal Signore di Clerambaut*.

DISCURSUS LVIII.

CAPITIS MORTUI HOC EST CALVARIÆ

ITALICE DELLA TESTA MORTA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Usque de anno 1652. Silvius Nimrodo Dux Wuartemberg in Sileſia Ordinem hunc inſtituit, tam pro Maſculis, quam pro Mulieribus, ſeque magnum Magiſtrum, & Magdalenam Duciſſam Lignitz, & Brieg illius Socium magnam Prioriſſam declaravit. Cumque idem Ordo ſubinde colapſus eſſet, illum anno 1709. reſtauravit, & innovavit Neptis ejuſdem Fundatoris Aloyſia Eliſabeth Vidua Ducis Philippi Saxoniæ Mersbourg, ſed limitate pro ſolis Mulieribus, excluſis Maſculis, qui juxta primævum inſtitutum admittebantur.

Statutum itaque fuit, ſemper Principiſſam domus Wuartemberg magnæ Prioriſſæ titulum retinere debere, quodque ſolum Eques unus eſſet Ordinis Director, Depoſitarius Archivii, & Theſauri. Prohibent ulterius ſtatuta feminis iocos, oblectamenta, ſpectacula, veſtium magnificarum uſum: Annuatim tenentur ſe congregare cum magna Prioriſſa, ac quęlibet tenetur manifeſtare eidem Prioriſſæ in ſcriptis id quod annotavit, quoad mortem mulierum Ordinis, ac omne id quod circa illas compoſuit, atque omnia in volumen rediguntur. Si aliqua in regulę obſervantia defecerit Multam præſtare tenetur, quæ in Capſa reponitur, omniſque pecunia in die Veneris Hebdomadæ

Sanctæ diſtribuitur Pauperibus.

Ordinis Teſſera eſt *Caput Mortui*, hoc eſt Calvaria, ex avro in nodo Vittæ nigræ, appenſa albo amento cum lemmate *Memento mori*, quod ſcriptum eſt in dicto capite mortuo.

Quoties Mulier ex aggregatis moritur, omnes tenentur anni curſu deferre Amentum nigrum ſuper illo Ordinis, & in illo ſcriptum nomen Defunctę: Volumen cui Titulus -- *Li Sourani del Mondo Venetiis impreſ. Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin anno* 1720. *Tom.* 4. *pag.* 297. *Collector Gallus Tom.* 4. *Hiſtoire des Ordres Militair.s ſub* §. 106. *Les Chevaliers dela Tete Morte, en Sileſiæ pag.* 261., *& ſeq., juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie, in Addit., & Corrections pag.* 452., *& ſeqq. juxta impreſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *Joannem Hybner in ſuo Lexico in verbo Calvariæ column.* 1623., *juxta impreſſionem Lypſiæ anno* 1735., *& juxta impreſſ. Ratisbonę anno* 1742.

Narrationem præmiſſam integre etiam exponit *Dominus Joannes in* Koden *Sapieha, Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia, in ſuo Corollario omnes Ordines continente, in Verbo Calvariæ Humanæ pag.* 249., *& ſeqq.* quod Corollarium impreſſum habetur in calce Voluminis ejuſdem Auctoris, cui Titulus -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Ordinis Equitum Aquilę Albæ in Regno Poloniæ impreſſæ Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. ubi quod admittebantur omnes cujuſcumque conditionis Matronæ ad prædictum Ordinem, non tam generis illuſtris, quam exemplaris Vitæ ſpectata ratione.

DISCURSUS LIX.

CARDUI, ET S. MARIÆ SEU SPEI IN GALLIA

ARGUMENTUM

Declaratur quis fuerit Fundator Ordinis Equeſtris Cardui Sanctę Mariæ, ac Spei in Gallia, ejuſdem Teſſera. Numerus Nobilium Equitum, & Catalogum Magnorum Magiſtrorum traditur.

SUMMARIUM

1. *Originem hujus Ordinis diverſimode narrant Scribentes, & n.* 2. *ex* Joſeph Michieli.
2. *Sic etiam in Teſſera deſcribenda variant.*
3. *Reicitur* d Micheli.
4. *Oſtenditur Fundatorem fuiſſe Ludovicum II. Borbonium,* & n. 5., & n. 7.
6. *Reicitur* Joſeph Micheli.
8. *Fundatio Ordinis aſſeritur magis antiqua anno* 1370.
9. Hermant *carpit indebite* Juſtinianum.
10. *Reſpondetur eidem* Hermant, & n. 11.
12. *Laudatur* Pater Fontana.
13. *Oſtenditur Patrem* Heylot *eſſe Auctorem d. Hiſtorię à d. Patre Fontana translatæ in Italicum Idoma.*
14. *Collare, Teſſera Ordinis deſcribitur*, & n. 15.
16. *Figura d. Teſſeræ indicatur apud quem reperiatur.*
17. *Cingulum quoque deſcribitur.*
18. *Simbolum d. Teſſeræ explicatur.*
19. *Fundator ſe, ejuſque Duces Succeſſores Caput, & Magnum Magiſtrum conſtituit.*
20. *Equites voluit eſſe numero viginti ſex comprehenſo Fundatore.*

21.

21. *Voluit eſſe Nobiles, & laudabilis Vitæ.*
22. *Statuta eorum ignorantur, & ſup. ponuntur ſimilia Ordinis Aurei Velleris.*
23. *Figura Equitis, cum ſua Teſſera, & Clamide, apud quem habentur?*
24. *Inquiritur, an d. Fundator ſolum hunc Ordinem, vel alios etiam fundaverit?*
25. *Catalogus Magnorum Magiſtrorum refertur.*

DISCURSUS LIX.

CARDUI, ET S. MARIÆ SEU SPEI IN GALLIA

ORdinis hujus Originem, diverſimode narrant Scriptores. *Joſeph*
1. quippe *Micheli in Theſauro Militari* fundatorem aſſerit Ludovicum II. Burgundię Ducem, qui poſt plures de Inimicis ſuis relatas Victorias, & pręcipue in ſubſidium Caroli Aurialenſis Ducis, ac Comitis de Eboraz, & Joannis Angoliſmorum Comitis illum erexit, vel inſtauravit anno 1403. ſtatuendo in ejuſdem Ordinis Teſſeram, avreum, & argenteum Torquem, & Liliis Carduiſque mi-
2. ſtim conflatum, addita in medio Cruce plana cum epigraphe *Eſperance*, & à Torque Numiſma pendebat, in quo ſtans conſpiciebatur Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Imago Divinum Infantulum Jeſum Chriſtum in Brachiis tenentis, & ſub pedibus Luna aderat, dictuſque *Joſeph Micheli* allegat *Petrum Bellojum*, quorum verba, ad litteram refert *Abbas Juſtinianus* infra allegandus prędicta impugnans.

Eidem tamen *Joſephi Michaelis* opinionem ſequitur *Pater Andreas Mendo de Ord. Milit. Diſq. 1. quæſt. 2. n. 86. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordinum Equeſtrium n. 20. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax Canonica Tom. 2. Litt. S. Notitia Equeſtr. Ordin. n. 20. pag. 736., juxta impreſſ. Salisburgenſem Typis Joannis Joſeph Mayr 1729.*

At narratio hujuſmodi, veluti Hiſtorica veritate in omni ſui parte deſtituta non immerito reicitur à prædi-
3. cto *Abbate Bernardo Juſtiniano Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec., Parte Seconda cap. 60. à pag. 690. cum ſeqq. juxta impreſſionem Venetam Typis Combi, & la Noù 1692.* ubi late demonſtrat in Genealogia Ducum Burgundiæ, nullum reperiri Ludovicum II. Petri Filium, ſolideque firmat hujus Ordinis Fundatorem fuiſſe Ducem Borbonium, non quidem Carolum, ut nominatur in Deſcriptione Generali Ordinum Militarium, impreſſa Pariſiis anno 1671., ſed Ludovicum II. Petri Filium Borbonium Ducem, cognomento Bonum, & ad evidentiam convincit, ac detegit errata, & facti ęquivoca, quę ſuis miſcuit ſcriptis *d. Micheli*, qui non bene
4. percipiens quę tradit *Menennius in Deliciis Equeſtribus pag. 141.* eundem allegat pro ſua opinione, licet revera ſcripſerit Inſtitutorem fuiſſe Franciſcum II. Ducem Borbonium, ibi *Ludovicus II. Borboniæ Dux, cognomento Bonus, Petri Primi filius qui in Prælio Pictavienſi cecidit;* oſtendit præterea *d. Abbas Juſtinianus d. pag. 692.*, quod idem *Micheli* non legit *Menennium*, vel latini Sermonis vim non bene calluit. Verba *Juſtiniani ſunt: Fu Ludovico Duca*
5. *di Borbone l' Iſtitutore, e non di Borgogna, come ſcrive il Michieli, il quale*

il quale citando il Menennio moſtra, o di non l' avere veduto, o che poco profeſſaſſe la latinità, mentre volgareggia anco le parole, *in prælio Pictavienſi cecidit &c. que murio en la guerra de Pavia prendendo Pavia per Pottiers in Francia: ma ciò non deve recare punto meraviglia, poichè dove il Menennio parla, che le Inſegne de' Gigli furono communi ai Diſcendenti de' Re di Francia* ſcrivendo:

6. *Omnes enim Francorum Burgundiorum Auſtriaſianorum Germanorum, cœterique ex Francico ſanguine Principes cyaneo in clipeo Liliis indefinito numero, pro inſigni uſi fuere uſque ad Caroli VI. tempora &c. Il Michieli traſporta, las quales Armas uſaren ſempre todos los Reyes de Franca Borgonones, Auſtriacos Germanos, ylos, que deſcendian da Franciſco Principe de Cianto, haſta el tiempo di Carlo VI. &c.* Traducendo le parole *Auſtriaſianorum, che riguarda agli antichi Principi, e Re di Auſtraſia in Auſtriacos, prendendo l' Auſtria per l' Auſtraſia*: Inde Franciſco ſanguine Princeps, *che vale ai Principi del Sangue Franceſe, per Prencipe Franceſco, e la voce Cyaneo che è il colore ceruleo dello Scudo, per un Principato; così la Republica Litteraria ſoggiace all' alterazione della verità nell' erudizione, per l' inavertenza degli Autori.*

Stat igitur firmum inſtitutum fuiſſe hunc Ordinem à Ludovico II. Borbonio Duce Anno 1370. occaſione ſuarum

7. Nuptiarum in *Turre de Arche* celebratarum cum Anna filia Comitis Dolfini Averniæ, alias etiam vocati Comitis de Clarmont, ut notant infra allegandi; vel inſtitutum fuiſſe circa annum 1403. ut potentiam ſuorum majorum ſuamque oſtenderet tempore quo inter Burgundiorum, & Aurialentium Ducum acres ſæviebant factiones in auxilium Pupillorum Caroli Ducis Aurialenſis, & Jo. Angoliſmorum Comitis, ut inquit *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 20. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax Canonica Tom. 2. ſub Litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica §. Notities, & Series Ordin. Equeſtr. n. 20. pag. 231. juxta impreſſ. Salisburgi Typis Jo. Joſephi Mayr Anno 1729.*

Solemnia autem dictæ Fundationis peracta fuere in Templo Sanctiſſimæ Virginis de Molin in Borbonenſi Ditione, ubi Dux Collegium duodecim Canonicorum inſtituit in honorem Sanctæ Mariæ Virginis, cui ipſum Ordinem ſacravit, ut bene cum *Favino in Tractat. Honoris, ac Elia Aſhmole in Inſtitutione Ordinis della Gartiera*, explicat *d. Abbas Juſtinianus pag. 692. Dominus Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires &c. Tom. 2. cap. 10. à pag. 125. juxta impreſſ. ut Galli ajunt, à Rovenchez Jean Baptiſtæ Beſognet anno 1726. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. lib. 1. Diſſert. 7. cap 4. pag. 153. juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart anno 1718. Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha in ſuo Corollario Omnium Ordinum impreſſ. in Calce ejuſdem, ſub Titul. Annot. Hiſtoricæ de Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ* Verbo Cardui *Sanctæ Mariæ pag. 253. impreſſ. Coloniæ Typis Adami Coloni 1730.*

Imo ex verbis memorati *Menennii* videtur d. Ludovicum II. non fundaſſe

8. Ordinem, ſed Ordinem inſtauraſſe, & ita ejus Originem eſſe magis antiquam, & ante allegatum annum 1370.

1370. Et Collare diverſum ab illo, quod referunt Scriptores Galli; verba enim *Menennii* ita ſonant *Ordinem Equeſtrem Cardui Divæ Virginis inſtauravit, Collare aureum, ſive argenteum, ex Liliis, & quatuor foliis, aut floribus Cardui Crucem in eodem ſtatuentibus, cum inſcriptione Eſperance ornamento datum*, ſicuti exponit idem *Juſtinianus d. pag.* 693.

Cœterum *d. Hermant*, qui Hiſtoriam *Abbatis Juſtiniani* non legerat, ſed
9. fortaſſe ex aliorum Relatione, non integre facta, ſimpliciter audiverat carpit indebite *Juſtinianum*, aſſeritque illum ſcripſiſſe, Fundatorem hujus Ordinis anno 1403. fuiſſe Philippum II. Burgundiæ Ducem, carpit ſane indebite Abbatem Juſtinianum, quoniam tantum abeſt, quod Juſtinianus aſſeruerit fundatorem fuiſſe Philippum II Burgundiæ, ut imo hoc impugnaverit poſitive, ac pariter re-
10. jecerit *Michelem* nominantem d. Ludovicum Burgundię Ducem in Fundatorem Ordinis, ac tandem firmaverit, non Carolum ſecundum Borbonium, ſed Ludovicum Borbonię Ducem, non anno 1430., ſed anno 1370. hunc Ordinem inſtituiſſe, & his demonſtrationibus Abbatem Juſtinianum tuetur ab impictis in eundem
11. per allegatum *Hermant* reprehenſionibus; Juſtinianum nominatim vindicat *Pater Heilot in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum &c. & Militarium Gallice ſcripta* licet ſine expreſſione ſui nominis, ſed revera, ipſe *Pater Heilot* eſt eruditus Scriptor d. Hiſtoriæ, quam noviſſime è lingua Gallica in Italicum noſtrum Idioma noſtrorumque Italorum commodum
12. tranſtulit *Pater Joſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſis Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *Parte Sexta cap.* 47. *pag.* 335. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1739. Et rurſus ſpecifice, allegando eundem *Patrem Heliot*, ab iiſdem oppoſitionibus Abbatem Juſtinianum vindicat *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 3. §. 67. *pag.* 451. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Quod revera Auctor Gallus d. Hiſtoriæ Gallico idiomate ſcriptæ, & per lau-
13. datum *Patrem Joſeph Franciſcum Fontana* in Italicam linguam translatæ, fuerit prææalegatus *Pater Heliot* teſtantur eruditi *Auctores Lipſiæ anno* 1715. *pag.* 426. ibi -- *Ipſe arduum hoc Opus aggreſſus fuit, quamvis nomen ſuum non prodiderit, nec in Diario Pariſienſe ſit publicatum, conſtat tamen R. P. Heliot Auctorem illius eſſe, & dicta verba adducuntur in Monitione ad Lectorem d. Hiſtoriæ impreſſa in Tom.* 1. *ejuſdem pag.* 3. *juxta editionem Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1739.

Ordinis Collare, ac Teſſeram deſcribunt Auctores fuiſſe compoſitum ex
14. variis Crucibus non planis, ut putavit *Micheli*, ſed Diagonalibus, quas inter litteræ adſunt diſtributæ ita, ut ex una, & altera parte componatur dictio Gallica *Eſperanſe* Italice *Speranza &c.* Crucibus, e latere aliqui emergunt Flores Cardui. A Collare præfato Numiſma pendet, in quo Imago cernitur Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Corona redimitę, & Solis radiis exornatæ, juxta formam, quam refert *d. Iuſtinianus pag.* 686. ubi conſpicitur Collare, amplectens ſtemma coronatum cum Corona aperta Principum Borboniorum, in cujus ſtemmatis Campo cœruleo plura adſunt lilia avrea inſimul, ut dici-

mus

mus *con una Banda vermiglia*, quæ
lilia hodie redacta ſunt ad tria ſolum,
& *un corto Baſtone troncato*.

Rurſus in ſenſu Gallorum Scriptorum
ſubiungit, ſic exponendo idem *Iuſti-*
15. *nianus pag. 692.* -- *Nella deſcri-*
zione dell' Inſegna la diſtinguono in
Collare uſato nelle Funzioni ſolenni,
ed in un Cinto Militare portato da'
Cavalieri giornalmente ; il primo,
che inducono della Figura eſpreſſa
nel principio del Capitolo, *era*, *a*
detto di queſti, *d' Oro di dieci Marche*
ſmaltato di verde, *con lavoro di re-*
te intermeſſo di Gigli d' oro, *il che*
non potendoſi ampiamente eſprimere
nell' anguſtia del ſito, *non ſpiccano*
che parte de' lacci della Rete quaſi in
Crocette Diagonali : Tra i vacui di
queſte erano ripartite le Lettere della
parola Eſperance, *eſpreſſe da ſmalto*
roſſo : la Medaglia pendente ovale
era pure di Oro, *con un Circolo*
ſmaltato di roſſo, *e verde*, *nel dicui*
mezo riluceva l' Imagine riferita di
Maria Vergine attorniata da raggi
del ſole, *coronata di dodici Stelle*,
con la Luna ſotto i piedi, *ſmaltata*
di porpora, *e azurro*, *e nel fondo*
di queſto Ovale pendeva il fiore del
cordone verde, ſicuti videre eſt in fi-
gura, quam idem *Iuſtinianus exibet*
pag. 689. Pater Honoratus à Sancta
16. *Maria Carmelita Excalceatus Diſ-*
ſert. Hiſtoriques, *& Critiques ſur la*
Chevalerie &c. lib. 1. *Diſſert.* 7. *cap.*
4. *d. pag.* 153., & Figuram refert
in Deſcript. Generali Teſſerar. pag.
463., *& Hermant ſuperius allegatus*
cap. 5. *pag.* 125. Et ſimiliter *d. Iu-*
ſtinianus pag. 693. inquit *Oſſerva*
però l' Aſmole, *che alcuni Scrittori*
variano il colore del Collare con fo-
glie di Cardone diſpoſte in Croci dia-
gonali.

Cingulum quoque gerebant Equites Mi-
litare, quod erat confectum *di veluto*
di color di Perſico foderato di raſo
carmeſi, auro exornatum, in cujus
17. medio legebatur dictio *Eſperance*,
quod ſane appenſum erat, fibula par-
uam linguam, *auream habente en-*
cauſto viridi ad inſtar Capitis Cardui
Juſtinianus ubi ſupra d. Pater Fran-
ciſcus Fontana d. pag. 334. ubi quod
era la Cintura di Veluto Torchino,
foderata di raſo roſſo, *e bordata*
di Oro.

In Ordinis ſolemnitatibus Veſtem E-
quites deferebant *di Damaſco incarna-*
to, cum manicis largis cum d. Cin-
gulo cincti ; Toga vero erat -- *di Da-*
maſco Azurro, auro exornata, *e fo-*
derata di Raſo roſſo ; Manteletta au-
tem erat *di Veluto verde* ; *il Bonet-*
to, *o la Beretta dello ſteſſo drappo*,
e colore ; *al pomo della Spada pen-*
deva un ricco fiocco di ſeta carmeſi,
e fili d' oro ; *il Manteletto era fodera-*
to di Taffettato Carmeſi, *voltato all'*
in sù alla maniera antica, *ſopra il*
quale era ricamato in uno Scudo d'
Oro la parola Allen *d. Bonanni n.* 20.

Ex recenſitis Teſſeris Veſtiumque co-
loribus Simbolum erexit Fundator,
ut Equites doceret potiſſime cum
flore cardui coloris cæleſtis metam,
ad quam tendere, & aſpicere conti-
nue debebant corde, hoc eſt Cælum,
pro faciliori conſecutione honorum
18. mediante, tam bono fine, & mo-
rum candore, ut lilium, & cum viri-
di colore ſpes firmatur, ut fert di-
ctio *Speranza* hoc eſt ſpes vivendi
candide ac pure ad vitam æternam,
& temporalem honorem, & quem-
admodum Carduus, à natura ſpinis
armatur, in ſui ipſius defenſam, &
in ultionem eundem offendentium,
ita etiam armatus eſſe debet Eques,
ut obſervat præalegatus *Iuſtinianus*
d. pag. 334. *d. Bonannus n.* 20.

Idem

Idem Dux Ludovicus II. Borbonius Ordinis Fundator, ſe ſtatuit, ejuſque
19. Succeſsores in Ducatu Borbonio Caput & Magnum Magiſtrum. *Juſtinianus*, *Pater Honoratus à Sancta Maria*: *d. Laurentius Vigilius de Nicolis d. n.* 20. *Fontana*, *cæterique ſuperius adducti*.

Equitum numerus conſtabat Viginti ſex
20. comprehenſo Fundatore; *dicti Juſtinianus pag.* 663. *Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 153. *Pater Fontana pag.* 334.

Quodque non niſi Nobiles laudabiliſ-
21. que vitæ admitterentur; *d. Fontana d. pag.* 334.

Sed ignoratur; horum Equitum obligatio
22. aſſeritur tamen, eorundem Statuta uniformia fuiſſe Statutis Ordinis Avrei Velleris. Supponendum proinde eſt, illis præſcriptam fuiſſe obedientiam Principi Magnoque Magiſtro, & tuitionem Catholicę Religionis: ſic concludit *d. Juſtinianus d. pag.* 693.

Finis & intentus Equitum hujus Ordinis erat defenſio Religionis Catholicæ *d. Bonanni d. n.* 20.

Figura Equitis hujus Ordinis cum ſua
23. Teſſera, & Clamide induti habetur penes *d. Bonannum d. n.* 20. *Collectorem Gallum d. Tom.* 3. *d.* §. 67. *pag.* 448.

Notare hic non ommittimus, quod non-
24. nulli aſſeruerunt, hunc ſolum Cardui Ordinem à Ludovico II. Borbonio inſtitutum, & illum antecedenti anno 1369. efformatum cum Teſſera ſcuti avrei, vel viridis, non eſſe vere Ordinem, ſed ſimplicem honorariæ Theſſeræ delationem: Alii vero perpendunt duos fuiſſe ab eodem inſtitutos Ordines, ut videre eſt apud *d. Patrem Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 335. *d. Hermant pag.* 126., & Nos annotabimus in Diſcurſu peculiari ſub Titulo *Ordinis Parmæ Aureæ aut Viridis*.

Tandem Magnorum Magiſtrorum ſeries
25. habetur ex Catalogo Ducum Borboniorum, à quibus ducta conſanguinitate Ludovici II. Fundatoris, Jus Magni Magiſterii ſpectat ad Regem Galliarum nunc; cum glorioſiſſime regnans Ludovicus XV. deſcendat per lineam rectam à Ducibus *di Vandomo* ductam à Jacobo Borbonio Fratre Petri I. Ducis.

Hinc firmata ſucceſſione lineæ Ducum Borboniorum juxta Scriptores *Albitium*, & *Ritthershuſiam*, & *Luſcum*, ſic conſtruitur apud *d. Abbatem Juſtinianum d. pag.* 694. *Collect. Gallum d. Tom.* 3. *pag.* 453., & juxta *Hiſtoriam Profanam Tom.* 6.

CATALOGUS

I. 1370. Ludovicus II. Dux Borboniorum filius Petri I. nuncupatus *Bonus* fundator Ordinis, & Caput Supremum obiit anno 1408., rexit annos 38.

II. 1408. Joannes I. Dux Borboniorum filius Ludovici, & Caput ſupremum rexit annos 26.

III. 1434. Carolus Dux Borboniorum filius Joannis rexit annos 42.

IV. 1476. Petrus II. Dux Borboniorum filius Caroli, qui obiit ſine Deſcendentia maſculina rexit annos.

V. Carolus de Monpenſier ſecundus Nepos Conſobrinus Petri ejuſdem, ut dicitur Genero, per la Moglie Suſanna figlia, & herede Petri Ducis Borboni occiſi Romę anno 1527., obiit ſine ſucceſſione maſculina.

VI 1528. Carolus Dux di Vandomo, & Bor-

& Borbonii ex linea Vandomi rexit annos 9.

VII. 1537. Antonius Dux Borboniorum & Vandomi, Rex Navarræ ob Uxorem Joannam de Albret, rexit annos 26.

VIII. 1563. Henricus Quartus Borbonius Vandomi Rex Navarrę, poſtmodum Galliarum Magnus Ordinis Magiſter rexit annos 47.

IX. 1610. Ludovicus XIII. Borbonius filius Henrici Rex Galliarum rexit annos 32.

X. 1643. Ludovicus XIV. Borbonius Galliarum Rex Magnus Magiſter Ordinis, qui poſt mortem ſui Patris Ludovici XIII. die 14. Maii anno 1643. in ætate annorum quatuor, octo menſium, & novem dierum regnare cæpit, obiitque die prima Septembris anno 1715. in ętate annorum 77. rexit annos 73.

Vide Hiſtoriam prophanam *Tom.* 6. Patrem Ignatium Hiacinthum Amat de Graveſon in continvat. Tabularum Cronologicarum *Tom. 9. octava Tabula Cronologica in* §. *Tertia ſtirps pag.* 153 *juxta impreſs. Romæ Typis Ludovici Tinaſſi, & Hieronymi Mainardi anno* 1722.

XI. 1715. Ludovicus XV. natus 15. Februarii 1710. acclamatus Rex prima Septembris anno 1715., & coronatus 25. Octobris 1722. ter felix regnans. *d. Pater Graveſon ubi ſupra.*

DISCURSUS LX.

SANCTÆ CATHARINÆ VIRGIN. ET MARTYRIS IN MONTE SINAI.

ARGUMENTUM

Expoſita narratione vitæ Sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris, deſcribitur ſeries erectionis Equeſtris Miltaris Ordinis ejuſdem Sanctæ, ac obligatio eorundem Equitum cuſtodiendi Sepulcrum ejuſdem Sanctæ Catharinæ, & conſervandi tutas vias pro Peregrinis viſitantibus idem Sepulcrum.

SUMMARIUM

1. *Sanctę Catharinæ Equeſtris Ordo in Monte Sinai fuit inſtitutus ad inſtar Ordinis Equeſtris Sancti Sepulchri Domini Noſtri Jeſu Chriſti.*
2. *Deſcribitur Vita Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris.*
3. *Ad Sanctę Catharinæ Sepulchrum viſitandum devoti accedebant.*
4. *Ordo Militaris & Equeſtris Sanctæ Catharinæ fuit inſtitutus ad Sanctæ cuſtodiendum Sepulchrum, & pro defenſione Peregrinorum ad idem.*
5. *Quo tempore fuerit d. Ordo inſtitutus?*
6. *Inſignia Equitum eſt Rota dimidiata coloris rubri, quam interſecat Enſis ſanguineus.*
   Illius forma apud quem habeatur?
7. *Habitus Equitum eſt albus: quis referat ejus figuram?*
8. *Alia Teſſeræ forma eſt Rota integra ſuperpoſita Cruci Potentiatę, & cur* n. 9.
10. *Alia forma eſt dimidia Rota, cui innititur Enſis elatus in formam Crucis.*
11. *Statuta hujus Ordinis concordant cum*

cum Statutis Ordinis Sancti Sepulchri.

12. *Equites creantur ad formam Equitum Sancti Sepulchri.*

13. *Equites Sanctę Catharinę militant ſub regula Sancti Baſilii, ideoque tenentur Sanctæ Catharinæ cuſtodire Sepulchrum, & tueri Peregrinos ad illud pergentes, ac Eccleſiam Catholicam, & obedire Magno illorum Magiſtro.*

14. *Sanctę Catharinæ Ordo eligebat ſibi Magnum Magiſtrum.*

15. *Ordo Sanctæ Catharinę non fuit à Sancta Sede confirmatus.*

16. *Caſtitatem coniugalem Equites vovent.*

17. *Equites Sanctæ Catharinæ debent per biennium aſſiſtere cuſtodię Sepulchri ejuſdem.*

18. *Commendas plures poſſidebat hic Ordo.*

19. *Ordo hic eſt pene deſtructus.*

20. *Remanet tamen aliquod veſtigium penes Monachos Baſilienſes, qui aliquando aliquos Peregrinos exornant Inſignibus Equeſtribus,* & n. 21.

22. *Magnorum Magiſtrorum numerus non invenitur.*

23. *Sanctæ Catharinæ Equites cur hodie ceſſaverint?*
Hodie Gręci Schiſmatici tenent Montem Sinai.
Catholici non ſe promovere faciunt ad Gradum Equitis à Schiſmaticis.

24. *Sanctæ Catharinæ Ordo, ſic Sancti Sepulchri, & Templariorum Ordines fuerunt inſtituti pro tuitione Viarum publicarum, ad commodum Peregrinorum euntium ad Montem Sinai, & loca Terræ Sanctæ.*

25. *Peregrinationes ad loca Sancta dicuntur actus Pii, & Sancti, tam in Lege ſcripta, quam Euangelica,* & n. 26. 27. 28., & 29.

30. *Viarum Opus Religioſum Opus eſt,* & n. 31.

Viarum regimen ſpectat ad Principem.

32. *Columnas marmoreas indicantes milliaria, primus apponi fecit C. Gracchus.*

33. *Earum uſus viguit poſtea non ſolum in Italia, ſed extra.*

34. *In dictis Columnis, quæ inſcriptiones apponebantur?*
Milliaria ſicut lapidibus exprimebantur, ita per Lapides exprimebantur milliaria, ut ad primum, ſecundum lapidem &c.

35. *Ex dictis Columnis milliariis reſultat commodum Viatorum,* & n. 36.

37. *Laudatur Sanctiſſimus Dominus noſter Benedictus XIV.*

38. *Laudatur Eminentiſſimus Oddi Legatus à Latere Romandiolę,* & n. 40.

39. *Columnas milliarias in Provincia Romandiolæ erigi fecit Eminentiſſimus Oddi.*

41. *Laudatur R. P. D. Nicolaus Oddi Prolegatus Romandiolæ.*

42. *Adducitur marmorea inſcriptio, quam Patria hæc noſtra in obſequium Eminentiſſimi Oddi Cardinalis extulit publice.*

42. *Remittitur Lector ad Patrem Ghini, qui laudatur.*

DISCURSUS LX.

SANCTÆ CATHARINÆ VIRGIN. ET MARTYRIS IN MONTE SINAI.

AD inſtar Equeſtris Ordinis primis humanæ reparatæ ſalutis annis pro
1. glorioſiſſimi Sepulchri Chriſti Domini Cuſtodia inſtituti, de quo Ordine agitur in peculiari Diſcurſu, ſucceſſivis temporibus erectus fuit, ut notant Scriptores infra allegandi, Ordo pro cuſtodia

cuſtodia Sepulchri Divę Virginis, & Martyris Catharinæ. Hęc ſiquidem Nobilis Virgo Alexandrina à prima ætate ſtudia liberalium Artium cum Fidei ardore coniungens, brevi ad eam Sanctitatis, & Doctrinæ perfectionem pervenit, ut decem & octo annos nata, eruditiſſimum quemque ſuperaret. Quæ cum Maximini juſſu multos propter Chriſtianæ Religionis
2. profeſſionem, varie tormentis cruciatos ad ſupplicium rapi videret, generoſo, & vere Chriſtiano animo ipſum adiit Maximinum, cui nefariam in Chriſtianos immanitatem objiciens, ſapientiſſimis rationibus Chriſti Fidem ad ſalutem neceſſariam oſtendit: cujus prudentiam Maximinus admirans, Catharinam Virginem retineri jubet, accerſitis undique doctiſſimis Hominibus, magniſque propoſitis præmiis, qui convictam Catharinam à Chriſti Fide, ad idolorum cultum perduxiſſent. At contra accidit: nam plures Philoſophi, qui ad eam coarguendam convenerant, vi, ac ſubtilitate ejus Diſputationis tanto Jeſu Chriſti amore ſunt incenſi, ut pro illo mori non dubitaverint. Quamobrem Maximinus blanditiis, ac promiſſis Catharinam de ſententia deducere aggreditur. Verum id fruſtra fieri intelligens, verberibus affectam, plumbatiſque contuſam, dies undecim ſine cibo, ac potu incluſam retinet in carcere. Quo tempore Maximini Uxor, & Porphyrius belli Dux, viſendę Virginis cauſa, Carcerem ingreſſi, & ejuſdem prædicatione in Jeſum Chriſtum credentes, poſtea Martyrio coronati ſunt. Interim Catharina educitur e cuſtodia, & rota expeditur crebris, & acutis præfixa gladiis, ut Virginis corpus crudeliſſime dilaceraretur, quæ machina brevi Catharinæ Oratione confracta eſt; cujus miraculo multi Chriſti Fidem ſuſceperunt. Ipſe Maximinus in impietate, & crudelitate obſtinatior, Catharinam ſecuri percuti imperat, quæ fortiter dato capite ad duplicatum Virginitatis, & Martyrii præmium evolavit ſeptimo Kalendas Decembris, cujus Corpus ab Angelis in Sina Arabiæ Monte mirabiliter collocatum eſt: totaque prædicta Vitæ ſeries exponitur in *Lectionibus Breviarii Romani dicta die* 25. *Novembris*, & teſtantur omnes: *d. Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires de Chevalerie Tom.* 1. *cap.* 10. *pag.* 150. *juxta impreſſionem Rotomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne anno* 1726.

Erga hanc inclytam Virginem, & Mar-
3. tyrem Catharinam, ſumma Populorum florebat Religio, qui ad glorioſum illius, & revera admirabile Sepulchrum Angelicis manibus in Sinai Montis vertice paratum, diligentiſſime quæſitum, & Dei munere repertum properare ſatagebant; ad tradita per *Patrem Andream Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. *§.* 5. *Abb. Juſtinianum*, alioſque infra allegandos.

At cum Saracenorum deprædationibus, inſidiiſque itinera infeſtarentur, aliqui Viri Nobiles cælitus illuſtrati, Ordinem Militarem Equeſtrem anno 1063. vel circiter inſtituerunt, ab eadem Sancta Catharina nomen ſumentem, ut illius Equites Divæ Catharinæ Virginis, & Martyris Sepulchrum cuſto-
4. dirent, & Peregrinantes ex Gręcia, Sepulchrum ejuſdem Sanctę viſitaturos tuerentur in viis, & charitative Hoſpitio exciperent; ut ſcribunt *d. Pater Mendo* ubi ſupra: *d. Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Prima cap.* 19. *pag.* 186. *juxta im-*

ta impreſſ. Venetam Typis Combi, *& la Noù pag.* 692. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques & Critiques ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 1. *pag.* 126. *impreſſ. Pariſiis Typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 21. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *ſub Litt. S. de Summa Trinitate*, *& Fide Catholica: Notitia*, *& ſeries Ordin. Equeſtrium n.* 19. *pag.* 736. *juxta impreſſ. Salisburgi Typis Joannis Joſephi Mayr anno* 1729. *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario Omnium Ordinum in verbo Sanctæ Catharinæ de Monte Sinai*, *impreſſ. in calce Tractatus ejuſdem Auctoris*, *cui Titulus*: *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Ordin. Equit. Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ pag.* 253. *Typis Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730. ubi ponit inſtitutionem Ordinis anno 1067: ſic etiam *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires*, *ou des Chevaliers Tom.* 2. §. 21. *pag.* 78. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. qui prænotat fuiſſe inſtitutum Ordinem anno 1063., vel 1067. vel circa annum 1065. juxta Auctores, quos allegat *idem Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 126. *ſub littera A. Hiſtoria Ordinum Monaſtichorum &c.*, *& Militarium Gallico Idiomate ſcripta*, *& in Italicam Linguam translata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Congreg. Matris Dei Tom.* 1. *Parte Prima cap.* 35. *pag.* 286. *& ſeqq. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Salani & Giuntini* 1737.

Hinc notandum, quod ſi prædicti Ordinis 5. Equeſtris Militaris Inſtitutio peracta fuit in ſupra notatis temporibus, vel circum circa, ſequitur hujus inſtitutionem præceſſiſſe Cruciatas, ut inquit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 126. licet *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 79. ſubdat, inſtitutionem non potuiſſe fieri, niſi circa Seculum XII., & ſic etiam tenet *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom.* 1. *d. pag.* 286.

Caſtitatem Conjugalem ſervabant: *Bergamaſchi pag.* 53. infra allegandus.

In Teſſeram gerebant Equites Rotam dimidiatam coloris rubri, quam Enſis
6. ſanguineus interſecabat: *d. Pater Fontana d. Tom.* 1. *d. pag.* 386. *d. Petrus Franciſcus Bergamaſchi in libello. Breve Notitia Storica del Pontificio*, *ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati pag.* 53. *juxta impreſſ. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695. *d. Juſtinianus pag.* 188. *Bonannus d. n.* 21., *& in Generali Deſcriptione Omnium Teſſerarum n.* 20. *pag.* 146. *d. Hermant pag.* 151. *d. Tom.* 1.

Forma habetur apud *dd. Juſtinianum*, *Bonannum*, *Hermant*, *d. Collectorem Gallum d. Tom.* 2. *ubi ſupra*.

Habitus vero ſuper quem deferebant d.
7. Rotam, erat coloris albi: *d. Pater Mendo d. Diſq.* 2. §. 5. *d. Bergamaſchi pag.* 53., & illius forma videri poteſt penes *d. Bonannum*, qui Equitem illo indutum, evaginatum Enſem in manibus habentem, refert *d. n.* 21. *ſic Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 78.

Figura Equitis d. Clamyde ornati cum Teſſera, & Scuto in ſiniſtra manu, evaginatum Enſem tenentis in dextera, refertur expreſſa penes *d. Patrem Bonannum d. n.* 21. *d. Collectorem Gallum d. Tom.* 2. *pag.* 78.

Scripſerunt aliqui, quod principalis obligatio horum Equitum ſiſteret in conſervandis itineribus pro Peregri-

nis viſitantibus Sepulchrum Domini Noſtri Jeſu Chriſti. At cum ipſi nuncuparentur Equites Sanctæ Catharinæ, ſequitur quod revera iidem Equites ſimpliciter inſtituti fuerint pro cuſtodia Sepulchri Sanctę Catharinæ, & ad defenſam Peregrinorum euntium ad viſitandum idem Sepulchrum ejuſdem Sanctæ Catharinę, ut bene arguit *d. Pater Fontana pag.* 282.

Verum quoad d. Teſſeram, ſucceſſivis
8. temporibus illa non modicam ſubiit variationem: nam Rota, non ut ſupra dictum eſt, dimidiata adhibetur, ſed integra; hęcque Rota integra apponitur ſuper Crucem potentiatam Equeſtris Ordinis Sancti Sepulchri; ita ut Crux hæc formet Axem Rotæ, adſitque ſuper eandem Rotam, ad quatuor ejuſdem Crucis latera Crux ſimilis parva, & ſic quatuor parvæ Cruces, juxta figuram, quam exhibet *d. Juſtinianus pag.* 190.

Cum itaque ex prædictis conſtet d.
9. Teſſeram comprehendere Ordinis Sancti Sepulchri, & Ordinis Sanctæ Catharinę Inſigne, jamque poſt invaſionem per Turchas factam dictarum Regionum Orientalium extinctum fere remanſiſſe utrumque Ordinem, ita ut ſolum ad honorem, & ex devotione in præſenti Patres Franciſcani Ordinis Sancti Sepulchri, inſignia conferant, Græci vero Monachi illa Ordinis Sanctæ Catharinæ, dictique Monachi Græci parum affecti ſint Latinis, non improbabile hinc redditur, quod iidem Græci excitaverint prętenſionem conferendi utrumque Ordinem, & ſic Teſſeram efformaſſe complectentem utriuſque Ordinis Teſſeram, ut advertit *d. Juſtinianus d. pag.* 190. Hanc ipſam Teſſeram ita deſcribit *dictus Dominus Joannes Fridericus Comes in Koden Sapieha in d. Corollario pag.* 254. inquiens.. *Inſigne Ordinis eſt Crux Hieroſolymitana Rotæ argenteæ ſex radiis circundatæ rubris clavibus inſtructæ incluſa: d. Hermant d. Tom.* 1. *pag.* 153. ſuper quo videantur quæ ſubdimus in penultimo §. pręſentis *Diſcurſus*.

Menennius in Deliciis Ordinis Equeſtris pag. 49., *& Joſeph Micheli in Theſauro Militari pag.* 18. hoc modo d.
10. Teſſeram deſcribunt; mediam videlicet Rotam, ſuper quam adſit innixus Enſis in altum elatus in formam Crucis, ſicuti conſpicitur in figura, apud *d. Juſtinianum pag.* 191.

Statuta hujus Ordinis concordant cum Statutis, & Conſtitutionibus Ordinis Equeſtris Sancti Sepulchri: *Ioſeph Mi-*
11. *cheli in Theſauro Militari pag.* 18. de quo *d. Juſtinianus pag.* 189., *&* 190.

Equiteſque proinde Sanctæ Catharinæ creantur ad normam Equitum
12. Ordinis Sancti Sepulchri: *Franciſcus Menennius de Deliciis Ordinum Equeſtrium pag.* 49. *d. Juſtinianus d. pag.* 190.

Fundatus autem fuit dictus Ordo ſub regula Sancti Baſilii: *d. Juſtinionus pag.* 189. *Pater Philippus Bonanni d. n* 21. quam Regulam obſervare vovebant, & ſic Sanctæ Catharinæ cuſtodire Sepulchrum, tuta ad illud Itinera ſervare ad commodum Peregri-
13. norum, tueri Sanctam Catholicam Eccleſiam, atque obedientiam Magiſtro Ordinis præſtare: *d. Juſtinianus pag.* 189. *dictus Collector Gallus Tom.* 2. *pag.* 78. *d. Hermant d. Tom.* 1. *pag.* 151.

Siquidem Ordo ſuum peculiarem Ma-
14. gnum Magiſtrum ſibi eligebat: *d. Pater Mendo d. Diſq* 1. *quæſt.* 2. §. 5. *d. Juſtinianus d. pag.* 189. *Pater Bonanni in Catalogo Equitum n.* 21.

Non conſtat tamen d. Ordinem fuiſſe à

Sancta

Sancta Sede Apoſtolica confirmatum,
15. ut notat *d. Juſtinianus pag.* 191. *d. Col-
lector Gallus Tom.* 2. *pag.* 80. *d. Pa-
ter Joſeph Franciſcus Fontana Tom.* 1.
pag. 288.

Equites Caſtitatem Coniugalem profite-
16. bantur: *d. Mendo d. Diſq.* 1 *quæſt.* 2.
§. 5. *d. Bonanni n.* 21. *d. Laurentius
Vigilius de Nicollis d. pag.* 736.

Unuſquiſque Eques Sepulchrum Sanctæ
17. Catharinæ ſpatio duorum annorum
cuſtodiebat. *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.*
2. §. 5. *d. Bonanni d. n.* 21. *d. Lau-
rentius Vigilius de Nicollis d. pag.*
736.

Plures verò Commendas poſſediſſe ſcri-
18. bit *d. Mendo d. Diſq.* 1. *queſt.* 2. §.
5. *Pater Bonanni d. n.* 21.

Cumque, ut ſuperius innuimus, Orien-
19. tales illæ Provinciæ, in Barbaro-
rum manus inciderint, & modo e-
tiam ſub ſevo eorum Jugo miſere de-
gant, Nobilis etiam Equeſter hic Or-
do pene in totum periit. Nam ſo-
lummodo veſtigium aliquod ſupereſt
penes Monachos Baſilienſes Greci Ri-
20. tus, qui in d Monte Sinai mo-
rantur, & cuſtodiæ Sepulchri Sanctæ
Catharine aſſiſtunt; antedicti quippe
Baſilienſes Monachi Greci Ritus Schiſ-
matici, nonnullos aliquando Peregri-
nos d. Sepulchrum viſitantes, Equitis
Titulo ſuper Sepulchrum d. Sanctæ Ca-
tharine exornant, Coniugalem Caſti-
tatem profitentes, atque Obedientiam
Regulæ Baſilianæ, ut legitur apud
d. Patrem Mendo d. Diſq. 1. *quæſt.*
2. §. 5., *& in Volumine continente
Deſcriptionem Omnium Ordinum Mi-
litarium impreſſo Pariſiis anno* 1671.
cujus verba refert *d. Juſtinianus pag.*
189., *&* 191. *d. Pater Honoratus à
Sancta Maria d. pag.* 126. *d. Bonan-
nus n.* 21.

Quod etiam in dubium revocare videtur
21. *d. Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.*
80. Ubi aperte reiicit *Favinum in
Theatro Honoris, & Schoonebeck* aſ-
ſerentes, ad Patres Sancti Franciſci
ſpectare collationem utriuſque Ordi-
nis Militaris, Sancti Sepulchri videli-
cet, & Sancte Catharine, ponderan-
do, quod ſi id verum eſſet, *Pater
Quareſima Elucidma Terre Sanctæ
Tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 62. qui Reli-
gioſus Ordinis Sancti Franciſci erat,
utique id expreſſiſſet, cum ipſe fue-
rit Guardianus Conventus Jeruſalem,
& Commiſſarius Apoſtolicus in Ter-
ra Sancta: ſed nihil de hoc ſcripſit,
quin imo contrarium falſus eſt, aſ-
ſerendo paucos in illis Regionibus
comparere d. Ordinis Equites, ut ra-
tiocinatur *d. Collector Gallus d. Tom.*
2. *pag.* 80. & late confirmat *d. Pater
Fontana d. pag.* 187.

Hinc patens eſt, Magnorum Magiſtro-
22. rum hujus Ordinis ſeriem minime
recenſeri poſſe, dum penitus cum
Ordine Scripturarum Monumenta
periere: & de facto nullus Scriptor
de illis mentionem facit, ut appoſite
notat ſepe laudatus *Abbas Juſtinianus
pag.* 189.

Quodque amplius non extent Equites
23. Sanctæ Catharinæ, idque procedat,
ex quo iſte Ordo ad præſens parum
notus ſit, vel quia de raro Peregri-
ni ad Montem Sinai ſe conferant, aut
quia Græci, qui in eodem Monte ha-
bitant, & gradum Equitis conferre
deberent, Schiſmatici ſunt, nullus
proinde Catholicus recipere vult à
Schiſmaticorum manibus Sacramen-
tum Euchariſtiæ, quod in receptione
gradus Equeſtris recipi deberet: ita
raitocinatur *d. Pater Fontana pag.*
28. ubi ſubdit, quod ſi Schiſmatici
Græcis conferunt, admirari minime
debemus eundem Ordinem fuiſſe i-
gnotum *d. Patri Quareſimæ*, quem-
admodum eſt Nobis.

Diximus

Diximus Equeſtrem Militarem Ordinem Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris fuiſſe fundatum, ut Equites ejuſ-
24. dem Sepulchri Cuſtodes eſſent, ac jugiter publicas Vias, ac Itinera tuta ſervarent, ut Advenæ, & Peregrini ad Sinai Montem aſcendere, & Virginis, & Martyris ſepulcrhum viſitare valerent. Nunc ſubdimus, non ſolum Equeſtrem Militarem Ordinem Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris in Monte Sinai, ſed etiam Ordinem Sanctiſſimi Sepulchri, ac Ordinem Templariorum fuiſſe primitus inſtitutos ad eundem finem, ut publica Itinera ſolicite tuerentur, ad ſecuritatem, & commodum Peregrinantium ad viſitandum ſacra Paleſtinę loca. Unde pro dilucidatione materię hujuſmodi Inſtitutorum opere pretium eſt exponamus, ſacras Peregrinationes opus eſſe undique Religioſum, & ſacrum. Pium ſane peregrinandi ſtudium ſemper in uſu fuit, non ſolum in priſca lege ſcripta, ut ex pluribus colligitur Sacræ Scripturæ
25. locis: præceperat enim Deus, ut Peregrini non moleſtarentur, ſed beneficia eis impertirentur: *Exod.* 23. *Peregrinis moleſtus non eris*, inquit: *Levit.* 23. *Poſtquam meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, nec ſecabitis eam uſque ad ſolum, nec remanentes ſpicas colligetis, ſed Pauperibus, & Peregrinis dimittetis eas. Peregrino, qui intra portas tuas eſt, da ut comedat*: *Deuter.* 14.

Sed & uberius conſtat ex Divini Reparatoris Noſtri Jeſu Chriſti exemplo:
26. ipſe enim Salvator noſter, quot annis Hieroſolymitanum Templum viſitare ſolebat; Sanctiſſima Virgo Maria ſummæ Pietatis ſenſu, omnia, & ſingula Loca, quę Divinus ejus filius ſacraverat concionando, patiendo, aſſidue viſitabat; Bethlem, Nazarethum, Hortum Olivis conſitum, Golgothæ montem, ubi Cruci affixus expiravit: ita *Hieremias Drexel.* Sanctiſſimi Viri, Religioſiſſimæ Fœminæ
27. peregrinandi exemplum ad Loca Sancta ſervaverunt, ut probe ſcimus: ſic Sanctam Helenam Auguſtam, Ephrem Sirum, Alexium Romanum, Theodoſium Imperatorem, Eudoxiam Imperatricem, Carolum Magnum, alioſque Peregrinationibus ſe exercuiſſe, teſtatur d. *Drexel.*

Nonne ad Domini Jeſu incunabula vi-
28. ſitanda olim tantus erat ardor, ut Hieronymus ad Paulinum ſcripſerit: *De toto huc Orbe concurritur, plena eſt Civitas univerſi Generis hominum, & tanta utriuſque ſexus conſtitutio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum ſuſtinere cogaris*. Tom. 1. Epiſt. 13., & Tom. 4. Præfat. in libr. Ezechiel pag. 393. *Fateor*, inquit, *explanationes in Ezechielem occupatione de toto huc Orbe venientium implere non poſſe, dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in quo non fratrum occurramus Turbis, & Monaſterii ſolitudinem Hoſpitum frequentia commutemus*.

Quid de Peregrinatione ad Sepulchrum Divini Redemptoris noſtri dicemus?
29. & de emittentibus Votum de idem Sepulchrum viſitando, bene canit magnus Poeta Italicis Carminibus Torquatus Taſſus in ſuo Poemate: *Il Goffredo, ovvero Geruſalemme Liberata Canto* 20. ſtan. ultima.

Così vince Goffredo, ed à lui tanto
Avanza ancor della diurna luce,
Ch' alla Città già liberata, al ſanto
Hoſtel di Criſto i vincitor conduce;
Ne pur depoſto il ſanguinoſo manto
Venne al Tempio con gli altri il ſommo Duce:
E quì l' arme ſoſpende, e quì devoto
Il gran ſepolcro adora, e ſcioglie il voto.

Hinc

Hinc Viarum Opus tum in conſtruendis, tum in reparandis, tum cuſtodiendis
30. muniendiſque viis, ac Itineribus, Opus pium, & religioſum eſſe fatentur omnes, & ita docet *Angelicus Doctor de Regimine Principum Lib. 2. Opuſcul. 20. cap. 12.*

Opus Principe dignum eſt, ut proſequitur laudatus *Divus Thomas Aqui-*
31. *nas* ubi ſupra, ſubdens per hæc verba „ *Neceſſarium eſt Regi ad Bonum regimen Regni, ut videlicet ſtratas faciat ſecuras, & aptas ad tranſeundum, ſive pro Advenis, ſive pro indigenis, vel Regulibus ſuis:* Viæ enim communes ſunt omnibus quodam jure naturæ, & legibus Gentium. *Viarum ſecuritas in Regimine Regni Principibus eſt fructuoſa, quia illuc magis confluunt Mercatores cum Mercibus, unde & Regnum in Divitiis creſcit. Qua ratione in Urbe aucta fuit Reſpublica propter Vias, quas ſollicitabant expeditas habere, & ſtratæ vocabantur Romanæ, ut homines magis redderentur ſecuri ad deferendum Merces. Amplius autem, & per diverſos Conſules, & Senatores Romanos Strata ſunt inſtituta, extendentes ſe ad diverſas Provincias ad liberiorem, ac ſecuriorem acceſſum ad Urbem, & ad ipſorum memoriam clariorem, ut Via Aurelia ab Aurelio Principe, Via Apia, ab Apio Senatore. Rurſus, & Divinus cultus in hoc augetur, propterea quod promptiores ſunt Homines ad reverentiam Divinam, cum liber eſt aditus Viarum, ad indulgentiam ſive ad aditum Sancti &c.*

Patens eſt, Romanos in conſtruendis
32. muniendiſque viis fuiſſe intentos ad commodum iter habentium, & Urbem adeuntium. Quamobrem C. Gracchus primus fuit, qui Columnas, ſeu Lapides in Fundis apponere juſſit, indicantes milliaria in Viis, quæ Columna erat lapidea: modo dicebatur Lapis, modo Cippus Lapideus, ut videre eſt apud *Samuelem Pitiſcum in Lexicon Antiquit. Romanar. in verbo Lapis pag. 388. in verbo Columna pag. 514. juxta impreſſionem Venetam Typis Balleonianis 1719.*

Permanſit hoc Gracchi inventum, &
33. in uſum tractum, non modo per Italiam, ſed & per Provincias extra, ante, æque ac poſt Imperatorum tempora, & conſonat *Carmen Sidon. Antiquus tibi nec teratur Ager, cujus per ſpatium, ſatis vetuſtis nomen Cæſareum nitet Columnis.*

Quod in Luſitania prope Capartam olim Urbem Luſitaniæ, ut ſcribit *Pater Benedictus Pereira in Proſodia Bilingui* in verbo *Caparta*. Columna aderat inſcripta Adriani Imperatoris nomine: *d. Pitiſcus pag. 514., & ſeq.*

Nonnullæ deſcriptionem habebant, Via-
34. tores docentem Auctorem Viarum: *Pitiſcus ubi ſupra.*

Cum ergo apud Veteres lapidibus milliaria ſignarentur, ponitur quandoque lapis pro milliario: unde legimus, ad tertium, ad quartum Lapidem, ſicut notat *Ambroſius Calepini in Dictionario in verbo Lapis: Antonius Nibriſſenſis in ſuo Lexicon in verbo, Lapis pro Milliario.*

Columnarum forma erat vel rotunda, vel quadrata, vel pro libito, & vix ultra pedes octo: in Baſi inſcriptus erat numerus Milliariorum, quo aut Roma, aut alia aliqua celebriori Urbe diſtabat: *d. Pitiſcus verbis ſuperius allegatis.*

Quod Lapides à Portis Urbis numerarentur, tradit *d. Pitiſcus in verbo Milliarium aureum pag. 575.*, ubi reſpondit contrarium tenentibus:

Ex

Ex dictis autem Columnis Lapideis
35. Milliaria exprimentibus, commodum Viatorum reſultabat, quoniam Viatores ſic interquieſcere poterant, ſicut notat *d. Pitiſcus* in verbo *Lapis pag.* 388.

Rurſus, ut inquit *Quintilianus*, quem
36. refert *d. Pitiſcus pag.* 515. *Non aliter, quàm facientibus iter, multum detrahunt fatigationis notata in ſcriptis lapidibus ſpatia; nam & exhauſti laboris noſſe menſuram voluptati eſt, & hortatur ad reliqua fortius exequenda, ſcire quantum ſuperſit; nihil enim longum videri neceſſe eſt; in quo, quid ultimum ſit, certum eſt.*

Proinde optimus Maximus revera in
37. cunctis Pontifex Benedictus XIV. feliciſſime regnans, ſicuti Apoſtolico Zelo Annum Sanctum pro anno 1750. indixerat, omneſque Chriſtifideles ad Urbem petendam, pro conſequendis Indulgentiis Paterno, plane affectu invitaverat, ita ad commodum Peregrinorum omnium, & Romipetarum, Supremo digna Principe vigilantia, omnium Provinciarum ſtatus Eccleſiaſtici in Italia Conſulares Vias reparari, complanari, & muniri mandavit, ut factum eſt.

In hac autem noſtra Romandiolæ Provincia, ejuſdem Summi Pontificis Be-
38. nedicti XIV. ſingulari beneficio, Legatus à Latere præſidet Eminentiſſimus & Reverendiſſimus Dominus Jacobus Oddi, inclytus Peruſinæ Urbis Patricius, qui uſque de menſe Novembris 1746. Provinciam hanc ſumma æquitate, ac Juſtitia gubernavit, & rexit per totum annum 1750., quo idem Sanctiſſimus Viterbienſem Epiſcopatum ei contulit. Hic, qua late Romandiolæ ſe extendit Provincia, Publicas Romanas Vias, undique refici juſſit, modumque præſcripſit, ut opportune munirentur ſaxis, & Glarea, quam Nos *Breccia*, nuncupamus, ſternerentur, & complanarentur, eaſque auctoritativa præſentia ſua recognovit.

Quin imo, ad augendum Romipetarum, & Peregrinantium commodum, & ad laboris levamentum, conſtrue-
39. re fecit, antiquo Romanorum more, ejuſdemque pene formæ, ut ſupra expoſuimus, marmoreas Columnas milliaria Viarum indicantes, eaſque extolli fecit, debitis ſervatis diſtantiis in Viarum curſu.

Poſtremo, de Patriæ hujus noſtræ deco-
40. re, atque utilitate ſolicitus, benignam novorum favorum attulit acceſſionem. Cum enim *Montonis Flumen* inflexis, obliquiſque Aquarum curſibus conterminos Agros, Ripaſque roderet, ac Romanam Viam fere quotidie præcipitem traheret, novo Alveo effoſſo, recto curſu Aquas dirigi mandavit, opuſque perfectum fuit menſe Novembris 1750.

Tamque cordi Eminentiſſimo Domino Cardinali fuit hujuſmodi Viarum
41. conſtructio, & reparatio, ſtudiumque de illarum perfectione, ut munus viſitandi hoc glorioſum Opus delegaverit Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Nicolao Oddi, Nepoti ex Fratre Eminentiæ Suæ, & hujus Provinciæ Prolegato laudatiſſimo, qui ſicut ſapientia, & prudentia cætera demandata ſibi munia exercuit, & exercet, ita & in perſonali luſtratione, miniſterium ſuum diligentiſſime perfecit.

Pro Coronide præſentis Diſcurſus, ponimus marmoreum illud Monumentum, quod Patria hæc noſtra publice extulit in laudem, & gloriam prælaudati Eminentiſſimi Cardinalis, in quo ſic legitur.

D. O. M.

D. O. M.
JACOBO ODDI
S. R. E. Cardinali Viterbienſi Epiſcopo
Æmiliæ a Latere Legato
Ampliſſimo Vigilantiſſimo Integerrimo
Quod
Romandiola ab Armentorum Epidemia
Haud procul graſſante ſtrenuè tutata
Flaminiæ reſtauratæ
Singulis numeratis Milliariis
Lapides æque collocari
Montoni Fluminis flexuoſum
Eidemq. Viæ noxium curſum diverti
Archivi hujus Veſtibulum ad ampliorem
Ornatioremque formam redigi juſſerit
S. P. Q. F.
In perenne grati animi argumentum
Poſuere
Kal. Decembris MDCCL.

Plura alia præclare geſta ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Jacobo Cardinale Oddi, in ejus glorioſo Regiminum curſu, legi poſſunt in Volumine Etruſcis Verſibus confecto, & publicæ luci dato, una cum Hiſtoricis Narrationibus, cui Titulus .. *Nuovo Argomento di lode alla conſpicua Città di Viterbo, per l' acclamatiſſima deſtinazione dell' Eminentiſſimo Sig. Cardinale Jacopo Oddi Legato di Romagna, e Veſcovo della medeſima Città, al ſuddetto inclito Porporato: dal P. Lettore Pier maria Ghini de' Minimi impreſſ. Forolivii Typis Achillis Marozzi* 1750. Qui quidem Auctor inter Oratores, & Poetas non eſt minimus, ſed magnus & Nobilis.

DISCURSUS LXI.
SANCTÆ CATHARINÆ IN MOSCOVIA.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM

1. *Mulieres ſunt capaces facultatis conferendi Ordines Equeſtres.*
2. *Dictio* Czar *in Lingua Ruthenica ſignificat Regem, Cæſarem, Imperatorem.*
3. Czar *Moſcoviæ præcedentiam ab aliis Europæ Regibus prætendit, ſed hæc à Regibus non conceditur.*
Czar *Genealogiam quis referat?*
4. Czar *anno* 1715. *inſtituit Ordinem Sanctæ Catharinæ pro Maſculis, & Fœminis.*
Et poteſtatem conceſſit Czariæ *eundem Ordinem Fœminis concedendi.*
5. *Teſſera Ordinis qualis ſit?* & n. 6.
7. *Figuram Numiſmatis quis referat?*
8. *Datur exemplum noviſſimum collationis hujus Ordinis factæ à* Czara *Regiæ Principiſſæ Poloniæ, & Electrici Bavariæ*, & n. 9.
11. *Affertur integra deſcriptio Teſſeræ Ordinis Alexandri Nevenſis, & fit ſupplementum ad Diſcurſum decimum ſextum quoad d. Teſſeram.*

DISCURSUS LXI.
SANCTÆ CATHARINÆ IN MOSCOVIA

De Ordine Sanctæ Catharinæ in Moſcovia mentionem fecimus in

1. in noſtro *Diſcurſu Decimo ſub n.* 87.
ad comprobandum Mulieres poſſe
pollere facultate admittendi ad Eque-
ſtres Ordines Fœminas; & modo la-
tius in hoc verba facientes, dicimus,
quod

Magnus Moſcoviæ Dux *Czar* nuncupa-
2. tus, nomen autem *Czar* Ruthenica
lingua Regem ſignificare ſcribit *Gra-
veſon. Hiſtor. Eccleſ. Tom.* 4. *Col-
loq.* 1. *pag.* 33. *juxta impreſſ. Ro-
man. Typis Franciſci Gonzagæ anno*
1718.

Imo *Czar* ſignificare ajunt Cęſarem,
aut Imperatorem, ut cum Scriptore
Voluminis, cui Titulus -- *Li Sourani
del Mondo* inferius etiam allegando
diximus in noſtro Diſcur. 16. *n.* 1. *&*
ob hunc Titulum ipſum prætendere
pręcedentiam ſuper omnibus Europæ
3. Regibus, quæ tamen præcedentia ei
non conceditur, ut inquit *d. Volumen
li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 22.
Cœterum ſuper illius Genalogia, O-
rigine, Gubernio, Reditibus, Riti-
bus, & Religione compendiarie agit
Volumen, cui Titulus -- *Li Sourani
del Mondo impreſſ. Venetiis Typis Se-
baſtiani Coleti, & Joannis Malachin
anno* 1720. *Tom.* 4. *pag.* 1, *& ſeqq.
uſque ad* 23.

Pro Aulæ ſuæ Nobilibus Maſculis, &
4. Fœminis Equeſtrem Ordinem anno
1715. inſtituit ſub Titulo Sanctę Ca-
tharinæ. Primus ipſe Ordinem con-
tulit Czariæ, facta eidem poteſtate
eundem conferendi Nobilibus Fœmi-
nis, quas ipſa tali dignas honore ju-
dicaret. Inſigne autem, ſeu Honoris
Teſſera aſſignatum, Magnum Amen-
5. tum album ſuper dextero humero,
e cujus extremitate Numiſma pendet
adamantibus ornatum, una cum Ima-
gine Sanctę Catharinę. Præterea è
ſiniſtro latere ad pectus ſtella fulget
acu picta, in cujus medio adeſt Crux
6. cum Epigrahe: *Per l' amore, e per
la fedeità*: *d. Libellus cui Titulus* -- *Li
Sourani del Mondo Typis Sebaſtiani
Coleti, & Joan. Malachin anno* 1720.
Tom. 4. *pag.* 311. *Pater Honoratus
à Sancta Maria Carmelita Excalcea-
tus Diſſert. Hiſtoriques & Critiques ſur
la Chevalerie &c. in Addit., & Cor-
rection. pag.* 453. *juxta impreſſ. Pa-
riſienſem Typis Petri Franciſci Giffart
anno* 1728. *Dominus Joannes S. R. I.
Comes in Koden Sapieha Eques Ordi-
nis Aquilæ Albæ in Polonia in ſuo
Corollario Omnium Ordinum in ver-
bo Sanctæ Catharinæ in Moſcovia pag.*
254. ubi ſcribit fuiſſe hunc Ordinem
inſtitutum anno 1715. d. vero Co-
rollarium eſt impreſſum in calce
Tractatus ejuſdem Auctoris, cui Ti-
tulus -- *Adnotationes Hiſtoricæ de
Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ
Typis Adami Cholini* 1710. *Colo-
nię: Collector Gallus Hiſtoire des Or-
dres Militaires, ou des Chevaliers
Tom.* 4. *§.* 116. *pag.* 281. *impreſſ.
Amſtelodami Typis Petri Brunel*
1721.

Figura Numiſmatis ovali forma cum
Imagine Sanctę Catharinæ manibus
7. martyrii Palmam tenentis, & ad la-
tus dexterum partem Rotæ, habetur
apud *d. Dominum Comitem in Koden
Sapieha in d. Corollario pag.* 222.,
ubi conſpiciuntur Torques variorum
Ordinum.

Dum hæc ſcripta revidemus, ad noſtras
8. ſupervenit manus Ephemeris illa
hebdomatica, hoc eſt folium illud,
quod Nos Itali vocamus *Gazetta, fo-
glio di Novelle, o Avviſi* impreſſum
Piſauri decima Decembris labentis
anni 1748. ubi ſub data *Ruſſia Pie-
tro Burgo* 28 Ottobre habetur *Il Sig.
Camen Ajutante delle Guardie del
corpo è partito per Varſavia, affin
di portarvi il Cordone dell' Ordine
di San-*

di Santa Catterina riccamente guer- nito di Perle, e Diamanti alla Prin-
9. *cipeſſa Reale di Polonia, ed Eletto- rale di Saſsonia, alla quale l' Im- peratrice ne fà un Regalo: e l' i- ſteſſo Ufiziale porta ſeco un' altro Cordone dell' iſteſſo Ordine da rimet- tere da parte di Sua Maeſtà Impe- riale all' Elettrice di Baviera.*

Et quoniam hìc verba fecimus de Or-
10. dine in Moſcovia vigente, datur opportunitas Nobis ſupplendi Deſcriptionem Teſſeræ alterius Ordinis in Moſcovia exiſtentis, ſcilicet Alexandri Nevenſis, ſive Neuvski, de quo egimus ſuperius in Noſtro Diſcurſu XVI. ſub n. 3. Dicimuſque Crucem Ordinis eſſe Crucem octogonam, & in quatuor lateribus ejuſdem Crucis adeſſe Aquilam Bicipitem Imperialem expanſis alis: & figuram hujus Crucis octogonæ referri à laudato *Comite in Koden Sapieha in d. Corollario*, ac *in Tabula*, ubi plures variorum Ordinum figuræ Teſſerarum cum Torquibus exhibentur *pag.* 222.

DISCURSUS LXII.

CERVI AVREI

Ob brevitatem Argumento,

Et Summario non indiget.

Recreandi Animi gratia in Viridario al Brigiam Venationem indixerat, & deſignaverat Wilhelmus Sileſiæ, Lignitiæ, Prosſte ultimus Dux. Hac occaſione die 23. Augu- ſti 1672. Equeſtrem Ordinem inſtituit ſub Cervi Avrei Titulo. In Teſſeram præſcripſit Equitibus Folium Quercus ex avro puriſſimo elaboratum. In hoc Folio ex una parte Cervus aderat, & in oppoſita parte purpureum Cor, cum Cruce alba. Hoc Inſigne tenebantur Equites ad minus ante pectus geſtare collo dependens, & è Vitta viridi avro contexta ſuſpenſum, quoties cum Principe, vel ejus Vicario ad Venationem procederent: In ipſis vero diebus Venationis jus hanc Teſſeram deferendi non habebant, niſi ipſis ſpecialiter à Principemet, vel ejus Gubernatore fuerit indultum: ſic ſcribit *Joannes Hybner in ſuo Lexicon column.* 1608., *juxta impreſſ. Lypſiæ anno* 1735.

DISCURSUS LXIII.

CHARITATIS CHRISTIANÆ

ARGUMENTO ET

Summario ob brevitatem non indiget.

Henricus III., primum Poloniæ, deinde Galliarum Rex, amoris ſui pignus oſtendens erga Milites ſuos, qui pro Rege, & Galliarum Regno ſtrenue, ac generoſe certantes, vulneribus ſaucii, membris mutili evaſerunt, & ad Bellum inepti, pro iſtis Ordinem ſub titulo Charitatis Chriſtianæ erexit in Gallia anno 1580. Statuit proinde Domum in Civitate Pariſienſi ſitam in Regione Sancti Marcelli, in Via Fratrum Sancti Franciſci. Domui huic, ac Ordini aſſignavit Rex annuos reditus deſumptos ex reditibus Hoſpitalium, ac Xenodochiorum Regni Galliarum, cum quibus neceſſarii ſumptus ſuppeditarentur ad manutentionem e-

juſdem Ordinis, atque illorum, qui in eundem locum reciperentur. Reciperentur autem Milites illi, qui Bellorum viciſſitudinibus, ut diximus, mutilatis membris, amplius Belli ſubire diſcrimina non valebant. In veſtibus erat Crux alba ex ſerico, vulgo *Raſo*, *o Taffettano* circumornata, ſerico filo cœruleo, & in medio ut Galli dicunt, *Une Lozange* ex dicto ſerico cœruleo, repletum avreis liliis, & ut ajunt, *en broderie*, ac circum crucem verba legebantur Gallica: *Pour avoir bien ſervi*: Forma avtem Crucis erat Anchorata, ſeu ad inſtar Anchoræ.

At pia hæc, & Regis munificentia digna inſtitutio, plenarium ſuum neque ſub dicto Rege Henrico III. neque ſub Henrico IV. ſortita fuit effectum, ut preter ea, quę notabimus in noſtro *Diſcurſu* ſuper Ordine *Sancti Ludovici Regis*, bene advertunt *Morerius in ſuo Dictionario*: *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques Critiques ſur la Chevalerie Libr.* 1. *Diſſert* 7., *Art.*, 4. *pag.* 154. *& ſeq. juxta impreſſionem Pariſienſem Petri Franciſci Giffart anno* 1718., *Collector Gallus Hiſtoire des Odres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 4. *in Deſcriptione Ordinis Sancti Ludovici pag.* 270. *Impreſs. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albę in Regno Poloniæ, in ſuo Corollario celebriores in Chriſtianitate Ordines continente in verbo Charitatis Chriſtianę pag.* 256. *impreſs. in fine Volminis ejusdem Auctoris, cui Titulus*: *Adnotationes Hiſtoricę de Origine Ordinis Equitum Aquilæ Albę Coloniæ Typis Adami Cholni anno* 1730., ubi etiam ipſe notat, quod hic Ordo diſparuit, ſubditque hæc. *Spenerus vero ſcribit, quod inſigne fuerit Crux avrea, vel argentea cum limbo cęruleo, cordi autem impreſſus rhombus cæruleus complectens Lilium avreum acu pictum.*

Cœterum ante dictam undequaque laudabilem inſtitutionem conſtruendam, non ſolum prænominati duo Reges Henricus III. & IV., ſed etiam Ludovicus XIII. jugiter laboravit. Tandem vero in nobilius Opus commutata fuit à Lodovico XIV. mediante fundatione Equeſtris Ordinis Sancti Ludovici, de qua plura dicimus in memorato noſtro *Diſcurſu* ſuper eundem Ordinem Sancti Ludovici.

DISCURSUS LXIV.

CINGULI, ET SPEI

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

LUdovicus Dux Borbonius, ſub cujus Tutelam olim fuerat Carolus VI. Galliarum Rex, cum in Ferarum venatione apud Toloſam Urbem occuparetur, à Sociis remotus, nocte ingruente per Sylvarum devia pererrabat: quapropter, ne ſolus præda Feris daretur, Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ Virginis opem imploravit, & pręſidium: prope autem Urbem in Sacello Templi ſub cura Patrum Carmelitarum, Imago ejuſdem Sanctiſſimę Virginis Mariæ ſub Titulo Virginis *Sanctæ Spei* colebatur. Vix Dux Borbonius ſuas preces effuderat, ecce quod latrantibus Canibus, Socios ſibi propinquos eſſe cognovit

gnovit; unde mærore, & ſolicitudine depoſita, brevi temporis ſpatio Socios invenit, illiſque ſe junxit, atque cum illis Templum Beatiſſimę Virginis adivit, & Vota perſolvit. Summo deinde ſequenti die Sacrificio interfuit, & pretioſa Donaria eidem Sacræ Imagini Deiparæ obtulit: & præterea, ut apud Poſteros rei hujus extaret Monumentum, quotidianum Miſſæ Sacrificium in d. Altari ſtabilivit ſolemni pompa, muſiciſque vocibus cantandum, & celebrandum ſingulis Deiparæ Sacris diebus per dictos Patres Carmelitas. Demum idem Dux Borbonius, in jugem obtentæ Gratiæ memoriam, inſtituit Ordinem Equeſtrem, qui *Cinguli* nuncuparetur, *& Spei*, atque ſingulis Equitibus avreum Cingulum donavit: *Laurentius Vigilius de Nicollis in ſuo Volumine Praxis Canonica, ſive Jus Canonicum Tom.* 2. *ſub litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica* §. *Notitia, & Series Ordinum Equeſtrium n.* 139. *pag.* 751. *juxta impreſs. Calisburgi Typis Joannis Joſephi Mayr anno* 1729. ubi quod hujus Inſtitutionis Monumenta extant in variis Urbis Tholoſæ locis, præſertim in Palatio Archiepiſcopali, quodque hunc Nobiliſſimum Equitum Ordinem refert *P. Sandius Meneſtrier in Hiſtoria Lugdunenſi Gallice ſcripta pag.* 570.

DISCURSUS LXV.

CLARAMONTANÆ MARIÆ VIRGINIS SEU CZÆSTOCHOVIENSIS IN REGNO POLONIÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

ENnarationes, quas in præſenti Diſcurſu extendimus, licet revera Ordinem Equeſtrem, vel Militarem proprie non comprobent, in hoc tamen noſtro Volumine recenſere non omittimus: quippe negari non poteſt, aliquam Equeſtrem, & Militarem Analogiam cum aliis Ordinibus ſecum ferre, mediante publica illa Nobiliſſimæ honorariæ Teſſeræ delatione, qua cunctis patefacit inclyti Populi Poloniæ Regni Venerationem, & Cultum erga Sanctiſſimam Virginem Mariam, promptumque animum certandi contra teterrimas Hæreſes, pro defenſione Honoris, & dignitatis ejuſdem Cœleſtis Reginæ Poloniæ: ſiquidem Poloniæ Regnum Sanctiſſimam Virginem Mariam Poloniæ Reginam glorioſiſſime nuncupat, cuique datum eſt cunctas Hæreſes interimere in univerſo Mundo, proque Divini ejus Filii Domini Noſtri Jeſu Chriſti Catholicę Fidei conſervatione, & ut terrenos quoque Hoſtes profligare, ac perdere valeat, & ſuperare concedat. Hinc non immerito in hujuſmodi Teſſera Imaginem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ præſeferente, dici valet: Vexilla Reginæ prodeunt; & indicta videtur Polonę Nationis Cruciata, & in ea Polonos adſcriptos eſſe ſub Titulo Claramontanæ Mariæ Virginis, ſeu *Czæſtochovienſis*, prout de facto hunc quoque Cętum Polonorum recenſet in Nomenclatura Ordinum laudatus *Comes in Koden Sapieha*, ut mox dicemus.

Ut vero circumſtantiæ omnes in medium deducantur, Hiſtoricam ſeriem

Originis

Originis antiquiſſimæ hujus Imaginis Beatiſſimæ Virginis Mariæ breviter narramus, prout Nobis in Epiſtola quadam narraverunt Viri, qui illam in illis partibus viſitaverunt. Dicitur itaque, illam unam eſſe ex Imaginibus a Divo Luca pictis, ac ab immemorabili tempore locatam in loco, & Monaſterio di Leſſocova, ibique maxima veneratione habitam, nedum à Patribus Sancti Pauli Primi Eremitæ illam cuſtodientibus, quam à Populis, qua late patet Poloniæ Regnum. Accidit autem, quod Huſſitæ Hæretici de repente, vi & violentiis dictum Monaſterium invadentes, Religioſos læthali vulnere ſauciarunt, ſupellectiliaque diripuerunt, & furati fuerunt, & ſacrilega temeritate ipſam Sacratiſſimæ Virginis Mariæ Imaginem rapuerunt, curru impoſuerunt, & aſportaverunt, eamque ad certum uſque locum deduxerunt: At ibidem ſteterunt immobiliter Animalia currum trahentia; & licet plura alia addita fuerint Animalia, ut currus iter progrederetur, progredi ulterius minime potuit. In rabiem proinde nefarii Homines acti, Sacram Imaginem in terram projecerunt, pedibus conculcaverunt, & ex illis unus cæteris nequior (referentes horreſcimus, & vox faucibus hæret, trepidat calamus, & ſola cogitatione tremur) Enſe Sacroſanctam Imaginem in facie vulneravit, in qua magnum vulnus impreſſum manſit, ex quo ſanguis abunde effluit: quo miraculo admiratione, ac timore perculſi, omnes ſe fugæ dederunt. Dei autem munere ex prædictis Religioſis unus à morte ſuperſtes, ad Dei gloriam, & Sanctiſſimæ Virginis, horrendi facinoris ſeriem narrare potuit, & Sacroſanctam Imaginem ad Monaſterium, & Eccleſiam antedictam reportare, ubi etiam de præſenti ſumma, ut diximus, veneratione colitur. Cæterum in loco, ubi inflictum fuit vulnus Sacratæ Imagini, ſtatim Fons perennis erupit, uſque ad præſens mirabiliter fluens; & ejus Aqua ad uſum Balneorum, & ad bibendum ſaluberrima eſt.

Porro prænominati Regulares, & quilibet illorum in d. Conventu Numiſma deferunt, in quo conſpicitur Imago prælaudatæ SS. Virginis.

In incіyto Poloniæ Regno Catholica, Apoſtolica, Romana floruit ſemper, & inconcuſſe floret Religio, & Fides.

Summa ergo eſt erga Sanctiſſimam Virginem Polonorum Pietas, & præcipue erga Sacratiſſimam illius Imaginem Claramontanam, ſeu Częſtochovienſem nuncupatam, cujus Opem, & Patrocinium certatim omnes implorant: unde *Anno 1716. ſub ultimos motus domeſticos in illo Poloniæ Regno, invaluit mos portandi parvas Icones Claramontanam Virginem exprimentes. Quare cujuſcunque conditionis perſonæ pietate flagrantes erga hunc Sacrum locum, vel illum viſitantes, ejuſmodi Imagines ad pectus geſtare ſolent: ſic decet honorari Reginam Poloniæ. Pendeat è clientali pectore delineatio Turris iſtius, ex qua pendent mille clypei Lechiam protegentes: Portetur prope cor Effigies Dominæ, cui Sarmatia cordi eſt. Ingenioſa dilectio colorata Symmetriæ, reverentialem cultum in ipſam perſonam refundit.* Sic totidem verbis Vir Natalibus, & Litteris Nobiliſſimus Polonus *Dominus Ioannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Caſtellanus Trocenſis, & Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corollario Omnium Ordinum in verbo Claramontanæ*

montanæ Mariæ Virginis pag. 259., quod Corollarium eſt impreſſum in Calce eruditi Voluminis ejuſdem Avctoris, cui Titulus -- Adnotationes Hiſtoricæ de Origine ec. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Coloniæ Adami Cholini 1730.

Non diſſimilis Religioſa Teſſera defertur in honorem glorioſiſſimi Sancti Joannis Nepomuceni in Bohemia, de quo ſub Littera I. loquemur.

DISCURSUS LXVI.

CLAVIS AVREÆ.

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

IMperatoris, & Regum in Aulis mos viget, Viros quoſdam Nobilitate præclaros ſtatuere, qui ad diſtinctionem aliorum Nobilium, qui in Palatio Principis, atque ad ſui corporis cuſtodiam aſſiſtunt, Camerarii nuncupantur, qui cum Clavem avream, infra cingulum, funiculis avreis intermiſtam gerant, ob hanc *Equites Clavis avreæ* vocantur, ut notat eruditus *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha, Eques Aquilæ Albæ in Polonia, in ſuo Corollario, celebriores in Chriſtianitate Ordines ſuccinctim enumerante, in verbo Clavis Avreæ Equites pag.* 259., quod Corollarium eſt impreſſ. poſt Tractatum ejuſdem Auctoris ſub Titulo -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730.

Munera horum Equitum Clavis Aureæ pendent à ſtilo peculiari cujuslibet Avlæ.

Nonnulla quoad hos Gentiles Homines in Avla Regis Hiſpaniarum tradit *Chevigni* in Volumine -- *La Scienza delle Perſone di Corte, di Spada, e di Toga, juxta verſionem, ex Idiomate Gallico in Linguam Italicam Silvaggi Canturani Tom.* 3. *Venetiis Typis Balleoni anno* 1724. §. 4. *La Monarchia di Spagna pag.* 211., *& ſeq.* ibi -- *Le Cariche ſono quelle de' Gentiluomini della Menſa, e della Camera. Queſte Cariche non ſono, che per quelli non vanno alla Guerra, e non ſono mandati ne' Governi.*

D. Qual è il Privilegio de' Gentiluomini della Menſa?

R. E' l' entrare alla preſenza del Re allorche egli è alla Menſa per deſinare, o per cenare.

Quelli della Camera ſono di maggior onore.

D. Vi è diſtinzione alcuna fra i Gentiluomini di Camera?

R. Se ne diſtinguono di tre ſorte: quelli che ſervono attualmente, quelli che entrano, e non ſervono, e quelli che portano la Chiave ſenza entrare, ne ſervire.

D. Perchè i Gentiluomini di Camera portano la Chiave?

R. Per entrare negli Appartamenti, non eſſendo l' uſo di Spagna l' avere degli Uſcieri alle Porte.

Non ſolum autem Imperator, & Reges, ſed alii quoque ſupremi Principes in eorum Avlis, *Clavis Avreæ* Equites creant; certum enim eſt, hujuſmodi Equites creari à Sereniſſimis S. R. I. Electoribus, & à Celſiſſimo Archiepiſcopo Salisburgenſi.

Conſtituuntur avtem hoc modo Clavis avreæ Equites. Electo per Principem Viro Nobili ad hunc honoris Gradum, Magnus Avlæ; ut Galli vocant, *Ciamberlano* (hoc eſt *Gentiluomo deſtinato al ſervigio della* Camera *nelle*

Corti

Corti de' Monarchi, ſicut explicat Vocabularium Etruſcum *Della Cruſca* in verbo *Ciamberlano*) notificat eidem Viro Nobili electo, qui tenetur in manibus magni Ciamberlani præſtare Fidentatis Juramentum, & ulterius etiam Juramentum de non petendo à Principe gratias, & favores, durante tempore & diebus, quibus ipſi Equites actualiter inſerviunt eidem Principi; inſerviunt enim alternatim per turnum.

Porro his Equitibus Aureæ Clavis, dum eliguntur, traditur Aurea Clavis, quam deferunt vel ad ſiniſtrum, vel dextrum latus, juxta cujuſcumque Regionis mores.

DISCURSUS LXVII.

COLUMBÆ ET RATIONIS HISPANICE DELA RAZON IN REGNO HISPANIARUM.

ARGUMENTO

Et Summario non eget.

Diſſident inter ſe Scriptores tam quoad tempus fundationis, quam quoad nomen Fundatoris Ordinis Columbæ. Don ſiquidem *Joſeph de Micheli in Teſauro Militari* inquit, quod Ordo inſtitutus fuit à Joanne I. Caſtellæ Rege, humanæ ſalutis anno 1390., & juxta Cæſaris Æram anno 1383.

At Auctor hic in calculatione errat, nam juxta Hiſpanos computum Ære Cęſaris excedit annos ſalutis humanę 38., & tamen ſecundum idem computum, Anni à Nativitate Domini excederent ipſam Æram in Annis ſeptem, ut notat *Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Diſq. 1. quæſt. 3. n. 103. & Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Seconda cap. 64. pag. 711., juxta impreſſionem Venetam Combi, & la Noù anno* 1692. Ubi infert, quod ſi verum eſſet fundatum fuiſſe Ordinem in prælegata Æra 1383., & hæc importet annum ſalutis 1345., cum Joannes I. Regnum aſcenderit Thronum ſolum anno 1379., dici deberet ipſum non fuiſſe Inſtitutorem Ordinis Columbæ, ſed Petrum I. quod Hiſtoriæ non dicunt.

Alii peractam aſſerunt Inſtitutionem anno 1379., alii anno 1399. Illum inſtituiſſe ſcribunt Henricum dicti Regis Joannis filium, ut habetur in Deſcriptione Militarium Ordinum impreſſa Pariſiis anno 1671., de qua *d. Abbas Juſtinianus pag.* 712. *Franc. Menenius in Deliciis Ordin. Equeſt. pag.* 154. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 22. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 3. *in* §. 70. ſub Titulo *Les Chevaliers dela Colombe, e della Raiſon pag.* 462. *juxta Impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albę in Regno Poloniæ, in ſuo Corollario celebriores in Chriſtianitate Ordines continente in verbo Columbę, & Rationis pag.* 260. *quod Corollarium eſt impreſſ. Coloniæ apud Adamum Colinum anno* 1730.

Inſtitutionem ponunt alii peractam anno 1379. ſed à Joanne Primo Caſtellæ Rege in Civitate Segobię: ita ſcribit *Alexander Roſſ. in Gallicum Idioma translatum per Thomam la Grue in Volumine Les Religions du Monde impreſſ. Amſtelodami Typis Joannis Schipper anno 1666. Onzieſme*

Diviſion

Diviſion pag. 160., *& ſeqq. Dominus Hermant Hiſtoire des Religious, ou Ordres Militaires Tom.* 2. *cap.* 13. *à pag.* 149., *& ſeq. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſcogne* 1726.

De dicta Inſtitutorum varietate, ac temporis Inſtitutionis meminit etiam Hiſtoria Ordinum Monaſtichorum &c., & Militarium Gallice ſcripta, & in Italicum Idioma translata per *Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *Parte Tertia cap.* 42. *pag.* 305. *juxta impreſſ. Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

In hac Scriptorum varietate, eorum probabilior videtur opinio, qui hujus Ordinis Inſtitutorem fuiſſe Joannem I. Caſtellæ Regem firmant, illumque fundaſſe anno 1390., occaſione ejus ad Thronum inaugurationis, juxta morem Regum, qui vel coronationis, vel Nuptiarum die conſimiles Equeſtres Ordines creare conſueverant; ut ſic ratiocinatur præallegatus *Abb. Juſtinianus pag.* 711. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom.* 2. *litt. S.* §. *Notitia Equeſtr. Ordin. n.* 20. *pag.* 736. *juxta impreſſ. Salisburgenſem Typis Joannis Joſephi Mayr anno* 1729.

Pium Caſtellæ Regis animum ad hanc fundationem impulit amor, ut in ejus Avla jugiter florerent Virtutes, & in Nobilibus, chriſtiani ſimul generoſique Mores coruſcarent: hinc venerabiles præſcripſit leges, ut Caſtitatem Conjugalem voverent, Fidei Catholicæ tuitionem: eorum pariter munus erat Juſtitiæ contaminatores plectere, tutamini, & protectioni Virginum, Viduarum, & Pupillorum incumbere, cæteriſque piis operationibus ſe exercere; armata certare manu pro Chriſtiana Religione contra Mauros, Regnique Caſtellæ confinia tueri, precibus quotidie Deum Optimum maximum exorare pro augmento Ordinis, & pro ſalute Animarum omnium Equitum Ordinis Defunctorum, & qualibet totius anni cujuſcumque hebdomadæ Feria Quinta Sacram Euchariſtiæ Communionem ſumere tenebantur, ut refert circà prædicta reſpective *d. Pater Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 103. *d. Abb. Juſtinianus pag.* 712. *d. Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 462., *& ſeq. d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. n.* 20. *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. pag.* 305. *d. Hermant d. pag.* 149., *&* 151.

Sub his legibus Rex Joannes I. Ordinem Equeſtrem erexit, & in Civitate Segobiæ in majori Eccleſia in die Feſto glorioſi Sancti Jacobi Viros Nobiles Equites armavit, ut proſequitur *d. Abbas Juſtinianus pag.* 711.

In Nobilem Ordinis Teſſeram ſtatuit Collare, ſeu Torquem aureum, à quo expanſis alis volans pendet Columba, Spiritus Sancti ſimbolum, quæ Columba circumdata radiis erat, ut deſcribit *d. Pater Joſeph Fontana d. pag.* 305. ejuſque figuram exhibet *d. Abb. Juſtinianus pag.* 711. *Pater Bonannus in d. Catalogo d. n.* 22. ubi exponit Imaginem Equitis hujus Ordinis ſuis induti Veſtibus, & cum d. Teſſera: *d. Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 462. qui pariter exhibet figuram Equitis Veſtibus induti, & ornamento d. Teſſeræ, eamdemque Teſſeram refert *Tom.* 4. *in explicatione Armorum &c. pag.* 411. *ſub n.* 21. de ea loquitur *d. La Grue d. pag.* 160., *& ſeq.* ubi ſupra: *d. Hermant pag.* 149.

Figura Torquis, teſte *Juſtiniano*, quæ habetur in Volumine Deſcriptionem Ordinum Militarium continente, & Pariſiis impreſſo anno 1671. eſt ali-

quo modo diverſa; nam duæ Catenæ avreæ collare componunt, à quibus ſplendentes in girum emicant radii, penditque à circulo ſimplex Columba volitans abſque radiis, & in medio Circuli adest ſtemma Regni Caſtellæ coronatum, ut videre eſt in figura, quæ impreſſa eſt apud *d. Juſtinianum pag.* 710. quæ figura concordare videtur cum deſcriptione apud allegatum Co. *Joannem Fridericum in Koden Sapieha* in d. Corollario d. verbo *Columbæ*, *&* *Rationis pag.* 260.

Die Pentecoſtes conferebatur hic Ordo: *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 260., ubi quod jam pridem interiit: *d. Hermant pag.* 153.

Hujuſmodi Columbæ Equeſter Ordo, ſimbolum Spiritus Sancti in Teſſera præſeferens, dictus etiam fuit Ordo Sancti Spiritus, ut notabimus in peculiari *Diſcurſu Sancti Spiritus in Hiſpania*. Quod hic Ordo Columbæ parum duraverit, notat *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana pag.* 305. Cœterum idem Rex Joannes I. eodem anno alium Equeſtrem Ordinem, nuncupatum *Ordinem Rationis* fundavit: Quapropter decreveramus peculiarem addere diſcurſum de hoc Ordine Rationis ſub litt. R. Verum cum Auctores de iſto Columbæ Ordine loquentes, junctim exponant Titulum *Ordinis Columbæ*, *&* *Rationis*; vel quia eodem año, ab eodem Rege Joañne I. uterque Ordo inſtitutus fuit; vel quia idem *Ordo Rationis* tandem unitus fuit huic Columbæ Ordini, ut teſtatur prædictus *Comes in Koden Sapieha in allegato Corollario* in verbo *Rationis Equites pag.* 318. Unde *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. n.* 20. ſic addit: *Inſuper, & aliud Honoris inſigne, cui Rationis nomen dedit, armigeris, & minoris conditionis Nobilibus, munificentiæ, & beneficentiæ conſequendæ ſpe propoſuit*. ideo poſt ſeriem Magnorum Magiſtrorum Ordinis Columbæ, & Nos opportunum duximus de Ordine Rationis ſermonem habere.

Magni Magiſtri Ordinis Columbæ, ſicut & Ordinis Rationis, ſunt Monarchæ Regnorum Hiſpaniarum, & ſic

I. 1390. Joannes I. Magnus Magiſter, & Fundator Ordinum, qui uno rexit anno: *Abb. Juſtinianus d. pag.* 712., *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 462.

II. 1391. Henricus Tertius Rex, qui rexit annis 17. *Abb. Juſtinianus d. pag.* 712. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 562.

III. 1407. Joannes Secundus Rex, qui rexit annis 47. *Juſtinianus d. pag.* 712. *Collector Gallus d. pag.* 562.

IV. 1454. Henricus IV. Rex, qui rexit annis 20. *Iuſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*.

V. 1474. Eliſabeth Soror Henrici IV., cum ejus Marito Ferdinando Quinto Catholico, qui rexerunt per annos 42. *Iuſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*.

VI. 1517. Carolus Auſtriacus Rex Hiſpaniarum, & deinde Romanorum Imperator, qui rexit annis 40. *Iuſtinianus*, *& Collector Gallus prægallegati*.

VII. 1557. Philippus Secundus Rex Hiſpaniarum, qui rexit annis 42. *Juſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*.

VIII. 1598. Philippus Tertius Rex Hiſpaniarum, qui rexit annis 23. *Iuſtinianus*, *& Collector Gallus ubi ſupra*.

IX. 1511. Philippus Quartus Rex Hiſpaniarum, qui rexit annis 46. *Iuſti-*

Iuſtinianus, & *Collector Gallus ubi ſupra*.

X. 1667. Carolus Secundus Hiſpaniarum Rex: *Iuſtinianus*, & *Collector Gallus ubi ſupra*, rexitque per annos 33. *d. Collector Gallus d. pag.* 462.

XI. 1700. Philippus V. Rex Hiſpaniarum.

XII. 1746. Ferdinandus VI. dicti Regis Philippi V. Filius natus 23. Septembris 1713. coronatus Hiſpaniarum Rex 10. Augusti 1746. feliciter Hiſpanam Monarchiam regens.

Equeſtrem Ordinem Rationis, hiſpanico idiomat, *Dela Razon*, inſtitutum fuiſſe ab eodem Joanne I. Caſtellæ Rege eodem anno 1379. quo idem Rex Ordinem Columbæ fundaverat, ſcriptum relinquunt Auctores, qui proinde ſub uno eodemque themate ac titulo, de utroque agunt, ita ut junctim nuncupent Ordinem *Columbæ*, & *Rationis*, ut ſupra notavimus.

Laudatus ergo Caſtellæ Rex Joannes I. cupiens Regni ſui Nobiles Viros, bellica etiam ſtrenuitate magis, magiſque exercere, ac conſpicuos efficere, inſtituto, ut diximus, Equeſtri Columbæ Ordine, Equeſtrem Rationis Ordinem eodem anno 1379. fundavit. Huic Ordini Viri natalium nobilitate inclyti adſcribebantur. Porro Equitibus his cuſtodia Corporis Regis credita erat: unde quoties Rex procedebat ad Bella, ſequebantur ad ſui tuitionem Equites armati lanceis, a quibus parvum ſed Nobile pendebat Vexillum, juxta morem Equitum Bannaretorum, ut inquit *Abb. Juſtinianus Iſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda ſub cap.* 64. *pag.* 712., & 713. *juxta Venetam impreſſionem Typis Combi*, *e la Non anno* 1692. *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 22. *Collector Gallus. Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. Tom.* 3. *ſub §.* 70. *pag.* 463. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Corollario celebriores in Chriſtianitate Ordines continente in Verbo Columbæ & Rationis pag.* 260., & *in Verbo Rationis Equites pag.* 318., quod Corollarium eſt impreſſ. in calce Voluminis ejuſdem Auctoris, cui Titulus — *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. *Pater Andreas Mendo de Ord. Milit. Diſq.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 103. *Hieron. Rom. lib.* 7. *de Repub. Hiſtoria Ordinum Monaſtichorum &c.*, & *Militarium Gallice ſcripta*, & *in Italicam linguam tranſlata a Patre Joſeph Franciſco Fontana Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *Parte ſexta cap.* 42. *pag.* 306. *juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani*, & *Vincentii Giuntini* 1739.

Formam vero d. Lanceæ in ejus ſummitate parvum Vexillum habentis, exhibet *d. Abb. Iuſtinianus d. pag.* 713. ubi ſubdit, quod etiam de præſenti Equites hujuſmodi adſunt in Hiſpaniis in Bætica Provincia, aliiſque Caſtellæ partibus, abſque tamen ullius Regulæ, aut Statutorum obſervantiæ obligatione; & abſque Votorum præſtatione; idemque tradit *Abb. Iuſtinianus d. Parte Secunda pag.* 712. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *d. pag.* 463. & *Comes in Koden Sapieha d. pag.* 318. *d. Pater Ioſeph Franciſcus Fontana d. pag.* 306.

Diximus, quod Vexillum parvum erat, ut gerebant Equites Bannareti, quo-

rum mores exponuntur in noſtro *Diſcurſu* 41. *De Equitibus Bannaretis: d. Pater Fontana d. pag.* 306., Et Equites Rationis non ſolum inſignia ſimilia Bannaretis extollebant, ſed eaſdem quoque obſervabant obligationes, teſte *d. Abb. Juſtiniano d. pag.* 712., *& ſeq.* ubi notat, quod in ſubſtantia *hi Equites Rationis* ſunt Equites Bannareti in d. Regno à Rege Joanne introducti, ad inſtar eorum, qui florebant in Gallia ſub Rege Carolo VI., & de quibus videatur *d. Pater Fontana d. pag.* 306. *d. Comes Sapieha d. pag.* 318. prædictus noſter *Diſcurſus* 41. *de Equitibus Bannaretis*.

Cœterum hic Ordo unitus fuit alteri Equeſtri Ordini Columbæ pene contemporanee fundato, quemadmodum notat ſupra allegatus *Comes in Koden Sapieha in d. Corollario* in verbo *Rationis Equites d. pag.* 318. *d. Pater Bonannus d. n.* 22. ubi quod hunc Ordinem Jo. Primus Fundator contulit minoris conditionis nobilibus.

Et ob antedictas cauſas hìc non apponimus ſeriem Magnorum Magiſtrorum, qui ſunt Hiſpaniarum Reges, nam eſt eadem ac illa, quam adduximus in *Diſcurſu de Ordine Columbæ*.

DISCURSUS LXVIII.

COMPEDUM AVREARUM, ET COMPEDUM ARGENTEARUM EQVITUM, ET SCUTIFERORUM ITALICE DE' CAVALIERI DEL FERRO D' ORO E DELLI SCUDIERI DEL FERRO D' ARGENTO

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

In hujus Equeſtris Militaris Ordinis Avrearum, & Argentearum Compedum Narratione, exclamare cogimur: *O Tempora, o Mores!* Infelix quippe retroactorum Seculorum conditio illa erat, ut plures apud Populos in gloriam & decus, damnabilem Duellorum uſum induxerit, quem merito ſubinde Sacrorum Canonum, Summorum Pontificum Venerabiles Leges, prudentiſſima Principum Edicta abolere, atque eliminare ſtuduerunt. Dum igitur per illa tempora feralis mos ille vigeret, Anno 1414. Joannes Dux Borbonius filius Ludovici II. Galliarum Regis, in Eccleſia Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Pariſiorum inſtituit Ordinem, ut Nos Itali dicimus: *Cavalieri del Ferro d' Oro, e de' Scudieri del Ferro d' Argento:* Galli avtem - *Les Chevaliers du Fer d' Or, & les Ecudiers du Fer d' Argent*. Ordinem hunc, inquit d. Joannes, fuiſſe ab eo inſtitutum ad fugandum otium, ut ſe Armorum geſtis celebrem redderet, ac ad acquirendam gloriam, conciliandumque Amorem pulcherrimæ Mulieris, quam deperibat.

Sexdecim ſolum Viri Nobiles huic Ordini adſcribi debebant, octo ſcilicet Equites, & octo Scutiferi: horum omnium Caput erat idem dux Borbonius. Omnes vero aggregati, in ſignum, & Teſſeram Ordinis, in qualibet die Dominica deferre tenebantur in pede ſiniſtro Compedem avream, cum catena avrea quoad Equites, & Compedem argenteam, cum argentea catena quoad Scutiferos, ſub pœna inobedientibus ſolvendi pauperibus ſolidos quatuor Pariſienſes;

ſienſes. Adſcripti huic Ordini iurabant ſe invicem amare, ſibi invicem bona parare, neque quod de ipſis male alii loquerentur, eorum honorem ſummopere tueri: Potiſſimum autem eorundem Arma ſervitio Nobilium Mulierum addicta erant, ſi ipſæ eorum ſubſidium efflagitarent, promptique, & parati erant prædicti Equites, & Scutiferi certamen aggredi amore dd. Nobilium Mulierum intra duorum annorum ſpatium uſque ad ſanguinis effuſionem. Arma autem ad pugnandum eſſe debebant, vel ſecuris, vel lancea, enſis, ſica, & etiam fuſtis ad electionem Adverſariorum.

Sed antequam progrediamur Diſcurſum, dilucidemus oportet terminos illius dictionis *Ferro*, *d'Oro*, *e Ferro d'Argento*, ac Vocabulum *Scutiferi*. Sub vocabulo itaque *Ferro* intelliguntur Compedes, quæ conſtituunt genus illud vinculi, quo Captorum pedes conſtringuntur: Unde apud nos etiam Italos: *Mettere al ferro, o ne' ferri, ſi dice dell' incatenare i Forzati, o gli Schiavi*, ſicuti videre eſt in *Vocabulario Etruſco della Cruſca*, in verbo *Ferro* §. 15.

Hinc dicitur quoad iſtos Equites, Scutiferos: *Ferro da Prigioniere*.

Exprimitur autem *Ferro d'Oro*, quia prædictæ Compedes pro Equitibus avreæ eſſe debebant, cum d. conſimili Catena; et argenteæ pro Scutiferis.

Scutiferi vero, qui Armigeri etiam dicuntur, diverſimode conſiderantur; vel pro Servientibus Equitum in armorum exercitio, vel ſimpliciter Servientibus; aut pro Perſona Nobili in Avla Principum, vel Dominorum in honorificis Officiis ſerviente, aut de illo, qui ad Ordinem Equeſtrem tranſire debebat, & qui licet non ſit miles, jus tamen habet accipiendi Militiam: *d. Vocabularium della Cruſca in verbo* Scudiere. *Hieronymus Blanca in Commentario rerum Aragonen.* &. late, ac erudite exponit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. lib.* 2. *Dißert.* 1. *Art.* 1. *à pag.* 290. *cum ſeq. juxta impreſſionem Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718.

Cœterum hujus Ordinis Hiſtoriam per extenſum refert *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. Tom.* 4. *cap.* 77. *à pag.* 27. *cum ſeq. juxta Impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Hiſtoria Ordinum Monaſtichorum Religioſorum, & Militarium Gallice ſcripta, & in Italicam linguam noſtram translata per Patrem Ioſephum Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *cap.* 55. *à pag.* 366. *juxta impreſſionem Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. *ubi pag.* 368. ſubdit, quod de iſto Ordine Notitiæ habitæ ſunt à Domino Clairambaut.

Sed hic monemus Lectores, quod poſterior hæc Hiſtoria tranſcripta eſt de verbo ad verbum, nihil addito, vel immutato à deſcriptione, quæ habetur apud *d. Collectorem Gallum Tom.* 4. *d. pag.* 27. Nos ergo hic in calce tranſcribimus integraliter, quæ leguntur in d. Hiſtoria gallice ſcripta, & à *d. Patre Fontana in Idioma Italicum translata d. Tom.* 8. *cap.* 55. *d. pag.* 366. & eſt tenoris ſequentis.

Cap. 55.

De' Cavalieri del Ferro d'Oro, e degli Scudieri del Ferro d'Argento in Francia.

„ Giovanni di Borbone figlio di „ Luigi II. Inſtitutore dell' Ordi-
„ ne

„ ne del Cardo, e dello Scudo d'
„ Oro, di cui abbiamo parlato nel
„ Capitolo XLVII. inſtituì nella
„ Chieſa della Madonna di Parigi
„ nel 1414. L' Ordine de' Cavalieri
„ del Ferro d' Oro, e delli Scudieri
„ del Ferro d' Argento, e fece ſape-
„ re, che lo ſtabiliva, sì per fuggi-
„ re l' ozioſità, e ſegnalarſi con de'
„ fatti d' arme, e per acquiſtare la
„ gloria, e la buona grazia di una
„ belliſſima Dama, cui egli ſerviva.
„ Sedici Gentiluomini ſolamente,
„ parte Cavalieri, e parte Scudieri,
„ vi dovevano eſſere riccuuti. Que-
„ ſti Cavalieri ſimilmente, che il
„ Duca di Borbone, che n' era il
„ Capo, erano tenuti a portare ogni
„ Domenica alla Gamba ſiniſtra un
„ ferro da Prigioniere pendente da
„ una catena; e mancando a ciò, dove-
„ vano dare quattro ſoldi Parigini a
„ Poveri. Il ferro de' Cavalieri era
„ d' Oro, quello delli Scudieri, d' ar-
„ gento. I primi Cavalieri, che ven-
„ nero aſcritti a queſt' Ordine, furo-
„ no, i Signori Barbazan du Cha-
„ ſtel Gaucourt de la Huze Gama-
„ ches Saint Remy de Mouſſeres
„ Battaille d' Aſnieres, la Fayette,
„ e Poulargues: i primi Scudieri fu-
„ rono i. Signori Carmalet, Cochel,
„ e du Pont.

„ Giuravano di vicendevolmente amar-
„ ſi come fratelli, di procacciarſi
„ del bene, di non tollerare che ſi
„ parlaſſe male di loro, e di difen-
„ dere il loro onore a qualſivoglia
„ coſto. Le loro armi, eſſendo ſpe-
„ cialmente dedicate al ſervizio del-
„ le Dame, che implorerebbono il
„ loro ſoccorſo, erano riſoluti à
„ batterſi inſieme nello ſpazio di due
„ anni, per amore di eſſe, o a piedi
„ o ſino all' ultimo ſangue, armati
„ di Accette, di Lance, di Spade,
„ di Daghe, ed eziandio di Baſtoni,
„ ad elezione degli Avverſarj: il ter-
„ mine di due anni non era ſtato
„ prefiſſo per il combattimento, ſe
„ non in caſo, che non poteſſero
„ più preſto ritrovare diciaſſette Ca-
„ valieri, o Scudieri ſuperiori ad o-
„ gni eccezione, che voleſſero venire
„ alle mani con eſſi; che ſe reſtava-
„ no vinti, rimarrebbero in potere
„ de' vincitori, e reſterebbono loro
„ Prigionieri, o darebbono per loro
„ riſcatto un Ferro con la ſua cate-
„ na ſimigliante a quello del loro
„ Ordine; i Cavalieri un Ferro d'
„ Oro, e li Scudieri un Ferro d' ar-
„ gento: o che ſe ſi riſcattaſſero
„ con qualche preſente, li Scudieri
„ darebbono loro un braccialetto d'
„ argento, e i Cavalieri un brac-
„ cialetto d' oro: che ſe eglino mori-
„ vano nel conflitto, o pure di ma-
„ lattia, i loro ferri, e loro catene
„ ſarebbero mandate alla Capella
„ dell' Ordine, ed ivi attaccate avan-
„ ti l' Imagine della Madonna, ed
„ allora i Confrati per l' Anima di
„ ciaſcheduno defonto farebbero ce-
„ lebrare un Funerale, e diciaſſette
„ Meſſe, cui aſſiſterebbono in abito
„ di lutto: che finalmente chiunque
„ caderebbe in qualche errore, ſa-
„ rebbe cacciato dalla Compagnia.

„ Quantunque il Duca di Borbone
„ foſſe l' Inſtitutore dell' Ordine,
„ non ſi riſervò nondimeno la no-
„ mina de' Cavalieri, i di cui poſti
„ vacanti dovevano eſſere riempiti
„ col conſiglio della miglior parte,
„ o di tutti i Cavalieri inſieme. Ne
„ riſervoſſi altra ſuperiorità, o altro
„ gius, che quello di più largamen-
„ te di eſſi contribuire alle ſpeſe
„ communi, di ottenere le lettere
„ del Rè, che loro abbiſognavano;
„ e di far loro ſapere il giorno, in
cui

„ cui partirebbe, quando converrebbe andare in Inghilterra. Ordinò però, che nulluno de' Cavalieri ſenza il dilui contento poteſſe intraprendere viaggio alcuno, o altra coſa fare, che poteſſe impedirlo dal ritrovarſi al deſtinato poſto nel tempo del combattimento.

„ Sembra, che queſt' Ordine, a propriamente parlare, non conſiſteſſe in altro che in un conflitto ſino all' ultimo ſangue di diciaſſette, contro diciaſſette, nel quale i duellanti ſacrificavano la loro vita, ed il loro onore per delle Donne, e forſe per delle concubine, e nondimeno fu fondato nella Chieſa della Madonna di Parigi in una Capella intitolata la Madonna della Grazia, a nome della Santiſſima Trinità, e di S. Michele.

„ Si obbligarono eſſi ancora di far dipingere in queſta Capella un Immagine della Madonna con le armi delle loro Caſe, ed a mettervi un Ferro d' Oro, ſimigliante a quello che portavano, ma fatto a foggia di Candeliere, affine di porvi un Cero acceſo, che continuamente ardeva ſino al giorno del combattimento.

„ Si obbligarono altresì a far celebrare nove ore dopo mezza notte in ogni Domenica una Meſſa Cantata della Beatiſſima Vergine, ed una piana in ſimigliante ora nelli altri giorni, e quindi a provedere Calici, Pianete, ed altri utenſili neceſſarii per celebrare la Meſſa. Che ſe piaceſſe a Dio, che nel generale conflitto rimaneſſero vittorioſi de' loro Avverſarj, ciaſcheduno di eſſi in particolare non ſolo aſſegnerebbe un fondo per la celebrazione di una Meſſa, ed il mantenimento di un Cero in perpetuo, ma ancora vi ſi farebbe dipingere con la ſua ſopraveſte, e le altre Armi, di cui eraſi prevalſo per combattere: darebbero ancora i Braccialetti de' vinti, che Dio concederebbe loro di ſuperare in quel giorno, o altri di eguale valore.

„ Poco durò queſt' Ordine, i di cui Cavalieri non ſi batterono nel giorno prefiſſo. Per verità il Duca di Borbone paſsò in Inghilterra nel tempo notato dalle lettere della fondazione, o poco dopo, ma in qualità di prigioniero di guerra, e non di Cavaliere del Ferro d' Oro, e vi morì dopo diecinove anni di prigionia.

Notitie avute dal Signore di Clairambaut.

DISCURSUS LXIX.

CONCEPTIONIS IMMACULATÆ BEATÆ MARIÆ VIRGINIS SEU MILITIÆ CHRISTIANÆ

ARGUMENTUM

In præſenti Diſcurſu exponitur ſeries duorum Ordinum Equeſtrium ſub Titulo Conceptionis Immaculatæ Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſeu Militiæ Chriſtianæ; quorum primus fuit ſimpliciter deſignatus, & ut dicitur *Progettato* à Fratribus de Petrignanis de Spello, quique non habuit effectum; & alter inſtitutus fuit à Ferdinando Duce Mantuæ, Carolo Duce Nivernenſe, & Adulpho Comite de Altan, & hic confirmatus fuit à ſa. me. Urbano Octavo, & recenſentur Statuta ejuſdem Ordinis.

SUMMARIUM

1. *Innuuntur plures Ordines ſub Titulo, & Protectione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.*

2. *Ex.*

2. *Exponitur deſignatio Ordinis Equeſtris Militaris excogitata à Fratribus Petrignanis de Spello.*
3. *Ordo à Fratribus Petrignanis deſignatus non habuit effectum.*
4. *Typum tamen tribuit fundationi Ordinis Immaculatæ Conceptionis Beatę Mariæ Virginis, ſeu Militiæ Chriſtianę.*
5. *Joannes Baptiſta Petrignanus unus ex dictis Fratribus, qui dictum Ordinem excogitarunt, Aulam Imperatoris adivit, et diſcurſum habuit cum Duce de Cleves Carolo Gonzaga, Adulpho Comite de Althan, & inſtituit Ordinem Immaculatæ Conceptionis.*
6. *Et d. Ordo Immaculatæ Conceptionis fuit inſtitutus à prædicto in Civitate Viennæ.*
7. *Urbanus Octavus in confirmatione Ordinis Immaculatæ Conceptionis ſolum nominat Fundatores Ferdinandum Ducem Mantuæ, Ducem Nivernenſem, & Comitem de Althan, non autem Petrignanum*, & n. 17.
8. *Dux Ferdinandus Gonzaga Mantuæ, & Dux Carolus Nivernenſis, & Adulphus Comes de Althan anno* 1619. *fundaverunt Ordinem Militarem Equeſtrem Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ ſemper Virginis Marię, & Militiæ Chriſtianæ ſub Regula Sancti Franciſci Aſſiſinatis*, & n. 9.
10. *Dictus Ordo fuit erectus ſub Patrocinio Beatę Mariæ Virginis Matris Dei, Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Baſilii, & Sancti Franciſci.*
In eo admitti poterant Viri Nobiles Catholici omnium Nationum.
11. *Ordo hic fuit inſtitutus in Civitate Olomucenſi in Germania ſecundum plures.*
12. *Sed ſecundum alios inſtitutus fuit Mantuę.*
13. *Scriptores alii ponunt Inſtitutionem, ſed ſine ſpecificatione temporis.*
14. *Illum inſtituiſſe Urbanum Octavum ſcribit* Mendo, *quod intelligitur illum confirmaſſe.*
15. *Urbanus Octavus anno* 1623., & 1624. *Ordinem confirmavit, & ejus Statuta.*
16. *Equites hujus Ordinis appellati fuerunt Equites Militiæ Chriſtianę ſub Titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ.*
18. *Plura Privilegia Pontifex contulit huic Ordini, & Exemptiones*, & n. 19.
20. *Ordo conſtat Magno Magiſtro, & Equitibus Militibus, etiam Eccleſiaſticis, ac Sociis Armorum.*
21. *Vexillum præſcribitur, & cujus formæ, & qualitatis?*
22. *Sigillum ſtatuitur, & forma pariter præſcribitur.*
23. *Crux præſcribitur, & cujus formę.*
24. *Dictæ Crucis figura apud quos habeatur?*
25. *Habitus Equitum qualis fuerit?*
26. *Figura Equitis capitulari Habitu induti, penes quos Scriptores adſit?*
27. *Ordo conſtat tribus Gradibus Laicorum Nobilium, Eccleſiaſticorum, & Beneficiatorum, & quæ ſint Veſtes prædictorum?*
28. *Qui admittuntur in hunc Ordinem, debet eſſe Catholici Romani, debent eſſe Nobiles ex Stirpe Paterna, & Materna, ſaltem uſque ad quartum Gradum incluſive, debent eſſe ex legitimo Matrimonio, & nulla nota ſignati; quod compleverint ætatis ſuæ duodecimum annum, Profeſſionem tamen non emmittent ante decimum ſextum, ſed* vide n. 34.
29. *Ad minus debent habere ducentos aureos in annuo redditu*, & n. 35.
30. *Quando ſuppleatur Nobilitas ex Virtute?* & n. 31.
31. *Item ex fundatione Commendæ.*

32. *No-*

32. *Nobilitate ſolum Paterna concurrente, diſpenſabat Magnus Magiſter. Servientes Armorum tenebantur probare honeſtatem Natalium, & morum, & pro paſſagio ſolvere medietatem ſummę, quam ſolvunt Equites*, & n. 35.

33. *Qui ſint illegitimi, qui admittantur ad Ordinem.*

36. *Vota emmittunt Caſtitatis Coniugalis, Paupertatis, & Obedientiæ, ac Fidei Profeſſionem, & an poſſent contrahere cum Vidua?*

37. *Paupertatis Votum quomodo intelligatur?*

38. *Item Votum Obedientiæ quomodo ſit intelligendum?*

39. *Equites debent promittere, & jurare, quod Terra, Marique contra infideles militabunt, & contra Hoſtes Sanctę Romanæ Eccleſię; Et quod curabunt Fidei Catholicæ dilatationem, Terræ Sanctæ recuperationem &c.* & n. 40.

40. *Et quod tuebuntur ſemper Conceptionem Immaculatam Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.*

51. *Militare propriis ſtipendiis quando tenentur?*

42. *Sacram Euchariſtiam quando teneantur ſumere Equites, & alia Pietatis, & Religionis Opera exercere, & Preces recitare?* & n. 44.

43. *Defuncto uno Equite, omnes debent illum ad Funus aſſociare, ac pro illius Anima Miſſam celebrare, vel celebrare facere.*

44. *Viduas debent defendere, liberare Chriſtianos ab Infidelibus.*

45. *Equites in admiſſione ad Ordinem debent ſolvere paſſagium, & in qua ſumma?*

46. *Pro admiſſione ad Habitum apud quos debeant inſtare?*

47. *Probationes coram quibus ſint faciendæ, & examinandæ.*

48. *Cæremonię ſervandę in admiſſione enumerantur.*

49. *Magnum Magiſtrum eligendi jus habent Equites, & quomodo?*

50. *Magnus Magiſter electus tenetur intra tres menſes petere à Summo Pontifice confirmationem.*

51. *Hic Ordo extendebatur ad tres Regiones Orientalem, Meridionalem, & Occidentalem, & quomodo dictæ tres Regiones extendebantur?*

52. *Qualibet Regio quatuor continebat magnos Prioratus, & quilibet magnus Prioratus continebat ſex Prioratus Minores, & quilibet Prioratus imperabat tribus Commendis.*

53. *Ordo continebat duodecim magnos Prioratus*, & *hi ſeptuaginta duos Minores, decem Servientes Officii*, & *bis centum Commendas.*
Equites erant ſine numero.

54. *Ordo totus comprehendebat quatuor Diſtrictus Orientis, Meridiei, Occidentis, Septemtrionis.*

55. *Accademia adeſſe debebat pro inſtructione viginti quinque Juvenum in Scientiis,* & *Exercitiis congruentibus.*

56. *Caravanas tenentur explere Equites in Maribus Ordinis.*
Crux Ordinis in Bello extollitur.

57. *Crucis forma deſcribitur diverſimode ab aliis Scriptoribus.*

58. *Servientes Armorum non deferunt in pectore Crucem auream, & quæ ſit eorum Crux?*

59. *In quibus locis, quot Equites teneantur reſidere?*

60. *Ordo evanuit ob diſſidia orta inter ipſos Inſtitutores, dum Viennæ in Auſtria Concilium habebatur de eligendo Magno Magiſtro.*

DISCURSUS LXIX.
CONCEPTIONIS IMMACULATÆ BEATÆ MARIÆ VIRGINIS SEU MILITIÆ CHRISTIANÆ

Varii ſunt Equeſtres Ordines, & Militares ſub glorioſiſſimo Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Nomine, ac Protectione, circa eadem pene tempora erecti, & cum Teſſeris intra ſe fraternizantibus, quemadmodum etiam ad eundem finem tendentes, tuitionem ſcilicet Catholicæ Fidei, ut videre eſt in Diſcurſibus in præſenti Volumine regiſtrandis Beatiſſimæ Virginis Matris Dei, ſeu Militiæ Chriſtianæ in Italia, Jeſu & Mariæ, Sanctæ Mariæ, ſeu Sanctæ Mariæ de Urbe. Hinc Scribentes Ordines hos adeo confuſerunt, ut unum cum alio fere miſcuerint, eoſdem Inſtitutores nominando promiſcue, ut videre eſt apud *Abb. Bernardum Juſtinianum Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Seconda cap. 84. à pag. 828. cum ſeqq juxta impreſſionem Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692. Nos proinde hunc præmittimus Diſcurſum, qui rem dilucidabit, & ex eo patens fiet, quomodo Scribentes in æquivocum irrepſerint.

1\.

Petrus, Joannes Baptiſta, & Bernardinus Fratres de Petignanis Viri Nobiles ex Oppido Spelli, ſito in Provincia Umbriæ, Equeſtrem Militarem Ordinem erigere deliberarunt anno 1617., & quidem ſub Titulo Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Dei, ſub Regula Sancti Franciſci Aſſiſienſis pro defenſione Fidei Catholicæ, Exaltatione Sanctæ Matris Eccleſiæ, ac pro repellendo Turcarum incurſu. Ordo hic in tres Equitum Claſſes dividebatur, hoc eſt, Virorum Nobilium Laicorum, qui nuncupabantur Equites ex Juſtitia, & Virorum Nobilium Eccleſiaſticorum, & Equitum Capellanorum, ac Servientium Armorum: & rurſus in hunc Ordinem eligi poterant ex omni Natione.

2\.

Equites primæ, & ſecundæ Claſſis in Teſſeram gerebant collo appenſam Crucem auream variis exornatam hieroglyphycis noſtræ Chriſtianę Religionis Myſteria exprimentibus: unde dicta Crux avrea cœruleo encauſto picta erat in memoriam Veſtis Sanctiſſimæ Virginis, & in parte ſiniſtra eorum Pallii, quod album eſſe debebat, alia Crux adeſt, ut dicitur di *Raſo turchino* circumornata argento, & in cujus Crucis medio circulus ovatæ formæ, in quo duę aderant Litteræ, ſcilicet *S.*, & *M.* coronatæ, ac circumdatæ his verbis *In hoc Signo Vinces*. Circum Circulum ovatum, inter quatuor Crucis brachia, duodecim aderant radii albi diſtributi in quatuor lateribus Crucis, aſſignatis tribus radiis pro quolibet latere, juxta numerum duodecim Apoſtolorum. Super quamlibet Crucis hujus partem, alii novem radii albi adeſſe debebant, ſignantes novem Angelorum Choros. Quodlibet Crucis brachium in extremitate habere debebat Lilium, ut ita ſignificaretur Ordinem hunc inſtitutum fuiſſe in honorem Sanctiſſimę Virginis, quæ verum Lilium eſt Vallium: ſuper hæc autem quatuor Lilia aderant quatuor Stellę radiis circumdatæ, in memoriam quatuor Evangeliſtarum.

Tertię Claſſis Equites, qui erant Capellani, & Servientes Armorum, deferre debebant Crucem ſolum ſuper Pallio, non

non autem e collo pendentem.

Ordo hic à ſuo Magno Magiſtro gubernari debebat, qui pro prima vice creandus erat ad nominationem Summi Pontificis, qui ſemper eligere debebat Generalem Ducem Terreſtris Exercitus, cui Generali Ducis Titulus, ut dicitur *di Mareſciallo dell' Ordine.*

Summi Pontifices Protectores Ordinis eſſe debebant, & d. Ordini ſuum Lateranenſe Palatium tradere, ut pro Domo Conventuali inſerviret. Portus autem Civitatis centum Cellarum inſervire deberet pro Armamentario Triremium ejuſdem Ordinis: & demum in hoc Conventu Romę adeſſe deberent Magiſtri omnium facultatum, ad docendum Equites Exercitia convenientia eorum nobilitati. Inter Equites adeſſe debebant Equites Magnę Crucis in qualibet Provincia, quemadmodum fundari debebant Commendæ ex pecuniis provenientibus ex acceptatione Equitum.

Quod omnes Magni Magiſtri, incipiendo à Primo, poſt eorum electionem pręſtare tenerentur Juramentum Fidelitatis, atque Obedientiæ omnibus pro tempore Summis Pontificibus, & Sanctę Sedi Apoſtolicæ; quodque ipſi judicarent omnes Equitum cauſas Criminales, & Civiles.

Quod Equites Laici poſſent Matrimonium contrahere tam cum Virginibus, quam cum Viduis, ac etiam ad ſecunda Vota tranſire; & quamvis Coniugati, aut Bigami, poſſent poſſidere Penſiones ſuper Beneficiis: quod Equites, & eorum Famuli deferre poſſent omnia Armorum genera, juxta privilegia aliis Ordinibus militaribus conceſſa.

Ut omnibus Nationibus ſeries Statutorum hujuſmodi Ordinis innoteſceret, Conditores eorundem diverſo idiomate exponere, & imprimi curarunt. Integram vero narrationem de prædictis omnibus tradit *Pater Joſeph Franciſcus Fontana Congregationis Matris Dei in Hiſtoria Omnium Ordinum Monaſticorum Religioſorum &c. Gallice ſcripta, & in Italicum Idioma per d. translata Tom. 7. cap. 49. à pag. 364. cum ſeq. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Conſtitutiones, & Statuta d. Ordinis à dictis Fratribus de Petrignanis Hiſpellatibus Typis editæ fuerunt Peruſiæ anno 1618. per Aloyſios in quarto. Plura de iiſdem Fratribus, Jo. Baptiſta Petrignano tradit. Ludovicus Jacobillus in Biblio. Umbrię, ſeu de Scriptoribus Provinciæ Umbriæ Typis Auguſtini Alterii 1658. Volumin. 1. pag. 157., & 224.

De erectione hujus Ordinis Militaris Virginis, fundati à prænominatis tribus Fratribus de Petrignanis anno 1618., cujus Statuta fuerunt à ſa. me. Paulo V. confirmata, agit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertat. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Lib. 1. Diſſert. 7. Art. 2. pag. 140., & ſeq. juxta impreſſ. Pariſien. Typis Petri Franciſci Giffart* 1718., ubi deſcribit adamuſſim Teſſeram Ordinis eo modo, quo ſupra diximus.

Hujuſmodi Ordo ſic deſignatus à Fratribus de Petrignanis de Spello, licet
3. executioni non fuerit demandatus, inſervivit tamen pro modulo, & in Archetypum alterius Ordinis, ut ſubdemus, & bene notat *d. Pater Ioſeph Franciſcus Fontana d. Tom. 7. cap. 49. pag. 365.*

Hinc Parentheſi formata, notamus, quod circa hęc tempora conſimilis Ordo ſub Titulo *Militię Jeſu Chriſti* in Alemania fuit deſignatus, nullo tamen pariter ſecuto effectu; de quo Ordine adeſt

adeſt noſter Diſcurſus ſub *d. Titulo Militiæ Jeſu Chriſti*.

Prȩcipue vero d. Ordo architectatus à Fratribus de Petrignanis Archetypum tribuit erectioni Equeſtris Militaris
4. Ordinis, ſub præmiſſo Titulo *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, ſeu Militiæ Chriſtianæ in Italia*. Antequam de iſto Ordine loquamur, dicere non omittimus, quod nonnulli Auctores, teſte *d. Patre Fontana pag.* 365. aſſerunt, quod antedictus Joannes Baptiſta Petrignanus, unus ex Fratribus, qui confecerat, ut dicitur, *il primo piano*, cum in Galliam profectus eſſet ſub initio anni 1618. ut ibi Ordinem ſuum excogitatum
5. publicaret, deinde ad Avlam Imperatoris ſe tranſtuliſſet, ibidem inſimul cum Carolo Gonzaga de Clives Duce Nivernenſi, & Adulpho Comite de Althan, Ordinem Immaculatæ Conceptionis Beatȩ Mariæ Virginis inſtituit; quodque in prima Aſſemblea tenta in Campo aperto quatuor leguis e Vienna in Auſtria diſtante die octava Martii ejuſdem anni, tres prædicti Inſtitutores parare fecerunt locum *a Foggia di Parco* circumdatum circulo ſerico, intra quem locum adfuerunt decem & octo, partim Duces, partimque Comites, au-
6. ditaque novi Ordinis ſerie d. Comes de Althan, uti ſenior, recepit Juramentum à Duce de Nivers prȩſtitum, eique Crucem, & Collare Ordinis contulit; & deinde Dux de Nivers tradidit aliis, ipſeque recepit à Duce de Rethelois ejus filio: Princeps vero Ratzivil Polonus, & Princeps de Lavemburgo Saxoniæ Comites de Buchein, & Dampierre, ex numero dictorum Equitum fuerunt, qui omnes Juramentum præſtiterunt ad Sancta Dei Evangelia, & Enſes evaginarunt, & d. Cingulum ſericum omnes obtruncarunt, ut aliquo modo denotarent, nihil eiſdem obſtaturum adimplemento eorum, quæ Deo promiſerant.

Attamen certum eſt, quod ſa. me. Urbanus VIII. anno 1623. die 12. Fe-
7. bruarii, in ſua Bulla confirmando Statuta d. Ordinis, nullum verbum facit de Joanne Baptiſta Petrignano, veluti uno ex Fundatoribus Ordinis, ſed ſolum in Fundatores nominat Ferdinandum Ducem Mantuæ, Carolum Ducem Nivernenſem, & Adulphum Comitem de Althan; prout declarat *d. Pater Fontana d. Tom.* 7. *pag.* 366.

Jam vero integram Narrationem fundationis hujus Ordinis ad formam Bullarum Urbanarum exordientes, cum inſertione eorum, quȩ apud Scriptores leguntur, dicimus, quod

Ad Sanctȩ Catholicæ Fidei Terra, Ma-
8. rique defenſionem inſtituerunt anno 1619. Dux Ferdinandus Mantuȩ, & Carolus Nivernenſis, & Reteloen Dux, & Par Franciæ, ac Adulphus Comes de Althan Equeſtrem Militarem Ordinem nuncupatum Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimȩ Virginis Mariæ, ac Militiȩ Chriſtianæ,
9. ſub Regula Sancti Franciſci Aſſiſienſis, & ſub Patrocinio Beatæ Mariæ
10. Virginis Chriſti Domini Matris, atque Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Baſilii, & Sancti Franciſci, ut in eum Chriſtiani Orbis Nationum omnium Viri Nobiles Catholici admitterentur, juxta inferius allegandos, & tradit *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d Tom* 8. *cap.* 49. *pag.* 366. *Hiſtoria Omnium Ordinum Gallice ſcripta, & per d. Patrem Fontanam in Italicum Idioma translata, & impreſſa Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Inſtitutionem hanc fuiſſe peractam in

Ci vi-

11. Civitate Olomucenſi in Germania, inquit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in Volumine Gallico Idiomate Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & moderne &c. impreſſ. Pariſiis Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *lib.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 2. *pag.* 137. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Tom.* 4. *ſub n.* 103. *pag.* 254.

Sed habitam fuiſſe Mantuæ in Italia, 12. ſcriptum reliquit eruditus *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha, Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corollario celebriores in Chriſtianitate Ordines enumerante, in Verbo Conceptionis Beatiſſimæ, quod Corollarium eſt impreſſ. in calce Voluminis ejuſdem Auctoris*, cui Titulus -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. in Regno Poloniæ Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum anno* 1730.

Et generaliter de hujus Ordinis Militaris inſtitutione, abſque ſpecificatione 13. loci, teſtatur *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militarib. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 26. *n.* 18., ubi ponit, quod hunc Ordinem inſtituerit Summus Pontifex Urbanus VIII. quod tamen 14. intelligendum eſt, illum Apoſtolica Auctoritate confirmaſſe, quæ ſubſiſtentiam revera tribuit Militaribus Religionibus, ut notat idem *Abb. Juſtinianus Iſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap.* 828., & 830., & *ſeqq. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordinum Equeſtrium n.* 23. *Platina in Vita Urbani VIII. pag.* 838. *d. Pater Franciſcus Fontana d. Tom.* 7. *pag.* 366. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica* §. *Notitia Equeſtr. Ordin. in Verbo Equites Conceptionis B. M. V. n.* 21. *pag.* 731. *juxta impreſſ. Salisburgi Typis Joannis Joſeph Mayr anno* 1729. *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Polonia in Corollario omnium Ordinum in verbo Conceptionis Beatiſſimæ pag.* 261. *impreſſ. in calce Tractatus ejuſdem Auctoris, cui Titulus Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730.

Precibus itaque præfatorum Fundatorum, 15. Summus Pontifex Urbanus VIII. anno 1623. Inſtitutionem approbavit peculiari Conſtitutione incipiente -- *Imperſcrutabilis Divinorum Officiorum Altitudo &c.* quæ inter ſuas eſt *Undecima*; & in alia anno 1624., quæ incipit -- *Cum Nos nuper*, inter ejuſdem Pontificis *la* 27. In Conſtitutione hac hujus Ordinis Statuta confirmavit Summus Pontifex, & per extenſum ibi inſerit eadem Statuta, ex quibus conſtat, quod Equites hujus Ordinis appellati fuerunt Equites Militiæ Chriſtianæ ſub Titulo *Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ*. Adeſt etiam ejuſdem *Bulla Pontificis anno* 1625. *la* 41. *d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. pag.* 366. ubi quod, ut diximus, nullam mentionem 17. facit de d. Joanne Baptiſta Petrignano: *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *Litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica* §. *Notitia Equeſtr. Ordin. Conceptionis B. M. V. n.* 21. *pag.* 731., *juxta impreſſ. Salisburgi Typis Jo. Joſeph Mayr anno* 1729.

Idemque

Idemque Pontifex in confirmatione
18. hujus Ordinis plura eidem Ordini Privilegia indulſit, & inter cætera, quod Ordo exemptus eſſet à juriſdictione omnium Primatum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac Ordinariorum locorum, ſubjecitque immediate Sanctæ Sedi Apoſtolicæ; quod Equites quamvis
19. uxorati poſſent Beneficia poſſidere cum ſimplici Prima Tonſura, dummodo non excederent Summam tercentum Scutorum de Camera: *d. Collector Gallus Tom. 4. pag. 527. Juſtin anus autem d. pag.* 833. ſubdit, quod indulſit Equitibus, ut capaces eſſent Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura Animarum, & ſine Cura, uſque ad d. Summam, declaritque eoſdem exemptos, ut diximus, ab omni Foro; Sibi & Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus reſervando Jus judicandi eoſdem. *d. Juſtinianus d. pag.* 833. *d. Fontana pag.* 367.

Præcipuumque fuit, ut Ordo hic Ma-
20. gno Magiſtro conſtaret, & Equitibus Militaribus etiam Eccleſiaſticis, necnon Fratribus, hoc eſt Armorum Sociis. Præſcribitur Vexillum Ordi-
21. nis, ſub quo Terra, Marique, militarent; quod Vexillum aſſervaretur ſemper apud Magnum Magiſtrum. Vexillum autem albi coloris eſt, & ex una parte gerens Imaginem Chriſti Domini Crucifixi, ſubjecta ſpecie Montis Calvariæ. A dextris ſtabit Mater Doloroſa juxta Crucem lacrymoſa: a ſiniſtris Archangelus Michael, manu leva infigens haſti, lem Crucem in terga proſtrati Draconis; dextera vero gladium vibrans, his verbis inſculptum *Quis ut Deus*. Ex parte alia referet ingentem Crucem cærulei coloris, ſimilem ei, quam magnus Magiſter geſtat, in cujus medio erit Imago Beatæ Mariæ Virginis ſine labe Originalis peccati conceptæ, prout communiter depingi ſolet, nempe Beata Virgo undique emicans, & ſicuti dicitur amicta ſole, habens Lunam ſub pedibus, & in capite Coronam Stellarum duodecim. Ad dextrum vero latus prædictæ ingentis Crucis figurabitur Seraphicus Pater Sanctus Franciſcus, Stigmata Domini Noſtri Jeſu Chriſti in Corpore ſuo portans, & ad ſiniſtrum Sanctus Baſilius Patriarchalibus indutus græco ritu. At in utraque hujus Vexilli parte circumducetur per oras univerſas Cingulum præfati S. Franciſci. Dictum Statutum, & confirmatio ſa. me. Urbani VIII. refertur à *d. Abbate Juſtiniano d. Parte Secunda cap.* 54. *pag.* 833.

Forma item Sigilli præſcribitur, in quo
22. refertur inſculpta Imago Beatæ Mariæ Virginis, & circum Imaginem veluti in circulum, Cingulum Sancti Franciſci.

Crux tandem ſtatuitur ab Equitibus
23. deferenda in pectore, ſuſpenſa Teniæ intertextæ avro, & ſerico cæruleo. Hæc autem erit ad inſtar Crucis Equitum Militarium, ſed ex avro notis vermiculata cærulei coloris, quæ in medio habeat ex una parte Imaginem Conceptionis circumdatam cingulo Sancti Franciſci, & ex alia Imaginem Sancti Michaelis Archangeli, qualis deſcripta eſt in Vexillo. Similiter Crux aſſuenda Palio ſecumferet Imaginem Beatæ Mariæ Virginis, eodem cingulo circumdatam; & in quatuor hujus Crucis angulos apponantur igneæ linguæ, in quarum medio fulminis, aut ſagittæ cuſpis prominebit. Talis porro Crux erit, qua Equites inſigniuntur: qua vero Socii Armorum, erit ſimplici ſerico raſo tantummodo contexta, in cujus medio extet Imago Beatæ Mariæ Virginis

ginis, huicque Cruci nullum aliud ornamentum, præter avreum filum contortum, quod undequaque eam ambiat, adderetur, ſicut videre eſt, quoad præmiſſa omnia in allegatis *Statutis*, *&* *Pontificia Conſtitutione*, & tradunt Auctores ſuperius allegati: *Abb. Juſtinianus*, *Collector Gallus d. pag* 254., *&* *ſeq.*

24. Figura ſupradictæ Crucis habetur apud *d. Abb. Juſtinianum d. Parte Secunda cap.* 84. *pag.* 828. *Patrem Bonannum in d. Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 23., *&* *in generali deſcriptione Teſſerarum Equeſtrium pag.* 148. *ſub n.* 22. *Patrem Honoratum à Sancta Maria in allegata Addit. ad Arm. &c. pag.* 459. *n.* 26. *d. Collectorem Gallum d. Tom.* 4. *ſub d. n.* 103. *pag.* 454.

25. Præſcripta quoque fuit Equitibus forma Habitus, modusque illum conferendi, & verborum formula, ut habetur in *Statuto Ordin. cap.* 5. *de quo d. Conſtitut. Urbani VIII. ſummi Pontificis inter ſuas la* 27.

26. Figura itaque Equitis Capitulari Habitu induti, videri poteſt penes *d Patrem Bonannum d. n.* 23. *Collectorem Gallum d. Tom.* 4. *d. pag.* 254.

27. Subiungunt Auctores, quod Religio, conſtat tribus gradibus, ſeu claſſibus, quarum prima componitur ex Laicis, qui Togam Capitularem, ut dicitur *di Taffetano doppio* albi coloris geſtabant, magna cum cauda, latiſque manicis: Secunda ex Nobilibus Eccleſiaſticis Beneficiatis, qui conſimili, ſed breviori Toga uterentur: Tertia claſſis ex Capellanis, & Armorum ſervientibus, qui Pallio laneo albi coloris, maniciſque arctis ad terram fluentibus, cum cordolis ſericis cærulei coloris: *Juſtinianus loco præallegato*; *Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 256.

Ad diſtinctionem vero ſimplicium Equitum, ajunt, quod Priores Crucem in pectore gerebant, hæcque Crux erat ex ſerico Villoſo, vulgo *Velluto.* Crucis forma eſt eadem, ac aliis Equitibus preſcripta, & ut ſupra notavimus, per Auctores relata, hoc ſolum intercedente diſcrimine, quod quatuor avrei radii extenduntur ſuper quatuor brachia ejuſdem Crucis, non autem emergunt ab angulis, ut videre eſt in figura expreſſa in allegato Volumine: *Abbas Juſtinianus d. Parte Secunda cap.* 84. *pag.* 831., *&* *d. Collector Gallus d. pag.* 256.

28. Recipiendi in hunc Ordinem Sacram que Militiam, vigore Statutorum, infraſcriptis pollere debent qualitatibus: Primo, quod recte, & conſtanter ſentiant de Fide Catholica, & Obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: Secundo, quod probaverint authenticis teſtimoniis juxta morem Patriæ ſuæ Nobilitatis decus, ex ſtirpe Paterna & Materna, ſaltem uſque ad quartum gradum incluſive; quod fuerint progeniti ex legitimo Matrimonio. Hinc tertio requiritur quod nulla Juris, vel facti nota fuerint injuſti: Quarto, quod duodecimum ſaltem annum ætatis compleverint; Profeſſionem tamen emittere non poterunt ante decimum ſextum; *d. Fontana d.*

29. *pag.* 369. Quinto, quod fruantur ad minus ducentis avreis pro annuo redditu: *d. Statutum Ordinis*, *&* *Pontificia Conſtitutio: Pater Fontana ubi ſupra pag.* 369.

30. Excipiuntur quoad ſecundum requiſitum Nobilitatis ii primo, quos propria, vel majorum virtus evexerat ad Dignitatem Principis, aut Generalis exercitus Imperatoris, vel Regiis *d. Fontana pag.* 369.

31. Secundo, qui egregiam operam Ordini preſtiterint, eique non leve incrementum contulerint; Tertio, qui Com-

Commendas crexerint, & inſtituerin *Fontana d. pag.* 369. Illi qui Nobiles erant ſolum ex linea Paterna, admittebantur in Ordine, ſed cum
32. diſpenſatione Magni Magiſtri, & conſenſu Summi Pontificis *d. Fontana pag.* 369.

Porro Socii Armorum, hoc eſt Servientes Armorum tenebantur ſolum probare honeſtatem natalium, vitæ, morumque: ſolvebant autem pro paſſagio medietatem ſummæ, quam ſolvebant Juſtitiæ Equites *d. Fontana pag.* 370.

Quoad tertium Requiſitum Legitimita-
33. tis, excipiuntur Filii Imperatorum, Regum, & eorum Principum, quibus ſubſunt immediate Marchiones, & Comites: *d. Fontana pag.* 369.

Quoad quartum Requiſitum, ætatis
34. ſcilicet, excipiuntur diſpenſati gravibus de Cauſis a Concilio, ſeu Magno Magiſtro.

Nemo Eques ſive Eccleſiaſticus, ſive
35. Laicus, ut diximus, fieri Eques poterat, niſi ſaltem poſſideret bis centum annuatim ſcuta auri: Ut autem quis crearetur Serviens Armorum, ſive Socius Armorum, debebat redditus annuos habere in Summa ſcutorum aureorum centum *d. Fontana d. pag.* 369. Ubi quod Eccleſiaſtici volentes geſtare Crucem pendentem a collo, aut ſupra Pallium, & conſequi Dignitatem Ordinis, uti Commendatoris, vel Prioris, tenebantur probare Nobilitatem, & ſolvere paſſagium, ut alii Equites.

Emittunt autem Profitentes in hoc Mi-
36. litari Ordine tria Vota, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, & ſic Profeſſionem Fidei, & Juramentum Fidelitatis Sedi Apoſtolicæ, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti juxta *d. Conſtitutionem Urbanam la* 11. §. 7. Votum quidem Caſtitatis erat Caſtitatis Conjugalis, et qui cum unica, vel ea defuncta, cum altera tantum Muliere Virgine, vel etiam Vidua conjugati ſint, vel fuerint, & non alias, abſque diſpenſatione Apoſtolica admittuntur; ipſique Milites non conjugati, etiam Profeſſione emiſſa, Matrimonium cum unica, vel ea mortua, cum altera tantum, vel Vidua, abſque ſimili diſpenſatione, contrahere poſſunt, ut diſponunt Statuta, & prælaudati Summi Pontificis Urbani VIII. Conſtitutio, incipiens Imperſcrutabilis *la* 11. §. 7., *&* 9.

Quod autem ad Votum Paupertatis at-
37. tinet, juxta Statutum ſic intelligitur; quod Milites bona Religionis, vel ejus intuitu, aut ex ejuſdem Religionis redditibus acquiſita, & acquirenda alienare non poſſunt, ſed tantum fructibus, reddituſque in ſuis neceſſitatibus uti poſſunt, & ea omnia, pro neceſſitate Religionis, Eccleſiæ Catholicæ utilitate, ac nominis Chriſtiani defenſione, ſeu pro quacumque alia cauſa Sedi Apoſtolicæ bene viſa, diſpenſanda parati ſint, & poſt ipſorum obitum ad Religionem devoluta intelligantur: Ad bona vero Patrimonialia, vel aliunde acquiſita, vel acquirenda Votum Paupertatis non extenditur, ut diſponit *Cap.* 7. *Statutorum inſert. in Pontificia Conſtitutione* eadem approbante Urbani VIII., quæ incipit -- *Alias ſupplicationibus*, *& eſt la* 41. *d. Juſtinianus: Collector Gallus Tom.* 4. *à pag.* 254., *& ſeqq.*

Reſpectu demum Voti Obedientiæ, hæc verſatur in iis rebus, quæ ſpectant
38. ad eundem Ordinem, ut videre eſt in Statuto *d. cap.* 7. relato in d. Conſtitutione Apoſtolica.

Tenentur præterea jurare, & promittere
39. Equites, quod Terra, Marique militabunt

litabunt

litabunt contra Infideles, & Hoſtes Sanctæ Romanę Eccleſiæ, quoties jubeat Magnus Ordinis Magiſter, quodque pro viribus curabunt Fidei Catholicę dilatationem, Terrę Sanctæ recuperationem, juſtam pacem inter Principes, & Chriſtianos Populos, liberationem à Jugo Infidelium, augmentum, & defenſionem hujus Militię, & quod ſemper tuebuntur Con-
40. ceptionem Virginis Marię Immaculatę; ac formula Votorum ſuper prædictis eſt ſequens -- *Ego N. Voveo, & promitto Deo &c. & Beatæ Marię &c. præſtare obedientiam in iis, quæ ad Ordinem noſtrum ſpectabunt, juxta ejus Statuta, cuicumque Superiori, qui a Religione Militiæ Chriſtianæ &c. Mihi conſtituetur, & coniugalem Caſtitatem ſervare, atque Paupertatem in Rebus, quæ ſunt Ordinis Juro, & promitto me Terra Marique militaturum contra Infideles, & Hoſtes Sanctę Romanæ Eccleſiæ, cum Magnus Ordinis Magiſter illud a me poſtulabit, dum non impediar legitimis cauſis, gravis alicujus damni publici, muneris, aut morbi eidem Magno Magiſtro per me tunc exponendis; atque juro, & promitto me pro viribus, & lectis mediis curaturum Fidei Catholicæ dilatationem, Terræ Sanctæ recuperationem, juſtam pacem inter Principes, & Populos Chriſtianos, liberationem eorum ab Infidelium jugo, augmentum, & defenſionem hujus Sacrę Militiæ, & ſemper tuebor Conceptionem Virginis Mariæ Immaculatæ &c.* ut videre eſt *in Statuto præallegato cap.* 7., *&* 18. quod ad litteram habetur in antedicta Conſtitutione Sumi Pontificis Urbani VIII. quę formula Italico idiomate refertur *a d. Patre Joſeph Franciſco Fontana pag.* 370., *& ſeq.*, & habetur infra.

Tenentur Equites, & Fratres, ſive Ar-
41. morum Socii hujus Militiæ ſervare ea, quę voverunt, ſed non obſtricti ſunt impenſis ſuis militare, niſi pro ratione ſumptus, fructuſque, & ſtipendii ab Ordine recepti, vel cum Religio Chriſtiana, & Sancta Sedes, aut ipſe Ordo Militiæ Chriſtianæ in ſummo diſcrimine verſaretur: *d. Statutum cap.* 8. in ſępe dicta Pontificia Conſtitutione relatum.

Ultra Votorum obſervantiam, de qui-
42. bus ſupra egimus, Equites, & Fratres obligantur ad infraſcripta; ad ſumendum videlicet Sacroſanctum Chriſti Corpus, & ad Peccatorum emittendam confeſſionem, præter diem Paſchatis, diebus Natalis Domini, Pentecoſtes, Inventionis Sanctæ Crucis, Feſtis omnibus Beatę Mariæ Virginis, die Sancti Franciſci, illoque Sancti Baſilii, quoties Terra, Marique erit bellandum, & ſemel in menſe ſaltem: ad recitandum quoque ſingulis diebus quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, ſemel vero Pſalmum de profundis, & Orationem Salve Regina, & ſemel pariter ſingulis diebus, aut ſaltem Dominicis, & Feſtis in honorem Conceptionis recitare Litanias Beatæ Virginis, & Officium ejus, ut dum quieſcunt ab Armis, Opera Chriſtianę Charitatis exerceant: Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ubicumque obviam aderit, humiliter comitentur uſque ad Domum, ad quam defertur; Miſſam quotidie audiant, Concionibus interſint, Piis Lectionibus operam dent, à Juramentis, Contentionibus, Impudicitiis, Verbis obſcęnis, & à quibuſcumque rebus illicitis abſtineant; Eccleſiæ Præcepta, & Jejunia ſervent, & brevi ſe exhibeant in omnibus Dei Miniſtros, per Arma Juſtitiæ a dex-

tris atque a ſiniſtris: ut cum aliquis hujus Militię obierit, Equites, qui aderunt in Oppido, vel Civitate, ad
43. illius funus conveniant, eumque deferant ad tumulum; qui abſunt, ſinguli pro Defuncti Anima unam celebrent, vel celebrare faciant Miſſam. Sic loquuntur *Statuta hujus Ordinis cap.* 8. & referuntur in d. Conſtitutione *Pontificis Urbani VIII. anno* 1624. *Quæ incipit* - *Cum Nos Nuper. d. Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom.* 7. *pag.* 372. ubi nonnullas alias Pietatis operationes enumerat.

Abb. vero Juſtinianus d. Parte Secunda
44. *cap.* 84. *pag.* 833. inquit, quod Equites recitare tenebantur quotidie Coronam, ut vocant Domini, tres Decades continentem, & in qualibet repetere *Gloria in Excelſis Deo &c.*, vel Roſarium Beatiſſimæ Virginis; & tandem quod Vota ab ipſis emiſſa, verſabantur in defenſa Virginum, Viduarum, Pupillorum in cauſis juſtis, Pacem univerſam procurando, & tuendo, & liberando Chriſtianos ab infidelibus, ac Catholicę Religionis augmentum: *d. Collector Gallus d. Tom.* 4 *pag.* 257.

Equites, antequam admittantur ad dicta
45. Vota emittenda, ſolvere debent *Paſſagium* in ſumma ſcutorum ducentorum auri ad rationem Juliorum duodecim pro quolibet ſcuto: *d. Statutum Ordinis d. cap.* 7. *impreſſum in d. Pontificia Conſtitutione*: *d. Pater Ioſeph Franciſcus pag.* 367., & 369.

Recipi cupiens in hanc Militarem Reli-
46. gionem, Habitum recipere poterat e manibus Inſtitutorum Ordinis, aut Conſilii Supremi Romæ firmati in Lateranenſi Palatio, vel ab habentibus facultatem à Summo Pontifice: ſed celebrato Capitulo Generali, & electo Magno Magiſtro, tenebatur recurrere ad Magnum eundem Ordinis Magiſtrum, qui vigore facultatis per Conſtitutionem Pontificis Urbani VIII. editam d. anno 1624. incipientem *Cum nos nuper* omnimoda facultate pollebat recipiendi omnes: *d. Fontana pag.* 369. Dictusque Magnus Magiſter poterat ipſe vel Habitum conferre, vel alios deputare ad conferendum eundem Habitum: quouſque autem idem Capitulum Generale celebrandum erat, poterant Inſtitutores intra eorum Diſtrictus cogere Collegium duodecim Equitum, quorum quatuor eſſent Eccleſiaſtici, & octo Laici: ipſumque Collegium jus habebat nominandi duos Equites ex Juſtitia, ad examinandum probationes Nobilitatis Prętendentium, quæ deinde remittendæ erant ad ſupremum Conſilium de Urbe, ut tradit *d. Fontana pag.* 369.

Imo etiam admittendi in eandem Militiam quoſcumque Patriarchas Archiepiſcopos, Epiſcopos, Auditores Sacri Palatii, Clericos Camerę Apoſtolicæ, Prothonotarios de numero Participantium, necnon utriuſque Signaturæ Referendarios, qui ſaltem per biennium Officia ſua actu exercuerint, quamvis ab eis non fierent Probationes, ut tradit *d. Fontana pag.* 367.

In Prępdem, ſeu Judicem Probationum ſuper Nobilitate, ut diximus, neceſſaria pro admiſſione, aliiſque requiſitis admittendorum ad hanc Religionem, deputavit idem Summus Pontifex Urbanus VIII. Franciſcum de Ubaldis Sacrę Rotæ Auditorem, ut in Brevi inter Bullas ejuſdem Pontificis in ordine *la* 27.

Atque ita probationes recenſitæ referri
47. debent examinandæ ad Conſilium ſupremum Romę inſtitutum, quibus approbatis, in Ordinem recepti tenentur accipere litteras teſtimoniales

Rece-

Receptionis: & de dicto Supremo Conſilio Ordinis Romæ inſtituto, & de primo Capitulo Generali celebrando, agitur in Statuto Ordinis cap. 9. confirmato à Summo Pontifice Urbano VIII., & in allegata Conſtitutione *la* 11. *d. Fontana ubi ſupra*.

48. Sane Ritus, & Cæremoniæ ſervandæ in admiſſione ad Habitum hujus Ordinis ſunt infraſcriptæ. Antiquitus autem antequam Ordo peculiares Eccleſias haberet, non perficiebatur admiſſio ad Habitum, niſi in aliquo Conventu, in quo obſervaretur Regula Sancti Franciſci: tuncque Superior Habitum more ſolito benedicebat, illumque præſentabat Equiti deputato, ut traderet Poſtulanti: poſtquam autem eum induerat Pallio Ordinis, Baltheum, & Enſem ei præcingebat, ac calcaria aptare faciebat; ſubinde illum amplectendo, dicebat ei.

„ Io vi ricevo nell' Ordine, e Religio-
„ ne della Militia Criſtiana eretta
„ ſotto il Titolo della Concezione
„ della Beata Vergine Maria ſempre
„ Vergine Immacolata, e ſotto la
„ Protezione della ſteſſa Vergine, di
„ S. Michele Arcangelo, di S. Fran-
„ ceſco, e Baſilio, acciocchè per
„ la loro interceſſione la Santiſſima
„ Trinità vi preſervi, e vi fortifichi
„ per avantaggiare la Gloria del ſuo
„ Nome, procurare la Pace de' Cri-
„ ſtiani, e liberarli dalla cattività
„ degli Infedeli.

Subinde imponebat Crucem collo à Vitta alba pendentem, deferendamque uſque ad Profeſſionem, & toto illo tempore Veſtem albam gerebat. Spatio autem trium dierum in Monaſterio illo morabatur, ubi peracta fuerat cæremonia, ut Orationi ibi vacaret cœteriſque piis Operibus.

Novitiatus Anno completo, ſpatio quindecim, vel ſaltem octo dierum ſegregatus manebat, ut ita ſe pararet ad digne recipiendum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta. Poſtmodum in manibus Superioris Monaſterii, præſente Equite deputato, Profeſſionem emittebat, & Vota ſequenti formula.

„ Io N. giuro, e prometto a Dio On-
„ nipotente, alla Beata Vergine Ma-
„ ria, a S. Michele Arcangelo, a
„ S. Franceſco, a S. Baſilio, a Tutti
„ i Santi, ed al Gran Maeſtro, che
„ con l' ajuto di Dio (in tutte le
„ coſe che concerneranno il noſtro
„ Ordine ſecondo li Statuti) io pro-
„ metto per tutta la mia Vita o-
„ bedienza al Superiore, che mi ſa-
„ rà dato dalla Religione della Mili-
„ tia Criſtiana eretta ſotto il Titolo
„ della Beata Vergine Maria Imma-
„ colata, e che oſſerverò la Caſtità
„ Coniugale, ed il Voto di Povertà
„ nelle coſe, che ſono dello ſteſſ'
„ Ordine. Io giuro, e prometto di
„ combattere per Terra, e per Mare
„ contro gl' Infedeli, e Nemici della
„ Santa Chieſa Romana, quando mi
„ ſarà comandato dal Gran Maeſtro,
„ purche io non ſia impedito da
„ cauſe legitime di qualche rilevante
„ intereſſe, ſpettante a qualche pu-
„ blica Carica, o di malattia, le qua-
„ li cauſe io paleſerò al Gran Mae-
„ ſtro. Io prometto ancora, che
„ per quanto mi ſarà poſſibile, e ne
„ avrò i mezzi, m' impegnerò nella
„ propagazione della Fede Cattolica,
„ nel ricuperamento della Terra San-
„ ta, in una giuſta Pace tra Princi-
„ pi, ed i Popoli Criſtiani, nella li-
„ berazione dal giogo degli Infedeli,
„ ed in difeſa, ed accreſcimento di
„ queſta ſanta Militia, e che man-
„ terrò ſempre la verità della Conce-
„ zione Immacolata della Vergine
„ Maria, ed in ciò, ed in ogni al-

,, tra coſa procurerò la gloria della
,, Santiſſima Madre Maria, ſecondo
,, l'opinione della Chieſa Romana.

Cumque in hoc Ordine recipi poſſint Eccleſiaſtici, ut diximus, ac ipſi Prelati, ut infra dicitur; hi Eccleſiaſtici Equites emittebant ſua Vota juxta formulam hanc.

,, Io N. prometto ad onore di Dio
,, Onnipotente, della Beata Vergine
,, Maria, di S. Michele Arcangelo,
,, di S. Franceſco, e Baſilio, che pre-
,, ſterò tutta la poſſibile aſſiſtenza al
,, Gran Maeſtro della Militia Criſtia-
,, na eretta ſotto il Titolo della
,, Vergine Maria Immacolata, quale
,, io onorerò, e riſpetterò ſempre,
,, non meno che gli altri Superiori
,, di queſta Militia, la ſua conſerva-
,, zione, l'accreſcimento de' ſuoi
,, beni ſpirituali, e temporali, ſe-
,, condo le Coſtitutioni dell'Ordine,
,, e per quanto mi ſarà poſſibile,
,, io procurerò con tutti i mezzi le-
,, gitimi la propagazione della Fede
,, Cattolica, il ricuperamento di Ter-
,, ra Santa, una giuſta pace tra
,, Principi, ed i Popoli Criſtiani, e
,, la loro liberazione dall'oppreſſione
,, degli Infedeli; manterrò ſempre
,, la verità dell'Immacolata Conce-
,, zione della Madre di Dio, ed in
,, ciò, ed in tutte le altre coſe io
,, procurerò, e ſoſterrò la ſua glo-
,, ria ſecondo l'opinione della San-
,, ta Chieſa Romana.

Huc uſque recenſita leguntur apud *d. Patrem Fontanam pag.* 370. *cum ſeqq.*

Cœterum jus habent Equites eligendi
49. inter ipſos Magnum Magiſtrum: *Pater Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. *26. n* 58., & quidem ex omni Natione alternative ab uno ex quatuor Directoribus Ordinem componentibus, ſcilicet Orientis, Occidentis, Meridiei, & Septentrionis: *d. Fontana pag.* 372. Forma, & modus eligendi Magnum Magiſtrum, cujus Dignitas ad ſexennium decernitur durare, habetur in ſæpedictis *Statutis cap.* 9. cujus verba refert *d. Conſtitutio Summi Pontificis Urbani VIII. d. Pater Fontana d. pag.* 366., *&* 372.

Et electio perficiebatur a viginti novem
50. Prioribus: *d. Juſtinianus d. pag.* 832., ubi quod vocabatur *Officio Superiore candidato*: Tenebatur autem Magnus Magiſter electus poſt tres menſes petere à Summo Pontifice confirmationem: *d. Fontana d. pag.* 366. §. *licet autem*.

Militaris hujus Religionis à tribus Fun-
51. datoribus erectæ Politicum regimen in tres Regiones dividi dicit *Juſtinianus infra allegandus*, in Orientalem, Meridionalem, & Occidentalem. Extendebatur Orientalis Regio ab Alpibus Italiæ verſus Mare Adriaticum, uſque ad Flumen Rheni, comprehendendo Statum Venetæ Reipublicæ, Auſtriam, & Imperium, Meridionalis pars à Rheno uſque ad totum Mare Liguſticum, amplectendo Pedemontanam Regionem, Occidentalis Pars reliquas Europæ Regiones, teſte *d. Juſtiniano d. pag.* 832., ubi proſequitur narrando, quod quælibet ex recenſitis Regionibus quatuor continebat Magnos
52. Prioratus, Majores nuncupatos, & quilibet Prioratus Major, ſex Prioratibus Minoribus præſidebat. Et quilibet Prioratus tribus imperabat Commendis, totaque Religio duo-
53. decim Magnos Prioratus continebat, ſeptuaginta duos minores, decem ſervientes officii, ac bis centum Commendas, Equiteſque ſine numeri præfixione: *d. Collector Gallus d. Tom. IV. pag.* 257. Attamen certum eſt,
54. quod totus Ordo Diſtrictus quatuor complectebatur, Orientis, Meridiei, Occi-

Occidentis, & Septentrionis, ut notat ſæpe allegatus *Pater Joſeph Franciſcus Fontana d. Tom. 7 cap. 49. pag. 367., & 372.*

Cavetur quoque in Statuto Ordinis Art. 19. quod in dictis duodecim magnis
55. Prioratibus erigatur Accademia pro inſtructione viginti quinque Juvenum Equitum, qui poſt curſum annorum trium ſaltem in virtutum praxi inſtructi, ac ſcientiis, & exercitiis eo-
56. rum Statui congruentibus, teneantur explere Caravanas in Maribus Ordinis; de quo Statuto meminit *d. Collect. Gallus d. Tom. 4. pag. 255.* Quoties procedebant ad bellum, in eorum inſigniis Crux extollebatur cum Imagine Beatæ Mariæ Virginis ex una parte, ex altera Sancti Michaelis: *d. Collector Gallus Tom. 4. pag. 257.*

Diverſimode Auctores deſcribunt for-
57. mam Crucis hujuſmodi Ordinis Militaris: hæc ſiquidem exprimitur delineata cum extremitatibus liliatis, ad imitar Crucis Ordinis Conſtantiniani, & in quali bet ex quatuor partibus adeſt ſtella: Jn Crucis medio circulus, in quo Corona cernitur, & magna littera *M.*, & in hujus Litteræ medio alia ſuperponitur littera, videlicet *S.* quibus duabus litteris exprimitur *Sancta Maria*. Hunc Circulum major circulus amplectitur, & in eo per girum leguntur hæc verba - *In hoc Signo Vinces*. Ab hoc circulo emergunt duodecim radii æqualiter diſtributi per quatuor Crucis latera: ſic deſcribitur hæc Crux in allegato Volumine Pariſiis impreſſo 1671. Sic apud *Eliam Aſhmole* in Inſtitutione Ordinis della Gartiera pag. 92., quos etiam refert *d. Abbas Juſtinianus d. pag. 829., & ſeq* ubi exponit tali forma delineatam hanc Crucem. Unde appoſite notat, quod dicta Crux hac forma conſtructa, potius eſt Crux Conſtantiniani Ordinis, ut ex illius inſpectione conſtat, ſubditque æquivocum fuiſſe ab Auctoribus Gallis deſumptum, vel quod intelligendum eſt de Equeſtri Ordine S. Mariæ, vel S. Mariæ de Urbe, de quo peculiarem exaravimus Diſcurſum.

Servientes Armorum nullam gerebant in
58. pectore Crucem avream, ſed illam ſolum, & ſerico villoſo ſupra Pallium, & loco imaginis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, aderat in Crucis centro fixum venerabile nomen Sanctiſſimæ ejuſdem Mariæ Virginis abbreviatum tribus avreis literis *M. R. A.* circumdatum duodecim Stellis. Circulus circumdatur a cingulo S. Franciſci juxta formam, quam exponit ſæpe dictus *Abb. Juſtinianus ubi ſupra pag. 832. Collector Gallus d. pag. 250.*

In quolibet Prioratu quolibet anno in die Immaculatæ Conceptionis tres ſeligebantur Nobiles Puellæ ſorte, & numero quindecim extractæ, quæ tres Puellæ nobiles panno cœruleo induebantur, illiſque dotis titulo, ut nubere poſſent, quinquaginta Floreni tradebantur: *d. Juſtinianus pag. 832. d. Collector Gallus d. Tom. 4. pag. 257.*

Rurſus, tres Equites cum tribus Sacer-
59. dotibus pro quolibet diſtributive reſidere tenebantur, unus in Eccleſia Sanctæ Mariæ Virginis Cracoviæ in Poloniæ Regno; alius in Eccleſia S. Michaelis Archangeli in Regno Franciæ, & tertius in ſacra Domo Lavretana, & Sancti Franciſci in Civitate Aſſiſienſi, ut Peregrinos hoſpitarentur dicta loca viſitantes, & pecuniarum aliquo ſubſidio opitularentur: *d. Juſtinianus d. pag. 832.*, ut videre eſt in noſtro Diſcurſu ſuper eodem Ordine *Jeſus, & Mariæ*, atque ut obſervat, & declarat ſæpe laudatus *Juſtinianus d. pag. 830., & 831.*

Habitum

60. Habitum fuit Viennæ in Auſtria Concilium Generale, ut Magnus Magiſter Ordinis eligeretur. Magna ad hoc Nobilium Virorum copia acceſſit: at obortis diſcordiis, & inter ipſos Inſtitutores diſſenſione, Ordo hic brevi tempore evanuit; ut notant prææallegati *Juſtinianus pag.* 833. *Pater Bonannus*, *Comes in Koden Sapieha*, *d. Pater Fontana d. pag.* 372.

DISCURSUS LXX.

CONCEPTIONIS IMMACULATÆ SS: VIRGINIS MARIÆ ET AQVILÆ ALBÆ IN REGNO POLONIÆ

ARGUMENTUM

Recenſetur in hoc Diſcurſu ſeries Inſtitutionis Equeſtris Ordinis Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, & Aquilæ Albæ ab Uladislao IV. Poloniæ Rege peractæ anno 1634., cum confirmatione ſa. me. Urbani VIII. & adducuntur ejuſdem Ordinis Statuta; & tandem refertur, hunc Ordinem durare ſub eodem Titulo Aquilæ Albæ reſtauratum ab Auguſto II. Poloniæ Rege, juxta Diſcurſum peculiarem de eo regiſtratum in præſenti Volumine.

SUMMARIUM

1. *Immaculatæ Conceptionis Ordo Equeſter fundatus fuit in Italia anno* 1619., *&* *confirmatus ab Urbano VIII.*
2. *Alius Equeſter Ordo ſub eodem Titulo Immaculatæ Conceptionis, & Aquilæ Albæ inſtitutus fuit in Regno Poloniæ anno* 1634. *ab Uladislao IV. Poloniæ Rege, quem Ordinem confirmavit idem Urbanus VIII.*, & n. 4.
3. *Regis Uladislai figura, ubi habeatur.*
5. *Torques aurea in Teſſeram Ordinis præſcripta fuit à Rege Fundatore, &* n. 6.
7. *Enumerantur Feſti dies, quibus ab Equitibus defertur Teſſera.*
8. *Teſſeram Ordini reſtituere debent Heredes Equitum.*
9. *Habitum quoque Equitibus præſcripſit Inſtitutor.*
10. *Equites ſunt numero ſeptuagintaduo.*
11. *Subditi debent eſſe Regis Poloniæ, & ſolum viginti quatuor Exteri.*
12. *Principibus majoribus, & reſpective Viris illuſtribus, quomodo reſpective tranſmittatur, & a quibus, Torques Ordinis.*
13. *Nobiles Natalibus debent eſſe qui adſcribuntur huic Ordini.*
14. *Equites inaugurantur in Eccleſia, & quomodo?*
15. *Sacellum Ordinis eſt Templum Pacis ad Præſepe Salvatoris in Civitate Cracoviæ, ſpectans ad Patres Minores de Obſervantia.*
16. *Comes de Koden Sapieha in ſenſu eſt, quod aptius eſſet ſi eſſet in Civitate Leopolis apud Religioſos Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.*
17. *Ordo hic inſtitutus fuit ad Dei Gloriam, & Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & defenſionem, & propagationem Catholicæ Religionis, & Sedis Apoſtolicæ, &* n. 18., & 19.
   Vocantur Equites Immaculatæ Virginis, d. n. 17.
18. *Immaculatæ Conceptionis honor, ut augeatur, inſtituta fuit Confraternitas particularis.*
   Confratres, qui non ſunt Equites Ordinis, non deferunt Inſignia Ordinis, ſed dumtaxat Imaginem Sanctiſſimæ Virginis.
20. *Equites debent promovere Cultum Dei, ejuſque Sanctiſſimæ Matris, & zelare*

zelare leges Ordinis, & debitam Principi reverentiam ſecundum Jura Reipublicæ.

21. *Equites tenentur viriliter in Bello contra Barbaros certare.*

22. *Magiſterium hujus Ordinis reſidet ſemper in Rege Poloniæ.*

23. *Prælatus etiam adeſt in Ordine pro ſacris publicis faciendis, & pro habendis Concionibus in laudem Fratrum Defunctorum. Prælatus defert Crucem, ut deferunt Equites.*

24. *Cancellarius, & Theſaurarius adeſt etiam in hoc Ordine Equeſtri.*

25. *Cancellarius Ordinis ſcribere debet Geſta præclara ſingulorum Equitum, & totius Ordinis.*

26. *Præcedentia inter Equites quomodo ſervetur.*

27. *Eleemoſinæ pro ſuſtentatione Egenorum præſtantur ab Equitibus.*

28. *Equites in egeſtatem ruentes, non ſua culpa, ſed infortunio aliquo, debent ſuccurri communi Confratrum ope, & unuſquiſque Eques tenetur ſubvenire indigenti.*

29. *Sepeliri debent Equites in Templo Ordinis, niſi obſtet aliqua ratio gravis, vel aliter Defunctus diſpoſuerit.*

30. *Confratrum Mortuorum Corpora ad Sepulchrum aſſociare tenentur Confratres.*

31. *Equites, habita notitia de Confratre Defuncto, debent ſinguli celebrare facere pro Defuncto Miſſas triginta, & totidem vicibus recitare debent Salve Regina.*

32. *Princeps, & Equites veſte pullari accedere debent ad Templum, & pro Animabus Defunctorum Sacris intereſſe, & Concionem audire de Virtutibus, & Rebus geſtis Defunctorum Equitum.*

33. *Huic Ordini ſucceſſit Ordo ab Auguſto II. inſtitutus.*

34. *Fit mentio de Confraternitate Sanctiſſimæ Virginis Immaculatè Conceptæ, quam erigere intendebat Uladislaus IV.*

35. *Hic Ordo, ſicut in ſui origine, ita & in ſui reſtauratione ab Auguſto II. Rege peracta, unus & idem eſt antiquiſſimus Ordo Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ.*

DISCURSUS LXX.

CONCEPTIONIS IMMACULATÆ SS. VIRGINIS MARIÆ ET AQVILÆ ALBÆ IN REGNO POLONIÆ

Actum eſt in antecedenti Diſcurſu de Equeſtri Ordine Immaculatæ
1. Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ anno 1619. in Italia inſtituto, quem fa. me. Summus Pontifex Urbanus VIII. confirmavit; nunc in hoc præſenti Diſcurſu deſcribemus alium Equeſtrem Ordinem ſub eodem Auguſtiſſimo *Immaculatæ Conceptionis* Sanctiſſimæ Virginis Patrocinio ab Uladislào IV. Poloniæ Rege fundato anno 1634., & ab eodem Urbano VIII. confirmato. Hiſtorica igitur ſeries ita ſe habuit.

Uladislaus IV. Poloniæ Rex, Dei Opti-
2. mi Maximi Honorem, & Gloriam, ac Deiparæ Mariæ ſemper Virginis, & Catholicæ Eccleſiæ, Sediſque Apoſtolicæ Decus, præ oculis, & ſummopere cordi habens, utque Regni ſui generoſa Nobilitas antiquiſſimo Baltheo, & Torque Equeſtri Aquilæ Albæ, ſub cœleſti præſidio Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Poloniæ Regni Patronæ magis decoraretur, & ad pugnandum contra Turcas ſtrenue inflam-

ſlammaretur, Militarem Equeſtrem Ordinem anno 1634. inſtituit ſub Auguſto Titulo, Protectione, ac nuncupatione Immaculatæ Conceptionis Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, & Aquilæ Albæ, ut videre eſt apud eruditiſſimum *Dominum Jo. Fridericum S. R. I. Comitem in Koden Sapieha Caſtellanum Trocenſem &c. Equitem Heroici Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Volumine, cui Titulus -- Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. d. Ordinis Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. *cap.* 9. *à pag.* 127., *& in Corollario Alphabetico ejuſdem Auctoris continente celebriores in Chriſtianitate Heroicos Ordines &c. impreſſ. poſt d. Volumen in Verbo Conceptionis Immaculatæ pag.* 261.

Imago dicti Uladislai IV. Poloniæ Regis
3. ſculpta habetur apud dictum laudatum *Comitem in Koden Sapieha*, ubi ſupra *in ſuo Tractatu cap.* 9. *pag.* 226. & ſub d. Regis Figura hæc legitur Inſcriptio -- *Uladislaus IV. Rex Poloniæ M. Dux Lit. Pruſ. Maſ Samoc Liu Nec non Suec Got Vand Rex.*

Approbavit Urbanus VIII. Summus
4. Pontifex hunc Ordinem die quinta Julii d. anni 1634., & ad litteram adeſt Breve d. Summi Pontificis regiſtratum per *d. Dominum Comitem in Koden Sapieha poſt d. cap. à pag.* 150., *cum ſeq.*, & meminit idem pag. 261.

Rex Uladislaus IV. Fundator in Teſſe-
5. ram Ordinis præſcripſit Torquem avreum, a quo Crux Octangularis rubea pendet, habens in centro ex una parte Imaginem candidam Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Immaculatè Conceptæ, ſeptem Stellis coronatæ, pedibus Draconem calcantis, adiecto Lemmate orbiculariter ſcripto *Viciſti Vince:* ex altera parte Simulacrum Aquilæ Albæ, expanſas alas tenentis; Torques vero ex puro avro erat abſque ullo lapillo, & ſic conſtructus, ut particulæ concatenatæ invicem, & alternatim Lilium album repræſentabant in medio radiorum cum hac brevi inſcriptione. *In Te:* Altera repræſentabant faſciculos ſagittarum colligatarum Faſcia alba inſcriptis his verbis -- *Unita Virtus* -- ſic dictus *Comes in Koden Sapieha locis ſupra allegatis*. Torquem, & Crucem deſcribit pag. 128. 134., & 262., & in alia pagina ſignata eodem n. 128. exhibet delineatum Collare, & Crucem, &
6. in circulo Collaris habentur hæc verba -- *Collare, ſeu Torques Equitum Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ, & Aquilæ Albæ ab Uladislao IV. Rege Poloniæ inſtitutorum.*

Dicta Torque Equites, & Princeps u-
7. tentur in omnibus Solemnitatibus, ac in Feſtivitatibus Circumciſionis D. N. J. C. Epiphaniæ, Paſchatis, Penteceſtes, Corporis Domini, & Natalis, & omnibus illis diebus, qui Sacratiſſimæ Cœlorum Reginæ Patronæ Ordinis dicatæ ſunt, ſed potiſſimum die Conceptionis illius Immaculatæ, quam particulariter obſervabunt, & ad Sacram Communionem tenebuntur accedere. Item gerent diebus quoque Feſtis Sanctorum Adalberti, Stanislai, Caſimiri, & Franciſci. In reliquis diebus ſolam Crucem deferent, & quidem ſolemni minorem, alba faſcia e Collo ſuſpenſam, juxta ſtatutum, de quo *dictus Comes in Koden Sapieha pag.* 134.

Hæredes defuncti Equitis Torquem intra
8 Trimeſtre remittere ad Theſaurarium Ordinis, vel ipſum Principem tenebantur. Quod ſi vero quiſpiam Equitum per incuriam, vel caſu fortuito Torquem amiſerit, tantum avri in Theſaurum Ordinis inferet, quantum ad

ad novum conficiendum requiritur, juxta Statutum in §. *De Torque remittendo*, de quo *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 139.

Præter dictum Torquem, & Crucem, Rex ſtatuit Habitum Equitum, quem deferunt ſolemnioribus diebus Ordinis, Hinc Equites Gentis ſuæ more
9. induti (dumodo purpurei coloris ſit ille interior ornatus) deſuper Pallio candido longiore, ſiniſtram manum magis quam dexteram operiente, & panno phrygio veſtientur: Subductum vero erit panno ſericeo leviori purpurei item coloris, cujus ſuperna pars circum humeros dependet, Pileum item candidum geſtant ejuſdem panni, ſimiliter ſubductum, cujus vertex radiis avreis à ſummo ad medium prominentibus, pars vero anterior Imagine Virginis Matris avro, & argento texta ornabitur. Hunc vero ornatum, unuſquiſque Equitum proprio ære ſibi curabit, ut totidem verbis ex Statuti diſpoſitione deſumptis notat *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 134., *& ſeq.*

Statuit quoque Rex Inſtitutor Ordinis
10. numerum Equitum, quo conſtare debebat, ſcilicet, quod Fratrum numerus non excederet ſeptuaginta duos, præter Principem, ſub ea animadverſione, quod hic numerus Diſcipulorum Cœleſti Principi placuit, ſed & Patronæ ejuſdem Ordinis, tam Gaudiorum, quam Dolorum myſteria ſeptenario numero terminantur, ut ex Summario Statutorum, notat *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 132.

Debent autem Equites eſſe Subditi Po-
11. loniæ Regis ex Polonia Magnoque Ducatu Lituaniæ, ac ex Provinciis eiſdem annexis. Licitum tamen Imperatores, Reges, Principes, Viroſque Illuſtres exteros in hunc Ordinem cooptari, dummodo numerum viginti quatuor non excedant; quippe reliquus numerus, uſque ad ſeptuaginta duos, præter Principem, Nobilibus Subditis Regis Poloniæ comitabat: *d. Comes in Koden Sapieha in Statuto Ordinis §. de Patria pag.* 133. ubi ſubiungit. Hoc præterea cavemus, neminem exterorum (præter ipſos Ordinum Supremos Magiſtros, & Monarchas) in hunc Ordinem adſciſci poſſe, niſi prius renunciaverit omnibus aliis Militaribus Ordinibus, ſodalitatibus, & ornamentis: & idem *Comes pag.* 157.

Dum quis Principum, vel Virorum Il-
12. luſtrium exterorum in Ordinem iſtum admitti poſtulaverit, aut Rex aliquem eorum inſigni hoc honoraverit, Torques Ordinis cum Cruce per Cancellarium, aut Secretarium Ordinis (ſi ex Monarchis, aut majoribus fuerit Principibus) ſi vero ex aliis Viris Illuſtribus, per noviſſimum Equitem abſenti tranſmittitur, de cujus manibus inter Miſſarum ſolemnia Torquem recipiet. Ad Militiam tamen in Limitibus Ruſſiæ, exteri qui noluerint, non obligabuntur, præcipue Principes; modo tamen à Viris illuſtribus, non vero Monarchis, ſingulare aliquod meritum Reipublicæ præſtetur: *d. Statutum Ordinis §. De extraneis; de quo d. Comes in Koden Sapieha pag.* 142., *& ſeq.*

Equites ad hunc Militarem Equeſtrem Ordinem admittendi, debent eſſe Nata-
13. libus Nobiles; inquit enim *Statutum ſub §. De Nobilitate -- Genus Equitum Nobile, & quorum à Majoribus derivata antiquitas, nulla macula deſœdata, nulla ſuſpicione in dubium revocata*; de quo Statuto teſtatur *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 132.

Locus vero inaugurandi Equites, & in-
14. ſignia ſumendi, eſt Templum deſi-

gnatum, & Actio fieri debet inter Miſſarum ſolemnia, antequam cantetur Evangelium: Miſſa vero cantatur à Prælato Pœnitentiario deputato à Principe, & Miſſa erit de Immaculata Conceptione, eamque Miſſam devote omnes audient. Et eo conſtituto die omnes Equites, niſi legitimo detenti ſint impedimento, vel ratio eminentis Dignitatis impediverit, convenient, & ordinati bini præcedentes Principem, eodem cultu cum Equitibus ornatum, è Palatio ad Eccleſiam deducent, eumque per Seniorem Equitem accomodata ſalutabunt Oratione, per Cancellarium ſeu Secretarium Ordinis à Principe viciſſim grati, & paterni Animi reſponſum accipient. Ad Offertorium, ubi primum Princeps proceſſerit, ſinguli Equites ſuo ſequentur ordine: quamprimum ad Altare Offertorii munus tradiderint, Principem adibunt, ejuſque manum deoſculabuntur, ut cum Statuto Ordinis §. *Locus inaugurandi Equites* ſcribit *d. Comes in* Koden *Sapieha à pag.* 143. *cum ſeqq.*

15. Sacellum Ordinis aſſignatum, fuit Templum Pacis ad Præſepe Salvatoris in Urbe Cracovienſi Patrum Minorum de Obſervantia Sancti Franciſci curæ commiſſum, cujus ornamentorum præcipuam Equites curam gerent: d. Statutum §. *De Sacello*, apud *d. Comitem in* Koden *Sapieha pag.* 135.

16. Qui tamen *Comes in* Koden *Sapieha pag.* 149. reſpectu d. Sacelli per Regem Uladislaum aſſignati, ut ſupra, in Civitate Cracovię, ſuaſiſſet potius, ut Templum Equitibus quodammodo appropriatum, non Cracoviæ, ſed exempli gratia Leopoli prope confinia Turcica deligeretur. Magis item congruum foret deſignari locum ejuſmodi Sacris Conventibus Devotioni Equitum deſtinatis Varſaviæ penes Curiam Regum, apud Religioſos Sanctiſſimæ Trinitatis de Redemptione Captivorum, ad quorum Fideles manus tum Equites, tum aliæ Perſonæ Pietate inſigniores, largas Eleemoſinas longe ſecurius importarent, quam ad Ordinis Theſaurarium, pluribus negotiis incompatibilibus frequenter diſtractum. Iſtorum ſiquidem Patrum, ex Inſtituto ſpeciali munus eſt proprium, captivos ſub barbarico Turcarum jugo gementes redimere, quod hucuſque cum ferventiſſima charitate exercent. Quamquam ſaluberrimo coronati Capitis molimini, intra ſolos bonæ voluntatis limites concluſo, nihil gloriæ derogare expedit, relictis proinde in vigore debitæ laudis Uladislai conatibus.

17. Equitum ſane hic Ordo inſtitutus eſt, ut diximus, ad Dei Optimi Maximi, ejuſque glorioſiſſimæ Matris honorem, hujuſmodique Ordinis Militaris Equites Immaculatæ Virginis appellantur: Statutum Ordinis apud *Comitem in* Koden *Sapieha pag.* 131.

18. Ac ad defenſionem, & propagationem ipſius Catholicæ Religionis adverſus ejus Hoſtes, ut in Bulla confirmationis ſa. me. Urbani VIII. regiſtrata penes *d Comitem in* Koden *Sapieha pag.* 152.

19. Obligantur Equites ſe Principis, ac Reipublicæ ſalutem, Dignitatem, & comoda, atque Patriarum legum immunitatem, & prærogativas, poſt Deum, ejuſque Deiparæ Virginis, Sanctæque Matris Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ cultum, in honorem habere: *d. Stat. Ordinis ad* §. *Fidelitas in Patriam*, & *Principatus*. Ut Imaculatę Viginis honor augeretur, & erga hanc potentem Equeſtris hujus Ordinis Patronam devotio latius diffunderetur, Rex Uladislaus obtinuit ab eodem Summo Pontifice erectionem, & approbationem

tionem Confraternitatis hujus ipſius
Immaculatę Virginis Deiparæ, apud
Fratres Minores de Obſervantia in
Templo Pacis in Urbe Cracoviæ.
Quę Confraternitas non ſolum Equi-
tibus hujus Ordinis, ſed omnibus
Chriſtifidelibus utriuſque ſexus com-
munis eſt. Non poterunt tamen, qui
non ſint Ordinis Equites, Crucem
aut alia Inſignia Ordinis Equeſtris ge-
ſtare, ſed ſimplices Confraternitatis
Sodales deferre poterunt Imaginem
dumtaxat Virginis Infantis candidam
ex avro, fuſilem Draconem pedibus
calcantem, cum hac circumſcriptione --
*Dignare Me, laudare Te Virgo Sa-
crata*, ut videre eſt apud *d. Comi-
tem in Koden Sapieha pag.* 147.
Ne Deus ejuſque Mater ſe audiente
20. blaſphemetur, vel cum vitæ peri-
culo ſe opponent, ejuſque cultum
promovebunt; Leges Ordinis, debi-
tamque Principi, ſecundum Jura Rei-
publicæ obedientiam obſervabunt:
***Statutum Ordinis in* §. *Dei Honor*,
*& Beatiſſimæ***, de quo apud ***d. Comi-
tem in*** Koden *Sapieha pag.* 142.
Si Bellum à Barbaris, & Infidelibus in-
21. gruat, tenebuntur viriliter obviare,
& vires ſuas conferre, in Bello ſtipen-
diis contentari, à nemine quidquam
extorquere, nec extorqueri à ſuis
permittere, alioſque Commilitones,
quantum licebit, ab hujuſmodi rapi-
nis avertere: *Statutum Ordinis in* §.
Bellum contra Turcas; ut penes *d. Co-
mitem in* Koden *Sapieha pag.* 141.
Hujus Equeſtris Militaris Ordinis Magi-
22. ſterium ſibi, & ſuis in Regno Suc-
ceſſoribus reſervavit Rex Uladislaus
Inſtitutor, ut patet ex Statuto Fun-
damentali ſub §. de Principe, quod
ita loquitur -- *Principatum hujus Or-
dinis, Nos ipſi, quoad vixerimus,
geremus; poſt fata vero noſtra, ſubſe-
quentes Reges Poloniæ libere electi,
una cum Regalibus Inſigniis, hunc
Magiſtratum, ejuſque ornamenta, ip-
ſo coronationis die (niſi primo in nu-
mero eorundem Equitum fuerint) ca-
peſſent* -- relato per ſæpedictum *Comi-
tem in* Koden *Sapieha pag.* 134.
Ulterius ſtatuit Rex, quod in Ordine
adſit Prelatus ab eo nominatus, qui
23. eidem, & impoſterum Succeſſori-
bus viſus fuerit, quique tantum
Sacra publica Ordinis in Conventibus
peraget, & Defunctos Confratres pro
Concione laudabit, geretque talem
Crucem, qualem Equites extra ſolem-
niores feſtoſque dies geſtabunt; ut in
Statuto Ordinis ſub §. *De Prælato*,
quod habetur apud *d. Comitem in* Ko-
den Sapieha pag. 140.
Itidem Ordo Officiales habebit, duos
24. nempe ex numero eorundem Fra-
trum à Principe deſtinatos, Cancella-
rium nempe, & Theſaurarium, quo-
rum munera, & Functiones ex ipſis
legibus patebunt: *d. Statutum Or-
dinis in* §. *De Officialibus Ordinis*
penes *d. Comitem in* Koden *Sapieha
pag.* 136.
Porro Cancellarius Ordinis, ad exci-
25. tandum Fratrum Ordinis animos,
præclara ſingulorum geſta, & totius
Ordinis inſignia facinora, litteris
conſignabit, ut eorum perennet me-
moria, quorum virtus, & animi ma-
gnitudo Orbi conferet perennitatem,
ut loquitur ipſum Ordinis Statutum
§. *Geſta Ordinis* apud *d. Comitem in*
Koden *Sapieha pag.* 139.
Quoad precedentiam inter Equites, hic
26. Ordo ſervabitur, inquit Statutum.
Primo Monarchæ, & Principes San-
guinis Regii; poſt hos, Senatores Re-
gni, qui in Ordine hoc fuerint, ſe-
cundum ea loca, quę in Senatu ob-
tinent: reliqui, ſive ſint Officiales Cu-
riæ noſtræ, ſive non, ſola temporis,
quo inſignia Ordinis ſuſcepere, præro-

gativa gaudebunt. Quod de Feſto annuo dumtaxat Ordinis intelligendum eſt, ſalvis per omnia præeminentiis, & præcedentiis quorumcumque Officialium ſecundum uſum, & conſuetudinem Reipublicæ, ſive ſint Officiales Curiæ Regiæ, ſive Palatinatuum, & Terrarum: *Statutum Ordinis in* §. De præcedentia; & tradit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 136., *&* *ſeq.*

Eleemoſinas pro Redemptione Captivo-
27. rum, vel ſuſtentatione Egenorum, quilibet Equitum, ſecundum Chriſtianam Charitatem, præſtare permittitur ad manus Theſaurarii Ordinis; etiam legare, & donare cuique Equitum in hunc finem licitum erit, & aliis Perſonis hac Pietate excitatis, quod de bonis tantum mobilibus eſt intelligendum. His modis collectam pecuniam Theſaurarius Ordinis juramento obſtrictus, ad nullum alium uſum convertet, præterquam in liberationem Captivorum Militum, vel ſuſtentatione indigentium, idque pro arbitrio Principis, & Equitum præſentium.

Si quis Equitum, non ſua culpa, ſed aliquo infortunio, ad tantam deve-
28. nerit egeſtatem, ut ſine probro Nobilitatis Equeſtriſque Dignitatis vivere nequeat, huic communi Confratrum ope erit ſuccurrendum, tenebiturque unuſquiſque Equitum ſubvenire indigenti: ita diſponitur in *Statuto ſub* § *Eleemoſinæ*; de quo *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 145., *&* *ſeq.*

Tandem in Sacello Ordinis, quod ut
29. dictum eſt, erit Templum Pacis ad Præſepe Salvatoris in Urbe Cracovienſi, Patrum Minorum de Obſervantia Sancti Franciſci curæ commiſſo, Equites ſepeliri corpora ſua (niſi ratio gravis, aut Perſonæ reſpectus, teſtatoriſque voluntas aliter diſpoſuerit) ibidem mandabunt: ſic ſancitur in Statuto Ordinis §. *De Sacello* relat. per *d. Comitem in Koden Sapieha pag.* 135., *&* *ſeq.*

Confratrum mortuorum corpora, quan-
30. tum per diſtantiam locorum occupationeſque publicas, aut infirmam valetudinem licuerit, ad Sepulchrum ad comitari, & quam maximam, etiam mortuo demonſtrare charitatem, tam inclyti Ordinis Equites tenebuntur: *d. Statutum Ordinis* §. *De Sepultura Equitum apud d. Comitem in Koden Sapieha pag.* 138.

Ubi ad notitiam Confratrum Mors Con-
31. fratrum devenerit, ſinguli Equites pro illo Defuncto triginta Miſſas abſolvi curabunt. Ipſi vero totidem vicibus *Salve Regina* recitabunt: *Statutum Ordinis ſub* §. *Quid unicuique Defuncto debeatur*, penes *d. Comitem in Koden Sapieha pag.* 138.

Quolibet anno Princeps, & Equites pullati in idem Templum è Palatio deſcendent, illicque pro Animabus Defunctorum Fratrum Sacris intererunt,
32. concionantemque ſupremum Ordinis Pœnitentiarium de Virtutibus, & Rebus geſtis Defunctorum Confratrum audient, ut è mortuis laus conſtet, & vivi præclare factorum exemplis, ad virtutem, gloriamque excitentur: *Statutum Ordinis in* §. *De Fratribus Defunctis* penes *d. Comitem in Koden Sapieha pag.* 137., *&* *ſeq.*

Statuta hujus Ordinis habentur in Libro Romę impreſſo, cui Titulus -- *Statuta Inclyti Heroici Ordinis Equitum Immaculatæ Virginis*, teſte *d. Co. in Koden Sapieha pag.* 129. ubi principaliores Regulas per extenſum refert.

Diximus ſupra, quod Magnum Ordinis hujus Equeſtris Magiſterium ſiſtit

ſemper

ſemper in Rege Poloniæ; unde hinc recenſenda eſſent nomina Regum. Sed cum in calce Diſcurſus ſuper alio antiquo Ordine Equeſtri Aquilę Albę, cujus Magnus Magiſter eſt idem Rex Poloniæ, integer Catalogus Polonię Regum appoſitus fuerit; ne dicta repetamus, ad eundem *Diſcur-*
33. *ſum Ordinis Aquilæ Albæ* Lectorem remittimus; cum huic Ordini ſucceſſerit Ordo ab Auguſto II. inſtitutus, ut infra.

Et ne quid intactum relinquamus, ma-
34. giſque Regis Uladislai IV. Religio erga Sanctiſſimam Virginem Immaculate Conceptam elucefcat, ſubdimus, ipſum cogitaſſe erigere Confraternitatem Conceptionis Beatiſſimæ Mariæ Virginis; in ſępe dictis enim Statutis in §. Confraternitas Conceptionis Beatiſſimæ ſic loquitur. *Ut vero Immaculatæ Virginis honor augeatur, & erga hanc potentem Ordinis noſtri Patronam devotio latius diffundatur, poſtulabimus à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Archiconfraternitatem hujus ipſius Immaculatæ Deiparæ Virginis (quam Fratres Minores de Obſervantia Sancti Franciſci, eodem in Templo Pacis ad Prȩſepe Salvatoris in Urbe noſtra Regia inſtituent) approbari; quæ non ſolum Equitibus Inclyti Ordinis hujus, ſed omnibus Chriſtifidelibus utriuſque ſexus communis erit, more aliarum in Religionibus Confraternitatum. Præfatæ tamen Confraternitatis Sodales, non Equites, nulla ratione Crucem, aut alia Ordinis noſtri Inſignia geſtare præſument; ſed Imaginem dumtaxat Virginis Infantis candidam, ex auro fuſilem Draconem pedibus calcantem, cum hac Inſcriptione. Dignare me laudare te Virgo ſacrata;* ut videre eſt apud *d. Comitem in Koden Sapieha à pag.* 146. *cum ſeq.*

Notandum poſtremo, quod hic Ordo,
35. ſicuti ſuam ſtirpeam radicem à vetuſtiſſimo Ordine Polono Aquilæ Albæ deſumit, ut innuimus in præſenti *Diſcurſu* §. *Uladislaus IV.* ita derivationem ſuam ſervando, perſeverat Ordo Aquilæ Albæ reſtauratus ab Auguſto II. Poloniarum Rege. *Sic vetuſta viciſſitudine ſuccedunt ſibi ordinatæ Aſtrorum acies, Luna ſuccedit Soli, iterum Solem habitura ſucceſſorem. Illa Soror, hic Frater eſt ſimilitudine, ſi non æqualitate certantes. Præter increatum Solem, etiamnum albeſcens Aquila oculos Virgine fixit in una Luna pulchriore. Neque ſatis candida foret, ſi in primo Mariani Solis exortu maculam obſervaret*: quemadmodum totidem verbis de hac Ordinis hujus Aquilæ Albæ innovatione loquitur præallegatus *Dominus Comes in Koden Sapieha d. Corollario d. Verbo Conceptionis Immaculatę Virginis Mariæ pag.* 262., *& ſeq.*, & Nos late egimus in *Diſcurſu XXX. de Ordine Aquilæ Albę in Regno Polonię*. Ad quem Diſcurſum Lectorem remittimus cum Catalogo Magnorum Magiſtrorum.

DISCURSUS LXXI.

CONCORDIÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

CHriſtianus Erneſtus Margravius Brandeburgi, ut Pacis Opus quod perfecerat, oſtenderet, & Concordiæ inter multos Europæ Principes initæ ſignum demonſtraret, ab Hiſpania reverſus anno 1660. Ordinem inſtituit ſub Titulo *Concordię*.

Statuit

ſtatuit in Teſſeram Crucem adamantibus exornatam, in qua ſcutum ex avro adeſt, in duas partes diviſum, in quarum altera duo conſpiciuntur Olivarum Rami poſiti in duabus Coronis, in Crucis Sancti Andreę formam, & Bireto Principis coronantur, lemmaque in hoc ſiſtit verbo *Concordante*: Ex altera Scuti parte adeſt Fundatoris Nomen, & annus peractæ Inſtitutionis. Volumen cui titulus -- *Li Sovrani del Mondo Venetiis impreſſ. Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin anno* 1720. *Tom.* 4. *pag.* 299. ubi ſubditur, Ordinem hunc magnam in Imperio habuiſſe æſtimationem, multoſque Principes, & Equites petiiſſe ad illum admitti: *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquilę Albę in Regno Poloniæ in ſuo Corollario Omnes Equeſtres Ordines continentę in Verbo* Concordiæ Ordinem pag. 263. *quod Corollarium eſt impreſſum* in calce *Tractatus ejuſdem Avctoris*, cui Titulus -- *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ Typis Coloniæ apud Adamum Cholinum anno* 1730.

DISCURSUS LXXII.

CONSTANTIÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Conſtantiſſime Nos etiam in noſtro propoſito perſeverantes, cumulandi ſcilicet ea omnia, quæ ad tribuendum Notitiam Ordinum Equeſtrium quoquo modo facere poſſunt, ſive ea verſentur in plena Ordinum Equeſtrium Narratione nunc exiſtentium, ſive extinctorum, imo etiam fictorum, aut tantum propoſitorum, & qui nunquam ad exitum deducti fuerunt; idcirco hic omittere non debemus referre id, quod nuper legimus in pagina illa Hebdomatica rerum novarum Commentarium continente, quam Nos vocamus *Gazzetta, foglio di Novellę*.

In folio enim Ariminii impreſſo 9. Martii 1745. ſub datum Amburgi 13. Februarii, ſic exponitur -- *Le Lettere di Stockolm recano, di eſſere giunti in quella Corte diverſi Generali Suezzeſi, per aſſiſtere ad alcune importanti Conferenze ſopra li correnti affari di Europa, e che quella Reale Principeſſa aveſſe ſtabilito un nuovo Ordine di Cavalieri, ſotto il Titolo dell' Ordine della Coſtanza, la dicui Collana è un fiocco griſo di lino, al quale pende una Croce con queſta diviſa* -- Per la Coſtanza.

DISCURSUS LXXIII.

CONSTANTINIANUS

SIVE ANGELICUS AVREATUS S. GEORGII MARTYRIS

SECTIO I.

ARGUMENTUM

Exponitur late Hiſtoria Inſtitutionis Ordinis Conſtantiniani, & Apparitionis Crucis eidem Imperatori cum Verbis Angeli -- *In hoc Signo vinces*. Deſcribitur certamen contra Maxentium, Victoria, & Triumphus de eo relatus a Conſtantino Imperatore. Demonſtratur à Divo Silveſtro Papa, & Conſtantino Imperatore inſtitutum fuiſſe Equeſtrem Ordinem Avreatorum Equitum cum Octogona Avrea Cruce, & Avreis Calcaribus, & oſtenditur ex iſto Ordine efformatam fuiſſe Religionem Conſtantinianam ſub Titulo Sancti Georgii Martyris cum ſuis

ſtabi.

ſtabilimentis, ac Votis, & ſic hanc eſſe Ramum præmiſſi Ordinis Aureatorum Equitum. Recenſetur Forma Crucis rubeæ liliatæ cum Monogrammate. Magnum Magiſterium apud quos fuerit; & Ceſſio facta ad favorem Sereniſſimæ Domus Farneſiæ. In quas Claſſes Ordo dividatur; quæ probationes Nobilitatis requirantur pro admiſſione.

SUMMARIUM

1. *Ordo Conſtantinianus eſt Parens cæterorum Ordinum. Laudatur D. Comes Antonius Urceolus.*
2. *Origo hujus Ordinis exponitur.* *Quis fuerit Conſtantinus Imperator: Quomodo illi apparuerit Crucis ſignum, & Angelus intonuerit:* In hoc Signo vinces.
3. *Contra Maxentium in certamine Victoria.*
4. *Conſtantinus pugnaturus contra Maxentium, implorat auxilium Dei Chriſtianorum, & ab Angelo monſtratur Crux cum bono nuncio:* In hoc Signo vinces: *& quando id evenerit:* n. 5. *Et quo loco* n. 6.
7. *Chriſtiani Sacerdotes explicaverunt Conſtantino ſenſum d. Apparitionis, & certæ victoriæ.*
8. *Crucis formam, & Monogramma Aurifices diſcunt.*
9. *Vexillum Conſtantini appellabatur* Labarum, *& quare.*
10. *Labari forma deſcribitur,* & n. 11.
12. *Iterum Conſtantino contra Lucinium pugnaturo apparet in Cœlo Crux cum Lemmate* -- Conſtantine cum hoc eodem Signo tuos ſemper vinces Hoſtes -- *Tertio ſimiliter apparuit cum eodem Lemmate contra Rebelles Bizantinos certaturo. Crux prædicta aurea apparuit in Cœlo ſereno, & ſic ponitur in campo cœruleo.* *Labari Cuſtodes aſſignavit Conſtantinus quinquaginta Viros Nobiles Equites, ex primaria Nobilitate.* *Labarum cum Monogrammate ſemper cordi fuit Conſtantino & ejus Succeſſoribus.*
13. *Julianus Apoſtata abſtulit à Labaro Crucem, & Monogramma, & Cœtum Cuſtodum abſtulit.* *Cæteri Imperatores Crucem, & Equites, vel retinuerunt, vel ſervaverunt.*
14. *Labari Figuram, qui Scriptores referant.*
15. *Conſtantinus vincit, & debellat Maxentium ad Pontem Miluium, Italice,* Ponte Molle.
16. *Victoria Conſtantini à Scriptoribus deſcribitur,* & n. 20., & 21.
19. *De Baptiſmo Conſtantini, quoad locum, & tempus diſputant Scribentes,* & n. 20. 21. 22. 23. 24. 25.
25. *Laudatur Illuſtriſſimus Dominus Nuncius Merlinus.*
26. *Conſtantinus Imperator prohibuit, ne Crux ad ſupplicium adhiberetur, juſſitque, quod in ſuo Diademate apponeretur.*
27. *Conſtantinus Imperator ornatur Equeſtri Cruce à Sancto Silveſtro Papa, qui jus eidem tribuit, & facultatem aliis eandem deferendi. Dicta Crux erat forma, qua fuit ab Angelo demonſtrata.* *Conſtantinus utens facultate à Sancto Silveſtro facta, Cruce Equeſtri exornat Aulæ ſuæ Nobiles.*
28. *Equites eoſdem Conſtantinus exornavit ſplendidis Titulis, & Defenſores Fidei, & Tutelares Chriſtiani nominis, Socios, & Cuſtodes ſui Corporis,* & n. 31.
29. *Cuſtodes Labari Imperialis aſſignavit quinquaginta ſelectos Nobiles Milites.*
30. *Ordinem Inventionis Sanctæ Crucis ſunt aſſerentes fuiſſe inſtitutum à Conſtantino.*
31. *Conſtantinianus Ordo Equeſter inſtitutus fuit à Conſtantino, & Equites*

tes auream Crucem, & Calcaria gerebant.

33. *Angelicus Ordo dicebatur ex Angeli voce; vocabantur Avrati Equites ex Cruce avrea*, & n. 33., & 34.

34. *Conſtantinus cognominabatur Angelicus ab Angelo, qui eidem apparuit. Et Familia ab eo deſcendens dicta fuit Angela Flavia Comnena. In Stemmate principaliter gerebant Angelum.*

35. *Conſtantinianus Ordo fuit primus, & cæterorum exemplar.*

36. *Avrati, & Calcaris Avrei Equites longo tempore vixerunt, nulli Regulari Profeſſioni ſubiecti; poſtmodum eorum pars ſe ſubiecit Religioſo Inſtituto.*

37. *Ordinis Reformatio peracta fuit anno* 1190., *& hęc in ſubſtantia reformatio eſt Ramus Arboris Ordinis Equitum Avreorum Calcarium.*

38. *Pars Equitum d. Ordinis Avreorum Calcarium continuavit ſub antiqua eorum denominatione.*

39. *Pars altera Equitum Reformatorum nuncupatur Religio Conſtantiniana ſub Titulo Sancti Georgii, Angelica Sancti Georgii, aut Avreata, Ordo Imperialis Sancti Georgii.*

40. *Enumerantur Ordines Equeſtres, & Militares ſub eodem Titulo Sancti Georgii.*

41. *Conſtantiniani Ordinis antiquitatem fabuloſam arguunt aliqui Scriptores, & ex quibus motivis*, & n. 42.

43. *Avratus, & Calcaris avrei Ordo, eſt ſtipes Religionis Conſtantinianæ, hæcque velut Ramus antedicti Ordinis avreati.*

44. *Reſpondetur Obiectionibus relatis ſub* n. 31., & ſeqq.

45. *Reſpondetur ſimiliter aliis Obiectionibus*, & n. 46., & 47.

48. *Conſtantinianus Ordo jure Hereditario tranſmiſſus fuit ad Imperatores Conſtantinopolitanos.*

49. *Augmentum accepit à Summis Pontificibus, & Imperatoribus*, & n. 50.

50. *Summi Pontifices confirmaverunt Ordinem.*

51. *Sanctus Georgius, ideo electus fuit in Protectorem Ordinis, quia ipſe fuit ex eodem Ordine.*

52. *Sanctus Georgius aſſiſtit hujus Ordinis Equitibus, quando in Bello expugnant Hieroſolymam.*

53. *Hic Ordo Conſtantinianus militat ſub Regula Sancti Baſilii, ſua tenet Statuta, quorum vigore Magnus Magiſter per totum Orbem ſuos habebat Vicarios Generales.*

54. *Religionis Conſtantinianæ finis fuit, ut Milites eſſent Defenſores Chriſtiani nominis.*

55. *Conſtantinianus Ordo eſt Torquatus, Numiſmate donatus, & Cruce exornatus.*

56. *Vexillum ſuum habet, & quale, habens ex una parte expreſſam Deiparam, & ex alia Inſignia Magiſtri. Figura Vexilli Ordinis, apud quem conſpiciatur.*

57. *Crucis Figura, quę ſit.*

58. *Quomodo deferant Equites*, & n. 59.

59. *Equitis Magnæ Crucis figura habetur apud Scriptores.*

60. *Torques Magni Magiſtri, qualis ſit?*

Habitus Magni Magiſtri, Equitis Magnæ Crucis, Equitis Sacerdotis, Equitis Juſtitiæ, Scutiferi, & Servientis.

61. *Crux Equitis Scutiferi, eſt Crux, ut dicitur, Troncata.*

62. *Magni Magiſtri cum ſua Clamyde, Bireto, Torque, & Cruce Figura, apud quos habeatur.*

63. *Sancti hujus Ordinis ſunt novem, & qui.*

64. *Ma-*

64. *Magni Magiſtri Ordinis fuerunt ſeptuagintaduo Imperatores.*
65. *Alii etiam Principes, & Carolus V. Imperator protexerunt Ordinem.*
66. *Ob temporum viciſſitudines ſplendor Ordinis remanſit imminutus, non tamen interiit.*
Sub Gubernio Familiæ Angelę Flaviæ Comnenæ refloruit.
67. *In Italia hic Ordo tenuit Magni Magiſtri Sedem in loco de* Briana, *& quomodo.*
68. *Tribus Claſſibus conſtat hic Ordo, & quæ ſint,* & n. *69. 70. 71. 72. 73. 75. 76., & 77.*
73. *Quæ ſint eorum Indumenta,* & n. 74.
76. *Forma Crucis apud quos habeatur.*
78. *Magnum Magiſtrum ſemper habuit hic Ordo ex Principibus Imperialis Domus Conſtantinopolitanæ, & quæ ſit ejus Auctoritas.*
79. *Deſcribuntur eorum Indumenta.*
80. *Figuram ejuſdem quis referat.*
81. *Plures fuerunt, qui ſe aſſeruerunt Deſcendentes à Familia Flavia Comnena, pro aſſequendo d. Magno Magiſterio,* & n. 82. 83. 84. 85, & 86.

DISCURSUS LXXIII.

CONSTANTINIANUS

SIVE ANGELICUS AVREATUS S. GEORGII MARTYRIS

SECTIO I.

Conſtantiniana Equeſtris Militia, omnium Militarium Ordinum, & Religionum antiquiſſima eſt, & veluti cœterarum Exemplar, Mater, & Magiſtra: quotquot enim ſeculorum c[illegible]bus ſub Crucis Vexillo Militares Ordines inſtituti fuerunt, à Conſtantiniano Ordine, ac Religione profecto normam ſumpſere, quemadmodum de hac materia Scriben-
1. tes annotarunt; & teſtatur *Pater Jacobus Gretſerus* in ſuo Volumine *de Cruce lib. 2. cap. 57. ibi — Ante hos omnes (ideſt Ordines Militares Cruce ſignatos) Crucis inſigni utebantur Milites Militiæ Conſtantinianę à Conſtantino Magno inſtitutæ, & ad Imperatores Conſtantinopolitanos, jure velut hæreditario tranſmiſſæ, ad cujus imitationem, & ſimilitudinem conformati fuiſſe videntur Ordines illi Militares, qui poſteris Seculis varios habuerunt Parentes, & Fundatores, ejuſdem tamen cum Conſtantino conſilii, & propoſiti, quod erat, ut gloria Crucis toto Orbe Terrarum propagaretur, & ubique contra Inimicos Crucis defenderetur. Andreas Guarinus in Libello — Origine, e Fondatione di tutte le Religioni, Militie &c. Menennius Opuſcul. Militar. Ordin. Zepeda* in Opuſculo *Origin. e Fondat. di tutte le Religioni ec.* quem Libellum Nobis dono dedit Vir Nobilis Dominus Comes Antonius Urceolus, quem hìc honoris gratia nominamus, cum ſit Patricius noſter, & literis perpolitus. Dictique *Patris Gretſeri* verba refert etiam *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſt. in Monitione ad Lectorem: Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſertat. Hiſtoriques, & Critiques &c. ſur la Chevalerie Lib. 1. Diſſert. 4. Art. 3. & 4. ubi plures Scriptores allegat, & Art. 5. reſpondet obiectionibus.* Conſtantinianus quippe Equeſter Ordo, in Parentem, & Inſtitutorem Conſtantinum Imperatorem habuit.

De iſta Militari Equeſtri Religione actu-
2. ri, opere pretium eſt ab alto rem repetamus; cumque hæc deſcendat, veluti Ramus, ab Arbore Ordinis E-

 quitum

quitum Avreatorum, ſeu Avreorum Calcarium, ut oſtendimus in *Diſcurſu de iiſdem Equitibus avreatis, ſeu Avreorum Calcarium;* idcirco pro generali notitia ad eundem Diſcurſum noſtrum, qui eſt *Diſcurſus* 35. *à pag.* 507. remittimus Lectorem, repetimuſque iterum facti ſeriem Hiſtoricam.

Flavium Valerium Conſtantinum Magnum Conſtantii Chlori ex Helena Religioſiſſima Matre filium, optime de Chriſtiana Religione meritum eſſe, nemo ſapiens ignorat. Hic Patriam habuit Naiſſum Daciæ Mediterraneæ Oppidum, nunc Serviæ nuncupatæ: unde falluntur hi, qui Conſtantinum ex Anglia, ſeu ex Britannia oriundum eſſe aſſerunt. Obſes autem fuit apud Diocletianum, & Galleriun Maximianum in Bithynia detentus, ſub iiſdem ſtrenue in Aſia militavit; ſed Conſtantio Chloro ejus Patre defuncto, Imperator acclamatus extitit anno Domini 306. Incerti Oratoris Panegyrica Oratio, quæ inſerta eſt Panegyricis Orationibus Veterum Oratorum, quas in Italicum Idioma tranſtulit *Lavrentius Patarol Venetus cum Notis, ac Numiſmatibus impreſſ. Venetiis apud Nicolaum Pezzana anno* 1708. *pag.* 207. *Pater Ignatius Hyacinthus Amat de Graveſon Hiſtor. Eccleſiaſt. Variis Colloquiis digeſta Tom.* 1. *IV. Eccleſiæ Seculo, Colloquio I. pag.* 240. *juxta impreſſ. Romæ Typis Franciſci Gonzagæ* 1717., & *Tom.* 9. *idem Graveſon in continvatione Tabularum, ſexta Tabula Chronologica ſub n.* 50. *pag.* 17. *impreſſ. Romæ Typis Ludovici Tinaſſi, & Hieronymi Mainardi* 1722. *Tillemont Tom.* 4. *Art.* 4. *in Vita Conſtantini pag.* 82. *juxta impreſſ. Venetam anni* 1732. *Typis Franciſci Pitteri.*

Celeberrimum inivit certamen Conſtantinus, cum Maxentio, & conſpicua ac illuſtris ſane fuit Victoria, atque Triumphus, quem retulit de d. Maxentio Maximiliani Herculei filio, à
3. Prætorianis Imperatore acclamato, quique Italiam, & Romam invaſerat, ſeque Conſtantini Magni inimicum palam profeſſus erat; Conſtantinus proinde Bellum indixerat, ut inquit *Lactantius Lib. de Mortibus perſecutorum cap* 44. relat. *a d. Patre Graveſon d. pag.* 240. De quo Bello, & Triumpho per extenſum loquitur inferius.

Conſtantinus Magnus, Euangelica luce quamvis nondum perfuſus, ſed adhuc Ethnicorum tenebris involutus, ad Religionem tamen Chriſtianam ejus inclinabat animus: qua propter cum
4. ſuis Militibus contra Maxentium pugnaturus, Dei Chriſtianorum imploravit præſidium: & ecce repente eidem Conſtantino Sacrum mirabiliter Crucis Signum apparuit, & ex Angeli ore bonum nuntium, & omen audivit, *In hoc Signo vinces*, iterumque quietis tempore, nova conſpectæ Crucis viſione recreatus extitit: *Petrus Franciſcus Bergamaſchi Prior Cambiani in ſuo Volumine Breve Notitia Iſtorica del Pontificio Imperial Ordine de' Cavalieri Aurati, o ſia dello Sperone d'Oro pag.* 2. *juxta impreſſ. Taurini Typis Dominici Paulini* 1696. *Auguſtinus Paradiſius Ateneo dell' Uomo Nobile Tom.* 1. *Parte Terza cap.* 3. *n.* 4. late *Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires &c. Tom.* 2. *cap.* 6. *à pag.* 86. *cum ſeq. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne* 1726. *ubi plures allegat:* late *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Lib.* 1. *Diſſert.* 5. *Art.* 3.

5. *Art.* 3. *pag.* 71. *juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718.

Apparitio autem hęc Crucis, & verba audita *In hoc Signo vinces*, *ſeptimo*
5. *evenit Imperii ſui anno*, *in Apoſtolico Solio ſedente Divo Melchiade Summo Pontifice*, *Anno humanę Reparatæ ſalutis* 312., *ut notat Abb. Bernardus Juſtinianus* -- *Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Prima cap.* 2. *pag.* 15., *& ſeq.*

Quo vero loco prędicta acciderint, variæ circumferuntur Scriptorum ſententiæ. Scribunt alii id evenisse Auguſtuduni in Burgundia, alii in Ur-
6. be *Beſanzone*; alii in loco *Sinzic* ſecus Rhenum prope Coloniam; alii in loco *Nomagen*, in Vico ſeu Burgo prope Moſellam, de quibus videri poterunt allegati à *Tillemont Tom.* 4. *in Hiſtor. Imperat. in Art.* 23. ubi loquitur de Conſtantino Magno *pag.* 128. juxta impreſs. Venetam anni 1732. *Typis Franciſci Pitteri. Morer. in ſuo Dictionario Litt. C. verbo Conſtantin le Grand.*

Flagrans Conſtantinus deſiderio explicationis hujuſmodi Signorum, ac interpretationis, pro hac non fabuloſos Aruſpices, non Ariolos Magos, Pitoneſue conſuluit: ſed ad ſe advocat Chriſtianos Sacerdotes, expoſitaque eis Crucis apparitione conſpecta, ſciſcitatur ab eis explicationem, ac interpretationem Sacri Signi, quod ei apparuit, & vocum, quę auribus ſuis inſonuere. Sacerdotes itaque Chriſtiani manifeſtam interpretationem Conſtantino fecerunt, Dignitatem, & Myſteria explanantes
7. Dominicę Crucis, qua Vita mortem pertulit, & morte vitam protulit Divinus Redemptor, exponentes prædictis verbis tutam promitti de Hoſtibus Victoriam: Convocatiſque toto qua late patebat imperio magis peritis Aurificibus, qui Crucis formam
8. didicerunt una cum Monogrammate Chriſti Salvatoris noſtri nomen continente; quemadmodum ſcribit *dict. Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 2. *pag.* 15. *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Diſſertat. Hiſtoriq. & Critiq. ſur la Chevalerie &c. Lib.* 1. *Diſſert.* 5. *Art.* 3. *pag.* 71. *juxta impreſs. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *ut diximus*, fecit, ut juſſus eſt Conſtantinus, ſuiſque in Vexillis Crucis Signum appoſuit, & in ipſo Imperiali Labaro extulit,
9. quod Vexillum, Græcis dictionibus, Labarum, dictum fuit, quaſi Laboris terminus, hoc eſt ex ſecuritate hujus Vexilli: vel, ut alii dicunt, ita Conſtantinus appellavit, ad denotandum quod ob Crucem, & ab illo receptam fidem finem haberent Eccleſiæ perſecutiones, ut tradit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus*, *in ſuo Volumine*, *cui Titulus* -- *Diſſertations Hiſtoriques*, *& Critiques ſur la Chevalerie Ancienne*, *& Moderne Libr.* 1. *Diſſert.* 5. *Art.* 3. *pag.* 71., *& ſeq. d. Hermant Hiſtoire des Religions*, *ou Ordres Militaires cap.* 6. *pag.* 88. *Tom.* 2.

Innitebatur autem d. Labarum perlon-
10. ga Haſta auro exornata, & lignum tranſverſum habente, unde Crucis ſignum aperte, & in conſpectu, atque oculis omnium efformabatur, & exhibebatur, in cujus vertice affixa erat Corona ex auro, lapidibuſque pretioſis contexta, cum nomine Sanctiſſimi Salvatoris, duabus Græcis litteris X., & P. expreſſo, tranſverſa X. littera ſummo capite circumflexo Chriſto, ut deſcribit *Lactantius in Libro de Mortibus Perſecutorum*

cutorum cap. 44. *d. Abb. Juſtinianus d. pag.* 15. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 72. *d. Bergamaſchi pag.* 3.

Sicuti in fronte ejuſdem Labari ſubti-
11. liſſimum avro, & gemmis pretioſum aderat extenſum Velum, ſuper quo Imperatoris effigies, ejuſquè filiorum conſpiciebantur avreis numiſmatibus cuſæ: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 74.

Sub hujus Vexilli Sacro omine ſemper
12. certavit, ſemperque glorioſe vicit Conſtantinus Imperator: humanæ ſiquidem reparatæ ſalutis anno 317. & Imperii ſui anno duodecimo, & anno quarto Pontíficatus Sancti Silveſtri Papæ, cum Lucinius ejuſdem Conſtantini Imperatoris in Thracia Rebellis fureret, ad eum debellandum Armis occurrit ſtrenuus Imperator; ſed auxilium de Sancto prius, Divinumque imploravit Præſidium oculis ad cœlum elatis: & ecce ſecunda vice ſplendida e cœlo Crux apparuit cœleſtemque vocem audivit -- *Conſtantine cum hoc eodem Signo tuos ſemper vinces Hoſtes* -- Hinc revera pro Conſtantino militavit æther; inito ſiquidem certamine, Licinium occidit, & Victoriam retulit: è cœlo Angelorum Acies contra Inimicos viſæ ſunt pugnantes, Conſtantiniano Labaro triumphante: Tela omnia, & Sagittæ, quas Inimici jaculabantur, non vulnera, non mortes inferebant, ſed intactis remanentibus Prępoſitis Labari, omnia in ipſam Tela figebantur Haſtam Labari, quod quinquaginta Prępoſiti jugiter cuſtodiebant, iique Præpoſiti vocabantur Præpoſiti *Labarum*, *aut Labarorum*: Torquatique erant Viri, à Torque, cum Cruce, qua Imperator eos exornaverat, Ordinemque Senatorium conſtituebant; adeo ut, ſi aliquis ex Militibus ſe fugæ dediſſet, ſtatim inimicorum Sagittæ fugientem vulnerabant, quemadmodum narrat *d. Abbas Juſtinianus Parte Prima d. cap.* 11. *pag.* 19. *d. Auguſtinus Paradiſius d. cap.* 3. *n.* 4. *d. Pater Honoratus d. libr.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 1. *pag.* 84.

Tertia quoque vice avrea, & fulgore radians Crux Conſtantino apparuit, in tutum Victorię, & Triumphi præſagium. In ipſa Bizantii Urbe ſuborta erat rebellio, qua ſui Principis Imperium detrectabat. Ut hanc compiſceret Conſtantinus, de more ſuo Crucem de ſero apparentem undique lucidam in Cœlo aſpexit ſereno, & pronus adoravit. Porro ſplendens Crux lemma gerebat -- *Hoc ipſo Signo Hoſtes omnes vinces* -- Strenue ſubinde una cum generoſis avrea Cruce ſignatis Equitibus ſuis contra Rebelles pugnavit Conſtantinus, vicit, & de inimicis triumphavit, ut ſeriem Hiſtoriæ proſequendo, narrat *d. Juſtinianus pag.* 10., *&* 20.

Conſtantini Victorias refert etiam Panegyrica Oratio incerti Oratoris, quæ inſerta eſt in dicto Volumine, cui Titulus -- *Panegyricæ Orationes Veterum Oratorum, quas in Italicum Idioma tranſtulit, & Notis, ac Numiſmatibus* illuſtravit *Laurentius Patarol Venetus impreſſ. Venetiis apud Nicolaum Pezzana* 1708. *a pag.* 221. *cum ſeqq.*

Ex his, quę in præcedenti Diſcurſu de Equitibus Avreatis, ſeu Avrei Calcaris dicta ſunt quoad Auream illam Crucem, quæ ſereno Cœlo, triplici vice apparuit Conſtantino Imperatori, & quam idem Imperator aſſignavit deferendam ipſis Equitibus, quos ipſe creavit, ſequitur, quod dicta Aurea Crux octogona, quoties in Teſſeram pingitur, aut ſculpta proponitur, cum tunc debeat habere

habere ſuum fundum, fundus debet eſſe cæruleus, quemadmodum ſereno Cœlo, vel aere apparuit Imperatori, ut bene ratiocinatur *d. Petrus Franciſcus Bergamaſchi de Ordine Equitum Aureatorum, o ſia dello Sprone d' Oro pag.* 15. & 18. *juxta Impreſs. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695.

Quemadmodum etiam diximus in præcedenti noſtro *Diſcurſu* 35. *ſub n.* 34. *pag.* 515. ubi allegavimus *d. Bergamaſchi pag.* 18., & nunc addimus, etiam antecedenti *pag.* 15. eundem *Bergamaſcum* ſcripſiſſe.

Non ſolum autem Conſtantini Magni, ſed ejus quoque Succeſſorum exercitus, eodem ſub auguſto Labaro militabant, qui admirabiles, inſigneſque

13. reportabant Victorias, & triumphos; unde & Conſtantinus, et cæteri Imperatores ſummopere cordi habuerunt ejuſdem Vexilli Militaris cuſtodiam: quapropter eidem præficere ſatagerunt quinquaginta conſpicuos Equites, ex primaria Aulæ ſuæ Nobilitate ſelectos, demptoque impio Juliano Apoſtata, qui Monogramma, Crucemque ſanctiſſimos à Labaro abſtulit, & nobiliſſimum Equitum Cœtum abolevit, cœteri Imperatores Monogramma, Crucem, & Equites, vel reſtituerunt, vel diligenter ſervaverunt, ut enumeratis Imperatoribus, videre eſt apud ſupradictum *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 1. *pag.* 85., *& ſeq.*, *& Art.* 2. *à pag.* 88. *cum ſeqq.*, ubi comprobat prædicta omnia perduraſſe uſque ad Secula XII. XIII., & XIV.

Sacro ſub Omine Labari hujus, Græcorum, Romanorumque Exercitus celebres Bello retulerunt Victorias, & Triumphos, hocque prodeunte Vexillo mira patrabantur, ſicut prænotavimus §. *Sub hujus Vexilli n.* 12. Unde non immerito Scriptores laudibus Vexillum hoc Labari extollunt, quemadmodum apud Gallos conſpicuum fuit Vexillum illud, quod appellabant *Oriflamme de Saint Denis* Inſigne Militare eorundem Gallorum. De utroque Vexillo, *Labaro* nempe, & *Oriflamme*, allegato Euſebio, notat ſæpe laudatus *Pater Honoratus à Sancta Maria d. Lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 1. *pag.* 84. *in Litt. A.* ubi ſubdit, quod ſicut Imperator Conſtantinus fuit primus inter Imperatores, qui in Exercitu Labarum detulit, ita inter Galliarum Reges, qui in Gallicis Exercitibus primus in Bello 1124. extulit Vexillum *Oriflamme* Sancti Dionifii fuit Rex Ludovicus VI. *dictus Le Gros* adducitque *Favinum in Theatro Honoris lib.* 2. *pag.* 242.

Plura alia de hoc Vexillo *Orofiamma* legi poſſunt apud *Ludovicum Moreri in ſuo Gallico Dictionario* ſub Litera O, Verbo *Oriflamme*, & excerpſimus ſequentia in italicum Idioma.

„ Oroflamma Stendardo della Badia di
„ S. Dionigi in Francia, che l' A-
„ bate dava al Difenſore del Mo-
„ niſtero, allorche era neceſſario
„ prender l' arme pel mantenimen-
„ to de' Beni, e de' Privilegj della
„ Badia. Era egli fatto a guiſa di
„ Bandiera antica, o ſia Confalone
„ a tre punte, o code, come di
„ ſimili ſe ne veggono nelle Pro-
„ ceſſioni Parrochiali. Se gli dava
„ tal nome a cagione che era di
„ un Drappo di ſeta di color d'
„ oro, e di fuoco. I Fiocchi pe-
„ rò erano verdi ſenza frangie d'
„ oro, come alcuni hanno detto.
„ Altri ſtimano che il nome d'
„ oroflamma venga dalla parola

„ *Flam-*

„ *Flammulum* , o *Flammula*, che
„ ſignificava Bandiera, e dalla pa.
„ rola *Aurea*, perchè era attacca.
„ ta ad una Lancia dorata. Sic-
„ come le altre Chieſe avevano i
„ loro Difenſori , che ſono ſpeſſe
„ volte chiamati *Signiferi Eccleſia-*
„ *rum*, così un tal titolo , in ri-
„ guardo alla Chieſa di S. Dionigi,
„ ſi dava ai Conti di Vexin come
„ Protettori del d. Moniſtero. Luigi
„ VI. fu il primo dei Re di Francia,
„ che in qualità di Conte di Vexin
„ fece portar l' Oriſlamma nelle ſue
„ Armate l' anno 1124. , allorche
„ inteſe l' approſſimamento di En-
„ rico V. Imperatore verſo la Fran-
„ cia. Così pure fecero Luigi VII.
„ Luigi VIII., e S. Luigi ne' ſuoi
„ viaggi oltremare. Si pretende da
„ qualcuno, che in tempo di Filip-
„ po il Bello l' anno 1304. nella
„ battaglia dei monti in Puelle foſ-
„ ſe preſo l' Oriſlamma, e ſtrappa.
„ to dai Fiaminghi, ma eſſendo poi
„ ſtato portato lo ſteſſo Stendardo
„ ſuſſeguentemente negli anni 1315.
„ 1318. 1356. in occaſione d' altre
„ guerre; viene a ſmentirſi la pre-
„ fata ſuppoſizione, che foſſe, co-
„ me ſi è detto, levato, e ſtracciato
„ dai Fiaminghi. Quello, che in ol-
„ tre è da notarſi, ſi è, che dopo
„ l' anno 1412. non ſi trova altra
„ notizia, che queſto Stendardo ſia
„ ſtato più in uſo. Forſe ciò ſarà
„ avvenuto, perchè gl' Ingleſi ſi re-
„ ſero padroni di Parigi ſotto Car-
„ lo VII. il quale dopo averli cac-
„ ciati, inſtituì la cornetta bianca,
„ la quale è ſtata di poi il prin-
„ cipale Stendardo della Francia.
„ *Moreri Dizionario Iſtorico lettera*
„ O verbo *Oriflamme*.

Figura hujus Vexilli, Labari nuncupati, quo Conſtantinus Imperator utebatur
14. in Bello poſt Crucis apparitionem, cælata habetur penes *Andream Guarini in Libello* .. *Origine, e Fondatione di tutte le Religioni, e Militie di Cavalieri in* §. *de' Cavalieri aureati &c. pag. 9. juxta impreſſ. Dominici Amadio Vicentiæ* 1614. *Abb. Juſtinianum* .. *Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari &c. Parte Prima cap. 2. pag. 15., & 32. dictum Hermant* .. *Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires &c. Tom. 2. cap. 6. pag. 89. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Baptiſtæ Beſogne* 1726.

Ipſe ergo Imperator Conſtantinus,
15. Galeam, Scutum, Enſem, & Arma ſua Sacræ Crucis ſignaculo munivit, & armavit, eodemque ſigno armatus Exercitus certamen aggreditur contra Maxentium, prope Pontem Miluium, italice, *Ponte Molle*, non procul ab Urbe .. *Procedit hoſtis obviam ſine Imperatore, Pontemque tranſgreditur. Maxentius in ſpem Victoriæ inductus procedit, in aciem venit: Pons à tergo ejus ſcinditur; eo viſo pugna crudeſcit, & manus Dei ſupererat aciei. Maxentianus Exercitus proteritur: ipſe in fugam verſus, properat ad Pontem, qui interruptus erat, ac multitudine fugientium preſſus, in Tyberim deturbatur*, juxta verba ejuſdem *Lactantii de Mortibus Perſecutorum cap.* 44. quem refert *d. Pater Graveſon d. Tom. 1. Quarti Eccleſiæ Seculi Colloq. 1. pag.* 240.

Inſignis Victoria hæc deſcribitur à Va-
16. te .

Milvius exceptum Tyberina in Stagna Tirannum
Præcipitans, quænam victricia viderit arma
Majeſtati Regi, quod ſignum dextera vindex
Prætulit, & quali radiarunt Stemmate pila.

quæque

quæque carmina habentur apud *d. Juſtinianum pag.* 16.

Atque victricia Conſtantini Arma *Pru-*
17. *dentius* antiquus, priuſque Poeta ſic cecinit adverſus *Symmacum lib.* 1.

Chriſtus purpureum gemmati textus in auro
Signabat Labarum, Clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat Summis Crux addita Criſtis

Quæ carmina habentur penes *P. Philippum Bonanni in Catalogo Equeſt. in Monit. ad Lectorem* §. Ne fu ſenza: *d. Juſtinianus pag.* 16. *d. Pater Honoratus pag.* 86.

Ob tam illuſtrem Victoriam Triumphumque, cujus vigore Roma, & Senatus in libertatem emerſit, & Chriſtiana Reſpublica, meritò Conſtantinus dictus fuit Pater Patriæ, Reſtitutor Libertatis Romanæ, Fundator quietis, & Imperator univerſi, & Imperiali Diademate coronatus: de quibus agunt omnes Scriptores tum veteres, tum Neoterici.

Prudentiſſimus autem, & undequaque perſpicax Conſtantinus Magnus Imperator, partam hanc Victoriam, celeberrimumque Triumphum ſolum Chriſto Dño acceptum referens, nulla interpoſita mora, Chriſtianæ Religionis Myſteriorum notitia imbui ſategit. Cumque ſubinde moleſto, & turpi Leprę morbo laboraret Imperator, & torqueretur, & ad eundem curandum, Infantium Sanguine Balneum adhibendum eſſe ſuaderent Medici, Conſtantino Imperatori Sancti Petrus, &
17. Paulus in quiete apparuerunt, eumque monuerunt, & præceperunt, ut ſi à Lepra liberari vellet, omiſſa impii Balnei immanitate, Silveſtrum in Soracte Monte latitantem accerſeret. Cœleſtibus monitis obtemperans Imperator, Sanctum Silveſtrum Pontificem Maximum ad ſe advocavit, & per manus ejuſdem Divi Silveſtri Chriſtiano Ritu Sacri Baptiſmatis ablutus fuit aquis, factuſque Chriſtianus, ſtatim etiam à corporali Leprę morbo evaſit. Hiſtoriam hanc ſic narrant Scriptores: *Eminentiſſimus Baronius Annalium Eccleſiaſticor. ad annum prædictum: d. Abb. Juſtinianus loco ſuperius allegat. d. Bergamaſchi a pag.* 4. *cum ſeqq.*

De ſuſcepto Baptiſmate à Conſtantino Imperatore, quoad locum, & tempus, triplex ſcripſit Auctorum Claſſis. Alii enim, relatis hinc inde opi-
18. nionibus, quod Romæ, quod Nicomediæ, quod tempore ejus mortis eidem fuerit collatum, indeciſam rem reliquunt, ut videre eſt apud *Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſt. Tom.* 1. *Seculo* 4. *Colloq.* 1. *pag.* 242., *& ſeq clar. me. Card. Gottum in Volumine de Veritate Chriſtianæ Religionis Tom.* 7. *Parte Secunda cap.* 45. §. 3. *n.* 1.

Dicunt alii fuiſſe à Conſtantino ſuſcep-
19. tum Baptiſmum prope Nicomediam, & in ultima infirmitate, & propediem morituro, & paucis horis ante mortem petiiſſe, & obtinuiſſe Baptiſmum ab Euſebio Nicomedię Urbis Epiſcopo Ariano, ut inquit *Lambecius in fine Tom.* 5. *Bibliothecæ Cæſareæ*: *Papebrochius in Tom.* 5. *Actorum Sanctorum Menſis Maii in Vita Conſtantini Magni*, ubi quod ita tamdiu diſtulit ſuſcipere, quia intendebat illud in aquis Jordani ſumere.

Meliori autem rationum munimine, ac
20. communiori allegationum calculo teſtantur cœteri revera Imperatorem Conſtantinum, Sacrum ſuſcepiſſe Baptiſma per manus Summi Pontificis Divi Silveſtri eodem anno 324. quo fuit à lepra mundatus, & ſic viginti tribus annis antequam obierit: quam veritatem antiqua comprobant Documenta,

menta, major, illuſtriorque Hiſtoricorum tum Græcorum, tum Latinorum numerus, de quibus *Card. Baronius ad annum* 324. *Guarinus*, *Juſtinianus*, *Collector Gallus prææallegati* cum aliis apud eruditum *Dominicum Berninum* - *Iſtoria di tutte l' Ereſie Tom.* 1. *Secolo* 4. *cap.* 6 *pag.* 243. *juxta impreſſ. Venetam Typis Baglioni* 1745. *Pater Foreſti Mappamondo iſtorico Tom.* 2. *lib.* 21. *pag.* 419., *& ſeqq. juxta impreſſ. Parmæ Typis Galeatii Roſati* 1695.

Imo manifeſte rem demonſtrant mar-
21. morea Monumenta, ab antiquo Romæ adhuc exiſtentia in ipſo Baptiſterio, Conſtantini nuncupato, ubi ſculpta legitur memoria recepti à Conſtantino Baptiſmi, ſicuti notat *d. Berninus d. pag.* 243. ubi relata tertia quadam inſubſiſtente aliquorum aſſertione, quod ſcilicet Conſtantinus fuerit primo loco Romæ à Sancto Pontifice Silveſtro ritu Catholico baptizatus, ſecundo prope Nicomediam ab Ariano Epiſcopo ritu Ariano rebaptizatus, optime idem *Berninus* reſpondet, & inſubſiſtentem eſſe demonſtrat hanc aſſertionem, qua ſane nimis eximia in Conſtantino Imperatore Catholicæ Fidei Religio, & hiſtorica veritas læderetur, & unde
22. quaque ſuis moribus Catholicæ Vitæ ſeries uſque ad mortem peracta, qua apud Catholicos Græcos inter Sanctos recenſeri promeruit, in perſum rueret.

Ulterius demonſtrat *Berninus* antedicto
23. loco, reddi omnino falſam hanc tertiam opinionem, quod ab Ariano Epiſcopo fuerit rebaptizatus Conſtantinus; cum enim idem Conſtantinus completis Imperii ſui triginta duobus annis, in ætate annorum 63. obierit, anno 337. die 22. Maii, quo tunc incidit Pentecoſtes Feſtum, tunc temporis Ariani nondum infecti erant erroribus Donatiſtarum, & Anabaptiſtarum de iterando Baptiſmo, qui error fuit ab Eunomio, qui primus dicitur quod Catholicos rebaptizaverit, in Arianos translatus, quando iſti ſe univerunt cum Donatiſtis, & Anabaptiſtis, & reciprocis erroribus ſe coinquinaverunt, quæ omnia evenerunt longe poſt mortem Conſtantini, hoc eſt viginti tribus annis poſt illius obitum. Quomodo ergo dici poteſt, quod Euſebius Arianus, nondum infectus Donatiſtarum, & Anabaptiſtarum erroribus, Conſtantinum rebaptizaverit?

Rurſus aereum detegitur aſſertum ſuperius tactum, quod Conſtantinus ſu-
24. ſceptionem Baptiſmi diſtulerit, quia illud in Jordane ſuſcipere intendebat: nam etſi vera fuiſſet intentio Imperatoris, tandiu certe non diſtuliſſet, nec per tam longum tempus tam magnam rem procraſtinaſſet; adeo enim enormis tarditas, hoc eſt per annos 23., & procraſtinatio offenſiva eſt pietati, & Religioni Chriſtianiſſimi Imperatoris, cujus Auguſta Mater Diva Helena in Urbe Sacrum Baptiſma per manus Divi Silveſtri Pontificis ſuſcepiſſe ſcribunt Auctores, quos inter *Pater Paulus Morigia* - *Iſtoria dell' Origine di tutte le Religioni cap.* 31. *pag.* 93. *à tergo juxta impreſſ. Venetam Typis Hæredum Petri Fini* 1575.

De triplici prædicta Diſquiſitione ſuper Baptiſmo Imperatoris Conſtantini, utrum Romæ receperit per manus Sancti Silveſtri, vel Nicomediæ collatus ei fuerit, aut potius Romæ, & Nicomediæ, videri poteſt pleniſſima Diſſertatio *Emmanuelis Schelestres in Antiquitate illuſtrata Parte Secunda Diſſert.* 3. *cap.* 6. ubi dicta tria puncta hinc inde examinat, & pro Baptiſmo Romæ collato ſolidiſſima addu-

adducit motiva ex utraque parte, nec non ſolidiſſimas animadverſiones adducit quoad rebaptizationem, de qua Conſtantinum etiam pœnituiſſe videtur in poſteriori autem d. ſuæ Diſſertationis Paragrapho.

Ponderari etiam poteſt, & debet hæc iterationis hujus Baptiſmi improbabi-
25. litas, ac contra omnem veri imaginem aſſerta; ex quo teſtantur Scriptores, quod ab Arianorum erroribus ſemper abhorruit Conſtantinus, quodque memoratum Euſebium Catholicum eſſe credebat Imperator. Hinc nemo non videt reddi incredibile, quod d. Euſebius ſe Arianum patefecerit coram Imperatore, ſicut & Imperatorem erroribus Arianis adhæſiſſe: unde potius dici debet Euſebium id ſcripſiſſe longe poſtquam infectus remanſit hæreſi Donatiſtarum, & Anabaptiſtarum de iterando Baptiſmo. Niſi velimus dicere, quod aſſertum Baptiſma nil aliud fuerit, quam aliqua Benedictio illi impertita, vel abſolutio, quodque erronee nuncupatus fuerit Baptiſmus, quemadmodum in conſimili ſimplici Benedictione Campanarum obloquuntur Hæretici, aientes, quod à Nobis baptizantur, quemadmodum notat clar. me. *Cardinalis Gotti in ſuo Volumine -- La Vera Chieſa di Criſto Tom. 1. pag. 551.*

Nuper de Menſe Junii currentis anni 1750. cum occubuiſſet bo. me. Comes Antonius Guido Merlinus Patricius hujus Civitatis Forolivii, relictis poſt ſe ex bo. me. Comitiſſa Maria Franciſca Piazza, Nobili pariter Forolivienſi Uxore ſua, duobus filiis Maſculis in minorili ætate, Co. nempe Simone Franciſco, & Comite Hieronymo Germanis Fratribus, ſucceſſive ad hanc Patriam ſe contulit dicti Co. Antonii Guidonis Germanus Frater, Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Ludovicus Archiepiſcopus Athenarum, & ad Sacram Majeſtatem Caroli Emmanuelis III. Sardiniæ Regis ſemper invicti, ac Sabaudiæ Ducis glorioſiſſimi Nuntius Apoſtolicus, ut domeſticis Familiæ ſuæ Merlinæ negotiis occurreret.

Hinc Nos cum laudatiſſimo Antiſtite, revera undique ſcientiis, atque optimarum artium ſtudiis erudito, plures ſermonem habuimus ſuper hoc noſtro Volumine Hiſtorico Legali de Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus, & quadam die Diſcurſum hunc agentem de hac Militari Religione Conſtantiniana perpendentes, venimus ad Hiſtoricam illam Narrationem de Baptiſmo Conſtantini Magni Imperatoris; Noſque ei ea omnia oſtendimus, quæ ſuperius exaravimus. Ad hæc ſtatim doctus Præſul ſubiunxit, quod rem totam adamuſſim, eadem Methodo Documentiſque examinavit, & reſolvit eruditiſſimus, & modernus Auctor *Pater Abbas Don Robertus Sala Taurinenſis, Ordinis, & Congregationis Sancti Bernardi Abbatis in Notis, & Obſervationibus ad Tractatum clar. me. Cardinalis Joannis Bona, ſub Titulo Rerum Liturgicarum duobus Tomis diviſum, & quidem Tom. 1. Parte Prima Lib. 1. cap. 16. §. 3. à pag. 336. juxta impreſſionem Auguſtæ Taurinorum ex Typographia Regia* 1747. Hæcque duo Volumina, una cum aliis duobus Tomis, Conciones bo. me. Abbatis Badia, Taurini ſimiliter impreſſa, prælaudatus Illuſtriſſimus Nuntius Apoſtolicus humaniſſime Nobis dono dedit. Egregie profecto totam doctiſſimus *Pater Abbas Don Robertus Sala* enucleat materiam de Baptiſmo Imperatoris Conſtantini, & præter adducta per Nos ſuperius, manifeſtis indicatis Docu-

Documentis, demonſtrat opinionem illam præcellere, aſtruentem Conſtantinum fuiſſe Romæ baptizatum, cæteraſque diverſas opiniones reiicit, & de medio tollit obiecta.

Conſtantinus Imperator, Sacro Baptiſmate recepto, ac Chriſtianorum caractere inſignitus, totus vere Chriſtianus, Chriſtianis ſummopere favebat, Chriſtianamque Religionem impenſe venerabatur: non ſolum proinde legem tulit, ne deinceps Venerabilis Crux, ſignumque Salutis ad ſupplicium adhiberetur, juſſitque ſuo in Imperiali Diademate Crucem extolli:
26. tamque ardens erat in Crucem Amor, ut Statuas in ejuſdem Imperatoris honorem publicis in locis elatas, ipſe Imperator ingratas haberet, ſi Cruce ornatę non eſſent, manibuſque Sacrum Vexillum gererent, ut ſcribit *d. Bergamaſchi pag.* 4., & ante eum *d. Juſtinianus pag.* 16.; ſed & voluit, quod ejus proprium pectus eadem Auguſta Dominicæ Crucis Teſſera decoraretur, & ita res, quæ antea hominibus probro, ac ludibrio fuerat, venerationi, & gloriæ eſſe cœpit. Hinc ſolemni pompa Divus Silveſter Pontifex Maximus publice Conſtantino Imperatori avream Crucem tribuit deferendam, eadem ſane forma, qua erat Crux ab Angelo demonſtrata, ut nonnulli autumant Avctores, teſte *Jo. Soranzo in Libello .. Idea del Cavaliere pag. 66.*, & Apoſtolica auctoritate facultatem eidem conceſ-
27. ſit, & Jus conferendi aliis idem ſalutiferæ Crucis Signum ante pectus ſimili modo geſtandi; ſubindeque ipſe Imperator Cruce munitus, Imperialis Avlæ ſuæ Nobiles primarios, palam Apoſtolica facultate ſibi facta utens, Crucem ferendam contulit, & Sacra hac Teſſera decoravit, Equiteſque creavit: *Nicephorus Caliſtus Hiſtor. Libr.* 7. *cap.* 48. *Pater Mendo de Ordin. Milit. Diſq.* 1. *quaſt.* 2. §. 1. *ſub n.* 15. *Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 2. *pag.* 12. ubi ſculptum Marmor refert Romæ exiſtens, in quo conſpicitur effigies Imperatoris Conſtantini in Imperiali Solio ſedentis, & Equeſtrem Crucem Nobilibus Viris conferentis: de ea meminit *d. Bergamaſchi pag.* 7. *Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 2. *cap.* 6. *à pag.* 89. *cum ſeqq. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Beſogne* 1726. quos ſplendidis nuncupavit Titulis,
28. ſtatuitque Defenſores Sanctæ Fidei Catholicæ, ac Chriſtianorum, nominiſque Chriſtiani Tutelares, & tandem Socios, & Cuſtodes ſui corporis appellavit: *Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. Parte Prima cap.* 2. *pag.* 18. fuſe *d Bergamaſchi pag.* 7. *& ſeq. d. Hermant pag.* 91.

Peculiariter autem in cuſtodiam Imperialis Labari Cruce, avro, gemmiſque
29. locupletati, idem Imperator ſtatuit, decrevitque quinquaginta ſelectos Milites, illuſtreſque Avlę ſuæ Equites, ut refert *Euſebius Lib.* 1. *cap.* 20. *d. Pater Honoratus ubi ſupra: Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 2. *ſub cap.* 6. *pag.* 91.

Hinc quidquid aliqui dixerint, ſuaſionibus Sanctæ Helenæ Imperatricis Matris, poſt inventam ab eadem in Calvarię Monte Crucem Domini
30. noſtri Jeſu Chriſti, Conſtantinum illius filium inſtituiſſe Militarem Ordinem in honorem inventæ ab Helena Sanctæ Crucis, & eandem Militarem Religionem Cruce ſignaſſe, quemadmodum refert allegatus *Soranzo d. pag.* 66. concors opinio eſt, quod Conſtantinus devenit

devenit ad fundationem Militaris Or-
31. dinis ob cœleſtia monita, ut ſuperius diximus, accepta, quodque ex Equitibus, ut præmiſimus, a Conſtantino creatis, auream Crucem, & Calcaria gerentibus exordium ſumpſit Equeſtris hic Ordo, & Religio, quæ de Imperatoris nomine nomen accipiens, Conſtantiniana nuncupata eſt, illiuſque Equites Conſtantiniani dicuntur; & ex Angelica voce, quæ eidem
32. Imperatori intonuit, ut prænotavimus, vocantur quoque Equites Angelici: ex Cruce avro circumornata, nuncupantur etiam Equites avrati, & etiam ex Torque avrea Magnæ Crucis Equitibus ab Imperatore indulta, & Sancti Georgii, ſicut teſtantur *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. n. 15. Tamburin. de Jure Abb. Tom. 2. Diſput. 24. quæſt. 3. n. 7. Auguſtinus Paradiſi dell' Uomo Nobile Tom. 1. P. 3. cap. 3. n. 5. P. Philippus Bonanni in Catalog. Ord. Equeſtr. in Litt. ad Lector., & ſub n. 24. in Corpore. Clericat. de Penſion. Diſcord. 12. n. 1., & 2. & Abb. Juſtinian. d. pag. 20.*
33. Equites, avrei, vel avreati, appellabantur; quippe qui auream geſtabant Crucem, una cum Calcaribus avreis avreæ Torqui appenſam: *d. Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. n. 15.* Nos vero Itali ***Cavalieri Avrati, & Avreati dello Speron d'Oro***, ut oſtenſum eſt in *Diſcurſu de Avreatis & Calcaris avrei Equitibus*, qui Diſcurſus eſt in hoc Volumine *Diſcur. 35. a pag. 507. cum ſeqq.* & conſonant cum aliis ſuperius allegatis *in hoc Diſcur. §. Concors.*
Præterea, ab aliis vocantur Equites Conſtantiniani, Equites Angelici, quia eoſdem inſtituit Conſtantinus, qui appellabatur Conſtantinus Angelus, hoc-
34. que illius Cognomentum erat, & ab illo deſcendens Familia vocabatur Angela Flavia Comnena, quæ ſuo in Stemmate Angelum principaliter gerebat; vel demum id derivat ab Angelo, qui Conſtantino apparuit, oſtenditque ei Crucem Avream: *d. Mendo d. n. 15.*
Porrò antedictus Equitum Ordo ſic à Conſtantino inſtitutus, primarius fuit
35. Ordo Equitum in Orbe Catholico conſtitutus, cum etiam tunc in Urbe antiquus Romanorum Equitum Ordo duraret. A dicto autem Conſtantiniano Ordine omnium antiquiſſimo, normam ſumpſere quotquot ſucceſſivis Seculis Militares Equeſtres Cruce inſigniti Ordines inſtituti fuerunt; ut notavit etiam *d. Pater Iacobus Gretſerus in ſuo Volumine de Cruce Libr. 2. cap. 57.* & plene Scriptoribus cujuſque Nationis comprobat *d. Pater Honoratus Libr. 1. Diſſert. 5. Art. 4 pag. 75. & ſeqq.* Vivebant avtem Equites, abſque eo quod ullam profiterentur Regulam, ad tradita per *d. Honoratum a Sancta Maria d. Lib. 1. Diſſert. 5. Art. 3. pag. 75.*
Sub Principibus ab Imperiali Stirpe Conſtantini Magni deſcendentibus, quorum nomenclaturam refert *d. Andreas Guarini. Origine, e Fondazione di tutte le Religioni Militari cap. 7. cum ſeqq. juxta impreſſ. Vicentiæ Typis Antonii Amadii 1614. d. Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 2. à pag. 39. cum ſeqq. Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. §. 2. à pag. 61. cum ſeqq. Tom. 1* dicti Equites avreati, ac Calcaris avrei, ab eorum inſtitutione non brevi tempore floruerunt, nulli tamen Regulæ ſubiecti, aut Regulari Di-
36. ſciplinæ, ſed liberi, & ſoluti vivebant ab omni Votorum emiſſione, citraque ullam ſubſtantialem

 Pro-

Profeſſionem, ac in ſtatu mere laicali, & honorario, donec ſucceſſivis temporibus eorundem Principum opera paulatim illorum pars Religioſo Inſtituto adhæſere, etiam Clauſtra adeundo, atque ad Eccleſiaſticos gradus ſe promovere faciendo, ut notat allegatus *Abb. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 2. dictus Petrus Franciſcus Bergamaſchi à pag. 11. cum ſeq.*

Acceſſit ad hoc confirmatio Pontificis; acceſſere Conſtitutiones peculiares S. Baſilii: *d. Bergamaſchi ubi ſupra p. 14.*

Præcipue vero regnante Alexio Iſacio
37. Angelo Flavio Comneno nuncupato, Magno Ordinis Reformatore ſub annis 1190. circiter, hæc reformatio incrementum accepit atque emerſit Militaris hæc, & Equeſtris Religio dicata glorioſiſſimo Chriſti martyri Divo Georgio: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria lib. 1. Diſsert. 5. Art. 3. Diſſert. 6. Art. 2.* ubi late; quæ Religio in ſubſtantia Ramus eſt deſcendens ab Ordine Equitum avreatorum calcarium, quem Conſtantinus inſtituit, ut ſupra diximus: & ſi-
38. cut cœtus iſte Equitum, qui ſub primo antiquoque Inſtituto remanentes continvarunt in denominatione ſimplicis Honorariȩ Militiæ, aut Ordinis Imperialis Equitum Calcaris avrei; ita ex prænominata reformatione, ut Ramus ab ea deſcendens, nun-
39. cupata fuit, & nuncupatur *Militaris Religio Conſtantiniana Sancti Georgii, Religio Angelica S. Georgi, aut Avreata, Ordo imperialis Sancti Georgii*, ſicut tradit *d. Petrus Franciſcus Bergamaſchi pag. 12., & ſeq. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 2. pag. 20. d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. Lib. 1. Diſſert. 6. Art. 2. d. Hermant pag. 91., & ſeq. Tom. 2.* Quemadmodum late narravimus etiam in noſtro *Diſcurſu de Equitibus Avreatis, ſeu Calcaris Avrei* in hoc ipſo Volumine *Diſcurſu* 35. ut diximus, *à pag.* 507.

Alexius Imperator filius Iſaac Angeli Imperatoris Conſtantinopolitani conſtitutus Magnus Magiſter, ſtatuto mandavit, ut Equites eſſent Nobiles quatuor laterum, promitterent etiam Voto fidelitatem erga eorum Principem, ac Magnum Magiſtrum, & tenerentur defendere Viduas, & Orphanos, ſervare Vexillum Conſtantinianæ Militiæ Sancti Georgii, obſervare Statuta Ordinis, & Conciliis, aut Capitulis aſſiſtere; quotidie deferre Crucem Ordinis, & ſervare Caſtitatem Coniugalem, Charitatem exercere, & *de ne refuſer jamias l' aumone aux paures; de defender l' Egliſe; de ne ſe jamas plaindre dans les travaux; de ne ſe point vanter d' avoir fait de grandes actions; de ne point jover aux jeu de azard; de fuir le Duel*: quod Heretici, & de fellonia, ut dicitur, convicti, vel campum deſeruere, ab Ordine ſemper eſſent excluſi. Vide *d. Patrem Honoratum à Sancta Maria d. Libr. 2. Diſsert. 6. Art. 3. pag. 94. Collectorem Gallum Tom. 1. §. 2. pag. 59.*

Hic notamus, quod non ſolum Ordo Conſtantinianus, ſub Titulo militat
40. inclyti Martyris Divi Georgii, ſed plures alii erecti fuerunt Equeſtres Militares Ordines ſub ejuſdem glorioſiſſimi Sancti Georgii Vexillo. Ille ſcilicet fundatus in Alemania anno 1280., vel à Rodulpho Habſpurgico in Carinthia, vel a Friderico III., aut Maximiliano Primo anno 1494. Ille erectus in Germania a Friderico IV. anno 1450. Ille de Alphama in Aragonia 1201. in Anglia 1435. Romȩ 1492. ſub Alexandro VI. Pontifice, & à Pio IV., & Ravennæ à Paulo III. Et in Januæ Civitate

1452.

1452. de quibus omnibus ſingulariter agimus in præſenti Volumine.

41. Vetuſtiſſimæ præclariſſimæque Militaris hujus Religionis hiſtoricam originis ſeriem, ex modernis Criticis Scriptoribus impugnare ſatagentes, nonnulli, fabuloſam illam eſſe penitus jactant, quemadmodum conſtat ex famigerata Epiſtola *De Fabula Equeſtris Ordinis Conſtantiniani* clariſ. cœteroquin Viri, & inter noſtri Seculi eruditiſſimos, Magni quidem nominis, & æſtimationis *Domini Scipionis Maffei Marchionis Epiſt. Tiguri* 1712. in 4. de qua meminit *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 1. *ſub Tit. des Duels cap.* 8. *pag.* 63. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel.* 1721.

42. Eorumque ratiocinium quatuor ſic aſtruunt capitibus. Primo, quod nulla Militaris Religio ante ſeculum duodecimum reperitur; unde ſcriptum reliquit *Pater Papebrochius* apud *Bollandum Tom.* 2. *Aprilis pag.* 155. de hoc ipſo Conſtantiniano Ordine -- *Fallunt, aut volentes falluntur adulatorio ſtudio placendi abrepti, quicumque Militarium Religionum principia ante ſeculum duodecimum requirunt: d. Collector Gallus d. Tom.* 1. *in Diſcurſu præliminari pag.* 23. cum ſeqq. *Pater Joſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſis Clericus Regularis Congregationis Matris Dei ex lingua Gallica in Italicum Idioma translata Hiſtoria degli Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari Tom.* 1. *cap.* 31. *pag.* 260. *juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Joſephi Giuntini* 1737.

Secundo. Quod Auctores coævi de hac inſtitutione non loquuntur.

Tertio. Quod Epiſtolæ Sancti Leonis Papæ Primi Imperatori Marciano anno 456. confirmantes Ordinem ſub Regula S. Baſilii ſcriptæ in Archivio ſolum Romanæ Curiæ adſunt, ſicut & aliæ litteræ Leonis I. Imperatoris, & de recenti ſolum anno 1533. repoſitæ cum aliis Scripturis: *d. Fontana pag.* 262.

Quarto. Quod ſolumodo conſtat Imperatorem Iſacium Angelum Comnenum ſub anno 1190. ſuper hac Militia edidiſſe Statuta, & ſic ille dici poteſt Ordinis Inſtitutor: *d. Fontana d. pag.* 262., & prædicta omnia cumulat *d. Collector Gallus d. Tom.* 1. *d. cap.* 8. *pag.* 65. *Fontana* ubi ſupra.

Unde *Dominus Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corollario celebriorum Ordin. in Chriſtianitate* in verbo *Sancti Georgii, vel aurei Angeli pag.* 277. *quod Corollarium eſt impreſſ. in calce Tractatus ejuſdem Auctoris, ſub Titulo -- Adnotationes Hiſtoricæ Ordinis Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730. ſcriptum ſic reliquit: *Sancti Georgii, vel aurei Angeli Equites Paleſtinæ dicuntur inſtituti à Conſtantino Magno anno trecenteſimo duodecimo: Alii vero Originem appropriant Imperatoribus Orientis de Familia Comnenorum.*

Antedictus *Pater Fontana* ubi ſupra, qui cum omnia exponat, Nos ejus verba hìc tranſcribimus: inquit ergo *d. Tom.* 1. *cap.* 31. *pag.* 265. „ Affine di pro„ vare l' antichità dell' Ordine di „ Coſtantino, ſi producono an„ cora delle Lettere ſcritte da S. Leo„ ne Papa nell' 456. per quanto ſi „ pretende all' Imperadore Marciano, „ colle quali egli conferrò dett' Or„ dine ſotto la Regola di San Baſi„ lio, ed altre lettere dell' Impera„ dore Leone I. del 489. E' vero „ che elleno ſi trovano negli Archi„ vii

„ vii della Curia Romana, da i quali Coriolano, che è uno di quegli che intieramente, e fedelmente producono queſte Lettere, dice averle cavate. *Hę Litteræ deſumptæ ſunt ex Archiviis Romanæ Curiæ, & ex Regiſtris Uloæ Scriptoris:* Ma eſſeno non laſciano per queſto di eſſere apocrife, avvegnacchè ſol tanto nell' 1533. furono ripoſte in queſti Archivii, con alcune altre Scritture, e Privilegi preteſi da queſt' Ordine, che il Dottore Franceſco Malvezzo ebbe la cura di fare ſtampare in Piacenza nell' 1575. Queſta notizia la ricavo dal Diſcorſo, che il Conte Majolino Biſacciani Cavaliere del medeſimo Ordine pone avanti gli Statuti di queſt' Ordine, ſtampato in Trento nel 1624., ed in Roma nello ſteſſo anno per ordine del Gran Maeſtro Don Marino Caracciolo Principe d' Avellino, che nel medeſimo anno aveva tenuto un Capitolo dell' Ordine ad Avellino nel Regno di Napoli, ove queſti Statuti erano ſtati diſteſi, ed erano appunto quelli fatti dall' Imperadore Iſaccio Angelo Comneno, che furono rinovati nel 1190.

„ Queſt' Imperadore, cui l' Abate Giuſtiniani dà il nome di Riformatore di queſt' Ordine, potrebbe bensì eſſere, che ne foſſe ſtato l' Iſtitutore, e che egli ſteſſo li aveſſe dato il nome di Coſtantino, a riguardo dell' Imperadore Coſtantino, della dicui Deſcendenza pretendono di eſſere i Comneni. Potrebbe altresì eſſere, che egli gl' aveſſe dato il nome di Angelico, perchè eſſo portava il nome d' Angelo, e che vi aveſſe per fine aggiunto quello di Giorgio, perchè poſto da lui queſt' Ordine ſotto la Protezione di queſto Santo Martire; e come la Regola di S. Baſilio era la ſola accreditata in Oriente, può ancora avergli aſſoggettati a queſta. Eccovi per quanto a me pare, quale antichità però ragionevolmente accordaſi a queſt' Ordine.

„ Poſſiamo però Noi quì maravigliarſi non poco, che l' Abate Giuſtiniani non faccia veruna menzione di queſto Gran Maeſtro Caracciolo. Può mai crederſi, che queſt' Autore Cavaliere, e Gran Croce dell' Ordine di Coſtantino, non abbia avuta cognizione di queſto Gran Maeſtro, come ancora di due Edizioni di Statuti dello ſteſs' ordine, fatta una in Roma, l' altra in Trento nel 1624. per Ordine di queſto Gran Maeſtro, in fronte alle quali ſi legge il dilui nome? Se queſto Gran Maeſtro non aveva legitimamente occupata queſta Carica, pare che l' Abate Giuſtiniani doveſſe ridirci, in qual modo eraſi egli uſurpato il Gran Maeſtrato: e ſe egli era legitimo, non doveva certo eſcluderlo dalla Cronologia de' Gran Maeſtri. Può eſſere, che l' Abate Giuſtiniani per avere dell' amicizia colla Caſa Comnene, o per qualche altro motivo a Noi ignoto, non abbia voluto informare il pubblico dello ſtato deplorabile, in cui queſta Caſa anticamente Padrona dell' Impero di Oriente, vedeſi caduta, allorche gl' Infedeli ſe ne impadronirono, obbligata a cercare il ſuo ſoſtentamento dalla benignità de' Principi Criſtiani.

„ Di queſta Famiglia, quaſi ſepolta ſotto le ruine di queſt' Imperio, appena vi reſtarono alcuni rampolli, i quali ben lontani dal potere

„ ter mantenere l' Ordine di Co-
„ ſtantino, la dicui Gran Maeſtran-
„ za era in queſta caſa ereditaria,
„ trovandoſi più toſto loro medeſimi
„ in neceſſità di mantenimento. Una
„ parte di eſſi andarono a Venezia,
„ e l'altra a Roma, cercando dalla
„ pietà de' Principi il loro ſoſtenta-
„ mento. Il Conte Andrea Comne-
„ ne, che dimorava in Roma
„ verſo la metà del decimo ſeſto ſe-
„ colo, ed a cui il Papa aveva aſſe-
„ gnata una penſione di cento ſcu-
„ di d' oro il meſe, eſſendo mala-
„ mente pagato, e reſtando credito-
„ re di 28000. ſcudi, pigliava dena-
„ ro indiferentemente da chiunque
„ per crear Cavalieri, e tra gli al-
„ tri diede la Croce a due Birbanti,
„ uno de' quali ſi chiamava Giorgio
„ di Ceffalonia, e l'altro Nicolò d'
„ Aleſſio, che ambedue ſi ſpaccia-
„ vano della Famiglia Comnene,
„ perlocchè il Co. Andrea, come
„ Gran Maeſtro dell' Ordine, conceſ-
„ ſe loro molti Privilegi, in vigore
„ de' quali eglino di poi preteſero
„ altresì di avere il diritto di creare
„ Cavalieri: ma il gran Maeſtro Pie-
„ tro Comneno Principe di Cilicia
„ Padre di Gio. Andrea, e Nipote del
„ Conte Andrea vi ſi oppoſe: benſi in
„ queſto particolare ſi fece un Pro-
„ ceſſo in Roma nel 1592., e per ſen-
„ tenza data nello ſteſs'anno da Proſ-
„ pero Farinaccio Vicario delle Cauſe
„ Criminali di Camillo Borgheſe
„ Auditore della Camera Appoſtoli-
„ ca, e confermata nel 1594. da
„ Pompeo Malella Vicario Crimi-
„ nale di Franceſco Aldobrandino
„ Comiſſario deputato per queſta
„ Cauſa da Papa Clemente VIII.,
„ queſto Giorgio di Ceffalonia fu
„ condannato in Galera a vita, per
„ avere ordinati de' Cavalieri di queſt'
„ Ordine, appartenendo queſto gius
„ alla ſola Famiglia Comnene. La
„ Sentenza fu eſeguita, ed egli di-
„ morò in Galera fino all'anno 1597.
„ nel qual anno ne fu cavato per la
„ età ſua molto avanzata; ma gli
„ fu proibito, ſotto pena di morte,
„ il creare per l'avvenire de' Cavalie-
„ ri. Nicola d' Aleſſio fu ſolamente
„ bandito per ſentenza data nello
„ ſteſs' anno 1597.
„ Queſto Gran Maeſtro Pietro Comne-
„ ne, che era altresì Principe di Ci-
„ cilia, e di Macedonia, avendo au-
„ ute delle Cariche nelle Armate di
„ alcuni Principi, ſoſtituì in ſuo luo-
„ go per governare l' Ordine, Don
„ Vincenzo Leofante Caracciolo
„ Gran Priore di Coſtantinopoli,
„ il quale fece ſtampare gli Statuti
„ dell' Ordine nell' 1583., che era-
„ no già ſtati ſtampati in Ravenna
„ nel 1581., di poi paſsò in Iſpa-
„ gna, ove li venne controverſa la
„ dignità di Gran Priore di queſt'
„ Ordine, e li furono levate tutte
„ le ſue Scritture, ed i ſuoi Privile-
„ gi, benchè poi gli foſſero per
„ ordine del Re l' anno 1588. re-
„ ſtituiti. Furono altresì in queſto
„ Regno moleſtati molti Cavalieri
„ dello ſteſſo Ordine, a cagione de'
„ Benefizj, che poſſedevano, ed eſ-
„ ſendo ſtato portato l' affare in
„ Roma, la Congregazione del Con-
„ cilio dichiarò con ſuo Decreto
„ del 1596., che eglino poteſſero
„ poſſedere Benefizj, ſenza averne
„ Diſpenſa da Roma.

In Volumine, cui Titulus ... *Li Sovrani del Mondo Tom. 4. impreſſ. Venetiis Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin 1720. ſub §. degli Ordini di Cavalleria pag. 273.* Quoad Ordinem Militarem Sancti Georgii ponens ejus Originem ſub anno 1200. ſic lo-

ſic loquitur.

„ Senza fermarci nell' opinione di quel-
„ li, che attribuiſcono l'inſtituzione
„ di queſt' Ordine all' Imperador Co„
„ ſtantino il Grande, di cui la
„ Storia quantunque eſatta non ci
„ dà certezza; Noi ſeguiremo il
„ ſentimento più accreditato, met-
„ tendo la ſua Origine verſo il duo-
„ decimo Secolo, ſotto i Principi
„ della Caſa Imperiale de' Comneni.
„ Contanſi ſino a trentaquattro gran
„ Maeſtri di queſta Famiglia, che
„ ſi ſono ſeguitati quaſi ſenza inter-
„ ruzione.

Verum, cum ex premiſſa hiſtorica Narratione patens ſit, quod Ordo Eque-
43. ſter ab Imperatore Conſtantino, Pontificia etiam auctoritate fundatus, eſt ſimplex ille Equeſter Ordo, qui in ſua quidditate etiam de præſenti durat, hoc eſt Equitum avreorum, ſeu avreatorum, & Calcaris avrei, qui Ordo eſt ſtipes Religionis Conſtantinianę Sancti Georgii, hæcque Religio eſt veluti Ramus deſcendens à d. Ordine Equitum avreatorum, juxta late expoſita in noſtro *Diſcurſu de avreatis Equitibus, ſeu avrei Calcaris*.

Hinc penitus Criticorum Scriptorum
44. dilui videtur obiectum, Fundationem Militarium Religionum impugnans ante Seculum duodecimum; cum enim, ut diximus, Ordo Conſtantinianorum Equitum ab Imperatore fundatus, ſimplex Ordo Equeſter fuerit, non avtem Religio Militaris, multoque minus proprie, & formalis Religio cum emiſſione ſolemni trium Votorum ſubſtantialium, inapplicabiles ſunt allegatæ Avctoritates de fundationibus Religionum Militarium vere loquentes, quæque ſolum introductæ fuerunt ſub Seculo duodecimo.

45. Quod non procedit in fundatione ſimplicium Equeſtrium Ordinum, Societatum, Collegiorum, vel Cœtuum, quorum uſum longe ante extitiſſe conſtat ex Catalogo per Nos exarato una cum plurium Scriptorum allegationibus in *Diſcurſu de Equitibus Cruce Signatis Diſcurſ. 9. à n. 6. cum ſeqq.*, & conferunt quæ diximus *in Diſcurſu* De Cane, & Gallo.

Quibus retentis terminis, cætera omnia,
46. quæ in obiectis cumulantur, inſubſiſtentia remanent, & corruunt: nequaquam enim ſubſiſtit, quod Scriptores coævi, vel antiqui de hac Conſtantiniana Inſtitutione non fecerint verba; nam revera ſcripſere de Labaro, de Equitibus ex Imperatorum mandato ejuſdem Cuſtodiæ ſucceſſive præfectis, qui Equites non alii ſunt, quam Equites Conſtantiniani, ut bene oſtenſum eſt ſuperius.

Et tandem conſtat, quod re hac formi-
47. ter examinata per Supremos Judices Sacrę Rotæ Romanæ Auditores de Ordine ſa. me. Urbani VIII. anno 1629., ponderatis Avctoribus celeberrimis, ipſorumque Summorum Pontificum Bullis, & Regum ac Imperatorum Diplomatibus; quod Origo hujus Militiæ deducitur à Conſtantino Magno: liquet quod Imperator Iſacius non fuit Inſtitutor, ſed ſimplex Reſtaurator Ordinis à Conſtantino Magno longe ante inſtituti, ut his obiectis relatis plene rejectis, videre eſt penes *Abb. Juſtinianum d. Parte Prima cap.* 2. apud *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques lib.* 1. *Diſſertat.* 5. *Art.* 5., *& Diſſert. 6. Art.* 3. *per totum*.

Hujus Equeſtris Conſtantiniani Ordinis
48. Hiſtoriæ ſeriem proſequamur. Hic igitur, jure veluti hæreditario tranſmiſſus fuit ad Imperatores Conſtantino-

tinopolitanos: *d. Gretſerus de Cruce d. lib. 2. cap. 57.*

Et non immerito à variis Principibus, 49. Imperatoribus, Summiſque Pontificibus incrementum accepit. Leo quippe I. Græcorum Imperator anno 460., nonaginta poſt Conſtantinum, illum confirmavit: *d. Guarinus pag. 7.*

Summi vero Pontifices Pius II., Sixtus 50. IV. Innocentius VIII., Leo X. Paulus & Julius III. Paulus IV. S. Pius V., Gregorius XIII. confirmavere, ut apud *d. Guarinum pag. 8. Juſtinianum, Collectorem Gallum ubi ſupra.*

Glorioſiſſimum autem Chriſti Domini Martyrem Divum Georgium ſibi in 51. Tutelarem, Patronumque ſelegit Conſtantiniana Religio, quia ejuſdem, dum in Terris vivebat, Alumnus fuit, & Cruce inſignitus idem Divus Georgius, ac Religio Regulam ſervavit Sancti Baſilii, ſub qua etiam nunc vivit, ſicut notat *d. Pater Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. ſub n. 15.*

Et in propoſito Divi Georgii Martyris Patroni Ordinis, ſubdit *d. Abb. Juſtinianus d. pag. 21.* „ Fu indi conſacrato ſotto il Patrocinio del „ Glorioſo Martire S. Giorgio Nobile di Cappadocia, Conte, e Maeſtro di Campo dell' Imperio, la „ memoria del cui Martirio viveva recente, come quello che ſeguì l' anno „ 305., il dì 25. d' Aprile, atteſa la „ dichiarazione per eſſo fatta in faccia de' Perſecutori della Chieſa Diocletiano, e Maſſimiliano: Quindi „ ebbe con l' onore del Cielo quello del Mondo, di eſſere chiamato „ da Coſtanzo Protettore, e Difenſore de' Criſtiani; che perciò dalla detta Conſecrazione ſi chiamano li Cavalieri di S. Giorgio, come Protettore di tale Sovrana Milizia, eletto dal Pio Coſtantino. „ Atteſtano ciò le Iſcrizioni delle „ Monete di piu Imperatori, e principalmente di Majorano, le quali da una parte rappreſentano la „ Santa Croce col Motto - *Gloria Cœtuum Georgianorum.*

Præterea, quando hujus Ordinis Milites 52. Hieroſolymam expugnarunt, auxilium ei ſuppeditavit prælaudatus Sanctus Georgius, nam Equo albo equitans, pugnavit ipſe pro illis contra Hoſtes, à quibus Victoriam reportarunt, ſanctamque Civitatem ab eorum manibus eripuerunt, ut proſequitur narrando *d. Pater Mendo d. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. num. 15. d. Hermant pag. 91.*

Militat proinde Conſtantiniana Religio Sancti Georgii ſub Regula Sancti Baſilii Magni, fuitque pluribus Privilegiis munita a Summis Pontificibus Leone I., Julio III., Caliſto III., Pio II., Sixto IV., Innocentio VIII., Paulo *III.*, Sixto V. 53. Clemente *VIII.*, Sancto Pio V., Paulo V., Gregorio XV., Urbano VIII. de quibus *Pater Mendo d. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. n. 16. Pater Tamburin. de Jure Abbat. d. Tom. 2. Diſput. 24. quæſt. 3. n. 7. Abb. Juſtinianus, ubi ſupra. d. Hermant pag. 92. Clericat. de Penſ. d. Diſcord 12. n. 3.*

Sua habuit Statuta Militaris hæc Religio, & quidem edita à prælaudato Iſacio Angelo Flavio Comneno, renovata anno 1190., impreſſa in Civitate Tridenti anno 1624., & eodem anno Romæ juſſu Magni Magiſtri Marini Caraccioli, qui eodem tempore Capitulum Generale celebraverat Avellini, de quibus *d. Pater Fontana d. Tom. 1. cap. 31. pag. 262.*, Et infra de Statutis modernis.

Cumque tunc etiam temporis ſpes eſſet, quod hic Ordo tractu temporis late ſe extenderet; proinde in hujus

Ordinis Statutis cautum erat, quod Magnus Magiſter per totum Terrarum Orbem Vicarios Generales haberet. Vicarius itaque Italiæ reſidentiam tenere debebat in Civitate Ravennæ; Vicarius Alemaniæ in Civitate Colonienſi; Vicarius Galliarum Pariſiis; Vicarius Hiſpaniarum Valentiæ; Vicarius in Belgio Anverſæ; Vicarius Anglicanus Londini: *d. Collector Gallus d. Tom. 1. pag. 59. d. Fontana pag. 266.*

Quolibet Trimeſtri debebat haberi Concilium in Civitate Conſtantinopolitana, cum interventu Equitum Magnæ Crucis, Provincialium, ac Civitatum Priorum: *d. Pater Fontana d. Tom. 1. pag. 266.*

Hujus Militaris Religionis finis fuit, ut Milites Chriſtiani Nominis, quod a

54. deo extendere, & dilatare in votis habuit Conſtantinus Imperator, defenſores eſſent, illiuſque Hoſtes armis inſequerentur: *d. Pater Mendo Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. n. 17.*

Revera Conſtantinianus Ordo Torquatorum Equitum Ordo eſt, ut diximus, & ampliſſimam, ac pretioſiſſimam

55. Torquem deferunt Magnæ Crucis Equites. Ordo eſt Numiſmate ditatus, quod pendet à d. Torque. Ordo eſt Cruce ſignatus; habet enim in ſuam Teſſeram rubeam liliatam Crucem.

Ordo hic ſuum habet Vexillum, in quo ex una parte adeſt Imago Deiparæ

56. Virginis, & Crux cum Effigie Sancti Georgii Martyris, ac cum Lemmate *In hoc Signo vinces*: In alia Vexilli parte conſpiciuntur Inſignia Magiſtri Ordinis: ſic tradit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. n. 18. Abb. Juſtinianus ubi ſupra pag. 32. & ſeq.* Dicti Vexilli figuram tradit allegatus *Juſtinianus d. pag. 32. & ſeq.*

Teſſera hujus Ordinis, & Inſigne eſt

57. Crux liliata, quæ conſtruitur ex Serico villoſo, Italice *Velluto.* Quatuor Litteræ I. H. S. V. quatuor Crucis Angulis apponuntur, cæleſtia verba illa indicantes, quæ de Cælo Imperatori Conſtantino Magno intonuere, ſcilicet *In hoc Signo vinces.* Duo ulterius avrea conſpiciuntur haſtilia Græcam Litteram X. efformantia, in cujus medio adeſt Littera P. et ex duobus lateribus locatæ ſunt Litteræ A. V. atque ita conficitur Monogramma, Chriſti nomen Cruci affixi continens, duæque laterales litteræ ſignificant Chriſtum eſſe Principium, & Finem, a quo noſtrorum operum, exordium deſumere, & ad ipſum tanquam ſcopum illa dirigere tenemur, ut videre eſt apud *Guarinum d. pag. 7. Patrem Andream Mendo de Ordin. Milit. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. n. 17. d Patrem Honorat. a S. Maria Lib. 1. Diſſert. 6. Art. 7. pag. 118. & ſeqq. Sur la Chevalerie &c., & in explicatione Inſignium &c. pag. 455. ſub n. 4. d. Bergamaſchi pag. 15. ibi. L' Imperial Religione ſud. portò una Croce roſſa di Velluto Cremeſi, orlata d' Oro con l' eſtremità in forma gigliata, e nelle quattro eſtremità della Croce quattro lettere I. H. S. V. ſignificanti in hoc Signo vinces, con di più l' interſecatione, in mezzo della Crociera di un X., & P., & in mezzo di due lettere Greche A. & O. ſignificanti l' Alfa, & Omega, cioè, principium, & finis: Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. pag. 25. d. Hermant pag. 96. d. Patrem Fontana d. Tom. 1. pag. 267.*

Hujuſmodi Crucem deferunt etiam Equites ex Juſtitia aſſutam in Pallio: ante pectus avtem aliam conſimi-

58. lem Crucem ex avro, & encauſto rubro, ut dicitur *Smaltata di Roſſo* fabrefactam, catena avrea appenſam, e

Collo

Collo pendentem deferunt, & poſtquam Equites creantur, tenentur deferre Cruces prædictas in Pallio aſſutas, & avream ante pectus: *Bonannus ubi ſupra n. 25. & 29.*

Sic deferunt Equites Juſtitię, Sacerdotes Nobiles; Equites autem Sacellani Obedientię in Functionibus Eccleſiaſticis eandem Crucem deferunt; extra autem ſolemnes actiones Crucem geſtant avream collo appenſam, & aliam laneam Pallio aſſutam circumſeptam flavo funiculo laneo: *d. Bonannus n. 27.*

Equites vero Magnæ Crucis, qui ſunt 59. numero quinquaginta, quive in memoriam quinquaginta Militum in cuſtodiam Imperialis Labari aſſignantur, vocanturque etiam Senatores, in ſolemnioribus functionibus Torquem avreum gemmis undique exornatum deferunt, qui utrumque humerum circumdat Equitum, & ad pectus defluit: Torquis autem ſexdecim ſegmentis formæ orbicularis componitur, iiſque Divinæ Incarnationis Salvatoris noſtri totidem ſignificantur Myſteria. In quolibet ex dictis ſegmentis, cœruleis parmulis encauſto fabrefactis, cernitur prefatum Divini Salvatoris noſtri Monogramma, additis hinc, atque hinc prima, & ultima Græcorum littera *A U.* idemque ſegmentum circumquaque pretioſi exornant lapilli: At ſegmentum, quod in medio Torquis poſitum eſt, cœteris majus eſt, & ante pectus conſpicitur, & corona circumdatur, quæ e dextera parte Olivarum foliis, e ſiniſtra foliis Quercus confecta eſt. In hoc Segmento ſic circumornato Crux Ordinis appoſita eſt, ac ab ea pendet imago Divi Georgii, qui Equo inſidens, armatus haſta Draconem tranſuerberat: *d. Bonannus n. 26. d. Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom. 1. pag. 13. d. Pater Fontana d. pag. 267. d. Pater Honoratus d. pag. 118.*

Figura d. Equitis magnæ Crucis ſua Clamyde induti habetur penes *Abb. Juſtinian. d. Parte Prima cap. 2. Patrem Bonannum in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 24. Collectorem Gallum d. Tom. 1. pag. 13. d. Hermant pag. 92.*

At Magnus Magiſter nobiliori utitur 60. Torque, eadem ſane, quam ſupra deſcripſimus forma, ſed avro, gemmiſque ornatiore, prout eleganter exhibet *d. P. Philippus Bonanni in d. Catalogo ſub n. 24., & 25.* Præter avtem ejuſdem Torquis, & Crucis delineationem, habetur etiam deſcriptio Habitus in Solemnioribus, magni Magiſtri, Equitis Magnæ Crucis, Equitis Sacerdotis, Equitis Juſtitię, Scutiferi, & Servientis penes *d. Bonanni à n. 24. 25. 26. 27. 28., & 29. d. Hermant pag. 2. d. Collector. Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom. 1. d. pag. 10.*, et Nos de prædictorum Habitu loquimur infra *à n. 73. cum ſeqq.*

Quo vero ad Equites Scutiferos, iſti 61. deferunt ſimplicem Crucem Ordinis, ſed dempto Capite, & ut dicitur *Troncata*, ſine ſuperiori limbo, & abſque quatuor memoratis litteris, ut refert *d. Bonanni n. 29. d. Pater Fontana pag. 267.*

Figura magni Magiſtri ſua Clamyde, 62. Bireto, Torque, ac Cruce ornati habetur apud *Abb. Juſtinianum d. Parte Prima cap. 2. pag. 24. d. Collector. Gallum d. Tom. 1. pag. 10. Bonannum in d. Catalogo n. 24. Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum poſt ſuas Diſſertations ſub §. Remarques pag. 507.*

Summopere Militaris hic Ordo tot ſeculorum curſu, ſub Græcis floruit, Romaniſque Principibus; unde in

 ſplen-

ſplendoribus etiam Sanctorum præ, fulget; novem quippe enumerat San, ctos huic Ordini adſcriptos, & Divorum Catalogo, alboque relatos, hoc eſt: Sanctum Georgium Patronum Ordinis, Sanctum Demetrium, Sanctum Procopium, Sanctum Theodorum, Sanctum Hippolytum, Sanctum Martinum, Sanctum Mercurium, Sanctum Mennam, Sanctum Vitalem, & alios, qui Sanguinem in expugnatione Hyeruſalem glorioſe effuderunt *d. Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar Diſq.* 1. *queſt.* 2. §. 1. *n.* 16. *D. Pater Fontana d. Tom.* 1. *pag.* 265. inquit, Ordinem hunc magnum numerum Martyrum produxiſſe, veluti Sanctos Demetrium, Procopium, Hippolytum, Mercurium, Martinum, cæteroſque Martyrii corona redimitos, quando fuit expugnata Hyeruſalem. *Abb. Juſtinianus d. Parte Prima Cap.* 2. *pag.* 29 ubi nominat dd. Sanctos, Demetrium, Procopium, Hippolytum Mercurium, Theodorum, Menam, Geminianum, Vitalem, & alios in Hyeruſalem expugnatione. *d. Jonnes Fridericus S. R. I. Comes in* Koden *Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Polonia in ſuo Corollario omn. Ordinum in verbo S. Georgii, vel Avrei Angeli Equites Paleſtini a pag.* 277. *& ſeqq. quod Corollarium eſt impreſs. in calce Tractatus ejuſdem Avctoris de ordine Aquilæ Albæ, juxta impreſſionem Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. ubi recenſet nomina Sanctorum Demetrii, Procopii, Hippolyti, Mercurii; Theodori, Vitalis, teſtaturque alios plures Martyres adeſſe: *Hermant d. Tom.* 2. *pag.* 94. qui pariter nominat Divos Demetrium, Procopium, Hippolytum, Mercurium, Martinum, & pariter ſubdit, in expugnatione Hyeruſalem fuiſſe plures alios Martyri Palma inſignitos.

Imperiali quoque coruſcat ſplendore: ſeptuaginta enim duo Imperatores ejuſdem Ordinis ſupremi Moderatores, magnique Magiſtri præfuere, & liberali manu, pluribus ditarunt prerogativis, ut proſſequitur *d. Mendo Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 1. *n.* 16. *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. in Littera ad Lectorem.*

Fuit undique extenſus, & celeberrimus. *d. Pater Honoratus libr.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 4. §. 1. *& ſeqq. a pag.* 97. *cum ſeqq.* ubi teſtatur hinc inde plures Equites fuiſſe creatos.

Conſtat Carolum V. Imperatorem hujus Ordinis ſe caput in Germania declaraſſe, extollendo in ejus Vexillo Crucem Conſtantinianam, & primum Equitem feciſſe Joannem de Auſtria ejus filium naturalem, teſte *d. Abb. Juſtiniano. Hermant Fontana, & Comite in Koden Sapieha*, locis ſuperius allegatis.

Conſtat Franciſcum Mariam Bavariæ Electorem anno 1667.

Venetam Rempublicam Anno 1671. confirmaviſſe omnia Ordinis Privilegia favore Magni Magiſtri Angeli Mariæ Comneni.

Leopoldum I. Imperatorem; ſic Joanem Poloniæ Regem Protectionem induliſſe, de quibus omnibus loquuntur.

Conſtat Summos Romanos Pontifices omni tempore proſpexiſſe commodo, utilitati, ac Dignitati ejuſdem Ordinis: quapropter antiquis, & modernis temporibus, Apoſtolicis Bullis ſolemniter approbarunt illius Originem à Conſtantino Magno Imperatore, ac ſucceſſionem in Familia Flavia Comnena, & confirmaverunt, & ſic ejuſdem Ordinis antiquiſſimam Nobilitatem; ut videre eſt in Bullis, & Decretis Leonis *I.*, Julii *III.*, Caliſti *III.*, Pii *II.*, Xiſti V., Clementis V*III.*, Sancti Pii V., Pauli V., Gre,

Gregorii XV., & Urbani VIII., de quibus meminit *d. Mendo d. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 1. *n.* 16. & reſpective agit *d. Pater Honoratus à S. Maria poſt Diſſert. ſuas in Titulo Memoires pag.* 480., *& ſeq.*, *&* 482. ubi allegat etiam Sixtum IV., & Innocentium VIII.

Rurſus conſtat, quod Summi Pontifices pro tempore ſtatuerunt aliquem ex Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus, & aſſignarunt in Protectorem hujus Ordinis Conſtantiniani. Sanctæ memoriæ Innocentius XI. præſcripſit Cardinales de Cavaleriis, & de Aſtallis, ut notat *d. Pater Fontana pag.* 266.

Sanctę pariter memorię Clemens XI. de tempore quo erat Cardinalis, fuit Protector Ordinis Apoſtolica Auctoritate deputatus, ut ipſemet Summus Pontifex teſtatur in Litteris in forma Brevis, quæ integre habentur penes *d. Patrem Honoratum pag.* 506. in quo Breve expedito prima Aprilis 1701. Summus Pontifex deputat in Protectorem clar. me. Cardinalem Benedictum Pamphilium cum clauſulis ad formam Conſtitutionis ſa. memorię Innocentii XII. mandatque d. Clemens XI., ut magno Ordinis Magiſtro, & aliis Superioribus, nec non aliis Fratribus, ac Perſonis quibuſcumque dictæ Religionis, ſeu Militiæ, ut in virtute Sanctæ Obedientiæ illum in Protectorem, ea qua debent recipiant reverentia, & proſequantur.

Verum quidem eſt, quod collapſo Græcorum Imperio ſub aſſuetis humanarum rerum viciſſitudinibus, de quibus meminit Franciſcus Sanſovinus *Dell' Origine de' Cavalieri libr.* 2. *pag.* 18. *& ſeq.* imminutus fuit hujus Ordinis ſplendor, ut notat etiam *Jo. Soranzo Trat. del Cavaliere pag.* 67.

At non interiit, quoniam ſub Gubernio, & Magno Magiſtratu Nobiliſſimæ Familię Angelæ Flaviæ Comnenæ perduravit: & quoad hujus Ordinis & Familiæ qualitatem legetis modernum Libellum, cui Titulus *In Epiſtolam Scipionis Maffei Marchionis ad Gibertum Cuperum de Fabula Equeſtris Ordinis Conſtatiniani Venetiis ex Typographia Montiniana. expenſis I. G. B. CIↃIↃCCXXV. Superiorum Licentia.*

Militari Religioni prędictæ plurima Summi Romani Pontifices, ac Imperatores ampla & ſplendida Indulta, & Privilegia conceſſerunt, quæ legi, & recognoſci poſſunt in Volumine, cui Titulus *Privilegii Imperiali, e Confirmationi Apoſtoliche, &c. a favore della Famiglia Angela Flavia Comnena, impreſſo Venet. Anno* 1628., *apud Evangeliſtam Deuchino, iterumque impreſſo Placentię apud Franciſcum Conti, ſub Titulo.. Privilegi Imperiali, e Confirmationi Apoſtoliche a favore della Sacra Militia Conſtantiniana di S. Giorgio, publicati dal Dot. Fran. Malvezzi,* & in alio Volumine ſub Titulo *Privilegia Imperialia, Confirmationes Apoſtolicæ Regum, & Principum ad favorem Familiæ Angelæ Flaviæ Comnenę, Imperialiſque Militiæ Angelicæ Avreatę Conſtantinianę ſub Titulo Sancti Georgii, impreſſo Venetiis Typis Benedicti Milocchi Anno* 1671. *de quibus meminit Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſquis.* 1. *quæſt.* 2. §. 1. *Bernard. Juſtinian. Iſtoria Cronologica delli Ordini Militari cap.* 2. *& in Compend. Hiſtoric. hujus Ordinis, impreſ. Venetiis Typis Andreę Poleti anno* 1680. *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. in Litter. ad Lectorem. Pater Honor. de Sainte Marie Carme Dechauſſe Diſſert. Hiſtoriques, &*

Criti-

Critiques ſur la Chevalerie Ancienne, & Moderne liv. 1. *Diſſert.* 5. *Art.* 3., *& ſeq. Diſſert.* 6. *Art.* 1. *& ſeqq. & liv.* 2. *Diſſert.* 7. *pag.* 437. *& Tit. Memoires por ſervir d'eclairciſſement a la Hiſtoire della Chevalerie de Conſtantin: d. Pater Fontana d. pag.* 265.

Rurſus itaque perpenſis ſupra relatis Documentis, de quorum legalitate fas non eſt dubitare, cum publica Jura ſint, publicis Archivis retenta, non clanculum intruſa, & animadverſis etiam ceteris publicis Documentis, quæ cumulamus infra *à n.* 82. *cum ſeqq.* res judicatas ſecum ferentibus in ipſis Almæ Urbis Supremis Tribunalibus, litteraliter exprimentibus, Ordinem hunc fundatum fuiſſe a Conſtantino Magno Imperatore; de plano ſequitur Iſacium Imperatorem fuiſſe ſimplicem ejuſdem Ordinis Reparatorem, non Ordinis Fundatorem, fruſtraque illum fundatorem fuiſſe probare nitatur *Pater Heliot in Hiſtor. Ordin. Equeſtrium Tom.* 1. *cap.* 31. gallice ſcripta, & quam in noſtrum italicum idioma tranſtulit *d. Pater Fontana d. Tom.* 1. *cap.* 31. *pag.* 263. Auctorem enim d. Hiſtoriæ, licet ſine nomine editę, fuiſſe tamen d. Patrem *Heliot* probatur in dicta translatione Italica, *in d. Tom.* 1. *pag.* 4. in littera Impreſſoris ibi -. *Lo Stampatore a chi legge* -. Dictus ergo *Pater Fontana à pag.* 261. *cum ſeqq.* ſic loquitur ibi -.

„ Affine di provare l'antichità dell'
„ Ordine di Coſtantino, ſi producono ancora delle Lettere ſcritte da
„ S. Leone Papa nel 456. per quanto ſi pretende all'Imperadore Marciano, colle quali egli confermò
„ d. Ordine ſotto la Regola di San
„ Baſilio, ed altre lettere dell'Imperadore Leone I. del 489. E' vero,
„ che elleno ſi ritrovano negli Archivii della Curia Romana, da i
„ quali Coriolano, che è uno di
„ quegli, che interamente, e fedelmente producono queſte lettere,
„ dice anche averle cavate: *Hę Litteræ deſumptæ ſunt ex Archiviis
„ Romanæ Curiæ, & Regiſtris Vleę
„ Scriptoris:* Ma elleno non laſciano per queſto di eſſere apocrife;
„ avegnachè ſol tanto nel 1533. furono ripoſte in queſti Archivii con
„ alcune altre Scritture e Privilegi
„ preteſi da queſt' Ordine, che il
„ Dottor Franceſco Malvezzo ebbe
„ la cura di fare ſtampare in Piacenza nel 1575. Queſta notizia la
„ ricavo dal Diſcorſo che il Conte
„ Majolino Biſacciani Cavaliere del
„ medemo Ordine, pone avanti gli
„ Statuti di queſt' Ordine ſtampato
„ in Trento nel 1624., ed in Roma
„ nello ſteſſo anno del Gran Maeſtro
„ Don Marino Caracciolo Principe
„ d'Avellino, che nel medeſimo anno aveva tenuto un Capitolo dell'
„ Ordine ad Avellino nel Regno di
„ Napoli, ove queſti Statuti erano
„ ſtati diſteſi, ed erano appunto quelli fatti dall'Imperadore Iſacio Angelo Comneno, che furono rinovati nel 1190.

„ Queſto Imperadore, cui l'Abate Giuſtiniani dà il nome di Riformatore di queſt' Ordine, potrebbe bensì eſſere, che ne foſſe ſtato l'Iſtitutore, e che egli ſteſſo li aveſſe dato il nome di Coſtantino, a riguardo dell'Imperadore Coſtantino, della dicui Diſcendenza pretendono di eſſere i Comneni. Potrebbe altresì eſſere, che egli li aveſſe dato il nome di Angelico, perchè eſſo portava il nome di Angelo, e che vi aveſſe per fine aggiunto quello di Giorgio, perchè poſto da

„ da lui queſt' Ordine ſotto la Pro-
„ tezione di queſto Santo Martire; e
„ come la Regola di S. Baſilio era
„ la ſola accreditata in Oriente, può
„ ancora avergli aſſoggettati a queſta.
„ Eccovi, per quanto a me pare, qua-
„ le antichità può ragionevolmente
„ accordarſi a queſt' Ordine.

Contra quem Patrem *Heliot* evidenti ratione ſcripſit ſępe laudatus *Pater Honoratus lib.* 1. *Diſſert.* 6. *art.* 3. *pag.* 75., ubi oſtendit d. Iſacium nil aliud feciſſe, quam præexiſtentis Ordinis reſtaurationem, & hunc Ordinem Conſtantinianum, non fabulam ſed hiſtoriam continere, & revera ſuam primariam Originem à Magno Conſtantino metiri, & de hac Origine, Summorum Pontificum, ſupremorumque Principum in proportionatis Actibus Diplomata teſtantur, Noſque ſuperius demonſtravimus à *n.* 31. *cum ſeqq. n.* 41., *& ſeqq.*

Conſtantinopolitana Urbe à Barbaris 67. capta, & Orientali Imperio in pręceps collapſo, Græci Principes circa annos 1453., ut è Turcarum Tyrannide fugerent, ad varias Chriſtianorum Provincias migravere. Inter Principes infœlices fuerunt illi de Familia *Angeli* Deſcendentes ex Sanguine Imperatorum Iſacci Angelo, & Alexio Angelo, qui duas efformaverant Imperiales Familias Comnenas, de Laſcaris de Vatarzes de Cantocuzenes, & Paleologos, ut ponderat *d. Pater Honoratus d. Lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 5. *pag.* 109.

Hinc d. Familia Angeli ſedem poſuit in Italia ſub nomine Familiæ Angeli de *Drivaſto*, & cum ea Ordo Conſtantinianus ad Nos Italos tranſivit; fuitque a Republica Veneta favorabiliter excepta, & in memoriam Servitiorum ab ea receptorum in Bello contra Turcas, eidem Familię pinguem aſſignavit Penſionem. Romæ quoque ſan. mem. Paulus *III.* anno 1545. aſſignavit Joanni Andreæ Angelo centum Ducator. auri, & Julius *III.* aliud ſubſidium.

Excogitavit itaque Familia hæc Angeli Ordinem Conſtantinianum in Italia ſtabilire: Unde monumentis clariſſimis oſtendit illius Deſcendentia à Conſtantino Primo Inſtitutore Jus Magni Magiſterii in eadem Familia exiſtens. Documenta juſtificantia rem hanc, in Vaticano Archivio aſſervantur ab anno 1533. decima Junii tempore Pontificatus Clementis V*II.* à Correctore d. Archivii ſubſcripta.

Fuerunt autem eadem Documenta recognita in omni parte pro validis à Summo Pontifice Paulo *III.*, & Julio *III.* in ſua Bulla ibi -- *Ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium confirmamus, & perpetuo approbamus, ſibique pro potiori cautela eadem, ac ſingula præmiſſa denuo approbamus. d. Pater Honoratus d. Lib.* 2. *Diſſert.* 7. *Art.* 5. ubi ſic loquuntur omnes Scriptores, & adest clarum Votum Sacræ Romanæ Rotę Auditorum bo. me. Ubaldi, & Caſtellani deputatos à ſa. mem. Urbano *VIII.* ad dicta Documenta examinanda anno 1626, ibi -- *Atque ex his cenſuimus, conſtare de Origine, & exiſtentia hujus Militiæ, ſeu Ordinis Equitum Conſtantinianorum, ſeu Angelicorum, & Sancti Georgii, ejuſque Magnum Magiſterium ſpectare ad Familiam Angelam Flaviam, & D. Joannem Andream à d. Familia deſcendere*, ut proſequitur *d. Pater Honoratus ubi ſupra pag.* 110., *& ſeq.*, *& idem Art.* 6. ubi refert recognitam etiam fuiſſe uti validam in Hiſpaniis à Concilio Regio, cum impreſſione etiam Statutorum.

Refertque etiam à Frederico Imperato-

re

æ confirmata Privilegia, & aucta anno 1630. A Ferdinando Electore Bavariæ anno 1667. Ordinem hunc ſub ſua recipit Protectione; indulget, quod in ſuis ditionibus dicti Equites fruantur Privilegiis, quibus fruuntur, & gaudent Equites Teutonici Sancti Joannis Hieroſolymitani: inſuper Equitibus Conſtantinianis donat quamdam Habitationem, & Eccleſiam, ut *Spirituales, & aliæ Ordinis Sancti Georgii functiones peragi, & Equitum Receptores habitare valerent*, juxta verba Indulti, quæ refert *d. Pater Honoratus lib.* 1. *Differt.* 6. *Art.* 6. *pag.* 113. ubi notat, quod anno 1684. Joannes *II.* Poloniæ Rex magna Ordini indulget Privilegia.

Hunc Ordinem itaque in Italia alias habuiſſe Cœnobium, Sedemque ſuam Magnos Magiſtros tenuiſſe in Oppido de Brianna prope Venetias, ſubdit etiam *Pater Mendo de Ordinibus Militaribus Diſq.* 1. *quæſt.* 2. §. 1. *n.* 7. & 18., ubi notat Magnorum Magiſtrorum, dum non eſſet aliquis ex Progenie Conſtantini, electionem fuiſſe factam ab Equitibus Magnæ Crucis.

Idem quoad Civitatem Venetiarum in Oppido *de Brianna* tradit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. Lib.* 1. *Differt.* 6. *art.* 6. ubi teſtatur etiam Viros Nobiles fuiſſe huic Militiæ Equeſtri aggregatos, Cæſarem Tebaldi Mediolani fundaviſſe Commendam, Mutium Petra anno 1584. Papiæ erexiſſe.

Cum inter Documenta ſuper hac Equeſtri materia, è Civitate Ravennæ Nobis tranſmiſſa, a laudatiſſimo Patre Lectore Euſtachio Sirena Ordinis Sancti Dominici Vicario Sancti Officii, de quibus mentionem fecimus in præcedenti noſtro *Diſcurſu* 60., *ſub n.* 3. adſit Tranſumptum Diplomatis creationis in Equitem hujus Conſtantinianæ Religionis, in dicto Oppido Briennæ; hinc Nos Diplomatis compendium libenter referimus: tum quia ex eo colliguntur comprobata in praxi, quæ ſuperius diximus: tum quia panditur claræ familiæ Dominorum Marchionum de Spretis Documentum Nobilitatis cæteroquin undique notoriæ, ob Equeſtria Inſignia Sancti Joannis Hieroſolymitani, & Sancti Stephani Papæ, & Martyris, prout illis enumeratis videre eſt in Volumine *La Galleria dell' Onore* publicato ab eruditiſſimo Patricio noſtro Equite Sancti Stephani, ac Bajulivo Foro-Julii, & de præſenti Illuſtriſſimo Romanæ Aulæ Prelato *Georgio Viviano Marcheſi Bonacorſi in Parte Secunda in verbo Ravenna pag.* 326. ubi mentionem facit de Joanne Hieronymo Equite Sancti Georgii, hoc eſt Ordinis Conſtantiniani, qui militat ſub Titulo Sancti Georgii Martyris, & ſub Regula Sancti Baſilii. In memorato itaque Diplomate legitur quod *Angelus Maria Angelus Flavius Comnenus, Dei Gratia, & hereditario Jure, uti à Conſtantino Magno, aliiſque Romanis, moxque Conſtantinopolitanis Imperatoribus Deſcendens, in Orientale Imperium, cæteraque olim ſubiecta Dominia Succeſſor, Macedoniæ Princeps, Theſſaliæ, & Moldaviæ Dux, Comes Driveſti, & Diſtrecchi, & Sacræ Angelicæ Aureatæ Conſtantinianæ Militiæ, ſub Titulo Sancti Georgii, & Regula Divi Baſilii Magnus Magiſter.*

Anno 1677. in Oppido Brianna, Idibus Auguſti, Nobilem Joannem Hieronymum Spreti filium Domini Capitanei Bonifacii, Nobilis Ravennatis, ex Nobili Spretorum Familia, quæ ad Patriam non minus regendam, & tuendam, quam Sacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſervandam, ſtrenuos Martis,

tis, & Palladis Athletas miniſtravit, ortum ducit, Equitem Juſtitię creavit, & conſtituit, & declaravit in eadem Imperiali Angelica Conſtantiniana Militia.

Tribus Claſſibus, cum ſuis explicatio-
68. nibus hic ſubdendis, conſtat hic Ordo, Militum, Sacerdotum, & Servientium, de quibus vide infra *Sect.* 2. §. *Pro admiſſione*, *ac ſeq. d. Pater Honoratus à Sancta Maria Lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 3. per totam, *&* *præcipue à pag.* 94. omneſque ſubſunt ſuo magno Magiſtro.

Claſſem Militum componunt Equites, qui Juſtitiæ appellantur, eo quia Nobilitatem, juxta ſtabilimenta Ordinis comprobarunt, & ſub illis compre-
69. henduntur etiam Magnæ Crucis Equites, ſuntque numero quinquaginta, in memoriam illorum, quos Conſtantinus ad cuſtodiam Labari Imperialis præfecit, quique ob Generis, animique dotes dicuntur etiam Se-
70. natores Militię, Proceres, & Equites Torquati, cum Torque aureo in publicis Functionibus utantur: *d. Abb. Juſtinianus Parte Prima cap.* 2. *pag.* 18. *d. Bonannus n.* 26. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 1. *pag.* 14.

In Avla enim Chriſtianorum Imperato-
71. rum Præfecti Labarum in cuſtodiam Corporis Imperatoris ſtatuti fuerunt, iidem Dignitate Conſulari inſigniti erant, ut videre eſt *in Codice Theodoſiano*, cujus verba ſunt in lege de *Præpoſitis Labarum* ibi - *Clariſſimi ſint inter electos, ita ut Conſularibus habeantur, nam & Senatorio nomine, & immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus exornat* - & ad litteram refert *d. Abbas Juſtinianus pag.* 22. *d. Pater Fontana d. pag.* 267.

Huic Equitum Claſſi iungi debent Equites nuncupati Donati, vel ex Gratia, de quibus loquemur ſub num. 75.

Claſſis adeſt Sacerdotum, quæ bifarie
72. dividitur; in Sacerdotes nempe, qui Nobilitatis Avitæ, de qua ſupra *in* §. *Claſſem Militum* probationes fecerunt, & in Sacerdotes Capellanos. Sacerdotes qui probationes confecerunt generoſæ Nobilitatis, quemadmodum faciunt Milites ex Juſtitia, efficiuntur veri Equites, & capaces omnium, & ſingulorum munerum veri Militis Equitis ex Juſtitia, ad differentiam illorum, qui Nobilitatem non juſtificant: *d. Bonannus n.* 28. *d. Collector Gallus d. Tom.* 1. *pag.* 14.

Claſſis demum numeratur Servientium,
73. in duos ſimiliter gradus diſtincta; alii quippe ſunt Scutiferi, hoc eſt Servientes Armorum, Arma Equitibus in Bello miniſtrantes, & alii ſunt Servientes Officii, ad tradita per *dictum Abb. Juſtinianum pag.* 27. *cum ſeqq. d. Bonannum n.* 29. *Collector. Gallum d. Tom.* 1. *à pag.* 10. *cum ſeqq.*

Utriuſque Claſſis ornamentum eſt faſcia ſerica, vulgo *Banda*. Hæc à dextero humero ad ſiniſtrum latus decidit, ibique complicatur. In eadem faſcia adeſt Crux Ordinis ſupra pectus, ſed dempto capite, & limbo ſuperiori, nec lilia habet.

In Bello, & Caſtris, Sago brevi, & albo utuntur, cui Crux Religionis circa pectus affixa eſt. Utuntur Galea, Scuto, & Thorace, & ultra Enſem, Haſtam deferunt.

Ergo Veſtis dd. Servientium eſt ad arbitrium, & more Militum, ut cerni poteſt penes *d. Juſtinianum d. pag.* 27. *d. Bonannum n.* 29. *d. Collector. Gallum Tom.* 1. *pag.* 14. *d. Patrem Fontana pag.* 268.

Omnes prędicti Armis exuti, omnes tenentur ſupra pectus, & in Pallio deferre Crucem Ordinis; *d. Bonannus*

 d. n.

d. n. 29. d. Collector Gallus Tom. 1. *pag.* 16.

Figura Equitis Scutiferi, & Inſervientis videri poteſt apud *d. Juſtinianum pag.* 28. *Bonannum d. n. 29. Collectorem Gallum d. Tom.* 1. *pag.* 16.

Antedicti Equites Milites in ſolemnibus
74. Functionibus deferunt Torquem avreum ad inſtar Torquis, quo magnus Magiſter utitur, minus tamen pretioſum, minuſque ornatum, ſicut notat *d. Bonannus n.* 26. *antedictus Abb. Juſtinianus pag.* 25. *loco præallegato*, *Collector Gallus Tom.* 1. *pag.* 13.

Pallium itidem deferunt ſericum, & ut ajunt, di *Damaſco*, glauci coloris, hoc eſt cœrulei coloris, interius autem ſubſutum, & ut dicitur *Foderato* candido bombicino, ad ſolum tamen extenſum, brevius tamen Pallio magni Magiſtri. Hoc duo funiculi ex ſerico cœrulei, & candidi coloris ſuis cum floccis collo alligant; ſub his funiculis Religionis Jugum glorioſum deſignatur: unde cum longi ſint, & ad Terram extenſi, lævo lateri ſubnectuntur. In humero ſiniſtro rutilat ſupra Pallium Crux Ordinis rubra villoſa holoſerica, ut dicitur di *Velluto*, avro circumdata. Avreus Torques pendet è collo, qui conſimilis eſt Torqui magni Magiſtri, minor tamen, & forma, & pretio. Thorax, & ſubligare ſunt è ſerico cœruleo. Breve eſt ſagum album ad genua defluens, Caligæ quoque, & Calceamenta alba ſunt, quę cianeis funiculis ſericis, vel fibulis argenteis obſtringuntur. E Baltheo villoſo purpurei coloris pendet Enſis. Magna Crux Sago affixa fulget in pectore. Figuram autem Equitis magnæ Crucis ſic ut dictum eſt induti, affert *d. Bonannus d. n.* 26. *d. Pater Fontana d. Tom.* 1. *pag.* 266., *& ſeq.*

Superius deſcripſimus Torquem, & Indumenta Equitum magnæ Crucis, diximuſque hos includi in Claſſe Equitum Juſtitiæ, qui Nobilitatem Generoſam, ut Statuta jubent, comprobarunt. Nunc ſubdimus, Equites ex Juſtitia eſſe illos, qui prævia probatione Nobilitatis, ad formam Statutorum, fuerunt ad Ordinem admiſſi. Hi Juſtitię Equites Crucem avream in pectore geſtant cum ornamentis ſuperius deſcriptis, ſine tamen Imagine Sancti Georgii, quam ſolum, ut dictum eſt, gerit magnus Magiſter, & Equites magnæ Crucis. Iidem Equites Crucem holoſericam in ſiniſtra parte Pallii etiam deferunt, unius palmi menſuram non excedentem. Quoties ſolemnibus Functionibus interſunt, gerunt in capite Biretum, cum avreo Monogrammate, ſupra quod extolluntur plumę albæ. Pallium, & ut vocant, *Manto*, non eſt diſſimile etiam forma ab eo, quo magnæ Cruces utuntur, utque ſuperius deſcripſimus, ſolum in hoc differt, quod ſit ex ſerico plano undulato, ut dicitur *Ermiſino*, coloris cœrulei, aſſutum cum interiori tegumento candido. Crucem quoque ex avro, & encauſto rubro confectam, appenſam avreę catenulæ, & è collo ad pectus pendentem gerunt, quemadmodum notat *d. Bonannus d. n.* 28. *Collector Gallus d. Tom.* 1. *pag.* 14. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus poſt ſuas Diſſertat. ſub* §. *Memoires pag.* 508. *dictus Pater Fontana pag.* 267.

Figuram dicti Equitis ex Juſtitia, cum dicta Cruce, & Indumentis, refert *d. Bonannus d. n.* 28. *d. Collector Gallus d. pag.* 14.

Sic in Claſſe dictorum Equitum Juſtitiæ
75. adeſt etiam Claſſis Equitum, qui appellantur Donati, hoc eſt, quia ut diximus, non Generis claritate, ſed

mor i

morum honeſtate conſpicui dicuntur, & dicuntur etiam Gratiæ, cum in eorum promotione Virtus, & Gratia magni Magiſtri ſuppleat, poſſuntque quamcumque Ordinis Dignitatem conſequi. Hi omnes gerunt in pectore Crucem Ordinis cum ſuis ornamentis, ſed ſine Imagine Sancti Georgii, quæ ſolum magno Magiſtro, & Optimatibus convenit. Dum Solemnibus Functionibus interſunt, in capite gerunt cœruleum Galerum ſericum, cum avreo Monogrammate, una cum albis plumeis criſtis. Pallium deferunt ex ſerico plano undulato, quod Nos vocamus di *Armiſino ondato*, coloris cœrulei, ſubſutum albi, forma quidem ſimili Pallio Equitum Magnæ Crucis. Crux ſimiliter avro conſtructa eſt, & encauſto rubro: hanc Collo appenſam, mediante avrea catenula, deferunt ad pectus fluentem; in reliquis indumenta ſunt ſimilia Torquatis.

Forma Crucis habetur apud *Bonannum*
96. in d. Generali deſcriptione Teſſerarum *pag.* 148. *ſub n.* 25.

Figura vero Equitis ſuo Habitu induti, videri poteſt, ut diximus apud *d. Bonannum n.* 28. *Juſtinianum antedicto loco pag.* 26. *Collector. Gallum d. Tom.* 1. *pag.* 14.

Adeſt etiam Claſſis Sacerdotum, quæ
97. dividitur in Sacerdotes Nobiles, & Sacerdotes Capellanos. Quoad Sacerdotes Nobiles, tenentur probare Nobilitatem, juxta Statuta, aliaſque etiam juſtificare qualitates, de quibus in Documento in calce ſub *Litt. A.*

Et Sacerdotes Sacellarii, ſeu Obedientiæ, Natalium honeſtatem probare tenentur: *d. Andreas Guarini pag.* 9. *Bonannus d. n.* 28.

Reſpectu vero Indumentorum, ſi agatur de Sacerdote adſcripto Ordini Senatorio, Magnæque Crucis, hic gerit in capite Biretum ſericum villoſum Macedonicum, cœrulei coloris, avreo Monogrammate Salvatoris decoratum: *d. Pater Bonnanus n.* 27.

Si vero loquamur de Sacerdotibus Sacellaniis, hi in ſolemnibus functionibus Bireto, ac Veſte utuntur talari, quæ Sacerdotali Ordini conveniunt, & Veſtem aliam breviorem ſerico cœruleo addunt ſimilem illi, quæ dicitur, Superpelliceo, & *Cotta* ſericis undique laciniis ornatam, & manicis oblongis, ac latis quatuor palmorum in circuitu: Manicæ vero ſiniſtræ, quæ lævo adhæret humero, Crucem Ordinis holoſericam villoſam affixam gerunt. Figura hujus Veſtis habetur apud *d. Bonannum n.* 27. *Collector. Gallum d. Tom.* 1. *pag.* 15.

Extra autem ſolemnes actiones collo appenſam gerunt Crucem avream, & aliam laneam in Pallio aſſutam, & circumſeptam laneo funiculo flavi coloris; & hic intelligi debet *Juſtinianus pag.* 12. clareque loquitur *d. Bonannus n.* 27.

Sacerdos quoque, qui ex Regularibus Clauſtris, quibus in aliqua Religione fuerat profeſſus, mediante Diſpenſatione Apoſtolica, tranſitum fecit ad hanc Religionem Conſtantinianam, Crucem non holoſericam villoſam, & avream, ſed ſolum laneam, ejuſdem coloris rubri, croceis filis, & ſericis caracteribus elaboratam geſtat in Pallio, niſi Generis Nobilitate ſpectata fuerit à Magno Magiſtro admiſſus ad Claſſem Equitum Nobilium Juſtitiæ, ſicut notat *d. Bonnanus d. n.* 27. *d. Collector Gallus Tom.* 1. *pag.* 15.

Cæterum Militaris, & Equeſtris Conſtantiniana Religio fixum ſuum habet Magiſtrum ex Principibus Imperialis Domus Conſtantinopolitanæ, ſive perpetuum Adminiſtratorem, qui

qui ſupremus magnus Magiſter invi-
78. gilare ex ſuo munere tenetur, ut Ordinis Statuta ſerventur, poteſt novas Leges condere, ac interpretari, & diſpenſare. Poteſt creare Milites avreatos, Comites, Barones, Doctores, & Notarios, & laureare Poetas, legitimare ſpurios, infamia notos abſolvere, & ad honores reſtituere, ſalvis Pontificum Conſtitutionibus. Et denique magno Magiſtro omnes Equites ſubiecti obedientiam præſtare tenentur: *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom.* 2. *ſub Litt. S. de Summa Trinit.*, *& Fide Catholica in* §. *Notitia*, *& Series Ordin. Equeſtr. Militarium ſub n.* 22. *pag.* 737. *juxta impreſſ. Saliſburgenſem anno* 1729. *d. Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 24.

Magnificus ſane magni Magiſtri Ordinis
79. Habitus comparet; in publicis ſiquidem Functionibus induitur interiori Habitu, hoc eſt Thorace, femoralibus, & tibialibus holoſericis purpureis, & Calceis ejuſdem rubri coloris. Hoc autem breve Sagum, ut dicimus *Giuſtacore*, ex tela argentea cum latis manicis ab humeris, uſque ad genua productum operit, eidemque affixa eſt Crux Ordinis holoſerica villoſa rubra exornata avro, Baltheo villoſo coccineo cingitur, cui affixus eſt Enſis, ſemicubitale Biretum, more Macedonum, in capite gerit, quod Biretum Macedonicum, ut illud ſic nuncupant *Abb. Juſtinianus*, *Hermant*, *Pater Fontana* infra allegandi, eſt ſubſutum ſerico albo. Ex parte anteriori ejuſdem quatuor cernuntur partes, quas vocamus *Falde*, ſurſum erectæ, in quarum altera in exteriori parte ſupra frontem Signum Divini Redemptoris noſtri ex avro contextum adeſt, Corona circumdatur, & in alio latere plumæ nigrę extolluntur: *Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap.* 2. *pag.* 23. *Pater Fontana d. Tom.* 1. *pag.* 767. qui altitudinem Bireti inquit eſſe unius palmi, & quod plumæ exornantes Biretum erunt di *ſtruzzineſe*: *Hermant d. Tom.* 2. *pag.* 97. ubi quod plumæ ſunt *de Autruche noire* quas *d. Hermant Tom.* 2. *pag.* 97. *Autruche* nuncupat. Pallium itidem gerit ex holoſerico villoſo, & tela argentea ſubſutum. Pallium hoc ſatis amplum, & ad terram profluit, coccinei coloris ſerico, & avro floci aſſociant, quod Pallium collo ſubnectitur oblongis funiculis, ut ſupra rubeis, ſerico, & avro contextis. E ſiniſtro ejuſdem latere Crux Ordinis emicat rubea, avro circum ornata. Demum ex avro, e collo ante pectus pendet Torques aureus, qui quindecim ſegmentis orbiculatis conſtat, vulgo *Scudetti tondi*, quibus totidem Divinæ Incarnationis Myſteria ſignificantur. Singula ſegmenta in cæruleis Parmulis encauſto fabrefactis exhibent noſtri Salvatoris Monogramma, appoſitis hinc inde Græcis Litteris *A.* & W. & ſic Monogramma pretioſis lapillis circumquaque eleganter diſpoſitis exornatur. Segmentum, ſive *Scudetto*, quod in medio ſupra pectus locum tenet, & majus cęteris eſt, laureola ex foliis Quercus, & Ulivarum circumdatur, à quo pendet Crux Ordinis, & Imago Sancti Georgii, qui Haſta Draconem configit. De hujuſmodi Torque avrea magni Magiſtri affabre conſtructa, agunt laudatus *Pater Bonannus n* 25. *d. Hermant*, de quibus infra; *d. Pater Fontana d. Tom.* 1. *à pag.* 266. Tandem ut præmiſſum eſt, magnus Magiſter Biretum gerit Macedonicum qualitatis prędictæ.

Item ſupremus Magiſter, & Optimates, & magnę Crucis extra ſolemnes functiones

ctiones Crucem gerunt ſupra Pallium in parte dextera holoſericam, ſic & in pectore, quæ ad amplitudinem decem unciarum pedis extenditur. E collo ſimiliter alia geritur parva Crux rubea, cui annexa eſt Imago Sancti Georgii, Haſta Draconem ferientis.

Similique modo Equites magnæ Crucis, ac ex Juſtitia, Biretum in capite gerunt, ut illud magni Magiſtri, Macedonicum. Non tamen tam ornatum, & ſine Gemmis, & ſine Corona, niſi forte jure Natalium, aut Dignitatis, tali Equiti Coronæ uſus competeret, ac reſpectu plumæ, non debet eſſe, ut vocant, *d' Airone*, ſed ſolum *di Sgarzo bianco*, *e turchino*, ut explicat *d. Juſtinianus pag.* 94.

Series prædictarum Hiſtoriarum habetur penes *Bonannum n.* 24. *Patrem Fontanam*, cæteroſque ſuperius allegatos.

Figura magni Magiſtri cum d. Magi-
80. ſtrali Habitu recognoſcitur apud d. *Juſtinianum d. n.* 24. *Bonannum n.* 25. *Collector. Gallum Tom.* 1. *pag.* 10.

Figura Magnæ Torquis habentis Numiſma, in quo eſt impreſſa Imago Sancti Georgii inſidentis Equo, & Haſtam manu tenentis, & Draconem percutientis, habetur apud *d. Hermant pag.* 92. *Bonannum in Catalogo Ordin. Equeſtr. ſub n.* 25. *Collector. Gallum d. Tom.* 1. *pag.* 9.

Variis quidem retroactis temporibus non
81. nulli emerſere, qui per lineam maſculinam, ex dicta Familia Angela Flavia Comnena Deſcendentiam Documentis oſtenderunt, ſuoque tempore *Jo. Soranzo* vidiſſe teſtatur in Urbe quemdam hac Cruce ornatum, & uti Macedoniæ Principem, hujus Religionis jure Sanguinis magnum Magiſtrum eſſe aſſerentem, juſque habere conferendi eandem Crucem, & ob id fuiſſe Romæ carceribus mancipatum; ſed ſucceſſive ſuum bonum jus comprobaſſe, cauſaque cognita, fuiſſe à carceribus dimiſſum, ut legere eſt apud *d. Soranzo l' Idea del Cavaliere pag.* 7.

Alios e contra fuiſſe conſtat, qui eandem Deſcendentiam à Familia Angela Comnena, & conſimile jus ſuper hoc magnum Magiſterium hujus Religionis habere jactabant, & d. tecta eorum fraude, rejectos fuiſſe, & in eos latam fuiſſe ſententiam, refert *Juſtinianus in Volumine Compendio Iſtorico dell' Origine Equeſtre Impe-*
82 *riale &c. & Coſtantiniano ſtampato in Venezia nell' anno* 1680. *preſſo Andrea Poletti pag.* 23. §. *Trè Sentenze*, *& in alio Compendio de' Privilegi Imperiali &c. dell' Ordine Equeſtre &c. Coſtantiniano*, *ſtampato in Venezia nell' anno* 1689. *pag.* 23. *in fine* §. *Ma perchè pag.* 28., *&* 29. *Doctor Franciſcus Malvezzi in Libro, cui Titulus Privilegii Imperiali &c. a favore della Sagra Milizia Coſtantiniana ſtampato in Piacenza per Franceſco Conti*, *ed in Venezia per Evangeliſta Devchino* 1626. *pag.* 171., *& ſeqq.*, *& pag.* 181. uſque ad principium *pag.* 185., *&* 195., *& ſeqq.*, *& pag.* 203., *& ſeq.*

Et ne in hoc propoſito magni Magiſte-
83. rii hujus Religionis nihil prætermittamus, hìc ad litteram tranſcribimus, quod habetur *in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium Gallice ſcripta*, *& in noſtrum Italicum Idioma translata per d. Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei* allegato *Tomo* 1. *cap.* 31. *pag.* 264., *& ſeq. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani*, *& Vincentii Giuntini* 1737. ibi „ Fu parimente „ dopo qualche tempo contraſtata „ al Gran Maeſtro Gio. Andrea Flavio

„ vio Comnene Principe di Macedo„ nia la dignità di Gran Maeſtro; „ fu citato a Roma, dove ottennè „ Sentenza favorevole; ed avendo „ voluto fare ſtampare alcune coſe „ concernenti a queſt' Ordine nell' „ 1603. gli furono fatte nuove op„ poſizioni; ma ricorrendo egli al „ Papa, ottenne da eſſo ciò che „ bramava. Finalmente queſto Gran „ Maeſtro cedè la gran Maeſtran„ za alli 20. Luglio del 1623. a Ma„ rino Caracciolo Principe di A„ vellino Gran Cancelliere del Re„ gno di Napoli, Cavaliere del „ Toſon d' Oro, e dell' Ordine „ di Coſtantino, e Gran Priore di „ Coſtantinopoli, il quale fu altresì „ dichiarato diſcendente dalla Proſa„ pia Comnene, acciò non meno „ eſſo, che i legitimi ſuoi Diſcen„ ti poteſſero godere di queſto gran „ Maeſtrato, ed in caſo, che egli „ moriſſe ſenza Figliuoli, quelli del„ la Caſa Caracciolo, che eredita„ rebbero il Principato di Avellino, „ ed in mancanza di linea Maſcoli„ na, i Mariti delle Femine, che „ poſſederebbero il Principato di A„ vellino, benchè non foſſero della „ Caſa Caracciolo.

„ Queſta Ceſſione fu ſottoſcritta nel „ meſe di Maggio dell' 1624. da An„ drea, Pietro, e Giovanni Comne„ ne, Figliuoli di Gio. Andrea Fla„ vio. Avendo Papa Urbano VIII. „ di già riconoſciuto per Gran Mae„ ſtro il Principe di Avellino con ſuo „ Breve dei 23. Novembre del 1623. „ ed Andrea Angelo Flavio Comne„ ne volendo ſu queſto particolare „ inquietare il nuovo Gran Maeſtro, „ egli fu mantenuto in queſta ſua „ Dignità, per Sentenza proferita „ in contradittorio alli 10. Luglio del „ 1624. da Domenico Spinola Pro„ tonotario Apoſtolico, Auditore di „ Ruota, e Giudice Ordinario del„ la Curia Romana; la quale Sen„ tenza fu confermata dal Cardinale „ Ippolito Aldobrandino. Di tutti „ queſti fatti, di cui l' Abbate Giu„ ſtiniani non fà veruna menzione, „ ſe ne leggono gli Atti ſtampati a „ piè degli Statuti dell' Ordine nell' „ edizione di Trento. Parla bensì „ il ſopradetto Autore del Gran „ Maeſtro Giovanni Andrea Flavio „ Comnene, come ſe egli non aveſ„ ſe rinunciata la Gran Maeſtranza, „ perchè nella ſua Cronologia dei „ Gran Maeſtri gli dà quarantadue „ anni di governo, che dovevano „ eſſere cominciati nel 1592., e nel „ corſo della Storia dice, ch' egli „ ottenne per il ſuo Ordine nel 1630. „ alcuni Privilegi da Papa Urbano „ VIII., e dall' Imperadore Ferdi„ nando II. Queſte ſono difficoltà, „ che ſaranno forſe diſciolte, qual„ ora la Storia di queſt' Ordine com„ parirà alla luce, attorno a cui l' „ Abbate Giuſtiniani dice, che ſi la„ vora. De dicto Marino Caracciolo meminit allegatus *Collector Gallus d. Tom. 1. in Catalogo Magnorum Magiſtrorum pag. 69.*

Noviſſime poſtquam Joannes Andreas Angelus Flavius Comnenus Macedoniæ Princeps ex ſua Familia ultimus, ſervatis ſervandis Magnum hujus Conſtantinianæ Militiæ Magiſterium ceſſiſſet, & renunciaſſet cl. me. Franciſco Farneſio Parmæ, & Placentiæ Duci, juxta ſeriem, quam infra late exponemus, in Scenam prodiit Joan-

84. nes Antonius Lazier de Parochia de Perloz, ex Valle Auguſtæ Prætoriæ, qui ſe prætendens ex Familia Flavia Angela Comnena Laſcaris Paleologo Arborem Genealogicam Typis *Henrici Kriitingeri* Ratisbonæ anno

anno 1721. publicari curavit, ad probandam originem ſuam, & De-
85. ſcendentiam per lineam rectam maſculinam ab Imperatore Emanuele Secundo Paleologo, & in vim ejuſdem, ad illum ſpectare magnum Magiſterium hujus Conſtantinianæ Religionis.

Verum paulo poſt, prædictam Genealo-
86. gicam Arborem obtruncare, quin ex radicibus evellere, rationibus, & Documentis ſategit Auctor Voluminis, cui Titulus .. *La Falſità ſvelata contro a certo Giannantonio, che vantaſi de' Flavii Angeli Comneni Laſcaris Paleologo nell' Eſame della preteſa ſua Diſcendenza di Maſchio in maſchio da Emanuele II. Paleologo Imperadore di Coſtantinopoli. Parma nella Stamperia di S. A. S.* 1724.

SECTIO II.

ARGUMENTUM

Agitur de ceſſione, & renunciatione magni Magiſterii peracta ab Andrea Angelo Flavio Comneno Principe Macedoniæ, ad favorem cl. me. Ducis Franciſci Farneſii, Parmæ, & Placentiæ Ducis, ſuorumque Deſcendentium, & Stirpis Familiæ Farneſiæ; quæ ceſſio, & renunciatio fuit approbata, & confirmata à ſa. me. Innocentio XII., & ſa. me. Clemente XI., & glorioſæ in ævum Memoriæ Leopoldo I. Romanorum Imperatore, & adducuntur Diplomata Pontificia, & Imperialia præfata.

SUMMARIUM

1. *Refertur methodus ſervata in in hoc, & aliis Diſcurſibus. Laudatur Eminentiſſimus Portucarrero.*
2. *Adducitur renunciatio Magni Magiſterii, favore Ducis Franciſci Farneſii Parmæ, & Placentiæ Ducis, ejuſque Deſcendentium, ac Stirpis Farneſiæ Familiæ.*
3. *Fuit confirmata d. Renunciatio à ſa. me. Clemente XI.*, & n. 4.
5. *Diplomatum tenor adducitur*, & n. 6.
7. *Refertur narratio prætenſionis Ducis Dupont ſuper Magno Magiſterio hujus Ordinis*, & n. 8.
8. *Hæc pretenſio reiicitur à Summo Pontifice.*
9. *Dux Parmæ Franciſcus obtinet à Clemente XI. erectionem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ* della Steccata *in Eccleſiam Collegialem, ſeu Conventualem Ordinis, & erectionem magni Prioratus*, & n. 10. 11. 12. 13., & 14.
15. *Juspatronatus Commendarum, & Beneficiorum, quibus reſervetur.*
16. *Eximuntur à Juriſdictione Ordinariorum Clerici, & Equites ſubiiciuntur magno Magiſtro*, & n. 17. 20. 21., & 22.
18. *Cauſas tamen predictorum committere debet magno Priori, vel aliis Perſonis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis*, & n. 19.
23. *Magno Priori indulget Pontifex uſum Mozetæ violaceæ, cum Cruce Ordinis deſuper, & cum ſuo Rocheto.*
24. *Intellige, abſente magno Magiſtro, & quomodo ipſo præſente, vel Romæ.*
25. *Quomodo ſe gerere debeat in preparatione, & celebratione Miſſæ*, & n. 26.
27. *Miſſam Solemnem quomodo Magnus Prior celebrare poſſit.*
27. *Miſſæ uſum, quomodo habeat.*
29. *Ædificia Ordinis Sacra conſtructa, & conſtruenda poteſt Benedicere.*
30. *Item Paramenta, & Supellectilia Sacra poteſt Benedicere pro ſervitio Ordinis, dummodo Oleum Sacrum, vel Chriſma non adhibeatur.*
31. *Item Litteras Sacræ Pœnitentiariæ exequi ad favorem Militum, ſive aliarum Perſonarum d. Ordini addictarum.*
32. *Indulget Pontifex Capellanis Ordinis uſum Rocheti, & Mozetæ ſuper*

Habitum

Habitum Ordinis cum Cruce Ordinis ampliſſimæ.

33. *Innocentius XIII. indulſit unionem Beneficii ſimplicis de Jurepatronatus Familiæ Farneſiæ in Comendam Ordinis.*

34. *Indulgentia Plenaria quando, & quomodo fuit translata ad Altare S. Georgii, & in quibus diebus fuerit conceſſa*, & n. 35.

36. *Obligatis ad recitationem Horarum Canonicarum concedit facultatem recitandi Officium S. Georgii.*

37. *Dux Franciſcus duo Peditum millia Militum ſub Vexillo Militiæ Conſtantinianę in Venetorum opem miſit.*

38. *Idem Dux condidit Statuta pro bono Ordinis regimine, variando in aliqua parte ab antiquis.*

Indicatur Catalogus omnium Magnorum Magiſtrorum, qui datur in calce.

39. *Traditur forma ſervanda ab illis, qui cupiunt admitti ad Habitum Ordinis.*

40. *Religio hæc dividitur in tres Claſſes*, & n. 40. 41., & 42.

43. *Admitti petens in Claſſe Militum, Nobilitatem quomodo probare debeat*, & n. 44., & 45.

Nobilitas per quatuor, vel per octo lateres eſt probanda, & n. 46.

46. *Sacerdotes, ſi ſint Nobiles, quomodo illam probare teneantur.*

Si ſint ſimplices Capellani, Honeſtatem Natalium, & Bonos mores probant.

47. *Servientes Armorum, & Officii, quæ probant.*

48. *Confectis Probationibus, ſi recognoſcantur bene confecta, traditur petenti Habitus.*

49. *Fieri debet poſtmodum annus Novitiatus.*

50. *Profeſſio emittitur Regularis; cum Fidei Profeſſione, Votis, & Juramentis, ut in folio* ſub Litt. B. ſub n. 50., & 51.

51. *Statutorum veterum ſummam quis referat*, & n. 52.

53. *Commendæ in hoc Ordine quot ſint.*

54. *Quot fuerint antiquitus Comendę.*

55. *Adducuntur folia referentia ſummam Statutorum.*

56. *Item formulam Profeſſionis Fidei, & Juramenti* ſub Litt. C.

57. *Item enumerantur Cæremoniæ ſervandę in tradendo Habitum Equitibus magnæ Crucis.*

58. *Catalogus magnorum Magiſtrorum traditur.*

SECTIO II.

Anteequam Sectionis Secundę ſeriem exponamus, in qua Renunciatio, & Ceſſio Ordinis Conſtantiniani à Principe Jo. Angelo Flavio Comneno peracta favore Sereniſſimæ Stirpis Farneſiæ lato Calamo narratur, compendiarie, & Corollarii ad inſtar, ut ita noſtri hujus Diſcurſus, ac cæterorum, quos in hoc Opere appoſui-
1. mus, & apponemus ſtructura pateat, repetimus, quod Nos in antecedenti Sectione Prima egimus de prima Origine Ordinis Conſtantiniani ab ipſo Conſtantino Magno Imperatore promanante; egimus de progreſſu ac reſtauratione facta ab Imperatore Iſacio, cunctaſque partes Diſcurſus opportunis juridicis comprobavimus Documentis: Scriptorum proinde Opiniones, & Senſa inter ſe pugnantia, tam in temporum calculatione, quam in Nominibus enumerandis, factorum ſpecies, reſque geſtas integre retulimus.

Sub qua methodo Hiſtoricas Narrationes ſibi invicem diſſonas, in medium ſincere, ac Legali ſtylo produximus, non ſolum in præſenti Diſcurſu, in quo

quo de re antiquiſſima agitur, ſed in præcedentibus etiam, & ſubſequentibus perficiemus.

Noſtram hanc methodum nonnullis Doctis Sapientiſſimiſque Viris oſtendimus, & patefecimus, qui illam non improbarunt. Quin imo eſſe uniformem aſſeruerunt preceptis illis, quæ Auctores ſervanda præſcribunt Hiſtoricas anteactorum temporum Narrationes ſcribentibus, ut fideliter cuncta, & ſingula exponant hinc inde attente, ſicuti videre eſt apud *Patrem Joſeph Maria Maraviglia Clericum Regularem Mediolanenſem in ſuo Proteo Etruſco Politico, ſeu de Multiformi Hominum Statu Lege octava ad Hominem Hiſtoricum à pag. xi. cum ſeqq. juxta impreſſionem Venetam apud Valvaſenſem* 1660,

Nuperrime autem, occaſione qua Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dominus S. R. E. Cardinalis Joachinus Ferdinandus Portucarrero, ex Urbe Roma diſcedens, Civitatem Parmæ petiit, ut nomine, & vice Sacræ Regię Majeſtatis Ferdinandi VI. Hiſpaniarum Regis Catholici, & Monarchæ ampliſſimi, in Sacro Baptiſmali Fonte Infantem Regiæ Celſitudinis Philippi Parmę Ducis levaret, d. Eminentiſſimus Cardinalis Portucarrero, in hac noſtra Forolivii Civitate, die 20. Septembris currentis anni 1751. ſe detinuit. Hinc datum Nobis fuit Sacram Eminentiſſimi Domini Cardinalis Purpuram deoſculari, cum eo colloquia tenere, qui humaniſſime me excepit, & cum idem Eminentiſſimus antiquiſſimum Gentis ſuæ decus & virtutes referat & cumulet, ſatis doctas Allocutiones habuit, & nobiles.

Accidit autem perjucunde, ut de Ordinibus Equeſtribus & Militaribus ſermo ſe extenderit; cumque idem Purpuratus undequaque Scientiis, undequaque eruditione reſplendeat, multa de preclariſſima ſua Religione Sancti Joannis Hieroſolymitani, quam idem Eques Miles expreſſe profeſſus eſt, & magnæ Crucis honore præeminet, ſuper delatione nobiliſſimæ Teſſeræ ex Tela alba linea deferendæ in ipſa Sacra Purpura, ut ajunt, ſuper *Mozetam*, eleganter eſt locutus, reſumptis omnibus rationibus, quę egregie enucleantur in Epiſtola Sanctiſſimi Domini noſtri Benedicti XIV. feliciſſime Regnantis, ſcripta eidem Eminentiſſimo Domino Cardinali Portucarrero; Nobiſque eam integre damus in calce Noſtri Diſcurſus ſuper Ordine Equeſtri Militari Sancti Joannis Hieroſolymitani in ſubſequenti ſecundo Volumine.

Plura alia de cœteris Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus erudite Eminentiſſimus Dominus Cardinalis mecum ipſe diſſeruit, ſeque plene inſtructum etiam in genere hoc ſtudiorum oſtendit: quapropter Eminentiſſimus Dominus methodum, quam in conſtructione tenemus noſtri *Armamentarii Hiſtorico-legalis in tres Tomos diſtributi*, laudare non eſt dedignatus.

Hinc citra jactantiam fas Nobis ſit clamare, magnam gloriam & laudem eſſe, à Viro laudato, & præclaro laudari, maximam à laudatiſſimo, & præclariſſimo.

Expediti à relatis declarationibus, modo Narrationem aggredimur Ceſſionis, & Renunciationis magni Magiſterii hujus Conſtantiniani Ordinis ſolemniter confectæ favore Sereniſſimæ Familiæ Farneſiæ à Jo. Andrea Angelo Flavio Comneno Macedoniæ Principe tenoris ſequentis.

Ut ſequentis prænobilis, antiquiſſimeque hujus Religionis Decus, & Glo-

ria in poſterum quoque ſarta tecta ſervaretur, probe perpendens Joannes Andreas Angelus Flavius Comnenus Macedoniæ Princeps, ſe eſſe ultimum ex ſua Familia, & ætate
2. provectum, ſtatuit magnum Magiſterium Conſtantinianę Religionis, ad ipſum jure hæreditario, & ſanguinis pertinens cedere, & transferre cl. me. Franciſco Farneſio Duci Parmæ, & Placentiæ, prout, cum effectu ceſſit, renunciavit, & tranſtulit ad favorem præfati Ducis Franciſci Farneſii Ducis Parmæ, & Placentię, ejuſque Deſcendentium, ac Sereniſſimę Farneſiæ Stirpis; & hæc Renunciatio peracta fuit Venetiis 27. Julii *1697*. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriq., & Critiques ſur la Chevalerie lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 7. *pag.* 118. de qua renunciatione mentionem facit *Hermant d. Tom.* 2. *pag.* 98. *d. Volumen li Sourani Tom.* 4. *d. Pater Fontana d. Tom.* 1. *pag.* 268. Qualitates autem prædicti Principis Joannis Angeli Flavii Comneni, ipſum nempe eſſe Deſcendentem ab Imperiali Conſtantini Familia, clare demonſtrat *Pater Honoratus à Sancta Maria d. lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 7. *per totam à pag.* 116. *cum ſeq.*

Ad hanc vero Renunciationem, Ceſſionem, & Translationem devenit dict. Joannes Andreas prævio facultativo Diplomate Auguſtæ recordationis Leopoldi I. Imperatoris, dato Viennæ die quinta Auguſti *1699.*, & concurrente Apoſtolica Avctoritate ſan. me. Innocentii XII. mediantibus literis in forma Brevis expeditis, Romę apud Sanctam Mariam Majorem die 24. Octobris *1699.*, in quibus non ſolum Ceſſio, Renunciatio, & Translatio facta confirmatur, ſed etiam Apoſtolica Auctoritate, & Poteſtatis plenitudine, prælaudatis Duci Franciſco, & ejus Succeſſoribus ibidem nominatis, dicti magni Magiſtri Munus, & perpetui Adminiſtratoris ejuſdem Ordinis conceditur, & aſſignatur, ut refert *d. Pater Honoratus d. lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 3. *pag.* 96. *& Art.* 7. *pag.* 116., *& ſeq.* Quod Cæſareum Diploma, & reſpective Apoſtolicum Breve, per extenſum, & ad litteram impreſſa habentur penes *d. Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum poſt Diſſert. Hiſtoric. lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 7., *& lib.* 3. *Diſſert.* 7. *pag.* 483., *& ſeq.*, *&* 499. & ruiſus impreſſa leguntur in Volumine, cui Titulus -- *La Falſità ſuelata contro certo Giannantonio, che vantaſi de' Flavii Angeli Comneni Laſcaris Paleologo, nell' Eſame della preteſa ſua Diſcendenza di Maſchio, in Maſchio da Emanuele II. Paleologo, Imperatore di Coſtantinopoli, Parma nella Stamperia di S. A. S.* 1724. ubi ſub Titulo -- *Faſcio di Documenti della ſopramesſa Scrittura chiamati, e reſpettivamente diſcuſſi n.* 18., *&* 19. *à pag.* 89. *cum ſeq.*, reſpectu Diplomatis Imperialis, *& à pag.* 96. *cum ſeq.* reſpectu Bullæ Papalis Innocentii XII.

Dictaque confirmatio, & Papalis conceſſio Innocentii XII. fuit confir-
3. mata in alio Brevi Apoſtolico ſa. me. Clementis XI. 20. Aprilis anno 1701, quod Breve impreſſum eſt in *Bullario ejuſdem Clementis Parte Secunda ſub n.* 95. *pag.* 259., *& apud Patrem Honorè de Sainte Marie Carmè Decauſsè Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques pag.* 500., & iterum *in d. Volumine -- La Falſità ſuelata n.* 20. *à pag.* 102. *cum ſeqq.* Ac denuo approbatione roboratur antedicta con-
4. firmatio, & conſenſus ab eodem Clemente XI. per Apoſtolicam Bul-

lam

jam occaſione erectionis in Eccleſiam Conventualem d. Ordinis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ *della Steccata* expeditam ſexto Kalend. Junii 1718. ſuique Pontificatus anno 18. , quæ Bulla ſimiliter impreſſa eſt in Bullario d. Clementis num. *96. pag.* 261. ac repetita in d. Volumine -- *La Falſità ſvelata &c. n.* 21. *à pag.* 107., *cum ſeqq.*

Tam dictum Diploma Imperiale, quam 5. Apoſtolicum Breve, ampliſſimis formulis rem explicant. Siquidem antedictum Leopoldi Imperatoris Diploma, cum non ſolum facultatem faciendi Ceſſionem, Renunciationem & Translationem impertiat, ſed etiam factam confirmet, ſic inquit „ Leo„ poldus Divina favente Clementia „ electus Romanorum Imperator &c. „ Agnoſcimus, & notum facimus „ tenore præſentium univerſis, quod „ cum Nobilis Vir Illuſtris, Joannes „ Andreas Angelus Flavius Comne„ nus Sacræ Angelicæ avratæ Con„ ſtantinianæ Militiæ, ſub Titulo „ Sancti Georgii, & Regula Divi „ Baſilii magnus Magiſter, humiliter „ expoſuerit, nihil ſibi, ex peranti„ quâ, & Potentiſſima Comnenorum „ Familia tantummodo Superſtiti ma„ gis curæ, & cordi eſſe, quam ut „ Ordo Militaris avratus Angelicus, „ qui à Divo quondam Conſtantino „ Magno Imperatore, ex oblato Di„ vinitus ipſi per viſum lemmate *In* „ *hoc Signo Vinces* inſtitutus, ac „ poſtmodum ab Iſacio Angelo „ Comneno, aliiſque deinceps Impe„ ratoribus, nec non à Romanis Pon„ tificibus auctus, & amplificatus, „ ſub Regula Divi Baſilii, & patro„ cinio, ſive Tutela Sancti Georgii „ militat, cujuſque ſibi tanquam à „ dicto Iſacio Angelo Comneno, „ continva non interrupta ſerie De„ ſcendenti Jure Succeſſionis, & „ Sanguinis magnum Magiſterium „ competat, per injuriam temporum „ obſcuratus reſuſcitetur, atque ad „ priſtinum Decus, & ſplendorem „ reducatur, ſicque inclyti illius Or„ dinis perennitati ſecurius conſula„ tur; eumque in finem, cum id „ ob fortunæ facultatumque anguſtias, „ tum ob virium imbecillitatem, ac „ ætatem in ſenium jam vergentem „ præſtare non poſſit, de clariſſimi „ Sanguinis Principe, tum æſtimatio„ ne, tum auctoritate ſpectabili, col„ labenti illius Ordinis moli ſuſtinen„ de idoneo cogitaſſe, qui titulos „ eidem Ordinis adſcriptos re, ac „ ſplendore valeat cumulare, & „ amplificare; ac oblatis Deo Op„ timo Maximo precibus, ſibi in „ mentem occurriſſe multifaria Il„ luſtriſſimæ Farneſiorum Familiæ tam „ in Eccleſiam, & Rempublicam „ Chriſtianam, quam in ſemetipſum, „ dictumque Ordinem Merita, & „ Beneficia, nullumque digniorem „ ſibi viſum eſſe, in quem Jura, Fa„ cultates, exercitia, reliquæque ad d. „ Ordinem ſpectantes prærogativæ „ transferri, dictumque Magiſterium „ ex jure Sanguinis, & Succeſsionis „ ſibi competens, reſignari poſſet, „ preterquam Sereniſsimum nunc „ Regnantem Parmæ, & Placentiæ „ Ducem Franciſcum Primum, ex „ Illuſtriſsima Farneſiorum Familia „ oriundum &c. demiſſe Nos rogan„ do, ut non modo perficiendæ hu„ juſmodi Translationis, & Reſigna„ tionis facultatem ſibi impertiri, ſed „ & prædicto Sereniſsimo Parmæ, & „ Placentiæ Duci, Magnum illius „ Ordinis Magiſterium clementer „ deferre dignaremur &c.

„ Ac proinde motu proprio, ex certa „ ſcientia, animo bene deliberato, ac ſa-

„ ac ſano, Noſtrorum, & Sacri Im-
„ perii Fidelium Dilectorum acce-
„ dente conſilio, eaque qua fungi-
„ mur avctoritate Cæſarea, & de e-
„ juſdem plenitudine, tum de Su-
„ premo dicti Ordinis ad Nos devo-
„ luto, Nobiſque competente Do-
„ minio, invocato Dei Omnipoten-
„ tis Nomine, a quo Principatus
„ omnes, & Dignitates omnes pro-
„ manant.

„ Prædicto Viro Illuſtri Joanni An-
„ dreæ Angelo Flavio Comneno Sa-
„ cræ Angelicæ Avratæ Conſtanti-
„ nianę Militiæ ſub Titulo Sancti
„ Georgii, & Regula Divi Baſilii
„ Magno Magiſtro, Facultatem tran-
„ sferendi, & reſignandi Magnum
„ iſtius Ordinis Magiſterium, in præ-
„ fatum Sereniſſimum Franciſcum
„ Farneſium Parmę, & Placentiæ
„ Ducem, Principem noſtrum Cha-
„ riſsimum, non tam conceſsimus,
„ & impertiti ſumus, prout hiſce
„ clementer concedimus, & imper-
„ timur; verum etiam, ſi forte in-
„ terea temporis ejuſmodi transla-
„ tio, & reſignatio ſubſecuta eſſet,
„ eandem approbaverimus, laudave-
„ rimus, & confirmaverimus, prout
„ hiſce approbamus, laudamus, &
„ confirmamus. Quin imo ex ea-
„ dem Poteſtatis noſtræ plenitudine
„ Magnum Ordinis illius Magiſteri-
„ um, omni quo fieri poteſt me-
„ liori modo, & forma ſæpe dicto
„ Sereniſsimo Franciſco Primo Par-
„ mæ & Placentię Duci acceptanti,
„ & conſentienti, Nobiſque propterea
„ humillimè ſupplicanti, ejuſdemque
„ legitimis Deſcendentibus Filiis in
„ infinitum, & his deficientibus
„ (quod abſit) Sereniſsimo Princi-
„ pi Primogenito Farneſiæ Stirpis,
„ donec Illuſtriſſimi hujus Sanguinis
„ Gloria vigebit, omnem facultatem,
„ Jus, Auctoritatem, Poteſtatem, A-
„ ctionem in magno Magiſterio
„ præfati Ordinis, & Militię, omnia-
„ que, & ſingula Privilegia, Pręro-
„ gativas, Exemptiones, & Gratias,
„ vel conceſſiones quaſcumque, ſive
„ ab ipſo Iſacio Angelo Comneno,
„ ejuſque Succeſſoribus, ſive à Sum-
„ mis Pontificibus, aliiſque Roma-
„ norum Imperatoribus, & Nobiſ-
„ met ipſis eidem datas, factas, &
„ confirmatas tribuerimus &c. Quem-
„ admodum hiſce tribuimus, tran-
„ ſcribimus, rata habemus, approba-
„ mus & confirmamus ec. ita ut de-
„ inceps a Nobis, Noſtriſque in Sa-
„ cro Romano Imperio Succeſſori-
„ bus Romanorum Imperatoribus,
„ ac Regibus, aliiſque quibuſcumque
„ Ordinis Militaris avrati Angelici,
„ magni Magiſtri perpetuo poſt hac
„ predicentur, appellentur, nominen-
„ tur, & compellentur, non ſecus ac
„ ſi magnum illud Magiſterium, om-
„ niaque, & ſingula, ut ſupra, ab ipſo
„ Iſacio Angelo Comneno, in præ-
„ dictos Farneſios translata eſſent.

„ Volentes, & hoc Edicto noſtro Cæ-
„ ſareo firmiter ſtatuentes, quod
„ prędictus Sereniſſimus Parmæ, &
„ Placentię Dux, omnibus & ſingu-
„ lis, ad eundem Ordinem, ſive
„ Magnum ejuſdem Magiſterium per-
„ tinentibus, Terris, Bonis, Inſulis, ut
„ ex Privilegiis, juribus, Pręrogativis,
„ & Regalibus, quocumque etiam
„ nomine vocitentur, eodem, quo
„ hactenus dicti Ordinis magni Ma-
„ giſtri, uſi, & gaviſi ſunt modo,
„ tum ipſe memoratus Ordo Sacer
„ Militiæ Angelicæ Conſtantinianæ
„ Sancti Georgii, ejuſdemque Equi-
„ tes, omnibuſque illis prędictis, &
„ nominatim hac, quam peculiariter
„ ipſis confirmamus Gratiam, portan-
„ di nimirum omnis generis Arma,

tam

„ tam offenſioni quam defenſioni
„ idonea, perinde ac alii Religio-
„ ſorum Ordinum Equites, ſub om-
„ nibus, & ſingulis Nobis, & Sacro
„ Imperio mediate, vel immediate
„ ſubiectis Terris, Provinciis, Ditio-
„ nibus, uti, frui, & gaudere de-
„ beat, & poſsit, pariterque debe-
„ ant, & poſsint, de Poteſtatis no-
„ ſtræ plenitudine, nemine omnino
„ contradicente. Quod poſtremum
„ ita tamen intelligi volumus, ſi ip-
„ ſe Ordo jam ante in poſſeſsione
„ eorum ſit, & quatenus id, neque
„ in præjudicium ſupremæ eminen-
„ tium, & Regalium, aliorumque
„ noſtrorum, vel alterius cujuſcum-
„ que Jurium cedat, cum Superiori-
„ tatem ſummam confirmationemque,
„ de caſu in caſum, Nobis, & no-
„ ſtris Succeſſoribus ſemper reſerva-
„ tam, & inſuper velimus, ut San-
„ ctæ Militiç leges, Regulaque San-
„ cti Baſilii in omnibus rite, recte-
„ que obſervetur, atque Religioni,
„ & Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, nec
„ non Nobis, & Succeſſoribus no-
„ ſtris, in caſu neceſsitatis, ad re-
„ quiſitionem noſtram, prompta
„ ſemper, fortique manu contra In-
„ fideles ſuccurratur, nec ulla ma-
„ gni momenti expeditio Bellica, ſi-
„ ne prævia notificatione, & conſen-
„ ſu noſtro ſuſcipiatur.
„ Nulli ergo omnino hominum liceat
„ hoc noſtrç confirmationis, novæ
„ conceſsionis, & Gratiç Decretum,
„ quod optimo jure ſancitum eſt, in-
„ fringere &c.
Harum teſtimonio Literarum ec. Daban-
tur in Civitate noſtra Viennæ die
quinta Menſis Auguſti Anno 1699.
Regnor. noſtrorum Romani 42. Hun-
garici 45. Bohemici 43.

Breve autem Apoſtolicum ſa: me: Innocentii Papæ XII. ita loquitur.

„ INnocentius Papa XII. Dilecte fili
„ Nobilis Vir Salutem, & Apoſtoli-
„ cam Benedictionem ec. Sinceræ Fi-
„ dei & Devotionis affectus, quem
6. „ erga Nos, & Sedem Apoſtolicam ge-
„ rere comprobaris, nec non præ-
„ clara, & multiplicia illuſtris Fa-
„ miliç tuæ Farneſiæ in eandem me-
„ rita, Nos adducunt, ut ea Tibi,
„ ac tuis futuris, natis, ac Deſcen-
„ dentibus, aliiſque ejuſdem Fami-
„ liæ tuæ Principibus libenter con-
„ cedamus, per quç honorum Vobis
„ fiat acceſsio, & perenne aliquod
„ Paternæ noſtræ in te, tuamque
„ Familiam prædictam voluntatis ex-
„ tet monumentum. Cum itaque,
„ ſicut Dilectus Filius Nobilis Vir
„ Joannes Andreas Angelus Flavius
„ Comnenus Princeps Macedoniæ,
„ ac magnus Magiſter Militiæ avreatæ
„ Conſtantinianæ ſub Titulo Sancti
„ Georgii, & Regula Sancti Baſilii
„ Magni Nobis, nuper ſignificavit,
„ ipſe qui (ut aſſerit) Nobilis, &
„ Antiquæ Familiç ſuæ Angelæ Fla-
„ viç Comnenæ ſolus ſuperſtes, ac
„ non tam Liberis, quam ſpe illos
„ procreandi deſtitutus exiſtit, quip-
„ pe qui in provecta ætate conſti-
„ tutus jam reperitur, nec non pa-
„ rum firma, ac bellicis ærumnis
„ feſſa valetudine utitur, ſummope-
„ re cupiens in Officio, ſeu Mune-
„ re Magni Magiſtri, ſeu perpetui
„ Adminiſtratoris Militiæ prædictç,
„ quod longiſſimo tempore ab ejus
„ Progenitoribus, continua ac non
„ interrupta ſerie obtentum, &
„ poſſeſſum fuit, dari ſibi Succeſſo-
„ rem prævalidum, cujus ope, ac
„ virtute Militia præfata relevetur,
„ & præſervetur a noxiis, nec non

„ lætioribus Benedicente Domino „ proficiat Incrementis, ad Nobili„ tatem tuam, egregiis Naturæ, „ Gratiæque Divinæ Muneribus præ„ fulgentem, mentis ſuę Oculos „ provide direxerit, juribuſque ſibi „ in hac re quovis modo compe„ tentibus, ſeu, quæ ſibi competere „ exiſtimaverat utens, Tibi, ac tu„ is ſucceſſive Natis, Nepotibus, & „ Deſcendentibus, aliiſque Familiæ „ tuę Farneſiæ præfatis Succeſſoribus „ Parmæ, & Placentiæ Ducibus pro „ tempore exiſtentibus Officium, ſeu „ Munus hujuſmodi (reſervato ta„ men deſuper noſtro, & dictæ Se„ dis beneplacito) reſignaverit: „ Hinc, eſt quod Nos ſperantes in „ Domino Te, cui præter Generis „ ſplendorem, ac domeſtica majorum „ exempla Catholicæ Religionis tu„ endæ zelus, aliæque eximiæ, ac pio „ prudentique Principe dignæ Vir„ tutes abunde ſuffragantur, Militię „ prędictę plurimum utilitatis, adſpi„ rante ſuperni favoris avxilio, alla„ tarum eſſe, ac proinde felicius e„ juſdem Militiæ progreſſibus, quæ „ (ut aſſeritur) diverſis Privilegiis, „ Gratiis, & Indultis a quam pluri„ mis Romanis Pontificibus Præde„ ceſſoribus Noſtris inſignita fuit, „ quantum Nobis ex alto conceditur, „ opportune conſulere, Teque ſpecia„ lis favore Gratiæ proſequi volentes, „ Tuique, ac dicti Joannis Andreæ „ Principis, ac magni Magiſti ſingu„ lares Perſonas &c. Nec non pręfa„ ti Officii, ſeu Muneris erectionem, „ naturam, ſtatum, qualitates, & „ circumſtantias quaſcumque, etiamſi „ electivum, & perſonale exiſtat, a„ liaue quęlibet, etiam ſpecifica, & in„ dividua mentione, & expreſſione di„ gna, præſentibuſque pro plene, & „ ſufficienter expreſſis, ac exactiſſime „ & accuratiſsime ſpecificatis haben„ tes, Supplicationibus tam tuo, quam „ ejuſdem Joan. Andreæ Principis, & „ magni Magiſtri nomine Nobis ſuper „ hoc humiliter porrectis, inclinati, „ eiſque benigne annuentes, ac etiam „ motu proprio, & ex certa ſcientia „ & matura deliberatione noſtris, „ deque Apoſtolicæ poteſtatis pleni„ tudine, reſignationem dicti Officii, „ ſeu Muneris magni Magiſtri, ſeu „ Perpetui Adminiſtratoris Militię „ avratæ Conſtantinianę, Tibi, ac „ tuis poſt Te Natis, Nepotibus, „ & Deſcendentibus, aliiſque Fami„ lię tuæ Farneſiæ ſupraſcriptę Suc„ ceſſoribus Parmæ, & Placentiæ, „ Ducibus pro tempore exiſtentibus, „ à memorato Joanne Andrea Prin„ cipe, & magno Magiſtro factam, „ ut petitur, publicumque deſuper „ confectum Inſtrumentum, ſive „ Scripturas, cum omnibus, & ſin„ gulis in eis contentis, alias ta„ men licitis, & honeſtis, & Apo„ ſtolicæ Sedi præfatæ illiuſque aucto„ ritati minime adverſantibus, teno„ re præſentium perpetuo confirma„ mus, & approbamus, illiſque in„ violabilis, & irrefragabilis Apoſto„ licæ firmitatis vim, robur, & effi„ caciam, & validitatem adiungi„ mus, & adiicimus, ac omnes, & „ ſingulos juris & facti, & ſolem„ nitatum quarumcumque, tam ex „ Juris communis, & Conſtitutio„ num, Privilegiorum, & Indultorum „ Apoſtolicorum, nec non Militię „ præfatæ, etiam Juramento, confir„ matione Apoſtolica, vel quavis fir„ mitate alia roboratorum Statuto„ rum, ſeu ſtabilimentorum quo„ rumlibet præſcripto, quam de ſti„ lo, uſu, & conſuetudine etiam „ immemorabili, ſeu alias quomo„ dolibet in ſimilibus, etiam de ne-

ceſsitate

„ ceſsitate obſervandarum, & alios „ quoſuis etiam quantumvis forma. „ les, & ſubſtantiales, ac incogitatos „ & inexcogitabiles defectus, et ſi „ qui in præmiſsis principaliter, vel „ acceſſorie, ſeu antecedenter, con„ ſequenter, vel concomitanter, aut „ alias quomodolibet intervenerint, „ ſeu interveniſſe, dici, cenſeri, præ. „ tendi, vel intelligi quomodocum„ que, vel quandocumque poſſent, „ etiamſi tales ſint, ut nonniſi, fa„ cta eorum ſpecifica, et individua„ mentione, et expreſsione ſanari „ poſsint pleniſsime, et ampliſsime „ ſupplemus, et ſanamus, ac peni„ tus, et omnino tollimus, abroga„ mus, et abolemus.

„ Et nihilominus ad majorem, et abun„ dantiorem cautelam, et quatenus „ opus ſit, ac etiam omni alio melio„ ri modo, via, jure, et forma, qui„ bus firmius, et validius facere „ poſſumus, Tibi, ac præfatis Tuis „ Natis, Nepotibus, et Deſcendenti„ bus, aliiſque Familię Tuæ hujuſ„ modi Succeſſoribus Parmæ, et Pla„ centiæ Ducibus, pro tempore exi„ ſtentibus ſuo ordine reſpective ſu„ pradictum Officium, ſeu Munus „ magni Magiſtri, ſeu Perpetui Ad„ miniſtratoris Militiæ avreatæ Con„ ſtantinianæ præmiſſo, vel alias „ certo, quem præſentibus itidem „ pro expreſſo haberi volumus, modo „ vacans, cum omnibus, & ſingulis il„ lius honoribus, Juribus, Pręemi„ nentiis, et Prærogativis ſolitis, et „ conſuetis, motu, ſcientia, delibera„ tione, et poteſtatis plenitudine „ paribus, harum ſerie perpetuo „ concedimus, et aſſignamus. Nec „ non Vobiſcum ſuper receptione „ in Fratres Milites Militię prædi„ ctę, ſuſceptionis Habitus per eoſ„ dem geſtari ſoliti, ac Profeſſionis „ per illos emitti conſuetæ Regula„ rium, nec non Servitiorum quo„ rumlibet à Statutis, ſeu Stabili„ mentis hujuſmodi præſcriptorum, „ ac aliarum quarumvis, per eadem „ Statuta, ſeu ſtabilimenta, ac Pri„ vilegia, & Indulta Apoſtolica ad „ obtinendum Officium, ſeu Munus „ hujuſmodi, illiuſque Juriſdictionem, „ Poteſtatem, Pręeminentias, & præ„ rogativas exercendum quomodo„ libet requiſitarum qualitatum defe„ ctibus, cœteriſque impedimentis „ quibuſvis, hac in re Vobis quo„ modolibet obſtantibus, & quando„ cunque obſtitutis, ſuique Vobis „ obſtare quovis modo, prætendi, „ cenſeri, vel intelligi poſſent, ad „ pręmiſſorum effectum, quatenus „ opus ſit, etiam ex nunc, prout ex „ tunc, & è contra de ſpecialis do„ no Gratiæ diſpenſamus. Mandantes „ propterea in virtute Sanctæ Obe„ dientiæ, ac diſtricte præcipientes „ omnibus, & ſingulis memoratæ „ Militiæ Officialibus, & Miniſtris, „ quocumque nomine nuncupentur, „ Militibus, Fratribus, & Perſonis, „ cœteriſque, ad quos ſpectat, & „ quandocumque ſpectabit in futu„ rum, ut Te ſtatim, poſt Te vero, „ pręditos tuos Natos, Nepotes, & „ Deſcendentes, aliosque memoratæ „ Familiæ tuæ Succeſſores Parmæ, & „ Placentię Duces pro tempore exi„ ſtentes, ad Officium, ſeu Munus „ magni Magiſtri, ſeu Perpetui Ad„ miniſtratoris hujuſmodi, ejuſque li„ berum exercitium, juxta tenorem „ præſentium recipiant, & admittant, „ Voſque recognoſcant, ac Vobis „ in omnibus, quæ ad idem Offi„ cium, ſeu Munus pertinent, pare„ ant, & obediant, faveantque, & „ aſsiſtant reſpective. Ac decernen„ tes ipſas præſentes literas, etiam

ſi in

„ ſi in Cancellaria Militiæ prædictæ „ nunquam regiſtrentur, nec admittantur, nihilominus firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, „ ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Vobis pleniſſime ſuffragari in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi „ ab iis, ad quos ea res ſpectat, unanimiter, nemineque penitus diſcrepante, vel contradicente admiſſæ, & in Cancellaria prædicta „ regiſtratæ fuiſſent. Neque ipſas „ præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ex eo quod quilibet etiam primores, ſeu primi „ cujuſcumque Status, Ordinis, „ preeminentiæ, & dignitatis, ſeu „ alias ſpecifica, & individua mentione digni exiſtant, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non „ conſenſerint, nec ad ea vocati, „ citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas ipſæ præſentes emanarint, „ adductæ, verificatæ, & juſtificatæ „ fuerint, aut ex alia quacumque, „ quantumvis juſta, pia, & privilegiata cauſa, calore, pretextu, & „ capite etiam in corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & „ totalis læſionis, ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtre, aut intereſſe habentium conſenſu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & „ ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu, notari, „ impugnari, infringi, modificari, retractari, in controverſiam vocari, „ aut ad terminos Juris, ſeu Statutorum, vel ſtabilimentorum, ac „ conſuetudinum, uſuum, & privilegiorum dicte Militie reduci, aut „ adverſus illas aperitionis Oris, reſtitutionis in integrum, aliudue quodcumque Juris, & Facti, vel Gratie remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam „ motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel „ extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo „ modo poſſe, nec eaſdem preſentes „ literas ſub quibuſvis ſimilium, vel „ diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, „ aliiſque contrariis diſpoſitionibus, „ etiam per Nos, & Romanos Pontifices Succeſſores noſtros, & Sedem predictam, quovis modo, etiam per viam Legis, & Conſtitutionis Generalis, ſeu Statuti perpetui, quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis „ excepta &c. Sicque, & non aliter „ in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam „ Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & „ dictæ Sedis Nuncios, alioſve quoſlibet, quacumque præeminentia, „ & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet „ quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, „ judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his „ à quoquam quavis auctoritate, „ ſcienter, vel ignoranter contigerit „ attentari. Non obſtantibus premiſsis, ac quatenus opus ſit, noſtra „ & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de Jure queſito non tollendo, „ aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non „ dictæ Militiæ, aliſve quibuſvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoſto-

„ poſtolica, vel quavis firmitate alia
„ roboratis Statutis, & Conſuetudi-
„ nibus, ſtabilimentis, uſibus, & na-
„ turis, Privilegiis quoque, Indultis,
„ & Literis Apoſtolicis eidem Mili-
„ tiæ, illiuſque Fratribus, & Perſo-
„ nis quibuslibet, etiam Primoribus
„ ſeu Primis, ſub quibuſcumque
„ verborum tenoribus, ac formis &c.
„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam
„ Majorem, ſub Anulo Piſcatoris
„ die vigeſima quarta Octobris *1699.*
„ Pontificatus Noſtri anno nono.

Præfatis Imperiali Indulto, & Apoſtolica Bulla expeditis, & illarum vigore completa ceſsione, & translatione magni Magiſterii hujus inclytæ Militaris Religionis Conſtantinianę in favorem Ducis Parmæ, & Placentiæ, juxta ſeriem ſuperius expreſſam, poſt.
7. modum Guſtavus Leopoldus Princeps de Dupont preces porrexit eidem prælibato Summo Pontifici Innocentio XII. quatenus approbare, & confirmare dignaretur quandam electionem de ſui Perſona in magnum Magiſtrum, ſeu Perpetuum Adminiſtratorem d. Militiæ à nonnullis illius Fratribus, ſeu Militibus factam: & licet idem Pontifex literas Apoſtolicas, ut ſupra, ad favorem Ducis Parmæ expeditas, d. Principi Guſtavo notificaverit, ut earundem diſpoſitioni, & Pontificiæ voluntati acquieſceret; nihilo tamen minus idem Guſtavus Princeps anno 1700. prætextu memoratæ Electionis, licet nullę, & invalidæ, mediante quodam Procuratore, Habitum, & Crucem Militiæ Conſtantinianæ contulit duobus Regularibus Profeſſis, altero ex Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & altero ex Ordine Sancti Hieronymi in Hiſpania, publico deſuper confecto Inſtrumento.

Quapropter rebus hiſce ad notitiam ejuſdem Summi Pontificis Innocentii perventis, Pontifex ſuper Negotio hujuſmodi, trium Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium Congregationem deputavit, quæ Congregatio Decretum, & Reſolutionem edidit,
8. ut ſuper eadem Literæ Apoſtolicę expedirentur, quę tamen ob infirmitatem, & deinde ejuſdem Summi Pontificis obitum expediri non potuerunt. Subinde tamen electo in ſummum Pontificem Clemente *XI.* hic prævia confirmatione d. Innocen. Bullæ, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia, & ſingula per d. Guſtavum Leopoldum Principem, & ejus Procuratorem, dictæ Electionis prætextu quomodolibet acta, geſta, & ordinata cum omnibus inde ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, inania, invalida irrita, attentata, ac propterea nullatenus attendenda eſſe, & perpetuo fore, idque in margine dicti Inſtrumenti ad hoc, ut in eo contenta pro irritis, nullis, invalidis, viribuſque, & effectu penitus, & omino vacuis, ſemper habeantur, annotari debere decrevit, & declaravit, injunxitque Vicario Urbis, ut Auctoritate Papali præfatos Regulares cogat ad redeundum ad eorum Clauſtra, ut videre eſt in Brevi motus proprii d. Clementis XI. ſub datum Romę apud Sanctum Petrum die 20. Aprilis 1701. Pontificatus ſui anno primo, quod eſt *impreſſ. in Bullario ejuſdem Clementis XI. par.* 1. *ſub n.* 95. *pag.* 259. & reperitur penes *Patrem Honorè de Sainte Marie Carmè Dechauſſè Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques, pag.* 500., ac ſimiliter *in calce d. Voluminis* La Falſità ſuelata &c. *ſub Tit.* Faſcio de' Documenti *num.*

20. *à pag.* 102. *cum ſeqq.*

Ultimus, Franciſcus Dux ab eodem Sum-
9. mo Pontifice Clemente XI. Gratiam erectionis obtinuit Eccleſiæ Parmenſis Beatæ Mariæ *Della Steccata* nuncupatę, in Eccleſiam Collegialem, ſeu Conventualem ejuſdem Sacræ Equeſtris Religionis Conſtantinianæ, una cum Unione Pię Domus de Miſericordia, ad favorem d. Eccleſię Beatæ Mariæ *Della Steccata*, cum erectione magni Prioratus in eadem, & pluribus Indultis, ac Privilegiis eidem Magno Priori pro tempore exiſtenti conceſſis.

Bulla autem erectionis Eccleſiæ Conven-
10. tualis, Unionis, & magni Prioratus eſt illa, quę expedita fuit anno 1718. *in Bullario Clementis XI. la 96. pag.* 261. repetita in Libello -- *La Falſità ſvelata ſub Titulo* -- *Faſcio di Documenti n.* 21. *pag.* 107. de qua mentionem fecimus ſub §. *Dictaque Confirmatio*.

Tenor ejuſdem Bullę, in qua prius re-
11. cenſita ſerie Apoſtolicæ Conſtitutionis ſa. me. Innocentii XII. approbantis ceſſionem, & translationem magni Magiſterii Ordinis Conſtantiniani in Ducem Franciſcum primum, & Succeſſores Duces Parmę, & Placentiæ iterum Clemens XI. concedit, & aſſignat idem Munus, *quoad eandem erectionem* eſt, ut ſequitur „ Ac „ Eccleſiam Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ præfatam, prævijs „ in ea, omnis cujuſcumque Status, „ & eſſentię Secularis, non tamen „ quoad Beneficia in ea, jam ut „ præfertur fundata, ac de dicto Jurepatronatus Laicorum, ut præ„fertur exiſtentia, quæ illęſa, & in „ eorum primæva natura ſeculari, „ excepto tamen jure in eis inſtitu„endi Clericos Seculares, ad illa „ pro tempore vacantia, ab illorum „ pro tempore exiſtentibus Patronis „ præſentandos, quod Nos magno „ Priori præfato pro tempore exi„ſtenti concedere, ut infra, & aſſi„gnare intendimus, remaneant extin„ctione, nec non Eccleſiæ Beatę „ Marię *Della Steccata* nuncupa„tæ Regiminis, & Gubernii à Con„gregatione prædicta, a qua, ut „ præfertur, regi, & gubernari uſ„que nunc conſuevit, abdicatione, „ ac prędictorum vigintiquinque „ Clericorum, ſeu Presbyterorum „ Secularium præfatorum, à quibus „ eadem Eccleſia Beatæ Mariæ *Del„la Steccata* nuncupatæ, ut præ„fertur, in Divinis deſervitur, amo„tione, in certam Eccleſiam, cer-
12. „tamque prędictæ Militiæ avreatæ „ Conſtantinianæ Sedem Collegia„lem, ſeu Conventualem, quæ „ caput aliarum Eccleſiarum Militiæ „ hujuſmodi in poſterum erigenda„rum exiſtat, ac omnibus, & ſin„gulis Privilegiis, Indultis, Favori„bus, Exemptionibus, Libertatibus, „ Juriſdictionibus, Authoritatibus, „ Facultatibus, & Gratiis, quibus „ aliæ ſimiles Eccleſiæ Militarium „ Capita quomodolibet gaudent, „ utuntur, fruuntur, & potiuntur, „ ſeu gauderi, uti, frui, & potiri „ debent, perpetuo gaudeat, uta„tur, fruatur, ac potiatur; nec non „ à viginti quinque Clericis, ſeu „ Presbyteris idoneis, à nunc, & „ pro tempore exiſtente dictæ Mili„tiæ magno Magiſtro, ſeu Perpe„tuo Adminiſtratore eligendis, & „ ad ſui placitum amovendis, aliiſ„que toties quoties caſus evenerit „ ſubrogandis, & ab eo Inſigni „ Crucis ejuſdem Militiæ, juxta il„lius Statuta, ſeu ſtabilimenta do„nandis, qui apud d. Eccleſiam „ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ

,, cupatę perſonaliter reſidere teneantur, cum congrua illius menſtrui Salarii, quod viginti quinque Clericis, ſeu Presbyteris Secularibus, ut præfertur amotis, antea aſſignari conſueverat, aſſignatione in Divinis Collegialiter, ſeu Conventualiter deſervire debeat, ubi Milites prædicti, nunc & pro tempore exiſtentes Divina Officia, aliaſque Eccleſiaſticas Functiones ab eis, juxta laudabilia ejuſdem Militiæ Inſtituta, & conſuetudines celebrari ſolita, ac debita, celebrare libere, & licite valeant; eadem Apoſtolica auctoritate perpetuo erigimus, & inſtituimus. Ac ut in eadem Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatę Divinum Servitium, & Milites prædicti in Spiritualibus exacte, pieque dirigantur, in unum magnum Priorem pro uno Presbytero idoneo Milite ejuſdem Militiæ, expreſſe Profeſſo futuro ejuſdem magni Prioratus Priore, à nunc, & pro tempore exiſtente prædictę Militiæ magno Magiſtro, ſeu Perpetuo Adminiſtratore, ad dictum magnum Prioratum, dum illum quandocumque, quomodocumque, ubicumque, & ex cujuſvis Perſona, ac etiam à primęva illius erectione per preſentes facienda, vacare contigerit eligendo, & in magnum Priorem dicti Prioratus preficiendo, qui Eccleſię Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ prædictæ, illiuſque Capellanorum Inſigni Crucis, ut præfertur donandorum, aliorumque Miniſtrorum predictę Eccleſiæ Beatę Mariæ *della Steccata* nuncupatæ pro tempore inſervientium, Caput, Præſes, ac Prelatus exiſtat, eique, ac Militibus prædictis in Spiritualibus cum Indultis, Gratiis, Antelationibus, Preeminentiis, ac annuis Redditibus eidem futuro Magno Priori pro ejus congrua ſubſtentatione, ut infra concedendis, & aſſignandis præeſſe, illorumque Præſes, ac Prelatus eſſe, ac eorum Spirituali directioni incumbere debeat, Apoſtolica Auctoritate præfata, ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus. Ac Domum Piam de Miſericordia nuncupatam prædictam in Terra de *Corte Maggiore* Placentinæ Diœceſis dictæ Provinciæ, quæ ut prefertur, minime collativa exiſtit, nulliſque ad vitam committi, minuſque in adminiſtrationem concedi conſuevit, & ad d. Franciſcum Ducem, ut præfertur, nunc ſpectat, & pertinet, prævia ſimiliter illius Gubernii, & Adminiſtratoris ab Hominibus Univerſitatis prædictæ Terræ abdicatione, cum omnibus, & ſingulis illius Ædificiis, Membris, Ædibus, aliiſque pertinentiis, nec non Bonis, Juribus, ac Redditibus, ut infra, applicandis, appropriandis, & erogandis, eidem Eccleſiæ Beatæ Marię *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur erectæ, omnimode ſubiicimus, eamque ſic ſubiectam eidem Militiæ, illiuſque magno Magiſtro, ſeu Perpetuo Adminiſtratori, ac Militibus, tunc, & pro tempore exiſtentibus, cum pleno, & libero illius Ædificiorum, Bonorum, ac Jurium quorumcumque predictorum reſpective uſu, & Dominio, motu ſimili, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, de conſenſu prædicti Franciſci Ducis, etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus. Eccleſiæ vero Bea-

„ ro Beatæ Mariæ *della Steccata*
„ nuncupatę, in Collegialem, ſeu
14. „ Conventualem Eccleſiam dictæ
„ Militiæ ut pręfertur erectæ, ac
„ Domus Pię prędictarum eidem Mi-
„ litiæ, illius magno Magiſtro, ſeu
„ Perpetuo Adminiſtratori, ac Mili-
„ tibus, tunc, & pro tempore exi-
„ ſtentibus, prædictis reſpective, ut
„ pręfertur conceſſarum, & aſſigna-
„ tarum Prædia, Proprietates, Fun-
„ dos, aliaque Jura, & Bona univer-
„ ſa, in quibuſvis rebus, & ubicum-
„ que conſiſtentia, & undecumque
„ provenientia, ac quomodolibet, &
„ quovis nomine nuncupata, prævia
„ illorum, quatenus opus ſit ab Ec-
„ cleſia Beatæ Mariæ *della Steccata*
„ nuncupatę in Collegialem, ſeu
„ Conventualem prædictæ Militię Ec-
„ cleſiam, ut pręfertur erecta, &
„ Domo Pia prædictis opportuna diſ-
„ membratione; Ita, quod liceat
„ Militię prædictę, illiuſque moderno
„ magno Magiſtro, ſeu perpetuo Ad-
„ miniſtratori, ac Militibus hujuſ-
„ modi per ſe ipſos, vel alios eo-
„ rum & prædictæ Militiæ nomini-
„ bus realem, corporalem, & actua-
„ lem proprietatum rerum, præ-
„ diorum, Cenſuum, aliorumque Ju-
„ rium &c. poſſeſſionem, cujuſvis li-
„ centia deſuper minime requiſita,
„ propria auctoritate libere appreben-
„ dere &c. Nec non omnes, &
„ ſingulos fructus, reditus &c. ex eis
„ reſpective quomodolibet prove-
„ nientia, quę omnia inſimul deductis
„ omnibus, & ſingulis Eccleſiæ Bea-
„ tæ Mariæ *Della Steccata* nuncupa-
„ tę in Collegialem, ſeu Conventua-
„ lem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut
„ præfertur erectę, ac Domus Piæ
„ prędictarum reſpective oneribus,
„ ad prædictam ſummam quingento-
„ rum ſeptuaginta duorum ducato-
„ rum avri de Camera hujuſmodi
„ circiter annuatim, ut præfertur, a-
„ ſcendunt, quę omnia, & ſingula,
„ reſpective onera prędicta, integre,
„ & abſque ulla prorſus illorum di-
„ minutione, quantumvis minima,
„ ſemper, & perpetuo ſupportari,
„ & adimpleri; nec non omnia, &
„ ſingula Jurapatronatus Beneficio-
„ rum in prædicta Eccleſia Beatæ Ma-
„ riæ *della Steccata* nuncupatæ &c.
„ jam fundatorum, ſemper, & per-
„ petuo conſervari &c. illaque ad
„ eorum reſpective Patronos nunc,
„ & pro tempore exiſtentes, ut prius
„ ſpectare, & pertinere debere volu-
„ mus &c. Eos autem qui ſupe-
„ rerunt annuos fructus, reditus, &
„ proventus &c. pro rata annua
„ centum ſeptuaginta duorum Duca-
„ torum avri ſimilium, in congruam
„ d. magni Prioris, Magnum Priora-
„ tum hujuſmodi pro tempore obti-
„ nentis ſuſtentationem: Reliquos ve-
„ ro quadringentos Ducatos avri de
„ Camera hujuſmodi, in annuum
„ tot Commendarum dictæ Militiæ
„ pro tot ejuſdem Militię Militibus,
„ juxta providam nunc, & pro tem-
„ pore exiſtentis magni Magiſtri, ſeu
„ perpetui Adminiſtratoris prædicti
„ diſpoſitionem, ac ejus arbitrio e-
„ rigendarum, & aſſignandarum ſti-
„ pendium, perpetuo convertere, &
„ erogare libere, & licite valeat, ſi-
„ militer volumus, decernimus, &
„ declaramus.
„ Ac inſuper eidem Franciſco Duci,
„ & magno Magiſtro, ſeu perpe-
„ tuo Adminiſtratori, ejuſque in
„ hujuſmodi officio, ſeu Munere
„ Succeſſoribus prædictis, quod præ-
„ dictas, aliaſque Commendas, Ca-
„ pellas, aut Eccleſias ejuſdem Mi-
„ litiæ perpetuo erigere, & inſtitue-
„ re, dictæque Militiæ perpetuo in-
corpo-

,, corporare, applicare, & appro-
,, priare, & Commendarum Funda-
,, toribus, ac Dotatoribus Juſpatro-
,, natûs, & præſentandi Militię, e-
,, juſque Magno Magiſtro, ſeu per-
15. ,, petuo Adminiſtratori pro tem-
,, pore exiſtenti, vel ejus Deputato,
,, Perſonas idoneas ad Commendas
,, hujuſmodi pro tempore vacantes,
,, etiam concedere, & reſervare, &
,, ſic à Patronis præſentatos, juxta
,, ſtabilimenta dictæ Militię à Nobis
,, ſuo loco, & tempore approbanda,
,, noſtraque Apoſtolica Auctoritate
,, confirmanda, Ordinariorum Lo-
,, corum, & quorumcumque aliorum
,, contentu deſuper minime requiſi-
,, to, in ipſis Commendis inſtituere,
,, ac alias illas conferre, & de eis
,, providere poſſit. Ita tamen, ut
,, quoad Beneficia Eccleſiaſtica in di-
,, cta Eccleſia Beatę Marię *della*
,, *Steccata* nuncupatæ in Collegialem,
,, ſeu Conventualem prædictę Mili-
,, tiæ Eccleſiam erecta, jam etiam,
,, ut præfertur fundata, quorum duo
,, de Jurepatronatus, ſecundo dictæ
,, Congregationis, reliqua vero, pro
,, majori parte ſimiliter, de Jurepa-
,, tronatus Laicorum, ex fundatione
,, vel donatione, ut præfertur exiſtunt;
,, ac etiam quoad alia, pariter Ec-
,, cleſiaſtica Beneficia, quæ in eadem
,, vel aliis prædictæ Militię Eccleſiis
,, de cætero erigi, ac fundari con-
,, tigerit, idem magnus Magiſter, ſeu
,, perpetuus Adminiſtrator, nullo
,, modo ſe ingerere valeat, ſed quo-
,, tieſcumque Beneficia hujuſmodi
,, pro tempore vacaverint, illorum
,, Patroni, magno Priori nunc, &
,, pro tempore exiſtenti, Perſonas i-
,, doneas, ad Beneficia hujuſmodi
,, nominare, & præſentare, eædem-
,, que Perſonę ſic nominatæ, ac præ-
,, ſentatæ ab eodem magno Priore,
,, canonicam inſtitutionem in eiſdem
,, Beneficiis reportare debeant, &
,, teneantur &c. concedimus, & in-
,, dulgemus.
,, Præterea Eccleſiam Beatæ Mariæ *del-*
,, *la Steccata* nuncupatæ in Colle-
,, gialem, ſeu Conventualem dictæ
,, Militiæ Eccleſiam, ut præfertur e-
,, rectam, & Domum Piam prædi-
,, ctas, nec non Commendas, Ca-
,, pellas, & Eccleſias quaſcumque
,, prædictæ Militiæ tam hactenus ere-
,, ctas, quam in poſterum, ut prę-
,, fertur erigendas, illarumque om-
,, nia, & ſingula reſpective Bona,
,, Reditus, & Proventus quoſcum-
16. ,, que, ac inſuper omnes, & ſingu-
,, los ejuſdem Militiæ Milites, etiam
,, Clericali charactere inſignitos, aut
,, in aliquo ex Sacris Ordinibus con-
,, ſtitutos, ubique nunc exiſtentes, ac
,, de cætero extituros, nec non eos
,, omnes, etiam Cruce hujuſmodi
,, Militiæ non inſignitos, qui præ-
,, dictæ Eccleſię Beatæ Mariæ *della*
,, *Steccata* nuncupatæ in Collegia-
,, lem, ſeu Conuentualem dictæ Mi-
,, litiæ Eccleſiam, ut præfertur ere-
,, ctæ, actu inſervient, ac intra ejus
,, ſepta, & Domum reſidebunt, &
,, ſub Magni Prioris prædicti obe-
,, dientia vivent, ab omni Juriſdi-
,, ctione, Superiorare, Viſitatione,
,, Dominio, & Poteſtate quorum-
,, vis Epiſcoporum, Archiepiſcopo-
,, rum, aliorumque Locorum Ordi-
,, nariorum, ſimiliter perpetuo peni-
,, tus, & omnino, etiam in habitu,
,, ampliſſime eximimus, & libera-
,, mus, illaque, ac illos reſpecti-
,, ve dicti Franciſci Ducis, & Ma-
,, gni Magiſtri, ſeu perpetui Admi-
,, niſtratoris, ejuſque, & qui pro
17. ,, tempore extiterint, in Munere
,, hujuſmodi ſucceſſorum Juriſdictio-
,, ni, Viſitationi, & correctioni in
Spiri-

,, ſpiritualibus, & temporalibus im-
,, mediate pleno jure, ac in totum
,, ubicimus, & ſupponimus.
,, Declarantes tamen, ac decernentes,
,, quod idem magnus Magiſter, ſeu
,, Perpetuus Adminiſtrator pro tem-
,, pore exiſtens in cauſis tam civilibus,
,, vel mixtis Militum quorumcum-
,, que, nec non Miniſtrorum aliorum-
,, que prædictæ Eccleſiæ Beatæ Ma-
,, riæ *della Steccata* nuncupatæ in
,, Collegialem, ſeu Conventualem di-
,, ctæ Militiæ Eccleſiam ut præfertur
,, erectæ, inſervientium, qui Clericali
,, charactere prædicto inſigniti, aut in
,, aliquo ex Sacris Ordinibus conſti-
18. ,, tuti, ut præfertur reſpective fue-
,, rint, nullomodo ſe immiſcere poſ-
,, ſit, nec debeat, ſed ejuſmodi Cau-
,, ſas, quotieſcumque, ac ubicumque
,, caſus evenerit cognoſcendas, fi-
,, neque debito terminandas, com-
,, mittere, ac delegare teneatur ma-
,, gno Priori prædicto, vel aliis Per-
,, ſonis, præfato tamen Clericali cha-
,, ractere inſignitis, ſeu in aliquo ex
,, Sacris Ordinibus prædictis, & in
,, Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis,
19. ,, ejuſdem magni Magiſtri, ſeu
,, perpetui Adminiſtratoris arbitrio
,, eligendis, & non alias. Ita quod
,, Locorum Ordinarii, aliique om-
,, nes, & ſinguli prædicti, nullam
,, in Commendas, Capellas, & Ec-
,, cleſias prædictas, earumque Bona,
,, Reditus, & Proventus, nec non
,, in Milites, aliaſque Perſonas præ-
,, dictas reſpective Juriſdictionem, Su-
,, perioritatem, Dominium, vel Po-
,, teſtatem, etiam ratione cujuſcum-
,, que contractus, nec non cujuſvis
20. ,, generis delicti, etiam turbatæ Ju-
,, riſdictionis, vel alterius etiam
,, gravioris ſpeciei, & ſpecialem
,, mentionem requirentis, vel alte-
,, rius rei, ubicumque locorum inea-
21. ,, tur contractus, committatur de-
,, lictum, & res ipſa conſiſtat, exer-
,, cere valeant; ſed Milites, ac alii
,, omnes hujuſmodi, coram ſolo ma-
,, gno Magiſtro, ſeu Perpetuo Ad-
,, miniſtratore, nunc, & pro tem-
,, pore exiſtente prædicto, tanquam
,, proprio eorum Ordinario, aut a-
,, liis Clericali charactere prædicto in-
,, ſignitis, ſeu in aliquo ex Sacris
,, Ordinibus prædictis, & in Eccle-
,, ſiaſtica Dignitate conſtitutis, ab
,, eodem magno Magiſtro, ſeu per-
,, petuo Adminiſtratore, ut ſupra,
,, deputandis Perſonis reſpective om-
,, nino, privative quoad Ordinarios
,, Locorum, alioſque omnes, & ſin-
,, gulos prædictos, in omni, & quo-
,, cumque caſu, reſpondere debeant.
22. ,, Decernentes quoſcumque Pro-
,, ceſſus contra illos, vel eorum ali-
,, quem, per ipſos Locorum Ordina-
,, rios, vel illorum Vicarios; ſeu
,, quoſvis alios prædictos, etiam in
,, caſu negligentiæ magni Magiſtri,
,, ſeu Perpetui Adminiſtratoris, vel
,, Magni Prioris prædictorum, pro
,, tempore factos, nec non ſimiliter
,, quoslibet etiam Excomunicationis,
,, vel Suſpenſionis, aliaſque Senten-
,, tias promulgatas, nullas, & inva-
,, lidas, nulliuſque roboris, vel mo-
,, menti fore. Non obſtante quoad
,, omnia prædicta etiam in alterius,
,, quam magni Magiſtri, ſeu perpe-
,, tui Adminiſtratoris, ejuſque Depu-
,, tati, vel magni Prioris prædictorum
,, Juriſdictionem quomodolibet per
,, milites, aliaſque Perſonas hujuſ-
,, modi præſtando conſenſu quem
,, non valere, nec attendi debere ſi-
,, militer decernimus & declaramus.
,, Ac inſuper, ut Divinus Cultus in d.
,, Eccleſia Beatæ Mariæ *della Stecca-*
,, *ta*, nuncupatæ in Collegialem,
,, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Ec-
cleſiam

„ Eccleſiam, ut præfertur erecta, de-
„ centius, & honorificentius peraga-
„ tur, debitiſque futurus Magnus
„ Prior prædictus præfulgeat Inſigniis,
„ eidem magno Priori, ut ipſe, illi-
„ uſque Succeſſores magnum Priora-
23. „ tum per præſentes erectum hu-
„ juſmodi pro tempore obtinentes,
„ Mozetam laneam, ſive ex Came-
„ loto violacei coloris, cum ſuo
„ Caputio, ac Rocchetum, ad in-
„ ſtar aliorum Prælatorum inferiorum,
„ abſente tamen magno Magiſtro,
„ ſeu perpetuo Adminiſtratore præ-
„ dicto, una cum Cruce ejuſdem
„ Militię ſuper Mozzeta, tam in
„ prædicta Beatæ Mariæ *della Stecca-*
„ *ta*, nuncupatę Collegiali, ſeu Con-
„ ventuali dictæ Militię Eccleſia, ut
„ præfertur erecta, quam etiam in
„ aliis dictæ militiæ Eccleſiis.
„ Quotieſcumque vero dictus magnus
„ Magiſter, ſeu Perpetuus Adminiſtra-
„ tor in iiſdem Eccleſiis pręſens
„ aderit, nec non extra eas, ac intra
„ & extra Civitatem Parmen., & ubi-
„ vis locorum, non tamen in Urbe,
„ Mantelletum duntaxat conſimile
„ cum Cruce ejuſdem Militiæ, & Roc-
24. „ chetum coram quibuſvis Perſo-
„ nis, etiam Ordinariis Locorum ac
„ S. Romanæ Eccleſię Cardinalibus,
„ dictæque Sedis etiam de latere Le-
„ gatis, Vicelegatis, ac Nuntiis li-
„ bere deferre, & gerere, nec non
„ Miſſam privatam celebraturi, ſive
„ in dicta Beatę Marię *della Stecca-*
„ *ta* nuncupatę Collegiali, ſeu Con-
„ ventuali, ſive in aliis ad eandem
„ Militiam quomodolibet ſpectanti-
„ bus Eccleſiis, ante Altare, inter
„ duos Capellanos ſuperpelliceo in-
„ dutos, cum Canone, & Inſtrumen-
25. „ to argenteo cum Candela, vulgo
„ Bugia nuncupato, non tamen Pa-
„ ramentis Sacris ab Altari, ſed ab
„ alia tabula à cornu Epiſtolæ præ-
„ parata, deſumptis, & ſine Abaco,
„ more Epiſcoporum, & ſine Cru-
„ ce pectorali, ac ſtola a collo li-
„ bere pendente, ſe præparare, & ſic
„ pręparati, cum aſſiſtentia duorum
„ Capellanorum, unius Clerici, unius
„ Cubicularii, qui pro manuum lo-
„ tione Aquam porrigat, & unius
„ Famuli, Miſſam privatam hujuſmo-
„ di celebrare, nec non Anulum
„ pretioſum in digito deferre, ac
„ Manipulum ad verſiculum Indul-
„ gentiam, Abſolutionem &c. ſuſcipe-
„ re, non tamen ad Populum, ſe
„ vertendo *Pax Vobis*, nec Miſſa
„ abſoluta; *Sit nomen Domini bene-*
„ *dictum* dicere, nec Populo ter be-
„ nedicere: poſt *Miſſam vero priva-*
„ *tam*, ut præfertur celebratam
„ *Rocheto* induto abſque Mantelle-
„ to ante Altare, inter eoſdem du-
„ os Capellanos ſuperpelliceo indu-
„ tos cum Canone, ac inſtrumento
„ argenteo prædictis Gratiarum Actio-
„ nem peragere.
„ Præterea, dum Miſſam ſolemnem pro
„ Defunctis in Eccleſiis ſupradictis
„ celebraturi erunt, exire è Sacra-
„ rio, cum Cappa inter Aſſiſtentes
„ paratos, & in Faldiſtorio ante
26. „ Altare poſito Sacras Veſtes in-
„ duere, prout etiam, quoties Miſſam
„ Solemnem Pontificalem in iiſdem
„ Eccleſiis celebrabunt, quinque Aſ-
„ ſiſtentes habere, & Nobilem Se-
27. „ dem, ſeu Cathedram coopertam
„ ſimili ſerico panno coloris Feſti-
„ vitati congruentis, non tamen avro
„ contexto, aut phrygio, ſeu baſili-
„ co Opere ornato, retinere, ea-
„ que, non tamen in præſentia magni
„ Magiſtri, ſeu Perpetui Adminiſtra-
„ toris prædicti, uti Cappa quoque
„ Magna, non tamen Miniſtro, ſeu
„ Inſerviente, qui ejuſdem Cappę,
aut

,, aut. Veſtis talaris limbum , ſeu
,, Caudam extollat . Nec non Ba-
,, culo , Mitra , Anulo Paſtoralibus,
,, cœteriſque Pontificalibus Indumen-
,, tis etiam uti . Ac inſuper in præ-
,, fata Beatæ Mariæ *della Steccata* ,
,, nuncupatæ in Collegialem , ſeu
,, Conventualem dictæ Militiæ , ut
,, præfertur erecta Eccleſia , diebus ,
,, & Feſtivitatibus infraſcriptis , vi-
,, delicet in Paſchatis Reſurrectionis ,
,, & Pentecoſtes , ac infra Octavam
,, Feſti Sanctiſſimi Corporis Chriſti
,, Dominicis , nec non Feria quinta
,, Majoris Hebdomadæ , ac Nativita-
,, tis , Epiphaniæ , & Aſcenſionis Do-
,, mini , nec non Annunciationis , &
,, Aſſumptionis Beatę Mariæ Virgi-
,, nis , ac omnium Sanctorum , &
,, Sancti Georgii Feſtis diebus .
,, Item in prima Capella per dictum
,, magnum Magiſtrum , ſeu Perpe-
,, tuum Adminiſtratorem inibi haben-
,, da , & in ejuſdem Militiæ Comi-
,, tiis, Mitra pretioſa ſimiliter uti, nec
,, non Populo ter poſt ſolemnium ,
,, non autem privatarum Miſſarum
28. ,, celebrationem , ac eiſdem Ponti-
,, ficalibus indumentis , ut præfertur
,, induti, Eccleſias, Capellas , aliaque
,, Sacra Ædificia , tam hactenus con-
,, ſtructa, quam de cœtero conſtruen-
29. ,, da d. Militię dumtaxat benedi-
,, cere , eaque polluta reconciliare .
,, Ac inſuper , pro earundem Eccle-
,, ſiarum tantum uſu , & ſervitio , Pa-
,, ramenta , & Supellectilia Sacra , ex-
,, ceptis tamen iis omnibus , in qui-
30. bus Sacri Olei , vel Chriſmatis un-
,, ctio adhibetur , etiam benedicere :
,, nec non literas Officii Pœnitentia-
,, rię Noſtræ Apoſtolicę eis pro exe-
31. ,, cutione directas , ad ſupplicatio-
,, nem ejuſdem Militiæ Militum , ſeu
,, aliarum Perſonarum illius ſervitio
,, addictarum expeditas exequi , nec
,, non prædictis Capellanis Cruce præ-
32. ,, dicta, ut præfertur decoratis, & de-
,, corandis, ut præter conſuetum ejuſ-
,, dem Militię Habitum, Rocchetum,
,, & Mozzetam cum ſuo Caputio
,, violacei coloris , & ſuper ea Cru-
,, cem ejuſdem Militiæ, tam in præ-
,, dicta Beatæ Marię *della Steccata*
,, nuncupatæ in Collegialem , ſeu
,, Conventualem ejuſdem Militię Ec-
,, cleſiam, ut pręfertur, erecta Ec-
,, leſia, quam extra eam, nec non ex-
,, tra Civitatem, & Diœceſim Par-
,, men. & ubique Locorum, etiam
,, in Proceſſionibus, & Funeralibus,
,, aliiſque Actibus, & Functionibus
,, Eccleſiaſticis , publicis, & priva-
,, tis, ac etiam in Comitiis Provin-
,, cialibus, & Generalibus ejuſdem
,, Militiæ, ac etiam in S. R. E. præ-
,, dictę Cardinalium, etiam de Late-
,, re Legatorum, Nunciorum, Archie-
,, piſcoporum, Epiſcoporum, & alio-
,, rum quorumcumque pręſentia, qui-
,, buſvis anni temporibus , & diebus
,, ſimiliter deferre, & geſtare, illiſque
,, pariter uti libere, & licite reſpe-
,, ctive poſſint, & valeant, motu pa-
,, ri, & ex certa ſcientia, deque Apo-
,, ſtolicę Poteſtatis plenitudine ſimi-
,, liter perpetuo concedimus, & in-
,, dulgemus &c.

Deinde uſque ad finem exprimuntur derogatoriæ derogatoriarum ampliſſimæ, cum clauſulis ſublata &c. latiſſime extenſis.

Tot autem Commendarum erectiones ex Reditibus antedictę Eccleſiæ S. Mariæ *della Steccata*, & Domus Miſericordiæ eidem unitæ in hac Clementis XI. Conſtitutione injunctę compleri minime potuerunt: prælaudatus idcirco Dux Franciſcus obtinuit à ſan. me. Innocentio XIII. gratiam, quod Beneficium ſimplex ſub invocatione Sancti Bernardini erectum in Eccleſia Collegiata

legiata Sancti Bartholomæi Buxeti
33. Diœceſis Burgi Sancti Domnini de Jurepatronatus Familiæ ſuę Farneſię, prævia illius ſuppreſſione erigeretur in Commendam de Buxeto, ſeu de Farneſiis nuncupandam Sacri Ordinis Militaris Conſtantiniani pro uno Milite d. Ordinis, conferendam à magno Magiſtro pro tempore, ut videre eſt in Bulla ejuſdem Innocentii XIII. incipien. *In Suprema* expedita ſexto Kalen. Auguſti anno 1723. impreſſ. in Libello *La Falſità Suelata &c. ſub Tit. Faſcio di Documenti n.* 25. *à pag.* 131. *cum ſeqq.*

Cumque alias ſa. me. Innocentius XII.
34. indulſerit, ut quandocumque Sacerdos aliquis Secularis, vel Regularis ad Altare Sancti Joſeph ſitum in d. Eccleſia Sanctæ Mariæ *della Steccata* Miſſam Defunctorum celebraret pro Anima cujuſcumque Chriſtifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta migraverit, Indulgentiam conſequeretur; ita ut ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis ſuffragantibus, à Purgatorii pœnis liberaretur; ſubindeque occaſione erectionis in Collegialem, & Conventualem d. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ *della Steccata* factæ, in prędicto Altari, loco tabulę pictæ, in qua effigies Sancti Joſeph expreſſa erat, alia nova Sancti Georgii ſupradictę Militiæ Titularis collocata fuerit, obtinuit idem Dux à ſa. me. Clemente XI. d. Privilegium pro Animabus Chriſti Fidelium Defunctorum à pœnis Purgatorii liberandis, à primo dicto Altari, ad ſecundum Altare eidem Sancto Georgio dicatum transferri; ut patet ex Brevi *Clementis XI. expedito die* 21. *Maii* 1719., *quod eſt impreſſum in dicto Libello La Falſità ſuelata &c. ſub Tit. Faſcio di Documenti n.* 22. *pag.* 125.

Ruiſus idem Dux Franciſcus obtinuit
35. ab eodem Clemente XI. conceſſionem Indulgentiæ Plenariæ perpetuæ omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere Pœnitentibus, & Confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam Conventualem Beatæ Mariæ *della Steccata* Militię Avratę Conſtantinianę Sancti Georgii, in Conceptionis, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, ac Sanctorum Georgii, & Baſilii Feſtis diebus, à primis Veſperis uſque ad occaſum Solis dierum hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & pias ad Deum Preces effuderint; ut liquet ex altero *Brevi d. Clementis XI.* expedit. 15. Junii 1720. impreſſ. *in d. Libello La Falſità ſuelata &c. ſub Tit. Faſcio di Documenti num.* 23. *pag.* 127., & eſt repetitum *in Bullar. d. Clement. p.* 1. *ſub n.* 101. *pag.* 280.

Prælaudatus Dux Franciſcus petiit etiam, & obtinuit Indultum, ut omnes Eccleſiaſtici Sacro Ordini Conſtantiniano Sancti Georgii adſcripti, ac omnes alii inſervientes, ſive dictę Eccleſiæ Conventuali Sanctę Mariæ *della Steccata*, ſive aliis ejuſdem Ordinis Eccleſiis ubicumque exiſtenti-
36. bus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitare poſſint Officium Sancti Georgii Martyris Ordinis Conſtantiniani Titularis, cum Lectionibus ejuſdem propriis pro ſecundo Nocturno die 9. Maii 1693. ad relationem cl. me. Cardinalis Colloredi jam approbatis, ſub Ritu duplici primę claſſis cum Octava, & Miſſam de comuni reſpective recitare, ſervatis tamen omnibus Rubricis Breviarii, ac Miſſalis Romani, juxta Decretum Sac. Rituum Congreg. editum 27. Julii 1720 à Sanctiſſimo approbatum die 31. ejuſdem menſis, & anni, quod eſt impreſſ. in

Bullario Clementis XI. p. 2. ſub n. 30. pag. 576. repetit. in d. Libello *La Falſità ſvelata &c. ſub Tit. Faſcio di Documenti n. 24. pag. 129.*

Idemque Dux Franciſcus Magnus Magiſter ſeù Perpetuus Adminiſtrator Militiæ Conſtantinianę, de ejuſdem Militiæ inſtaurando ſplendore ſollicitus, pio ſtrenuoque animo, ac liberalitate, non tam Generis Nobilitate, quam animi robore, virtutumque merito præſtantes Viros, prævio maturo examine, dicto Conſtan-
37. tiniano Ordini cooptavit; ſubindeque duo Peditum millia in ſexdecim Cohortes diſtributa ære ſuo in Venetorum opem, ac ſubſidium ad Dalmatiæ Partes tranſmiſit, ac eorum Regimini antedictos Conſtantiniana Cruce inſignitos Milites, ſub ejuſdem militiæ Vexillo præfecit; ut legitur etiam in *d. Bulla ſa. me. Clementis XI. Sexto Kalen. Junii Anno Domini* 1718. *impreſſa, ut diximus in Bullar. ejuſdem Clementis XI. ſub n. 96. pag.* 261. repetit. in Libro *La Falſità ſvelata ſub Tit. Faſcio di Documenti n.* 21. *a pag.* 107. *cum ſeqq.*

Refloruit itaque ex omni parte ſub Sereniſſimis Farneſiis Parmæ & Placentiæ Ducibus, magnis Magiſtris, ſeu Perpetuis Adminiſtratoribus Conſtantiniana Religio Sancti Georgii, ſub Regula Sancti Baſilii Magni militans,
38. & ad illius Boni Regiminis manutentionem idem Dux Franciſcus antiqua præfatę Militiæ Statuta, ſeu Stabilimenta renovari, meliorique quam olim methodo, ac ordine diſponi, præteritique temporis conditioni, ac rerum ſtatui accomodari ſedulo curavit; ut notavit etiam *Pater Philippus Bonanni in Epiſtola ad Lectorem* §. *Quindi il Sereniſſimo, regiſtrata in ſuo Volumine*, cui Titulus, *Ordin Equeſtr. Catalogus de variatione Statutorum* in aliqua parte, & notat *d. Hermant d. Tom.* 2. *pag.* 98. Hæc autem nova Statuta huc uſque Typis non fuerunt impreſſa, ſed manuſcripta in Ordinis Cancellaria ſervantur, nec fas eſt copiam obtinere, ut dicunt etiam folia Notitiarum in calce regiſtrata *ſub n.* 55. *litt. A.* §. *finali*.

Antequam progrediamur ad demonſtrandam Praxim, quę ſervari debet pro admiſſione ad Ordinem, cujus Gratia obtineri debet à magno Magiſtro, hìc opportunum eſt, ut Catalogum eorundem afferamus, quem damus in calce ſub litt. *E.*

Pro admiſſione ad hunc Ordinem ſemper recurri debet ad magnum Magiſtrum, obtentoque per ſupplicantem
39. favorabili Reſcripto, eoque in Religionis Cancellaria exhibito, pro conſtructione Proceſſus ſuper probationibus ex parte Supplicantis reſpective faciendis, Sacra Religio Opus Viro in jure, cauſiſque advocandis, ac in Statutorum Religionis Sanctionibus verſato committit, qui ad locum ubi conficiendæ ſunt Probationes ſe confert, & Probationes accipit à Prætendente exhibitas juridice ſuper ſingulis capitibus à Statuto injunctis, eaſdemque diligenter examinat; cumque illas ſubſiſtentes recognoverit, & approbaverit, ad Secretarium Sacrę Religionis, tranſmittit, una cum Prætendentis precibus magno Magiſtro directis, qui ſubinde mandat expediri ordines neceſſarios pro traditione Habitus, juxta tenorem Statutorum Religionis.

Superius diximus Religionem hanc di-
40. vidi in tres Claſſes, Militum, Sacerdotum, & Servientium cum explica-

tione

tione ſuper iiſdem tribus Claſſibus, & late expoſuimus *Sect.* 1. *à n.* 70. *cum ſeqq.*

41. Militum Claſſis formatur ab Equitibus, qui appellantur ex Juſtitia, veluti Nobilitatem probantibus.

42. In Claſſe Sacerdotum adſunt Sacerdotes Nobiles, nam ſimplices Sacellarii Claſſem ſeparatam conſtituunt inferiorem.

Claſſis Servientium dividitur in Scutiferos pro ſervitio Militum in Bello, & alios inſervientes extra Bellum, juxta ea, quæ ſcripſimus à §. *Cœterum* cum ſequentibus.

43. Si igitur Prætendens petat admitti in Claſſe militum Nobilium ex Juſtitia, & Sacerdotum Nobilium, probare debet ſe natum ex legitimo matrimonio; non trahere originem ab Hæreticis, Judæis, & Infidelibus; ſe in Civitate natum, aut ſaltem ſe Dominum ſuæ Patriæ, ejuſdemque ſe merum & mixtum imperium tenere, aut natum ex Familia, quę Nobilitate Avita præfulgeat; ſe ſanum mente, & corpore, & non defectuoſum; bonis moribus imbutum, nunquam delicti nota maculatum, vel arte vili exercitum, ſufficienter fortunæ bonis ſuffultum, nec ære alieno gravatum, in ętate annorum ſexdecim.

44. Et quoad Nobilitatem ejuſque Probationem, certe hæc debet eſſe Generoſa, & Avita, & quidem probanda eſt per quatuor, vel octo latera, hoc eſt ut dicimus *Quarti*, & in unoquoque latere, ſeu Quarto per Gradus quatuor: *d. Fontana Tom.* 1. *pag.* 266. *d. Pater Honoratus d. lib.* 1. *Diſſert.* 6. *Art.* 3. *pag.* 94.

45. Diximus probationem faciendam eſſe per quatuor latera, vel per octo. Si enim prætendens ſit ex Nobili Familia bis centum annorum generoſa Nobilitate præfulgente, tunc probare tenetur quatuor latera, nempe Patris, Matris, Aviæ Paternæ, & Maternæ, & ſic quatuor Familias, una cum Gentilitio Stemmate dictarum quatuor Familiarum, juxta folia in calce *ſub littera A.*

Si vero tali duplicis centenarię Nobilitatis qualitate non polleat, Epiſtola Nobis ſcripta refert, quod tunc tenetur probare Nobilitatem Avitam ex octo lateribus, hoc eſt etiam Proavorum, & Proaviarum Paternorum, & Maternarum, ac ſtemma Gentilitium dictarum octo Familiarum. Schema Arboris datur *in calce n.* 53. ſed præciſa Verba Statuti hactenus habere non potuimus, quia ſunt inedita, ut notavimus *ſub n.* 38.

46. Quoties vero agitur de Sacerdote ad Ordinem admitti petente, rurſus diſtinguendum, Aut agitur de Sacerdote Sanguinis Nobilitate inſignito, aut de Sacerdote non Nobili Genere; Sacerdos ſiquidem, qui generoſæ Nobilitatis probationes confecit eo modo, & forma, qua faciunt Milites prædicti ex Juſtitia, tunc capax redditur ad omnia ſicuti miles. Si autem Sacerdos uti Capellanus inſtet admitti, & ſic non ſit Nobilis, vel non faciat Nobilitatis probationes, ad quas faciendas ratione Sacerdotalis Dignitatis Statuta non obligant, tunc talis Sacerdos in Religione frui poterit fructibus Donationum Religioni factarum. Et ſimiliter admittitur ad Concilia Belli, & Pacis, non tamen poterit conſequi Munera, & Officia reſervata Equitibus Militibus ex Juſtitia, neque eligi poterit ad Ordinem Senatorum magnæ Crucis. Folia allegata *in calce litt. A.*

Demum, quoties quis admitti poſtulat in locum ſervientium Scutiferorum, nempe ſervientium Armorum, & ſer-

47. vientium Officii, iſti omnes tenentur probare Honeſtatem Natalium, & alia a ſtabilimentis præſcripta, uti morum, vitęque probitatem, per ea, quæ tradunt omnes præallegati Auctores.

Confectis Probationibus, & recognitis pro rite & recte factis, juxta formam Statutorum, devenitur ad collationem Equeſtris Habitus hujus Conſtanti-
48. niani Ordinis, ſervanturque Cœremoniæ, quas ad litteram deſcribit *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom. 1. §. 2. pag. 20. juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Sed latius & diſtinctius referuntur in Foliis Italica lingua exaratis, & quę dantur in *Calce præſentis Diſcurſus Litt.* A.

Aſſumpto Religionis Habitu, Annus Probationis peragitur ad formam Statuti.

Poſt completum Probationis Annum, debet fieri ſolemnis Profeſſio cum
49. emiſſione Votorum, Fidei Profeſſione, ac Juramento, & plures adhibentur Cœremoniæ, ut in præallegatis Foliis in calce regiſtrandis Litt. B.

Quæ Cœremoniæ in Creatione Equitum magnę Crucis habentur in calce Litt. D.

Plures ſunt Sacræ Cęremoniæ & Preces, quę ſervantur in traditione Habitus, quaſque per extenſum exponit ſæpe allegatus *Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap. 2. a pag. 33. d. Collector Gallus Tom. 1. à pag. 20. cum ſeqq. uſque ad n. 52.* Ibidemque *d. Collector Gallus ſub n.* 44. ponit formulam Profeſſionis Fidei. *Et ſub. n.* 24. ponit formulam Profeſſionis, quæ emittitur in Religione.

In hac Equeſtri Militari Religione, quę tribus, ut pluries ſuperius diximus, Gradibus conſtat, Profitentes Vota emittunt Caſtitatis Coniugalis, & Obe-
50. dientiæ: *d. Abbas Juſtinianus d. P. Prima cap. 2. pag. 32. & 38: Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires Tom. 1. §. 2. Chevaliers de Ange d'Or &c. pag. 60. juxta Impreſs. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Andreas Guarini in Libello Origine e Fondatione di tutte le Religioni, e Militie pag. 9. Typis Dominici Amadio* 1614. ubi tamen dicit *Fanno Voto di Caſtità Coniugale, e Povertà peculiare: d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. Lib. 1. Diſſert. 6. Art. 3. pag. 94. d. Pater Fontana d. Tom. 1. pag. 266.* Ac exercere tenentur charitatem: *d. P. Fontana pag. 266.*

Summam Veterum Statutorum tradit ſæ-
51. pe dictus *Pater Honoratus a S. Maria Lib. 1. Art. 3. pag. 97.*

Equites etiam voto jurant fidelitatem eorum Principi, ac etiam Magno Ordinis Magiſtro; obedientiam Præceptis Eccleſiæ, Viduas defendere ac Orphanos, ſequi Inſignia Religionis Sancti Georgii; Regulam Sancti Baſilii ſer-
52. vare, & Ordinis Statuta; Conciliis Generalibus, & Provincialibus intereſſe; ſemper deferre Crucem Ordinis; Caſtitatem Conjugalem ſervare, ut diximus, & charitatem exercere. Ac tandem in morte hæredem relinquere in re aliqua Ordinem: imo uſque de tempore quo Ordinem ingrediuntur, ſe obligant, in caſu quo morerentur abſque Teſtamento, eidem Ordini ſcuta centum relinquere, pro quibus in omnia eorum Bona Hypothecam imponunt, ut refert *d. Pater Fontana pag. 266.*

Commendæ hujus Conſtantinianæ Religionis ſunt triplicis generis. Aliæ ſunt Juriſpatronatus, & iſtæ donantur vocatis in fundatione earundem. Aliæ vocantur Juſtitię, & iſtæ conferuntur
53. illis, qui Antianitate, & merito pollent; meritum avtem acquiritur vel pugnan-

pugnando contra Infideles triennii curſu, aut propriis ſumptibus in d. Religionis ſervitium Legationes apud Principes gerendo; aliæ demum ſunt Commendæ ex Gratia, haſque magnus Magiſter ad arbitrium diſpenſat, ut videre eſt in Notitiis relatis in calce, & de Commendis Juriſpatronatus loquitur *Mendo de Ordin. Militar. Diſq. 1. quæſt. 2. §. 1. n. 18.*

Plurima quidem Bona adfuiſſe credendum eſt in antiquiſſimo hoc Ordine, conſiſtentia, ut teſtantur Scriptores in Magnis Prioratibus, ſimplicibus Prioratibus, & Bajulivatibus in Orientalibus Partibus Infidelium exi-
54. ſtentibus; unde de iſtis dici poteſt, quod de Epiſcopatibus in partibus Infidelium dicitur, ſicut inquit *d. Hemant Tom. 2. pag. 99. d. Pater Honoratus a S. Maria d. Lib. 1. Diſſert. 6. Art. 4 pag. 98. & ſeq.* ubi notat fuiſſe in Inſula Cretæ, Italice *Candia: d. Pater Fontana d. Tom. 1. pag. 266.* ubi quod multos habent Magnos Prioratus, *come di Miſitra, Boſſina, Cappadoccia, Antiochia, Natolia, Conſtantinopoli, Gieruſalemme, Napoli di Barberia con ſei Priori: Venti Podeſterie, tutte ſituate in Oriente, e da cui i Cavalieri probabilmente non ricavano grandi Emolumenti.*

RISPOSTA

Alle dimande fatte nel propoſito della Militare Equeſtre Religione Coſtantiniana.

„ PRimo. La Militare Equeſtre Re-
„ ligione Coſtantiniana è forma-
A. „ ta delle tre claſſi, de' Militi, de'
55. „ Sacerdoti, e de' Servienti. Nel-
„ la Claſſe de' Sacerdoti vi ſono i
„ Sacerdoti Nobili; e la Claſſe de'
„ Servienti ſi ſubdivide in quella
„ degli Scutiferi iſtituiti, acciocchè
„ aſſiſtano colle Armi a' Militi nelle
„ azioni Militari, e nell' altra de' Ser-
„ vienti d' inferior grado, incaricati
„ d' incombenze ſervili, ma non del-
„ le Militari; onde a queſti non è
„ permeſſo l' uſo della Spada, degli
„ Speroni, e di alcuno militare arredo.

„ Chi aſpira ad eſſere ammeſſo tra Mi-
„ liti di Giuſtizia, dee provare i quat-
„ tro quarti di Nobiltà generoſa,
„ giuſta l' Albero, che ſi dà qui an-
„ neſſo.


„ I Sacerdoti Capellani, e gli Scutiferi
„ anno da far coſtare sì dell' oneſtà del-
„ la loro vita, e coſtumi, e del lo-
„ ro buon nome, e sì de' civili loro
„ Natali; nè loro è lecita veruna vi-
„ le, e mercenaria opera.

„ Secondo. Tre parimente ſono i Ge-
„ neri delle Commende della mede-
„ ſima Religione Coſtantiniana; al-
„ tre ſono di Giuſpadronato; altre
„ di Giuſtizia; ed altre di Grazia.
„ Quelle di Giuſpadronato ſono ri-
„ ſtrette trà chiamati nella Fonda-
„ zione delle medeſime; quelle di
„ Giuſtizia ſi conferiſcono a chi è
„ fornito di queſti due Requiſiti, An-
„ zianità, e Merito; L' anzianità ſi
„ conta dal giorno dell' Ingreſſo nel-
„ la Religione; il merito ſi acquiſta,
„ o combattendo per un triennio con-
„ tro agl' Infedeli, o ſoſtenendo a
„ proprie ſpeſe in ſervigio della Re-
„ ligione legazioni a' Principi. Quel-
„ le di Grazia ſi diſpenſano dal Rea-
„ le Gran Maeſtro a ſuo libero ar-
„ trio.

„ Terzo. Queſte notizie ſi ſono eſtrat-
„ te con tutta fedeltà dagli Statuti
„ moderni della Religione, i quali
„ ſin' ora ſi cuſtodiſcono manoſcritti
„ nella Cancelleria della Religione
„ iſteſſa.

Schema

SCHEMA ARBORIS DEMONSTRANTIS OCTO LATERA



RISPOSTE.

A' traſmeſſi nuovi Queſiti.

„ PRimo. I Sacerdoti Nobili han-
„ no luogo tra gli altri Cavalieri
B „ Nobili nella S. Religione Coſtan-
„ tiniana; ed i Sacerdoti Cappellani
„ formano una claſſe ſeparata, ed
„ inferiore.
„ Secondo. I Requiſiti, che ſi debbo-
„ no avere come da Sacerdoti No-
„ bili, così ancora da Cappellani,
„ primieramente ſono quegli ſteſſi,
„ che ſi ricercano in chiunque altro
„ deſidera di eſſere ammeſſo nella me-
„ deſima Religione; cioè, che ſiano
„ nati di legitimo matrimonio; che
„ non traggano l' origine da Ereti-
„ ci, Giudei, ed Infedeli; ſe non
„ ſono nativi di Città, ſiano alme-
„ no Signori della ſua Patria, con
„ averne il mero, e miſto impero,
„ ovvero naſcano di Famiglia chiara
„ per nobiltà avita; ſiano ſani, co-
„ me di mente, così ancora di cor-
„ po, e non difettoſi; abbiano com-
„ piuti i ſedici anni; ſiano di buoni
coſtumi

,, coſtumi, nè mai ſianſi macchiati
,, con delitto, o con arte vile, per
,, cui dal Reale Gran Maeſtro poſſano
,, eſſere giudicati immeritevoli di
,, queſta inſigne Croce: e ſiano ſuf-
,, ficientemente provveduti di beni
,, di fortuna, e liberi da' debiti, o
,, almeno non tanto aggravati, che
,, non ſi trovino abili a ſanarli.

,, In ſecondo luogo, parlando partico-
,, larmente de' Sacerdoti Nobili, ſe
,, queſti avranno provati i già de-
,, ſcritti quattro Quarti della Nobil-
,, tà generoſa, ſaranno capaci di
,, tutti gli Onori, che ſi conferiſco-
,, no nella Religione agli altri Cava-
,, lieri, che anno fatte le prove della
,, ſteſſa Nobiltà: ma gli Statuti, a
,, riguardo della Dignità Sacerdotale,
,, li diſpenſano dall' obbligo di pro-
,, vare la Nobiltà Avita; valendoſi
,, però eſſi di queſta diſpenſa, po-
,, tranno bensì godere de' frutti del-
,, le donazioni fatte alla Religione,
,, ed avranno luogo ne' Conſigli di
,, Guerra, e di Pace: ma non paſſe-
,, ranno all' Ordine Senatorio de'
,, Gran Croci; nè conſeguiranno le
,, cariche, e gli ufizj riſervati a Ca-
,, valieri di Nobilà Avita.

,, Terzo. Per altro non ſi poſſono ve-
,, ramente dare le richieſte copie de-
,, gli Statuti; perchè queſti ſin' ora
,, ſono conſervati manoſcritti nella
,, Cancelleria della Religione; dalla
,, quale, per diſpoſizione de' citati
,, Statuti, non ſi può cavare copia
,, veruna delle Scritture ivi cuſto-
,, dite.

Formulæ Profeſſionis Fidei, & Ordinis cum Juramento proferendæ ab Equitibus Sacri Ordinis Conſtantiniani ſub Tutela Sancti Georgii M., & ſub Regula S. Baſilii.

SI unus tantum miles veſtiendus ſit, & armandus, per ſe totam integre formulam, ut infra, ſuo loco, & tempore, prout in Rituali, recitabit: ſi vero plures, tunc, ſi ita placuerit, vel Primus tantum ex illis longiorem formulam recitabit; cœteri vero breviorem, ne nimis prolixa ſit Functio, vel Magiſter Cœremoniarum, præmittendo monitionem erga Dominos Equites de profeſſione Fidei facienda, totam integre ipſe clara, & intelligibili voce pronunciabit, proſequente poſtea uno poſt alterum formulam breviorem, hoc modo.

C. 56.

Magiſt. Cærem. *Sciant omnes Domini Equites hic præſentes Sacro Ordini Aureato Conſtantiniano, ſub Protectione Sancti Georgii Martyris, & ſub Regula S. Baſilii, à Sereniſſimo Franciſco Farneſio Parmæ, Placentiæ &c. Duce, nec non dicti S. Ordinis Magno Magiſtro adſcribendi, armandi, magneque Crucis ſigno ornandi, antequam adſcribantur, armentur, & ornentur, debere profeſſionem Fidei emittere, juxta formulam contentam in Bulla Pii IV. Sanctæ memoriæ, ab Urbe expeditam anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, decima quinta Novembris, & juxta Statuta ejuſdem prædicti Ordinis Conſtantiniani, tenoris ſequentis.*

Ego, proprio Nomine, & Cognomine expreſſo, firma fide &c.

Ego, N. N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium; Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia Sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero, genitum non

non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis; Et Incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt; Et reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas; Et aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram Patris; & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum; Et expecto reſurrectionem mortuorum; Et vitam venturi ſeculi: Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas Traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſię obſervationes, & Conſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item S. Scripturam juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vere, & proprie Sacramenta novæ Legis à Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia, ſingulis neceſſaria; ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato Originali & de juſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro Vivis, & Defunctis; atque in Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem una cum Anima, & Divinitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie, totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, Animaſque ibi detentas Fidelium ſuffragiis juvari. Similiter, & Sanctos, una cum Chriſto venerandos, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero Imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano Populo maxime ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue à Sacro,

croſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo; eandem integram, & immaculatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, & doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. N. ſpondeo, voveo, ac juro: ſic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia.

Tangit ambabus manibus Miſſale, & oſculatur Imaginem Crucifixi.

Formula Brevior.

E*Go N. N. Recipio, Promitto, Spondeo, Profiteor, Deteſtor, Voveo, et Juro ut in formula Fidei, ex Bulla modo lecta, ſingula ſingulis referendo: ſic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia.*

Tangit ambabus manibus Mißale, et oſculatur Imaginem Crucifixi.

Formula Juramenti præſtandi ab Equitibus Ordinis Profeſſionem facientibus.

E*Go N. N. Filius N. N. juro, et promitto Deo Omnipotenti, Deiparæ Virgini Mariæ, ac Sancto Georgio, me perpetuo fidelem, ac obedientem futurum Sereniſſimo Franciſco Farneſio Duci Parmæ, Placentiæ etc. Religioſiſſimo Supremo Magiſtro Sacri Ordinis Sancti Georgii, ſub Regula Sancti Baſilii, ſuiſque Succeſſoribus legitime intrantibus. Non ero in Conſilio, facto, vel Tractatu, in quibus contra eorumdem Statum, Perſonas, et Jura aut Sacrum hunc Ordinem quid attentetur. Et ſi talia à quibuſcumque tractari, vel procurari novero, ea pro virili impediam, et quanto citius potero, ſignificabo eidem Supremo, vel alteri, per quem poſſit ad illius notitiam pervenire. Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ejuſque Prælatis debitum obſequium præſtabo. Viduas, Pupillos, et miſerabiles Perſonas, dictis, et factis, quantum in me erit, ab oppreſſionibus ſublevabo; Exercitum Sacræ Militiæ Conſtantinianæ Sancti Georgii, ejuſque Labarum fideliter ſequar; Caſtitatem Conjugalem ſervabo, humilitatem, obedientiam, et charitatem pro virili colam, et exercebo; Injurias non ulciſcar, Inimicoſque meos diligam, et iiſdem, quantum humana feret fragilitas, benefaciam. Sanctiones Sacri Ordinis, et præſcribendas impoſterum à Supremo Leges reverenter amplectar, et obſervabo. Crucem Sacri Ordinis perpetuo geſtabo, ad Comitia, ſive Generalia, ſive Provincialia vocatus accedam, niſi legitima cauſa fuerim impeditus. Vos autem, Sanctiſſima Trinitas, Beata Virgo, ac Dive Georgi, Vota mea audite, et præſto ſitis, Voſque adſtantes promiſſionis hujus meæ viventes, & in die cenſorio Teſtes eſtote. Sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia.*

Quibus prolatis verbis, Textum ipſum Evangeliorum reverenter deoſculabitur.

Serie della Funzione di veſtire, ed armare li Cavalieri Gran Croce dell' Ordine Coſtantiniano di *S.* Giorgio

I.

„ *Aſſiſtenza de' detti Cavalieri Gran* „ *Croce alla Meſſa privata, lo-*
D. „ *ro Comunione, e Benedizione de-* „ *gli Abiti.*

„ Radunati che ſieno al giorno deſtina-
57. „ to i detti Cavalieri nelle Came- „ re del lor Conſeglio, ſi porteran- „ no per tempo nell' Oratorio Se- „ creto della Chieſa Conventuale, „ dove devotamente proſtrati alli ſuoi „ Genufleſſorj quivi apparecchiati, „ ſentiranno la Santa Meſſa, quale „ ſarà dello Spirito Santo con la „ Commemorazione della B. V., e „ di S. Giorgio, tenendo con la de- „ ſtra continvamente una Torcia ac- „ ceſa; e nel fine tutti prenderanno „ la SS: Comunione.

„ Terminata la Meſſa, e fatta la Co- „ munione col dovuto rendimento „ di grazie, Monſig. Gran Priore ſi „ veſtirà Pontificalmente al ſuo Fal- „ diſtorio avanti il medeſimo Altare „ con Rocchetto, Croce pettorale, „ Stola, Piviale, e Mitra; ed i Ca- „ valieri ſtaranno preſenti alle ſue ſe- „ die diſteſe in ala da ambe le parti.

„ Apparato che ſia Monſignore aſſiſo „ al ſuo Faldiſtorio nel medeſimo „ luogo, oppure ſopra la Predella „ dell' Altare alla parte dell' Evange- „ lio fra due Cappellani in abito „ corale, il ſecondo Cerimoniere li „ condurrà avanti ſette Accoliti, „ ciaſcheduno de' quali avrà un Ba- „ cile con il Manto de' Cavalieri, „ precedendo i ſuddetti un' altro „ Accolito con con il vaſo dell' „ Acqua Santa, ed Aſperſorio, ed „ i due Miniſtri del Libro, e Bugia, „ e gli Accoliti de' Bacili ſi mette- „ ranno in ginocchio, ſtando così „ mentre Monſignore benedice i „ detti Manti.

„ Allora Monſignore depoſta la Mitra, „ ſorgerà dal Faldiſtorio, e benedirà „ i Manti, ſecondo preſcrive il Ri- „ tuale.

„ Finita la benedizione de' Manti ſede- „ rà, e riceverà la Mitra, e reſtan- „ do l' Accolito dell' Acqua Santa, „ ed i due Miniſtri del Libro, e „ Bugia, partiranno gli Accoliti de' „ Manti con il ſecondo Cerimoniere, „ e ſi porteranno a prendere i Baci- „ li con le Croci, e Collane, con i „ quali di nuovo condotti, come „ ſopra dal detto Cerimoniere, s' in- „ ginocchieranno nel mentre che il „ Prelato benedirà dette Croci, e „ Collane: qual benedizione termi- „ nata, alzati d' inginocchio partiran- „ no come ſopra, e ritorneranno co' „ Bacili delle Spade, le quali pari- „ mente ſaranno benedette, ed aſ- „ perſe, come nel detto Rituale, „ avvertendo, che a tutte le benedi- „ zioni il Prelato deve ſorgere in „ piedi ſenza Mitra: Terminata la „ benedizione di tutti gli arredi, „ Monſig. ſi ſpoglierà de' ſacri Abiti, „ e ſi tratterrà inſieme con li Ca- „ valieri, ſinche giunga l' avviſo, „ che S. A. S. voglia portarſi alla „ Chieſa.

„ Intanto però ſi porteranno li Bacili „ con gli Abiti, ed Ornamenti già „ benedetti al Santuario all' Altar „ maggiore, e ſi riporranno ordina- „ tamente ſopra una Menſa alla par- „ te dell' Epiſtola, come pure ivi, „ o in Coro i Paramenti da Meſſa „ ſopra altra Menſa per Monſignor „ Gran Priore.

II.

„ *Ricevimento del Sereniſſimo Gran* „ *Maeſtro, e ſua Aſſiſtenza alla Meſ-* *ſa baſſa.*

„ *ſa baſſa di Monſignor Gran Prio-*
„ *re .*

„ Avuto l' avviſo dalla Corte per la venuta del Sereniſs. Gran Maeſtro, Monſignore ſi preparerà per riceverlo ſolennemente alla Porta della Chieſa con il Clero.

„ Per tanto ſervito da Maſtri di Cerimonie, ed aſſiſtito da due Cappellani, facendo prima la ſua Preparazione in ginocchio al medeſimo Faldiſtorio nell' Oratorio ſecreto avanti l' Altare, lavandoſi di poi le mani, ſpogliato di Mozzetta, veſtirà Amitto, Camice, Cingolo, Croce pettorale, Stola pendente, Piviale, e Mitra preziosa, e apparato che ſia, s' invierà all' Altar maggiore, uſcendo dal Coro, e dall' Altare alla Porta nel modo che ſiegue.

„ Primo di tutti precederà il ſecondo Cerimoniere, dipoi l' Accolito Crocifero fra altri due con Candelieri, e cerei acceſi; ſeguirà il coro de' Cappellani in abito corale di Rocchetto, e Mozzetta, e dietro a queſti i Cavalieri devono veſtirſi, ed armarſi (ſe così piaccia a S. A.) Per ultimo Monſignore ſolo, precedendolo il primo Maeſtro di Cerimonie, e ſeguendolo trè Accoliti, cioè li due che ſervono per la Mitra, e Paſtorale, e il terzo con il Catino, e Aſperſorio. Reſteranno nel Santuario gli altri Accoliti con li due Miniſtri del Libro, e Bugia. Quando però non intervenghino li Cavalieri in queſto incontro, Monſignore potrebbe eſſere aſſiſtito da due Cappellani, uno a deſtra, l' altro a ſiniſtra in abito corale, come gli altri.

Arrivati alla Porta, tutti si fermeranno nella forma ſeguente.

„ Il ſecondo Cerimoniere con il Crocifero, e Ceroferarii ſi fermerà dalla parte dell' Evangelio contro la Porta della Cappella di S. Pietro; di poi ciaſcheduno de' Cappellani, un dopo l' altro diſteſi in ala da ambe le parti verſo la Porta maggiore con l' ordine di anzianità, di modo che i più giovani ſieno verſo la Croce, ed i più vecchi verſo la Porta, ſeguendo dopo loro più proſſimi verſo la medeſima Porta i Cavalieri, e Monſig. Gran Priore ſolo, quando vi ſieno i detti Cavalieri, col Cerimoniere, quaſi nel limitare della ſuddetta Porta.

„ Giunta S. A. S., e ſceſo di Carrozza, o da Cavallo, ed entrato in Chieſa, ricevuto l' oſſequio sì de' Cavalieri, come de' Cappellani con profondo inchino, piglierà l' Acqua Santa, che con l' Aſperſorio le ſarà eſibita, ſecondo il coſtume da Monſignore, ed allora immediatamente i Muſici canteranno il Reſponſorio: *Poſui adiutorium ſuper Potentem*, quale durerà un mezzo quarto d' ora in circa; intanto replicato l' inchino alla medeſima Altezza Ser., proſeguiranno tutti proceſſionalmente col medeſimo Ordine, con cui erano venuti alla Porta, verſo l' Altare, ultimo dopo Monſignore ſeguendo S. A. S.

„ Arrivata la Proceſſione all' Altare, il Crocifero con li Ceroferarii, portandoſi alla parte dell' Epiſtola, ſi fermerà preſſo il primo ſedile del Coro, e dietro tutti diſteſi in lunga ala i Cappellani, e Cavalieri, e quivi fermi ſtaranno, ſinche Monſig. abbia detto l' Orazione dopo il Reſponſorio de' Muſici.

„ Arrivato Monſignore verſo l' Altare, quaſi

,, quaſi contro il Baldachino di S. A.,
,, ritirandoſi alquanto verſo la parte
,, dell' Epiſtola, ſi rivolgerà inchi.
,, nando il Sereniſſimo Gran Maeſtro,
,, quale ricevuto benignamente l'oſ-
,, ſequio, ſi porterà al ſuo Trono,
,, ivi fermandoſi in piedi; e Monſig.
,, s' inoltrerà vicino a gradi dell' Al-
,, tare accompagnato dalli due Cap-
,, pellani aſſiſtenti in abito corale
,, con il primo Cerimoniere, e Mi-
,, niſtri della Mitra, e Paſtorale, ac-
,, coſtandoſi nel medeſimo tempo i
,, due Miniſtri del Libro, e Bugia,
,, con le dovute riverenze a S. A. S.
,, ed all' Altare.

,, Accoſtatoſi Monſignore a gradi dell'
,, Altare, deporrà la Mitra, come
,, pure il Sereniſſimo Gran Maeſtro
,, deporrà il ſuo Beretton Magiſtrale,
,, e terminato il Reſponſorio da Muſi.
,, ci, Monſig. canterà le ſeguenti Pre-
,, ci, e ſua Orazione, come nel Pon-
,, tificale, riſpondendo i Cappellani.

,, Il che terminato S. A. S. ripiglierà il
,, ſuo Berettone, e Monſig. la ſua
,, Mitra, e Paſtorale, ed i Cappel-
,, lani fatto profondo inchino a S.
,, A. S., e fatta riverenza all' Altare,
,, partiranno dal Santuario al ſuo
,, poſto in Coro, come pure Monſi-
,, gnore inchinata la Croce, di poi
,, S. A. S. procederà in Coro, dove
,, depoſto il Paſtorale, Mitra, e Pi-
,, viale, veſtirà i Paramenti per la
,, Meſſa, eccettuato il Manipolo,
,, quale prenderà dopo aver detto
,, *Indulgentiam &c.*

,, Se così piacerà a S. A. S., parti-
,, ranno anche nel medeſimo tempo,
,, cioè dopo li Cappellani, i Cava-
,, lieri del Santuario, che ſi devono
,, veſtire, ed armare al luogo deſti-
,, nato a prepararſi in ſotto abito,
,, per poi così comparire per la Fun-
,, zione di eſſere veſtiti dopo la Meſſa;
,, e intanto che Monſig. veſte i para-
,, menti per la Meſſa, l' Organo cogli
,, altri iſtromenti faranno una ſinfonia.

,, Apparato che ſia Monſignore, uſcirà
,, nel Santuario, ſervito dalli due Cap-
,, pellani in abito corale, ed aſſiſti-
,, to dal primo Cerimoniere, prece-
,, dendolo il ſecondo con li due Ac-
,, coliti della Mitra, e Paſtorale, ed
,, i due Serventi di Libro, e Bugia,
,, quali giunti in faccia a S. A. S.
,, fuor de' gradi dell' Altare l' inchi-
,, neranno, il Cerimoniere con pro-
,, fondo inchino, ed i Chierici con
,, ſemigenufleſſione prima di preſen-
,, tarſi avanti l' Altare: l' iſteſſo farà
,, dopo di queſti parimente Monſig.
,, con li Cappellani, e Cerimoniere,
,, più profondamente i Cappellani,
,, e Cerimoniere del medeſimo Mon-
,, ſignore. Di poi affacciatiſi tutti
,, all' Altare faranno in un iſteſſo
,, tempo riverenza con genufleſſione
,, ſino a terra, e Monſignore con il
,, ſemplice inchino, il che fatto darà
,, principio alla Meſſa, avendo però
,, prima rinunciato il Paſtorale, e de-
,, poſta la Mitra, e prendendo il Ma-
,, nipolo dopo l' *Indulgentiam &c.*,
,, e proſeguendo dirà: *Pax vobis*;
,, dopo *il Gloria in Excelſis*.

,, All' Evangelio uſciranno i Paggi di
,, S. A. con le Torcie acceſe, e ter-
,, minato detto Evangelio da Monſi-
,, gnore, ſi porterà il Meſſale a ba-
,, ciare alla medeſima A. S. dal ſuo
,, Cappellano, come pure a ſuo tem-
,, po l' Iſtrumento di Pace.

,, Dopo il *Sanctus* per l' Elevazione
,, del Santiſſimo uſciranno quattro
,, Chierici con le Torcie acceſe, ed
,, oſſequiata S. A. S. di primo incon-
,, tro con ſemigenufleſſione, ſi por-
,, teranno in faccia all' Altare, e fat-
,, ta riverenza alla Croce col ginoc-
,, chio deſtro piegato ſino a terra,
ſtaranno

,, ſtaranno genufleſſi con ambe le gi-
,, nocchia, finche ſia compita l'Ele-
,, vazione del Calice. Immediata-
,, mente dopo i Chierici uſciranno
,, anche i Paggi con le ſue Torcie,
,, e fatta l'Elevazione del Calice
,, partiranno prima de' Chierici.
Alla Benedizione nel fine della Meſſa
,, Monſignore uſerà la forma ſolen-
,, ne con Mitra, e Paſtorale, e tri-
,, plice ſegno di Croce.
,, Terminata la Meſſa S. A. S. ſi rimetterà
,, in capo il ſuo Beretton Magiſtrale,
,, ſe così gli piacerà, e Monſignore
,, ricevuta la Mitra, e Paſtorale, fat-
,, ta la riverenza all' Altare con tut-
,, ti i ſuoi Miniſtri, inchinerà S. A.
,, e ritornerà in Coro a deporre i Pa-
,, ramenti da Meſſa, ſonando intan-
,, to l'Organo, e gli altri Strumenti.

III.

Veſtizione de' Cavalieri.

,, Monſignore depoſti i Paramenti
,, da Meſſa, e ripigliato il Pivia-
,, le, con Mitra, e Paſtorale, pro-
,, ſeguendo l'Organo la ſua ſinfonia,
,, accompagnato da medeſimi Mini-
,, ſtri, eccettuato il ſecondo Cerimo-
,, niere, ritorna al Santuario, e fat-
,, ta la riverenza all' Altare ſi porta
,, avanti a S. A. S. quale inchinata
,, da tutti con le debite forme riſpet-
,, tivamente da ciaſcheduno nel me-
,, deſimo tempo, come ſopra ſi è det-
,, to nell' uſcire per dir la Meſſa, ſi
,, porta al Faldiſtorio, poſto alla
,, deſtra di S. A. S., e quivi ſiede.
,, Intanto il ſecondo Cerimoniere
,, conduce in Sottabito i Cavalieri da
,, veſtirſi per il Coro nel Santuario,
,, che guidati dal medeſimo in retta
,, linea in faccia a S. A. gli faranno
,, profondo inchino; di poi proſe-
,, guendo avanti all' Altare medeſi-
,, mamente in linea retta inchine-
,, ranno la Croce piegando il ginoc-
,, chio deſtro, ed anderanno a' ſuoi
,, luoghi deſtinati.
,, Allora il primo Maeſtro di Cerimo-
,, nie fatto profondo inchino al Ser.
,, Gran Maeſtro, premettendo l'av-
,, viſo a' detti Cavalieri di dover fa-
,, re la Profeſſione della Fede, leg-
,, gerà ad alta voce tutta intiera la
,, Formola, come *per extenſum* ſi
,, contiene nella Bolla di Pio IV.,
,, qual terminata, un' Accolito al
,, cenno del ſecondo Cerimoniere
,, porterà una picciol Menſa coperta
,, con panno con ſopra il Meſſale
,, aperto, e la Formola breve di det-
,, ta Profeſſione, e la porrà avanti
,, il Ser. Gran Maeſtro, facendo le
,, ſue dimoſtranze di oſſequio con ſe-
,, migenufleſſione, sì avanti di porla,
,, come dopo, e partirà al ſuo pri-
,, miero poſto alla Menſa degli Abi-
,, ti.
,, Dopo queſto immediatamente il det-
,, to ſecondo Cerimoniere inviterà il
,, primo Cavaliere a far la Profeſſio-
,, ne inginocchiato alla detta Men-
,, ſola, facendo profondo inchino a-
,, vanti, e dopo al Sereniſſimo, co-
,, me pur anche ſalutando Monſig.
,, Gran Priore, a cui eſſo corriſ-
,, ponderà con chinar alquanto il
,, capo.
,, Ricondotto queſto dalla detta Menſo-
,, la alla ſua Sedia, inviterà il ſecon-
,, do, e poi tutti gli altri ad uno,
,, ad uno nel medeſimo modo.
,, Fattaſi la Profeſſione della Fede da
,, tutti i Cavalieri, l'Accolito, che
,, portò la ſopradetta Menſola, la
,, rimoverà facendo le medeſime ri-
,, verenze, come ſopra, unitamente
,, col ſecondo Cerimoniere, e pari-
,, mente con eſſo partirà verſo la
Menſa

„ Menſa degli Abiti benedetti, e „ prendendo quelli, con i quali deve veſtirſi il primo de' Cavalieri, „ li conſegnerà ne' ſuoi Bacili ai Paggi, o agli Accoliti, ſecondo piacerà a S. A. S., e con eſſi ſi porterà al Trono della medeſima Altezza, inſeguendoli due Cappellani deſtinati a far le veci de' Padrini per veſtir detti Cavalieri, con altri „ due Accoliti ancora, quando il „ il Cavaliere veſtendo debba armarſi „ con ſpada, e ſperoni, poichè di „ queſti Accoliti ſarà incombenza allacciar li ſperoni al Cavaliere, oſſervando alle dovute convenienze, „ tanto all' Altare, quanto al Ser. „ Gran Maeſtro, fermandoſi in qualche diſtanza, per laſciar luogo comodo al Cavaliere, che deve veſtirſi.

„ Condotti i detti Paggi, o Accoliti, „ come ſopra, il medeſimo ſecondo „ Cerimoniere inviterà il primo Cavaliere a prender l' Abito, e lo condurrà avanti il Gran Maeſtro con „ le dovute convenienze, e quivi a „ di lui piedi ſopra cuſſino depoſtovi „ da un' Accolito s' inginocchierà, „ reſtando in piedi il detto Cerimoniere alla deſtra del Cavaliere, ed „ accennando al Paggio, o all' Accolito, che tiene il Bacile col Pallio, che ſi accoſti a S. A. inſieme „ con li due Cappellani Vicegerenti: „ e S. A. levando dal Bacile il Pallio, lo conſegnerà a detti due „ Cappellani, i quali lo addatteranno alle ſpalle del Cavaliere; e intanto Monſig. Gran Priore, ſervendolo i Miniſtri del libro, e „ candela, proferirà la Formola, „ come nel Rituale. *Accipe hanc Veſtem immaculatam &c.* riſpondendo *Amen* il medeſimo Cavaliere.

„ Il Paggio, o Accolito del Pallio, „ rinonziato che l' abbia; avanzando „ egualmente dall' altra parte quello „ che porta la Collana con la Croce, faccia la ſua riverenza unitamente con queſto a S. A. S., e „ parta col Bacile vuoto verſo la „ Menſa, ed ivi lo depoſiti, dove è „ ſtato levato.

„ Ornato che sia il Cavaliere col Pallio, si accoſta il detto Paggio con „ la Collana, e Croce a Monſignore, il quale ſorgendo dal Faldiſtorio (ſorgendo anche il Sereniſs. „ dal ſuo Trono) e levando dal Bacile la Collana, e baciando la „ Croce, la conſegnerà al Sereniſſimo, quale anche eſſo parimente baciando la riporrà al collo del nuovo Cavaliere, e immediatamente il „ medeſimo Sereniſſimo conſegnerà „ a' ſuddetti Cappellani Vicegerenti „ la Croce di ſeta, quale adatteranno al petto del medeſimo Cavaliero, pronunciando intanto „ Monſignore la Formola *Accipe Signum Crucis &c.* riſpondendo *Amen* il medeſimo Cavaliere.

„ Rinunciata che abbia il Paggio, o „ l' Accolito la Croce, avanzando „ pure dall' altra parte l' altro, che „ porta la Spada, fanno egualmente „ inſieme la ſua riverenza, quello „ della Collana partirà a depoſitare „ ſopra la Menſa il Bacile, e reſterà „ l' altro della Spada: ed il Cappellano Vicegerente alla deſtra del „ nuovo Cavaliere prenderà dal „ Bacile la Spada, e ſguainata la conſegnerà con bacio, ed inchino al „ Sereniſſimo, il quale l' eſibirà al „ Cavalier novello, tenendola eſſo „ Sereniſſimo Gran Maeſtro per l' „ impugnatura, e il Cavaliere per „ il pomo, proferendosi intanto da „ Monſignore la Formola, come nel „ Rituale *Accipe Gladium iſtum &c.*

e riſ-

„ e riſpondendo *Amen* il Cavaliere, „ laſcierà la ſpada in mano del Sereniſſimo, quale la reſtituirà al „ Cappellano, che ricevendola bacierà la mano al Sereniſſimo, e la „ rimetterà nel fodero. Levandoſi poſcia in piedi il Cavaliere, i detti Cappellani Vicegerenti gliela cingeranno al fianco, e cinto, che ſia, i Cappellani Corali canteranno „ il verſetto: *Specioſus forma præ filiis hominum &c.* dopo il quale il „ Cavaliere di nuovo s'inginocchierà, e Monſignore ſoggiungerà: „ *Hoc tibi ſit in nomine Domini &c.* „ come nel Rituale.

„ Dopo le quali parole il Cavaliere „ levandoſi in piedi, e ritirandosi „ alquanto indietro, ſguainando la „ Spada, trè volte la vibrerà levandola in aria, come in atto di minacciare a' Nemici della Cattolica „ Fede, abbaſſando ad ogni colpo „ la punta in terra: per ultimo col „ ſiniſtro braccio forbita la riporrà „ nel fodero.

„ Di nuovo s' inginocchia col capo „ profondamente inchinato verſo il „ Sereniſſimo Gran Maeſtro, il quale „ ſnudata la propria Spada, trè volte „ con eſſa li percuoterà leggermente „ le ſpalle, dicendo *Eſto Miles pacificus &c.* come nel Rituale; il „ il che fatto ſorge in piedi, ed accoſtandoſi a Monsignore s' inginocchierà, e da eſſo ſarà leggermente percoſſo nella siniſtra, dicendoli *Exciteris à ſomno malitiæ &c.* e dandogli il bacio di Pace, „ ſoggiungerà, *Pax tecum*.

„ Finalmente già avanzandosi il Paggio, o Accolito, che porta il Bacile con ſopra li Speroni, e Berettone, e partito l'altro, che aveva la Spada, dopo le dovute convenienze di oſſequio, preſenterà „ il Bacile con i detti Speroni a S. „ A., il quale accennerà a Cappellani Vicegerenti, che quelli siano „ poſti appiedi del Cavaliere, il che „ adempiranno col Miniſtro de' due „ Accoliti, e li porranno in capo il „ Berettone; il che fatto il Coro de' „ Cappellani ripeterà il ſuddetto „ Verſo *Specioſus forma &c.*, partendo il Paggio, o Accolito col „ Bacile vuoto dopo le dovute convenienze.

„ Terminata la Veſtizione del primo „ Cavaliere, i Cappellani Vicegerenti con li due Accoliti, che anno „ allacciati i Speroni, fatti i ſuoi „ dovuti inchini, partiranno alla „ Menſa degli Abiti. Intanto il ſecondo Cerimoniere leva d'inginocchio il Cavaliere veſtito, rivolgendogli ſul braccio siniſtro lo „ ſtraſcino del Manto, e lo conduce „ alla ſua Sedia, praticando le dovute convenienze al Ser. Gran Maeſtro, ed a Monsig. Gran Priore, „ e nel medeſimo tempo laſciatolo al „ ſuo luogo con inchinarlo, invita „ il ſecondo Cavaliere da veſtirſi, „ e lo conduce avanti il Ser. Gran „ Maeſtro, come fece il primo, accoſtandoſi nel medeſimo tempo li due „ Cappellani Vicegerenti, quali prendono ſeco li ſteſſi Paggi, o Accoliti, che portano i Bacili cogli Arredi benedetti per veſtirlo, ed Accoliti per allacciargli i Speroni, „ e fattaſi da tutti nello ſteſſo tempo „ la dovuta riverenza, ſi praticheranno le ſteſſe forme, e cerimonie, che „ ſi ſono dette di ſopra, e così dopo queſto, ſi farà con gli altri ſino all' ultimo ſuſſeguentemente.

„ Nel mentre che ſi canterà dal Coro „ de' Cappellani il Verſetto *Specioſus forma &c.* dopo che ſaranno „ ſtati allacciati i Speroni all' ultimo

Cava-

„ Cavaliere, il ſecondo Cerimoniere
„ ſi porterà ad invitare tutti gl' altri
„ Cavalieri già veſtiti, ſolamente per
„ ciò quelli, che ſono armati di Spa-
„ da; e li condurrà avanti al Ser.
„ Gran Maeſtro, e Monſig. Gran
„ Priore; e li farà genuflettere ordi-
„ nariamente in modo, che il primo
„ ſia verſo il Gran Maeſtro, e l'ul.
„ timo verſo Monſignore, eſſendo
„ già partiti con le debite convenien-
„ ze li due Cappellani Vicegerenti
„ con li due Accoliti verſo la Men-
„ ſa degl' Abiti.
„ Il detto ſecondo Cerimoniere nell'
„ andar a prendere i detti Cavalieri,
„ come ſopra, prenda ſeco anche
„ tanti Accoliti, quanti ſono i Ca-
„ valieri, acciò prendino i loro Cuſ-
„ ſini, ſopra cui devono inginoc-
„ chiarſi avanti il Gran Maeſtro, co-
„ me ſi è detto.
„ Inginocchiati che ſieno i Cavalieri,
„ Monſignore depoſta la Mitra ſi le-
„ va in piedi, preſentatiſi prima li
„ due Miniſtri del Libro, e Bugia,
„ e dirà con voce ſommeſſa il Salmo
„ *Benedictus Dominus Deus meus,*
„ *qui docet manus meas ad prælium*
„ *&c.* con le preci, ed Orazione ſe-
„ guente *Omnipotens ſempiterne De-*
„ *us &c.*, riſpondendogli i Cappella-
„ ni aſſiſtenti.
„ Recitata la detta Orazione, o pure
„ verſo il fine della medeſima per
„ maggior prontezza, il ſecondo Ce.
„ rimoniere invita il Cavalier Gran
„ Cancelliere, e lo conduce anch'
„ eſſo ad inginocchiarſi per ordine al
„ ſuo luogo con gli altri per far la
„ Profeſſione dell' Ordine.

I V.

Funzione della Profeſſione dell' Ordine.

„ Dopo la ſuddetta Orazione, ri-
„ manendo come ſopra, in gi-
„ nocchio i Cavalieri, ſi preſenterà il
„ Cappellano di S. A. S. con il Ri-
„ tuale, e tenendoglielo avanti aper-
„ to, in forma che poſſa comoda-
„ mente leggere, la medeſima Altez-
„ za le farà le dimande, come in
„ detto Rituale, riſpondendo di ma-
„ no in mano a ciaſcheduna diman-
„ da i medeſimi Cavalieri, come ſtà
„ nel Rituale: e terminate le dette
„ dimande, e riſpoſte, continuando
„ a ſtar in ginocchio i Cavalieri, il
„ primo Cerimoniere gli darà avviſo
„ per la Profeſſione dell' Ordine nel-
„ la ſeguente forma.
„ *Quoniam Celſitudo ſua Sereniſſima*
„ *Franciſcus Farneſius Dei gratia*
„ *Dux Parmæ, Placentiæ, Caſtri*
„ *&c. Sacri Ordinis Conſtantiniani*
„ *Sancti Georgii magnus Magiſter,*
„ *à Novitiatus onere Dominationes*
„ *veſtras ex plenitudine ſuę poteſta-*
„ *tis exemptas effecit, ut ex Diplo-*
„ *mate dato, & publicato in ſua*
„ *ſolemni magni Magiſterii aſſum-*
„ *ptione die decima ſeptima Octobris*
„ *elapſi anni milleſimi ſeptingenteſimi*
„ *decimi octavi, & capaces declara-*
„ *vit ad profeſſionem Ordinis emit-*
„ *tendam immediate poſt ejuſdem Or-*
„ *dinis Habitus ſumptionem; Ideo*
„ *non ſolum ore, ſed etiam corde*
„ *Formulam, quæ vobis ad normam*
„ *Statutorum prædicti Conſtantiniani*
„ *Ordinis exhibita eſt, recitabitis.*
„ Allora uno dopo l' altro, oppure
„ tutti aſſieme (ſecondo più piacerà
„ a S. A. S.) reciteranno la Formo-
„ la, aggiungendo nel fine: *Sic me*
„ *Deus adiuvet, & Sancta Dei E-*
„ *vangelia.*
„ Fatta che avranno i Cavalieri la
„ Profeſſione, ſtando ancora in gi-
„ nocchio, ſi accoſterà il Cappella-
„ no di S. A. S. tenendogli avanti il
„ Rituale aperto, e la medeſima S. A.

vol-

„ volgendoſi a' Cavalieri li dirà: *Cre-*
„ *ditis ne ſignum &c.* come nel Ri-
„ tuale, ed eſſi riſponderanno: *Cre-*
„ *dimus*. Dopo di che il Ser. ſog-
„ giungerà: *Hoc eſt Sacræ Militiæ*
„ *noſtræ ſignum, quod veſtro cordi*
„ *ſemper adhæreat*; ed allora i Cava-
„ lieri bacieranno la Croce, che
„ pende dalla Collana, proſeguendo
„ il Ser. Gran Maeſtro: *Crucem, quam*
„ *in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis*
„ *&c.*, quali terminate ſi accoſteran-
„ no i Cavalieri ad uno ad uno a
„ S. A. S., che gettandogli ſulle ſpal-
„ le il cordon di ſeta, che pende dal
„ manto, a ciaſchedun di loro dirà,
„ come nel medeſimo Rituale: *Su-*
„ *ſcipe Domini ſignum &c.*, ritor-
„ nando ciaſcheduno dopo la detta
„ impoſizione in ginocchio al ſuo
„ luogo: e dopo queſto il medeſimo
„ Ser Gran Maeſtro dirà verſo loro,
„ leggendo nel Rituale: *Vos poſthac*
„ *&c.*

„ Succeſſivamente ſi parte dal Coro un
„ Cappellano, che fatta la genu-
„ fleſſione all' Altare, di poi pro-
„ fondo inchino al Ser. Gran Mae-
„ ſtro, ſi porterà a faccia di Mon-
„ ſignore, ed inchinatolo gli annun-
„ zierà l' Antifona *ſuſcepimus*, e Mon-
„ ſignore, depoſta la Mitra, ſorgen-
„ do dal Faldiſtorio l' intonerà, e
„ ſarà proſeguita dal Coro; ed in-
„ tanto Monſignore, ripigliata la
„ Mitra, ſederà, finchè da Muſici
„ ſia cantato il Salmo *Magnus Do-*
„ *minus*, chinando il capo con Mi-
„ tra nel fine al verſetto *Gloria Pa-*
„ *tri &c.* come pure il Sereniſſimo
„ anch' eſſo a capo coperto col ſuo
„ Berettone.

„ Terminato il Salmo, ed il ſuono dell'
„ Organo in vece della repetizione
„ dell' Antifona, Monſignore depoſta
„ la Mitra, ſorgerà dal Faldiſtorio,
„ e ſoggiungerà cantando *Kyrie E-*
„ *leiſon* con le preci ſeguenti, e le
„ due Orazioni, come nel Rituale,
„ riſpondendo il Coro de' Cappellani.

„ Ciò detto, Monſignore ſederà, e ri-
„ piglierà la Mitra, ed allora il ſe-
„ condo Cerimoniere con li medeſi-
„ mi Accoliti con li Cuſcini leverà
„ d' in ginocchio i Cavalieri, accom-
„ pagnandoli con li ſuddetti Accoliti
„ col Cuſſino a ſuoi Poſti: ed i Ca-
„ valieri prima di partire inchineran-
„ no S. A. S., e ſaluteranno Mon-
„ ſignore, ricevendone reciproca cor-
„ riſpondenza; come pure pratiche-
„ ranno le ſue convenienze d' oſſequio
„ il Cerimoniere, ed Accoliti a S.
„ A. S., a Monſignore, ed a Cava-
„ lieri con debita diſtinzione.

V

Concluſione col Cantico Te Deum &c.

„ Ricondotti li Cavalieri alle ſue
„ Sedie, Monſignore ſorgerà dal
„ Faldiſtorio ſenza deporre la Mitra,
„ ed inchinata prima S. A. S., e poi
„ alquanto rivoltatoſi a' Cavalieri col
„ ſalutarli, ed eſſi corriſpondendogli,
„ accompagnato da' Suoi Miniſtri, e
„ Cerimonieri, ſi porterà all' Altare
„ con Mitra, e Paſtorale, e giunto
„ a' gradi di quello, rinunziato il
„ Paſtorale, e depoſta la Mitra, ſa-
„ luterà la Croce. Eſce intanto dal
„ Coro un Cappellano condotto dal
„ ſecondo Cerimoniere per la parte
„ dell' Epiſtola; e quivi a' gradini nel
„ medemo Corno dell' Epiſtola gli
„ pronuncierà in Tono il Cantico
„ *Te Deum &c.* e Monſignore ri-
„ cevuto l' annunzio, ad alta voce l'
„ intona, proſeguendolo i Muſici, e
„ partendo il Cappellano precentore
„ con le dovute convenienze a Mon-

 ſignore

„ ſignore, ed all' Altare.
„ All' intonazione S. A. S. può deporre il ſuo Berettone, come pure i Cavalieri il ſuo, e ripigliarlo finita la Funzione, e ricoperta l' Imagine della Beata Vergine.
„ Sia in pronto un' Accolito con Cuſſino, al verſetto *Te ergo quæſumus &c.* glielo getti avanti ſul primo gradino dell' Altare, ſopra cui eſſo Monſignore s' inginocchierà per tutto il ſuddetto Verſo, come anche il Sereniſſimo gran Maeſtro al ſuo genufleſſorio, i Cavalieri, e tutti al ſuo luogo.
„ Finito il Cantico, e ſoggiunto dal Coro de' Cappellani il ℣. *Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu*, col ℟. *Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula*, Monſignore canterà l' Orazione *Deus cujus Miſericordię non eſt numerus &c.*
„ Ciò fatto Monſignore ſenza Mitra, come anche S. A. S. ſenza Berettone, e Cavalieri, e tutti s' inginocchieranno ſinche ſia ricoperta l' Imagine della B. V. qual ricoperta, Monſignore ſorgerà (ſorgendo anche il Sereniſſimo, e Cavalieri, e tutti) e Monſignore preſa la Mitra, e Paſtorale, ſalutata la Croce, e rivolgendoſi alla ſua ſiniſtra, inchinerà il Sereniſſimo, ed anche ſaluterà i Cavalieri, che ſimilmente gli corriſponderanno; e partendo dall' Altare ſi ritirerà in Coro, dove depoſti i Sacri Paramenti, e veſtito di Mantelletta ſopra il Rocchetto con la Collana dell' Ordine, di nuovo uſcirà nel Santuario, precedendolo tutti i Cappellani, e ſervirà il Sereniſſimo ſino alla Porta della Chieſa, dove inchinatolo, e partito, ſi rivolgerà anch' eſſo, precedendolo parimente i Cappellani verſo la Sagreſtia.

Catalogus magnorum Magiſtrorum Ordinis.

E.

I. anno 313. Flav. Conſtantinus Angelus Flavius magnus Inſtitutor Equitum Conſtantinianorum Sancti Georgii, anno 313. primus magnus Magiſter regnavit in Imperio annis 31., vixit annos *66.*, & in magiſterio 24.
58.

II. anno 337. Flav. Conſtantinus II. Angelus Flavius filius Primogenitus Conſtantini Magni, magnus Magiſter 2., regnavit in Imperio annos *9.*, vixit 25. annos, & tres in magno Magiſterio.

III. anno 337. Flav. Conſtant. Angelus Flavius Imperator Frater Conſtantini II. magnus Magiſter 3., vixit annos *30.* magni Magiſterii 13.

IV. anno 337. Flav. Conſtant. II. Angelus Flavius Imperator frater prędictorum magnus Magiſter 4., rexit Imperium annos 24. vixit annos 44., in Magiſterio 24.

V. anno 361. Flav. Conſtant. Gallus Cęſar Angelus Flavius Princeps Macedoniæ Conſobrinus Conſtantii II. magnus Magiſter 5. in Oriente vixit annos *29.* in Magiſterio 4.

VI. anno 362. Flav. Michael Gallus Angelus Flavius Rex Ponti pro Matre Princeps Macedonię ex parte Patris magnus Magiſter *6.* vixit annos 77. in magno Magiſterio 74.

VII. anno 428. Flav. Alexius Angelus Flav. Princeps Macedoniæ &c. magnus

magnus Magiſter 7. vixit annos 59. in Magiſterio 30.

VIII. anno 458. Flav. Alexius II. Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ, Macedoniæ 8. magnus Magiſter, vixit annos 86. in Magiſterio 56.

IX. anno 514. Michael II. Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. 9. magnus Magiſter vixit annos 94. in magno Magiſterio 34.

X. anno 548. Alexius Michael Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. 10. magnus Magiſter vixit annos 73. in Magiſterio 38.

XI. anno 586. Angelus Michael Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. natus 542. 11. magnus Magiſter vixit annos 75. in magno Magiſterio 31.

XII. anno 617. Philippus dictus etiam Baſilius, & Pipinus Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. Dux Drivaſti, & Durazii Deſpoſta Peloponeſii natus 581. magnus Magiſter 12.

XIII. anno 625. Iſacius Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. natus 600. magnus Magiſter 13. vixit annos 67. in magno Magiſterio 42.

XIV. anno 667. Alexius III. Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. natus 667. magnus Magiſter 14. vixit annos 81. magni Magiſterii 52.

XV. anno 719. Conſtantinus III. Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. natus 702. magnus Magiſter 15. vixit annos 79. in magno Magiſterio 62.

XVI. anno 781. Michael IV. Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. natus 760. magnus Magiſter 16. vixit annos 60. in magno Magiſterio 39.

XVII. anno 820. Conſtantinus IV. Angelus Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. Dux Drivaſti, & Durazii natus 810. magnus Magiſter 17. vixit annos 95. in magno Magiſterio 48.

XIX. anno 953. Michael V. Angelus Flavius Comneno Princeps Ciliciæ Macedoniæ &c. Dux Drivaſti, & Durazii Curopalata Imperii Orientis, natus 919. magnus Magiſter 19. vixit annos 65. in magno Magiſterio 31.

XX. anno 984. Emanuel dictus etiam Michael Angelus Flavius Comneno natus 954. Præfectus Imperii Orientis, Princeps Ciliciæ &c. magnus Magiſter 20. vixit annos 67. in magno Magiſterio 37.

XXI. anno 1021. Iſacius *II.* Angelus Flavius Comneno natus 1000. electus Imperator 1057. magnus Magiſter 21. Imperio renunciavit, & magno Magiſterio anno 1059. vixit annos 61 in Magiſterio 38.

XXII. anno 1059. Alexius V. Angelus Flavius Comneno natus 1048. Nobiliſſimus, & magnus Domeſticus Imperii, electus Imperator 1081. magnus Magiſter 22. vixit annos 70.

XXIII. año 1118. Joañes Angelus Flavius Comnenus natus 1088. ſalutatus Auguſtus 1092. Imperator 1118. vocatus Caloianne, & il Mo-

il Moro magnus Magiſter 23. vixit annos 55. in magno Magiſterio 25.

XXIV. anno 1143. Iſacius III. Angelus Flavius Comneno Sebaſtocratore, natus 1109. magnus Magiſter 24. vixit annos 43. in magno Magiſterio 9.

XXV. anno 1152. Andronicus Angelus Flavius Comneno natus 1135. Contoſtefanus magnus Dux, & magnus Magiſter 25.

XXVI. Iſacius IV. Angelus Flavius Comneno natus 1155. ſalutatus Imperator 1185. a Fratre privatus 1195. reſtitutus 1203. magnus Magiſter 26. Reformator Ordinis 1190. vixit annos 49. in magno Magiſterio 10.

XXVII. anno 1190. Alexius Angelus Flavius Comneno natus 1185. ſextus in nomine magnus Magiſter 27. conſtitutus anno 1191. electus Imperator quartus in nomine 1203. vixit annos 19. in magiſterio 13.

XXVIII. anno 1204. Alexius Andreas Angelus Flavius Comneno natus poſthumus 1204. Princeps Macedoniæ Theſſaliæ &c. Dux & Comes Drivaſti, & Durazii, &c. magnus Magiſter 28. vixit annos 56. in magno Magiſterio 56.

XXIX. anno 1260. Michael Sextus Angelus Flavius Comneno natus 1248. Princeps Macedoniæ &c. Dux, & Comes Drivaſti, &c. magnus Magiſter 29. vixit annos 70. in Magiſterio 58.

XXX. anno 1318. Andreas Angelus Flavius Comneno, natus 1282. Princeps Macedoniæ &c. Dux, & Comes Drivaſti &c. magnus Magiſter 30., vixit annos 79. in Magiſterio 48.

XXXI. anno 1366. Michael VII. Angelus Flavius Comneno, natus 1348. Princeps Macedoniæ &c. Dux, & Comes Drivaſti &c. magnus Magiſter 31. vixit annos 62. in Magiſterio 44.

XXXII. anno 1410 Paulus Angelus Flavius Comneno natus 1390. Princeps Macedoniæ &c. Dux & Comes Drivaſti &c. magnus Magiſter 32., obiit pugnando in expugnatione Conſtantinopolis 1453., vixit annos 63. in Magiſterio 43.

XXXIII. anno 1453. Andreas II. Angelus Flavius Comneno Frater Pauli natus 1398. Princeps Macedonię &c. Dux, & Comes Drivaſti &c. magnus Magiſter 33. vixit annos 81. in Magiſterio 26.

XXXIV. anno 1479. Petrus Angelus Flavius Comneno natus 1435. Frater Pauli Archiepiſcopi Drivaſti, & S. R. E. Princeps Macedoniæ &c. Dux, & Comes Drivaſti, magnus Magiſter 34. vixit annos 76., & in Magiſterio 32.

XXXV. anno 1511. Joannes Demetrius Angelus Flavius Comneno natus 1499. Princeps Achajæ Macedonię &c. magnus Magiſter 35. vixit annos 71. in Magiſterio 59.

XXXVI. anno 1570. Hieronymus Angelus Flavius Comneno natus 1505. Princeps Theſſaliæ &c. magnus Magiſter 36. una cum Andrea, & Paulo ejus Fratribus rexit uſque ad deſcriptum ibidem tempus, & ſolus vixit Annos 86. in Magno Magiſterio 10.

XXXVII

XXXVII. anno 1570. Petrus II. Angegelus Flavius Comneno filius Ioannis Demetrii natus 1526. Princeps Ciliciæ & Macedoniæ &c. magnus Magiſter 37. Rexit una cum Patruis. Vixit annos 76. in Magiſterio 22.

XXXVIII. anno 1592. Joannes Andreas Angelus Flavius Comneno natus 1569. Princeps Macedoniæ &c. Dux, & Comes Drivaſti, & Durazii, magnus Magiſter 38. vixit annos 65. in Magiſterio 42.

XXXIX anno 1601. Angelus Maria Angelus Flavius Comneno natus 1600. Princeps Macedoniæ &c. Theſſaliæ &c. Dux & Comes Drivasti, Durazii &c. magnus magiſter 39. vixit annos 78. in Magiſterio 44.

XL. Marcus Angelus Flavius Comneno, natus 1608. Princeps Macedoniæ &c. Theſſaliæ &c. Dux, & Comes Drivaſti Durazii &c. magnus Magiſter 40. vixit annos 71. in magno Magiſterio 2.

XLI. anno 1679. Hieronymus Angelus Flavius Comnenus, natus 1629. Princeps Macedoniæ &c. Dux & Comes Drivaſti &c. magnus Magiſter 41. vixit annos 58. in Magiſterio 8.

XLII. anno 1634. Joannes Andreas Angelus Flavius Comneno natus 1634. Princeps Macedoniæ &c. Dux, & Comes Drivaſti Durazii &c. magnus Magiſter 42., ut ſubditur *Regnante.*

Hactenus recenſitus magnorum Magiſtrorum Catalogus deſumptus eſt à Volumine *Abbatis Juſtiniani ſuperius allegati*, *eſtque à pag.* 39. *cum ſeqq.*

Juxta ea, quæ oſtendimus in hac ſecunda *Sectione à n.* 1. *cum ſeqq.* prælaudatus Joannes Andreas Angelus Flavius Comnenus magnum Magiſterium ceſſit clar. mem. Franciſco Farneſio Parmæ, & Placentiæ Duci, ejuſque Filiis, & Deſcendentibus, totique Sereniſſimæ Farneſiæ Familiæ in eorum Ducatu Parmæ, & Placentiæ ſuccedenti, prædictaque ceſſio fuit à Summo Pontifice ſa. me. Innocentio XII., & ſucceſſive ab aliis approbata, & ab Auguſtæ memoriæ Leopoldo I. Romanorum Imperatore in eorum Diplomatibus ſuperius recenſitis

XLIII. ipſe Dux Franciſcus fuit magnus Magiſter 43., & poſt illius mortem ſucceſſit in magno Magiſte-

XLIV. rio Dux Antonius 44. magnus *Magiſter*.

Quo defuncto, poſſeſſionem cæpit modo Sacra *Majeſtas* utriuſque Siciliæ, Rex Carolus ſcilicet Sebaſtianus, ut nuncupatur, *Infante di Spagna*, velut Filius clariſſimæ memoriæ Philippi V. Hiſpaniarum Regis, &glorioſiſſimæ Eliſabethæ Farneſiæ ejus Uxoris in ſecundis Votis.

Ex Ephemeri hebdomadaria ad Nos perventa nuper e Civitate Piſauri, habemus, quod ex Regali commiſſione Sacræ *Majeſtatis* Caroli Sebaſtiani utriuſque Siciliæ Regis, inſignitus fuit in Civitate Parmæ Equeſtris Religionis hujus Conſtantinianæ Gradu Nobiliſſimus Vir Hiſpanus.

De cœtero repetimus, quod in ſupra relata Bulla ſan. me. Innocentii XII. & glor. recordat. Imperatoris Leopoldi I. Diplomate liquet, Religionis hujus Equeſtris, & *Militaris* magnum *Magiſterium* inhærere ſemper Oſſibus Sereniſsimorum Ducum Parmæ, & Placentiæ ex Farneſiano Sanguine, & donec Sereniſsimi hujus Sanguinis gloria viguerit.

DISCUR-

DISCURSUS LXXIV.

CORONÆ IN GALLIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget

EQueſtrem Ordinem nuncupatum Coronę die 27. Aprilis 1390. inſtituit in Gallia Enguerrandus VII. Dominus de Coucy Comes de Soiſſons, ut patet ex Litteris Ludovici Ducis Avrialenſis, ſub anno 1409., quę litteræ regiſtratę ſunt in Libris, ut vocant Camerę *de' Conti di Blois* 1393. quemadmodum teſtatur Hiſtoria Gallice ſcripta, & in italicam Linguam translata, per *Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Mediolanenſem Congregationis Matris Dei ſub Titulo*. *Storia degli Ordini Monaſtici &c. e Militari &c. Tom. 8. cap. 39. à pag. 297. juxta impreſſionem Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Nullum alium Scriptorem, præter antedictum, invenire potuimus de hoc Ordine agentem: unde illius intentum, illius Statuta, illius Teſſera ignorantur.

Solummodo dicta Hiſtoria ſubdit de d. Enguerrando VII. mentionem haberi in Litteris confirmationis Ludovici Ducis Avrialenſis datis Patribus Cęleſtinis Villęnovę, poſtquam ipſe Ludovicus emerat Terram di *Conci* & Comitatum de Soiſſons.

Itidemque narrat in Camera de *Blois* adeſſe Sigillum hujus Principis, in quo cernitur idem Princeps ſuper Equo, tenens Coronam inverſam & ut Nos dicimus *rivoltata all' ingiù*, & quandam corigiam cum Fibula brachio dextero colligatam.

Narrat rurſus in Maſtro de Blois, & in Palatio Civitatis Stemma adeſſe, ſub quo conſpicitur Corona inverſa, ut dictum eſt, *Corona rivoltata*.

Sic probabile concludit reddi, eandem Coronam inverſam fuiſſe Stemma Ordinis inſtituti, ut ſupra ab Enguerrando, & fuiſſe conſervatum à Duce Avrialenſi, poſt emptionem dicti de *Coucy*, *& Soiſſons*.

Cumque prefatæ Litteræ inſertæ adſint in Libris Camerę Comitis de Blois anno 1393. pag. 34. per extenſum eas refert *d. Pater Fontana pag. 295*, Noſque eaſdem hic tranſcribimus in italicam linguam translatas.

Luigi Figliuolo del Re di Francia, Duca d' Orleans, Conte di Blois, Beaumonte, e Soiſſons, e Signore di Coucy facciamo ſapere a quelli che ſono, e che verranno. Abbiamo Noi vedute le Lettere del noſtro caro Amico, Cugino, noſtro Signore Enguerrando, già Signore di Coucy, e Conte di Soiſſons contenenti la formola che ſiegue. Enguerrando Signore di Coucy, Conte di Soiſſons, e Bar de Marle; facciamo ſapere a tutti quelli, che ſono, e che verranno, che conſiderando Noi il Pellegrinaggio, ed i Beni temporali, e mondani di queſta Vita tranſitoria eſſere ordinati per ciaſcheduno, che ben vive, e sà uſarne ad edificare, e radunare teſori ne' Cieli, ove ſtà Dio, che tutti i Beni ci ſomminiſtra, Noi per vera devozione ad onore di Dio Padre, Figliuolo, e Spirito Santo, un Dio vero, e Santiſſima Trinità, della glorioſa Vergine Maria, di tutti i Santi, e Sante del Paradiſo, e per avere chi faccia Orazione in perpetuo per Noi, per i noſtri Antenati, e Succeſſori, e per la noſtra cariſſima, ed amatiſſima

ma Compagna Iſabella di Lorena, al preſente noſtra Moglie, per tutti i Cavalieri, e Dame, Scudieri, e Damigelle, che ſono ſtati, ſono, e ſaranno del noſtro Ordine della Corona, pel ſingolare amore, ed affetto che abbiamo verſo il devoto, e Santo Ordine de' Celeſtini; l' accreſcimento, ed aumentazione del Divino Servizio, per conſagrare il Corpo del noſtro Signore nel Santo Sagramento dell' Altare, che per ſua Miſericordia ordinò, che ſi faceſſe in memoria di Lui, e della ſua Santa degna Morte, e Paſſione, ch' ei volle patire per tutti i Criſtiani, e per eſſere partecipi di tutte le buone Opere di Carità, di Orazione, e di Devozione, che ſono ſtate, e ſaranno fatte da detti Religioſi del dett Ordine de' Celeſtini; ordiniamo, che fatto, e coſtituito, edificato, e ſtabilito nel luogo, e nella Piazza di noſtra Caſa di Villanuova preſſo Soiſſons &c.

Queſta fondazione è de' 26. Aprile 1390; e le Lettere del Duca d' Orleans ſono in data di Beaute ſul Marne del meſe di Novembre 1404.

DISCURSUS LXXV.

CRUCIATÆ

ARGUMENTUM

Exponitur nomen Cruciatæ quid ſignificet. Recenſetur Cruciatarum origo, & ſpecies earundem quot ſint: & an ſint Ordines Equeſtres. Crux, quæ tradebatur Militibus cujus eſſet coloris, cujuſque formæ: & enumerantur quot Cruciatę huc uſque fuerint indictæ, & a quibus Summis Pontificibus.

SUMMARIUM

1. *IN hoc Volumine apponuntur non ſolum Ordines Equeſtres, & Militares proprie ſumpti, ſed etiam alii Cœtus analogiam aliquam cum Equitibus habentes.*
2. *Cruciatæ proprie non poſſunt dici Ordines Equeſtres, ſed ſolum Milites inſigniti Cruce, & gaudentes Privilegiis eiſdem à Summis Pontificibus conceſſis.*
3. *Milites Cruciatæ, completa Cruciatæ expeditione, uſum Crucis deponunt.*
4. *Cruciatę Milites ſunt, qui Cruce ſignati militant in expeditionibus Militaribus à Summis Pontificibus indictis*, & n. 8.
5. *Analogiam tamen aliquam videntur habere cum Militibus Equeſtrium Ordinum large ſumptorum.*
6. *Et Auctores iſtos Milites Cruciatæ ponunt in Catalogo Ordinum Equeſtrium.*
7. *Imo quod ſint proprie Equites.*
8. *Summi Pontifices variis temporibus, & ob varias cauſas Cruciatas indixerunt*, & n. 9.
9. *Cur nuncupentur Cruciatæ?*
10. *Crux deferenda erat Crux plana potentiata rubri coloris in parte dextera Veſtis.*
11. *Alba etiam, & alterius coloris erat ad complacentiam, & arbitrium Nationum.*
12. *Forma Crucis, apud quos habeatur?*
13. *Figuram Equitis cum d. Cruce quis referal?*
14. *Dicta Crux etiam deferebatur ad latus dexterum, vel ſiniſtrum, ad Pectus, in Pileo.*
15. *Crucem hanc Principes, Reges, Reginæ, & Imperatores acceperunt, & Epiſcopi.*
    Erga Crucem, aliquorum adeo ardens erat Amor, ut ſibi in carne Stigmata Crucis imprimerent.
    Cruciatæ normam dedere erectionibus Ordinum Militarium.
16. *Primæ Cruciatæ tempus exprimitur.*

Aliæ

27. *Alia Cruciatæ enumerantur*, & n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27., & 28.

29. *Cruciatę ſunt numero quatuordecim*.

30. *Facta autem Militum dictarum expeditionum Militarium referuntur ab Hiſtoricis*.

31. *Poſt dictas Cruciatas, nulla alia nominatur, ſed illa anni* 1571. *nominatur Sacrum Bellum, & ut dicitur* Sagra Lega.

32. *Dictarum Cruciatarum Milites fuerunt decorati pluribus Gratiis, & Privilegiis*.

33. *Privilegia, & Gratiæ enumerantur*, & n. 34. 35. 36., & 41.

37. *Cruce ſignati non ſolum conſtituti fuerunt Milites pro recuperatione Terrę Sanctæ; ſed etiam contra Hæreticos, & tales Cruceſignati ab Inquiſitoribus ſtatuti fuerunt, decoratique Privilegiis*, & n. 41. & 42.

38. *De quo tempore id inceptum fuerit*.

39. *Inquiſitores autem quomodo Crucem traderent*, & n. 40.

43. *Poſtmodum Inquiſitores conſtituerunt Confraternitates dictorum Crucigerorum*.

44. *Cruciatæ genus aliud eſt, quando Pontifex concedit Fidelibus Diploma cooperantibus, ſive mediante pugna, ſive mediantibus precibus, ſive Eleemoſynis ad extirpandos Infideles*.

45. *In hac Cruciatæ ſpecie nihil habetur, quod ſonet in Equitem*.

46. *In alia ſpecie Cruciatæ primo loco conſiderata, poteſt conſiderari qualitas Gradus Equeſtris*.

Et tunc hujuſmodi Ordinis magnus Magiſter debet conſiderari Summus Pontifex.

DISCURSUS LXXV.

CRUCIATÆ

NE ex hac noſtrorum Diſcurſuum Nomenclatura apud legentes irrepat æquivocum, perinde ac his narrationibus approbare, & recognoſcere videamur in veros Equeſtres proprios Militares Ordines omnes, & ſingulos, quos reſerimus; opere prætium eſt repetamus, in hoc noſtro volumine velle Nos ea omnia cumulare,
1 quæ ob honoris prærogativam, cum Re Equeſtri affinitatem aliquam tenent; proinde etiam de aliis Cœtibus, licet nec Ordinem, nec Equeſtrem, aut Militarem Religionem conflantibus, ſed tantummodo vel Equeſtrem notam, vel honoris Teſſeram praſeferentibus Diſcurſum peculiarem habebimus, quemadmodum montem hanc noſtram patefecimus in Diſcurſu 4. & in aliis etiam Diſcurſibus

Præmiſſa igitur recenſita declaratione, actum de Cruciatæ Militibus, dicimus,
2 quod licet Militum Acies in Cruciatis ſtatutæ, proprie Equeſtres Ordines dici nequeant, ſed tantum Milites Cruce inſigniti dicantur, Privilegiis gaudentes, quæ Summi Pontifices illis conceſſerunt, ut etiam annotant *Abb. Bernardus Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degl' ordini Militari Parte Prima cap.* 20. *pag.* 207. *juxta Impreſſionem Venetam Typis Combi, & la Noù anno* 1692. *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſt. n.* 31. *Laurentius Vigilius de Nicollis in ſua Prax. Canonica ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *ſub littera S. de Summa Trinit. & Fide Catholica S. Notitia, & Series Ordin. Equeſt. n.* 29. *pag.* 737. *impreſſ. Saliſburgi Typis Ioannis Ioſephi*

ſephi Mayr anno 1729.

Unde Militari expeditione completa, eaque ceſſata, uſus etiam Crucem de-
3. ferendi ceſſabat, ut proſequuntur Juſtinianus, & Bonannus, ubi ſupra.

Sunt ergo Cruciatę Milites illi, qui cum Zelo Fidei pro Terræ Sanctæ recupe-
4. ratione; aliiſve Militaribus Expeditionibus juſſu Summi Pontificis, vel de illius avctoritate ſub ſigno Sanctæ Crucis contra Barbaros, Infideles, & Fidei Inimicos militabant, ut inquit etiam Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in ſuo Corollario omnium Ordinum in verbo Cruciatæ Milites pag. 247. impreſſ. in Calce Tractat. ejuſdem Auctoris, cui Titulus: Adnotationes Hiſtoricæ de Origine &c. Ordinis Aquilę Albę in Regno Poloniæ impreſſ. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730.; & monet clar. mem. Eminentiſſimus Petra ad Conſtitutiones Apoſtolicas Tom. 1. ad Conſtit. 3. Eugenii III. n. 1., & 2.

Nihilo tamen minus, cum aliquam a-
5. nalogiam retinere videantur cum Militibus Ordinum Equeſtrium Militarium, large ſaltem ſumptorum; ita comprehendet quæcumque Sodalitia, Collegia, Cœtus Equeſtrem aliquam
6. notam, vel Militarem Teſſeram habentes. Non incongrue ob id Auctores de Ordinibus agentes, etiam de iſtis Cruciatæ Militibus agunt, eoſque in Catalogo Equitum reponunt, ut videre eſt apud dictos Juſtinianum, Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom. 2. §. 22. pag. 81. cum ſeqq., & Tom. 4. in explicat. Teſſerarum n. 27. pag. 413. Bonannum, Comitem in Koden Sapieha ſuperius allegatos, & inferius allegandos.

Imo, quod milites hujuſmodi, cum ad
7. finem militandi contra Eccleſiæ hoſtes, Nobilem Equitis Teſſeram gerant, ob quam à cœteris diſtinguuntur, conſiderandi ſint in ſpecie veri Ordines Equeſtres, teſtantur laudatus Collector Gallus pag. 97., & Pater Honoratus à Sancta Maria Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie lib. 1. Diſſert. 5. art. 3. pag. 74. juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart anno 1718.

Profecto Summi Romani Pontifices
8. variis temporibus ad conterendos Eccleſiæ Dei Hoſtes, & ad Catholicæ Fidei extenſionem varias ob cauſas Chriſtianæ Reipublicæ proficuas, Cruciatas indixerunt, hoc eſt Bellicas illas expeditiones, ad pugnandum contra Catholicę Fidei Hoſtes, quibus Chriſtianos Principes convocarunt. Singulis avtem Militum Aciebus, ſalu-
9. tare Auguſtiſſimæ Crucis Signum præſcripſere, & milites Sacra hac Crucis Teſſera decorarunt, & ipſi Crucigeri nuncupati. & Militię Cruciatæ dictę ſunt, ut videre eſt apud allegatos Auctores ſuperius adductos, quibus additur d. Emus Petra ad Conſtit. Apoſtolic. ad Conſtit. 3. Eugenii III. n. 15. Tom. 1. Et Italice explicat Vocabularium Etruſcum, cui Titulus: Vocabulario degli Accademici della Cruſca in verbo Crociata. Si chiama l' Eſercito è la lega generale de' Criſtiani, che andava a combattere contro gl' Infedeli, e Sciſmatici con la Croce in petto. Et in verbo Croceria: Moltitudine di Crociati, cioè Contraſſegnati con Croce, per la Impreſa della Crociata. Præallegatus avtem Abbas Juſtinianus d. Parte Prima cap. 20. nuncupat Croceata.

Crux vero deferenda a Cruciferis in Cruciata, erat Crux plana potentia-
10. ta, & rubri coloris, in parte dextera indumenti affixa: dictus Juſtinianus d. Parte Prima cap. 20. pag. 194.

194. loquens de prima Cruciata tempore Urbani II. ſic *Bonannus d. n. 31. dictus Em. Petra ad Conſtit. Apoſtolicas d. Tom. 1. ad Conſtit. 3. Eugenii III. n. 15.*

Verum non omnes Cruces erant co-
11. loris rubri, ſed aliæ albæ, vel ex aliis coloribus formatę, ad complacentiam, & arbitrium Nationum, & Principum placita, ut ita proprii Milites ab aliis dignoſcerentur: *d. Juſtinianus d. Parte Prima cap. 20. pag. 194. d. Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Tom. 2. pag. 82. d. Bonannus n. 31. Moreri* inferius allegandus.

Imo quod in ipſa prima Cruciata Crucis color remiſſus fuerit Militum placito, teſtatur *d. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 82.*

Et patet, ex eo quod cum innumeri eſſent Crucem petentes, Divus Bernardus materiam non habens, propriam Veſtem dilaceravit pro parandis Crucibus: antedictus *Em. Petra Tom. 1. ad d. Conſtit. 3. Eugenii III. n. 15.*

Patet quoque ex uſu Crucis rubeæ, vel albæ, quas in earum Stemmatibus extollunt nonnullæ Civitates, & Familię in memoriam Cruciatarum, quibus interfuerunt Populi earundem Civitatum, ut de hac noſtra Patria; de quo Stemmate ex d. cauſa Crucem albam gerente meminit Hiſtoricus *Paulus Bonolus Hiſtoria Forolivii lib. 3. pag. 51.*

Forma Crucis dictorum Militum habetur
12. apud *Juſtinianum ubi ſupra d. Parte Prima cap. 20. pag. 193. d. Collector. Gallum pag. 81. Tom. 2. & Tom. 4. in explicatione Teſſerarum n. 27. pag. 413.*

Figuram demum Equitis eadem Cruce Armati, refert *d. Bonannus in d. Ca-*
13. *talogo n. 31. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 81.*

Similiter quoad modum Crucem deferendi, licet ex Bulla Urbani II. videatur iniuncta delatio a dextro late-
14. re, nihilominus conſtat Crucem diverſimode Milites illam detuliſſe: alii ſiquidem, vel ad latus dexterum, vel ſiniſtrum, aut ad pectus, vel Pileo, ſive Veſtimentis fixam geſtaverunt, ut ſcribit *Aprontacus in Chronologia Genebrardi*, qui pluribus allegatis, ſic loquitur: *Singuli profecturi Jeruſalem Signum Crucis, vel in Pileo, vel in Veſtimentis conſuerent:* quæ verba referuntur etiam ab *Abb. Juſtiniano d. Parte Prima cap. 20. n. 194., & a d. Collectore Gallo d. Tom. 2. pag. 82.* Qua ſane Sanctiſſi-
15. ma Cruce inſigniri geſtiebant ipſimet Principes, Reges, & Reginæ, & Imperatores, & Epiſcopi: prælaudatus *Petra d. Tom. 1. ad Conſtit. 3. Eugenii III. ſub n. 15.* Imo tantum fervebant deferendi Crucem amore, ut aliqui in carne ipſa Crucis ſtigmata impreſſa gererent: *d. Eminentiſſimus Petra ad d. Conſtit. 3. Eugenii III. n. 15. verſ. Omnes ſigno Crucis.*

Hujuſmodi Bellicæ expeditiones, quæ ut diximus appellatæ ſunt Cruciatæ, normam ſuppeditarunt pluribus in locis fundationi Ordinum Militarium, & Equeſtrium, ſicut notabimus in exordio Diſcurſus de Ordine Theutonico.

Omnium quidem primus Cruciatam indixit anno 1095. fa. me. Urbanus II.
16. mediatus ſucceſſor Gregorii VII. anteceſſoris ſui, quem ex Voto voluiſſe ipſum in capite exercitus adire cum 50000. Militibus, niſi Schiſmate prius ab Imperatore Henrico conflato, præpeditus, ſublatus fuerit, pluribus allegatis ſcribit *Thomaſin de Beneficiis Parte Secunda lib. 1. cap. 75.* *Emus D. Petra Tom. 1. ad Conſtit. 3. Eugenii III. n. 2.* Opus excogitatum à d. ſuo Anteceſſore Gregorio VII. e-

xequendo

ſequendo conſpicuam pro Terræ Sanctæ recuperatione indixit, inſtituitque Cruciatam; convocato enim ſub eodem Summo Pontifice Urbano *II.* Concilio Claramontano in Avergna, idem Urbanus ſtrenue parare cœpit apud Chriſtianos Principes Bellum Sacrum pro recuperatione Terræ Sanctæ, ac voluit Pontifex Concionem habere in publica Platea ſuper hoc Bello Sacro, Cruciata ſcilicet, cujus publicæ Concionis verba, vel ſenſus habentur in *Hiſtoria Patris Ludovici Maimburgi Gallice ſcripta, & in italicum idioma tranſlata à Gabriele de Emiliane Sacerdote Pariſienſi: Iſtoria delle Crociate Tom. 1. libro Primo pag. 65. cum ſeqq. impreſs. Piazzole* 1684. late *d. Em. Petra ſuperius allegatus*; cujus Imperator celeberrimus fuit Gotifredus ille Bulioneus Lotharingiæ Princeps, cum Fratribus Euſtachio, & Balduino, quorum præclara nomina, factorumque ſeriem, Hiſtoriarum Monumenta immenſis extollunt præconiis: *d. Abb. Juſtinianus à pag.* 194. *d. Laurentius de Nicollis in d. Prax. Canonica n.* 29. *pag.* 137. *Bonannus d. n.* 31. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *à pag.* 81. *cl. mem. Em. D. Card. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. Tom.* 1. *ad Conſtit.* 3. *Eugenii III. à num* 2., *& ſeq. Pater Ignatius Hyacinthus Amat de Graveſon Hiſtoria Eccleſ. Tom.* 4. *Parte Secunda Colloq.* 1. *à pag.* 365. *& ſeqq. juxta impreſſ. Romæ Typis Franciſci Gonzagæ anno* 1718. *Ludovicus Moreri in magno Dictionario Gallico ſub lit. C. verbo Croiſade*.

In Vexillis autem legebatur Stemma *Deus vult hoc*; quibus verbis innuebantur acclamationes Populorum, & plauſus, poſtquam innotuit indictam fuiſſe d. Cruciatam, ut notat *d. Morerius* ubi ſupra allegatus. Rurſus quando Milites Cruciatæ fuerunt non procul à Jeruſalem, omnes exclamaverunt: *Lo vuole Iddio*; Deus vult hoc: *d. Petra d. n.* 7., & tradit etiam *Pater Aloyſius Maimburg Storia della Crociata Tom.* 1. *Libr.* 2. *pag.* 318. *juxta impreſſ. Piazzolæ* 1684. Prædicta Cruciata ingenti numero conflata fuerat; fuiſſe enim numero 300. Millibus; alii 400., & demum alii 600. millibus militum conflatam fuiſſe, refert *d. Juſtinianus pag.* 194. *d. Maimburgo pag.* 202.

Ob eandem cauſam recuperandi Terram Sanctam noſter Paſchalis II. Summus Pontifex anno 1001. ſecundam indixit Cruciatam, de qua antedicti *Juſtinianus*, *Collector Gallus*, *de Nicollis n.* 29. *Bonannus d. n.* 31.

Tertiam Cruciatam pariter pro Terra
17. Sancta indixit Eugenius III. 1145., invitavitque ad illam Corradum Imperatorem, & Ludovicum VII. Franciæ Regem; *d. Juſtinianus pag.* 196. *d. Em. Petra ad d. Conſtit.* 3. *Eugenii III. n.* 2. *Morerius ubi ſupra* ſubdens, d. Regem Ludovicum VII. fuiſſe primum, qui illam excogitavit, Divum Bernardum, qui illam promovit, Summum Pontificem Eugenium III. qui approbavit, & anno 1147. prælaudatus Rex Ludovicus VII. poſt receptam à Pontifice Benedictionem, ſe contulit ad Sanctum Dionyſium ad ſumendum vexillum, ut nuncupant *Oriflamma*: *d Maimburg ubi ſupra*.

Imo tam celebris de illo tempore Chriſtianorum expeditio fuit, cum etiam Bellum contra Mauros promotum fuerit in Hiſpania in auxilium Alphonſi I. Regis illarum Regionum, & ad eam expeditionem confluxere Angli, Flandrici, & Lotharingii in Portugalliæ Regno, expugnatæque fuere Civitas Ulyſiponen., & Eboren., ut proſequitur *d. Juſtin. pag.* 196.

Quarta Cruciata pro Terra Sancta indi-
cta fuit a Clemente JJJ. Anno 1188.
In hac Guilielmus Archiepiſcopus
18. Tyren. Crucem contulit Philippo II.
Regi Franciæ, & Ricardo I. Regi An-
gliæ, totiuſque Regni Primoribus, &
tunc temporis miraculoſe in Cœlo
ſuper dictos Principes fulgidiſſima
Crux apparuit, & Fridericus Barbaroſ-
ſa Imperator inſignitus fuit Cruce
Sancti Georgii a Cardinale Henrico
Albani Epiſcopo: *d. Juſtinianus pag.*
197. *d. Moreri* ubi ſupra; notaturque,
quod ad firmandum diſcrimen inter
Cruce ſignatos, ſancitum fuit quod
Galli Crucem rubei coloris deferrent,
ut ſervatum fuit in prima Cruciata;
Angli verò albi coloris; & Flandrici
Crucem geſtarent viridis coloris.

Quinta Cruciata contra Infideles, &
pro Terra Sancta, indicta fuit ab In-
19. nocentio JJJ. anno 1201. *d. Juſti-
nianus pag.* 198.

Sextam Generalem Cruciatam contra
20. Mauros in Hiſpaniis debacchantes
indixit idem Innocentius III. an-
no 1212. Ad hanc Cruciatam gene-
roſiſſimi confluxerunt Principes, quos
inter Rex Caſtellæ cum Magnis Or-
dinum Equeſtrium Magiſtris; totaque
Hiſtoria refertur *à Juſtiniano d. pag.*
199.

Septimam Cruciatam circa annum 1215.
indixit d. Innocentius JJJ. pro recu-
21. peratione Terræ Sanctæ. Vide *d.
Juſtinianum pag.* 200. *cum ſeqq. d.
Emum Petra ad d. Conſtit.* 3. *Euge-
nii III. n.* 1.

Octava Cruciata decreta fuit a Grego-
rio IX. pro partibus Orientalibus,
22. & ſucceſſive contra Hæreticos Sta-
dingentes anno 1234. & 1238. *d. Ju-
ſtinianus pag.* 201. *& ſeqq. d. Em.
Petra d. n.* 2.

Nonam Cruciatam indixit d. Gregorius
23. IX. De dicta indictione vide *d. Ju-
ſtinianum pag.* 203.

Decimam Cruciatam pro Terra Sancta
24. indixit in Concilio Lugdunenſi ſa:
me: Innocentius quartus anno 1245.
de qua *Juſtinianus pag.* 203. *d. Lu-
dovicus Morerius in d. ſuo Dictio-
nario.*

Undecimam Cruciatam ponunt ſub San-
cto Ludovico Galliarum Rege anno
1269. prius conventam cum ſa. me.
25. Clemente *IV.* pariter pro recupera-
tione Terræ Sanctæ, in qua comites
ſe adiunxerunt, & Cruce inſigniti O-
doardus Rex Angliæ ſanctitate cele-
bris, & Jacobus Rex Aragoniæ. In
hac expeditione dictus S. Rex Ludovi-
cus ad cœleſtia gaudia evolavit. *d.
Juſtinianus pag.* 204.

Duodecimam Cruciatam vocant Avcto-
res Fœdus illud anno 1298., quod
26. varii Reges inivere; Armenus ſci-
licet, Caſſanus Rex Tartarorum, Ci-
pri, nec non Ordines Militares Tem-
plariorum, & Hoſpitalariorum pro
Terræ Sanctæ recuperatione; & de ea
ſcribit *d. Juſtinianus pag.* 205.

Decimam tertiam Cruciatam indixit
27. Summus Pontifex Evgenius Quar-
tus contra Turcas, circa annum
1444. Agit de ea *d. Juſtinianus pag.*
206.

Decima quarta Cruciata indicta fuit ſub
28. ſa. me. Pio *II.* anno 1459. contra
Turcas: *Juſtinianus d. pag.* 206.

Iſtę ſunt Cruciatæ, quas juxta tempo-
rum varietatem, indigentias, & di-
29. ſcrimina rerum, Summi Pontifices
indixere, & ſunt numero quatuorde-
cim, quas enumerat, ut diximus, præ-
laudatus *Iuſtinianus d. Parte Prima
cap.* 20. per totum; de quo meminit
idem Bonannus d. n. 31. *in Columna
Italica.*

Facta autem Militum in hujuſmodi Sa-
30. cris Expeditionibus Bellicis narran-
tur in Hiſtoriis peculiaribus, & enu-
merantur

merantur etiam late ab iiſdem Scriptoribus ſupra adductis.

Præter antedictas Militares expeditiones
31. nulla alia apud Hiſtoricos refertur ſub nomine Cruciatæ, bene quidem ſub nomine Sacri Belli, & ut dicitur di *Sacra Lega*, prout ſic nominatum fuit Sacrum illud Bellum, quod de anno 1571. initum fuit ſub Sancto Pio V. Pontifice Optimo Maximo cum Hiſpaniarum Rege, ac Republica Veneta poſt amiſſum Regnum Cypri; cujus Belli Generalis Ductor erat Joannes de Auſtria, & in quo Bello Chriſtianus Exercitus Victoriam illam ad Echinadas Inſulas reportavit glorioſiſſimam, Arma Chriſtianorum Deo benedicente, & de qua agunt Hiſtorici, & in legenda adeſt *Breviarii Romani in Feſto Sanctiſſimi Roſarii*, & tradunt *d. Juſtinianus pag.* 207.

Hic non omittimus notare, quod in fundatione Equitum Lauretanorum cautum eſt, & legitur in Bulla ſan. me. Sixti V., de qua in noſtro *Diſcurſu de Lauretanorum Equitum Ordine §. Voluit autem*, videlicet, quod Equites Seculares tenerentur ſe promptos paratoſque ſervare cum Armis, & Equo inſervire Summo pro tempore Pontifici, occaſione bellicarum Expeditionum, ut vocant di *Crociate*.

Pluribus autem Privilegiis, & Gratiis
32. Summi Romani Pontifices, de quibus ſupra, Crucigeros ad Cruciatam euntes decorarunt, & locupletarunt; ut videre eſt apud Auctores, quos recenſet *D. Cardinalis Petra d. Tom.* 1. *ad Conſt.* 3. *Eug. III. à n.* 14. Ex Bulla Innocentii IV. Anno 1254. incipien. *Malitia* la 19. directa Inquiſitoribus quibuſdam, quod valerent abſolvere Cruce ſignatos à Cenſuris, & Votis; de qua *d. Petra ad d. Conſtit. Eugenii* 3. *n.* 1.

In Bulla Nicolai *IV.* Conſtit: 5. inci-
33. pien. *Illuminet* anno 1291. adhortantur Fideles ad ſubventionem Terræ Sanctæ, cum conceſſione indultorum ad favorem proficiſcentium, vel ſubvenientium; & de hujuſmodi Privilegiis Crucesignatorum fit mentio in Bulla Sancti Pii Quinti incipien. *Sacroſancta la.* 110., de qua meminit *d. Petra d. n.* 1.

Indulgentiæ plurimæ Crucesignatis conceſſæ fuerunt in Concilio Claramon-
34. tano ab Urbano II. cujus verba refert *Baronius Tom.* 1. & iterum *d. Em̃s Petra d. Conſtit.* 3. *Eugenii II. n.* 14.

Inter Privilegia illud adeſt, quod Pontifex illos aſſumpſit ſub Eccleſiæ defenſione, & Sanctorum Petri, & Pau-
35. li Apoſtolorum protectione, & ab univerſis inquietationibus, tam in rebus alienis, quam in propriis, ſtatuitur manere ſecuros, juxta *d. Urbani II.* verba *apud d. Emum Petra d. n.* 14. & 16.

Crucesignatis datur Privilegium pignorandi Fevda, & alia Bona, requiſito Propinquo, vel Domino Fæudi: *d. Petra ad d. Conſtit. Eugenii* 3. *Sect.* 2. *n.* 1. Et in Bulla Evgenii 3. Eandem Indulgentiam Urbanus II. conceſſit,
36. ſicut quod Filii, & Uxores, & Bona ſub Protectione Apoſtolicæ Sedis ac Epiſcoporum exiſterent, nec non Litibus vexari prohibuit, niſi poſt obitum, vel reditum. Similiter ab Uſuris, etſi conventis pro debitis, abſolvit durante Bello: *d. Petra Tom.* 1. *ad dictam Conſt.* 3. *Evgenii III. n.* 14. & *ibi Sect.* 1. *pariter n.* 14. ubi de conceſſione Privilegii Fori.

Non ſolum autem inſtituti fuerunt Mi-
37. lites Crucigeri in Cruciatis contra Infideles, & pro Terræ Sanctæ recuperatione, de quibus ſupra egimus: alii

Cru-

Crucefignati ad Hæreticam pravitatem perſequendam conſtituti fuerunt ab Inquiſitoribus pro Fidei negotio promovendo, ut perſonali Aſſiſtentia auxilium præſtarent ipſis Inquiſitoribus; & cum hi ob ejus Nobilitatem fraternizent cum antecedentibus, & variis merito Privilegiis cumulati fuerint, nonnulla hic de iiſdem Crucefignatis annotabimus, præter recenſita in peculiari Diſcurſu de Ordine *J E S U CHRISTI*, & *Militiæ Sancti Dominici*.

Secundo dicimus Nobilem hanc Crucefignatorum Societatem, licet incœ-
38. piſſe ſub Innocentio IV. *ex Conſtit.* 19. ejuſdem Summi Pontificis dicat *Burſat. Conſ.* 343. *n.* 2. *Libr.* 4. conſtat tamen antea ſub *Innocentio III.* floruiſſe. Innocentius quippe III. Catholicis ad Hæreticorum exterminium ſe accingentibus, & auxilium, comitatumque Inquiſitoribus preſtantibus, eaſdem Indulgentias, & Privilegia conceſſit, quæ conceſſa fuerunt accedentibus in ſubſidium Terre Sancte, ut pluribus cumulatis comprobat *d. Em. Petra ad Conſtit. Apoſtolicas Tom.* 3. *ad Conſtitut.* 17. *Innocentii IV. à num.* 4. *cum ſeqq. pag.* 102. *juxta impreſſionem Venetam Balleonii anno* 1729.

Hujuſmodi Crucefignati à principio
39. erant veluti Milites voluntarii, qui ſponte ſe auxiliarios exhibebant Inquiſitoribus contra hæreticam pravitatem: Inquiſitores autem illis tradebant Crucem, à qua nomen Crucefignatorum ſumpſerunt: *d. Em. Petra ad Conſtit.* 17. *Innocentii IV. n.* 5.

Contra Pſeudo-Apoſtolorum Sectam,
40 Crucefignatorum dimiſit Exercitum Clemens IV. de qua teſtatur *d. Petra n.* 5.

Plura vero Summi Pontifices conceſſere
41. privilegia dictis Crucefignatis, antequam ex eis Confraternitates inſtituerentur: Innocentius enim *III.* eaſdem illas conceſſit Indulgentias, & Privilegia, quæ conceduntur Crucefignatis in ſubſidium Terræ Sanctæ: *d. Petra d. n.* 5.

Itidem eiſdem Crucefignatis, ut ſupra, indultum eſt, ut ab Inquiſitoribus poſſent abſolvi ab interdicti, ſuſpenſionis,
42. & Excommunicationis Sententiis canonicis, & ſi Clerici fuerint, diſpenſandi ab irregularitate contracta celebrando Divina Officia, durantibus dictis cenſuris. Nec non cum illis diſpenſare in Votis, & illa commutare, præter illud Terre Sanctæ, atque eiſdem concedere indulgentias, & Privilegia, quibus gaudent Crucefignati pro ſubſidio Terræ Sanctæ: *d. Emus Petra ad d. Conſtitut.* 17. *n.* 5. *& in ejus Epitome*.

Diximus Cruce ſignatos gaudere dictis Privilegiis, antequam ex eis Confra-
43. ternitates erigerentur: Poſtmodum enim Inquiſitores conſtituere egerunt Confraternitates eorundem Crucigerorum, ſeu *Militiæ Chriſti*, in quibus Confraternitatibus recipiuntur, qui in Inquiſitorum, ſeu eorundem Vicariorum manibus Vota emittunt de præſtando auxilium, conſilium, & favorem ipſis Inquiſitoribus, vel eorum Vicariis ad perſequendos, & capiendos Hereticos: *d. Em. Petra ubi ſupra n* 6.

De hujuſmodi Confraternitatibus videnda ſunt quæ tradimus in Diſcurſu de Ordine JESU CHRISTI, & *Militiæ Sancti Dominici*.

Aliud tandem habetur Cruciatæ genus
44. à Summis Pontificibus nonnullis Chriſtianorum Nationibus conceſſæ. Cum enim Romani Pontifices diverſis temporibus, diverſas ob cauſas Cruciatas indixerint, hoc eſt mediantibus Bullis, Privilegia, gratias, & Indulta con-

conceſſerint Militibus, qui Signo Sanctę Crucis inſigniti, ad Bellum contra Turcas alioſque Infideles, & Catholicę Eccleſiæ Hoſtes proficiſcebantur, de quibus ſupra actum eſt nunc ad inſtar dictæ Armatæ Cruciatæ, ut notant *Dominicus Sotus in 4. Diſtin. 21. queſt. 1. art. 2., & 3.* aliiſque apud *Ferdinand. de Caſtro Palao Legionenſem par. 4. Tract. 25. Diſput. unica de Bulla Cruciatę. Caſſian. à Sancto Elia in Arbore Opinionum Moralium Litt. B. verbo Bulla Cruciatæ*, ubi concludit, quod Bulla Cruciatę poteſt definiri, ſeu verius deſcribi, quod ſit Diploma, quod ipſe Pontifex concedit Fidelibus cooperantibus, ſive per pugnam, ſive per preces, ſive per eleemoſynam ad extirpandos Infideles.

De hujuſmodi Cruciatis omnes, ut ita dicamus, Moralitæ in ſuis Voluminibus agunt; quin peculiares Tractatus edidere de Cruciata Luſitanię conceſſa *Pater Nugueira*.

In hac Cruciata ultimo loco relata,
45. nullus conſiderari poteſt Equeſter Ordo, cum nihil in ea concurrat, quod in Equeſtrem Ordinem ſonet. Cœterum quatenus ſpectat ad genus Cruciatæ relatæ in prima Diſcurſus parte, ſi juxta Auctores allegatos conſideretur analogia Equitum, horum ſupradictorum Inſtitutor, magnuſque Magiſter, non alius eſſet,
46. quam Summus Pontifex Militares has expeditiones indicens, quorum primus fuit Urbanus JJ. Sicut notat *dictus Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 97. d. Pater Honoratus à Sancta Maria Diſſert. 1. Art. 3. pag. 74.*

Nomenclatura autem Summorum Pontificum, & Chronologica Tabula ab Urbano JJ. refertur à *Patre Ignatio Hyacintho Amato de Graveſon in calce Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tom. 8. in Parte Secunda Tabulæ Chronologicæ à pag. 37. cum ſeq. Romæ impreſſ. Typis Tinaſſi 1721.*

Quę quidem Chronologica Tabula, quam refert *d. Graveſon.* complectitur ſolum Summos Pontifices uſque ad fa. me. Innocentium XJJJ. Unde addendi ſunt Benedictus XJJJ., Clemens XJJ., & Benedictus XJV. modo feliciſſime regnans.

DISCURSUS LXXVI.

CRUCIS BURGUNDICÆ

ARGUMENTUM

Inſignis exponitur Victoria de Urbe, & Statu Tuneſis, vulgo Tuneſi reportata ab Imperatore Carolo V., & ejus occaſione fundatio Militaris Equeſtris Ordinis ſub nuncupatione Crucis Burgundicę; itidemque affertur opinio, quod d. Ordo ſit unus ex Ordinibus mere Chimericis.

Summarium eſt idem ac Argumentum.

PRæſtantiſſima Africę totius Urbs eſt Tunis, vulgo *Tuniſi*, Regum Lybiæ olim Regia Urbs fuit. Hæc vel nomen à Regno ſumpſit, vel Regno nomen tribuit. De hujuſmodi Regni amplitudine, & de Regiminis modo videri poteſt Volumen, cui Titulus .. *Li Sourani del Mondo Tom. 4. impreſſ. Venetiis Typis Sebaſtiani Coleti, & Jo. Malachin 1720. ſub §. La Barbaria, à pag. 190.* ubi quod ſub hoc vocabulo *di Barberia* plurimæ in Africa Provinciæ comprehenduntur, quarum Provinciarum major pars Titulum Regni præfefert, licet revera à Rege non gubernetur, hujuſmodique naturæ ſunt Regnum Tripolitanum, Barcanum, Algerii, Guineæ, & Congi, ac Regnum Tuneſis, de quo ſupra, dictumque Volumen

Li

Li Sovrani del Mondo pag. 206. ſubjungit, quod Regnum gubernatur non à Rege auctoritate Regia, ſed potius ad inſtar Ducis in Republica ſub nomine *Dei*.

Cum autem tempore glorioſiſſimi Caroli V. Imperatoris, infamis Pirata Barbaroſſa JJ. Barbariæ Regnum etiam cum Tunetano Muleaſſo, ſive Mulei, d. Barbariæ Regnum anno 1535. uſurpaſſet, ſemper Auguſtus Carolus V. Imperator ingentem Africana expeditione Exercitum in Tunetanum Regnum tranſmiſit, ibique ſemper victricibus Armis Barbaroſſam Tyrannum expulit, & ad Tunetanum Solium Muleaſſum revocavit, qui Regnum in Fœudum à Carolo V. recepit; ſeque Vaſſallum Hiſpaniarum Coronæ ſolemniter conſtituit, & pro feſſus eſt; quemadmodum Hiſtoriæ ſeriem narrat *Joannes de Vera y Zuniga in Volumine* ſub Titulo *Epitome della Vida y Hechos del Invicto Imperador Carlos V. à pag.* 69. *cum ſeqq. juxta impreſſ. Matriti Typis Viduæ Alphonſi Martini anno* 16?2. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom.* 2. *litt. S. §. Notitia, & Series Ordin. Equeſtr. Militar. n.* 28 *pag.* 737. *juxta impreſſ. Saliſburgi Typis Jo. Joſeph Mayr anno* 1729. *D. Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 2. *cap.* 4. *pag.* 348. *juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne* 1736.

Res feliciter geſtas, ut par eſt, Divinæ largitati acceptas referens pius Imperator, Chriſtianæ Pietatis actus, & Devotionis in ipſa Civitate Tunetana ſolemniter diem Feſtum egit Sancti Jacobi Apoſtoli celeberrimi Hiſpaniarum Protectoris, nec non expurgatis ab omni inquinamento prophanis Templis, quæ *Meſquitas* vocant, & in Catholicas Eccleſias commutatis, ac benedictis; Miſſas celebrari juſſit, ut inquit *d. Joannes de Vera, y Zuniga pag.* 71. à tergo *d. Hermant pag.* 349. *& ſeqq.* ubi res magnificas ab Imperatore Carolo V. peractas enumerat.

Demum Militarem Equeſtrem Ordinem anno 1536. inſtituit ſub nuncupatione Equitum Crucis Burgundiæ, qui ſtrenue pugnarunt, ſicuti ſcribit *d. Vigilius de Nicollis d. pag.* 737. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Diſq.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 105. ubi quod id fecit, ut præmium Militare Magnatibus indulgeret: *Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Seconda cap.* 77. *pag.* 787. *juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692. *d. Hermant pag.* 350. *Schoonbeck. Petrus Franciſcus Bergamaſchus in Libello, cui Titulus* — *Breve Notitia Iſtorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati &c. pag.* 81. *juxta impreſſ. Taurini* 1695. *Typis Dominici Paulini. Jo. Fridericus Comes in Koden Sapieha in ſuo Corollario Omnium Ordinum in Verbo Burgundiæ Crucis pag.* 247. *impreſſ. in Calce Tractatus ſui ſub Titulo Adnotationes Hiſtoricæ de Ordine Aquilæ Albæ ſub impreſſ. Coloniæ* Typis *Adami Cholini* 1730.

Præſcripſit idcirco, ut Milites Torquem auream deferrent conſtructam ex aureis laminibus Gemmis intertextis, nec non flammis, à qua Torque pendet S. Andreæ Crux Burgundiæ, cui Cruci in medio aderat ſilex, & ut Nos dicimus *Pietra focaja, o da Fuoco*, circumdata Calybe ignario excudente ſcintillas ex ſilice, & deſuper in Torque legebatur inſcriptio — *Barbaria: d. Bergamaſchi pag.* 82. *Collector Gallus Hiſtoires des Ordres Militai-*

res

res &c. in explicat. Torquium &c. pag. 412. *ſub n. 26. d. Hermant d. pag.* 350. ſub cujus Vocabuli expreſ. ſione *Barbaria* comprehenditur tota ditio Regni Tunetani: *d. Bonannus d. n.* 30., imo comprehenduntur alia Regna Africę, ut ſuperius diximus in principio Diſcurſus.

Dicta Crux Burgundica Sancti Andreæ eſt illa, quæ conficitur ex duobus baculis decuſſatim coniunctis; & Nos dicimus *due Tronchi*, qui lignei baculi ſunt ex lauro obtruncati, ut inquit *Typozius* infra allegandus, & teſtatur *d Abb. Juſtinianus pag.* 788.

Subditque ex hac Arbore exprimi immunem eſſe è Cœli fulminibus: *d. Juſtinianus ubi ſupra.*

In paucis diverſimode Teſſeram hanc deſcribit *Jacobus Typozius in Simbolis Principum relatus à d. Juſtiniano pag.* 788. At *Menennius in Deliciis Ordi. din. Equeſtr. pag.* 180. teſte *d. Abb. Juſtiniano d. pag.* 788. in pluribus, licet leviter, quoad Teſſeræ deſcriptionem variat; exhibet ſiquidem in Numiſmate figuram Mercurii in memoriam diei Mercurii, die Sanctæ Mariæ Magdalenę, in qua Equites creavit. Cujus ſcilicet *Planta figura in Equeſtri illa Teſſera ab una parte expreſſa conſpiciebatur, ab altera vero Crux Burgundica adiuncto chalybe ignario ſcintillas ex ſilice extundente, & inſcriptione Barbaria.* Hęc vox *Barbaria* ab ipſo, vel impreſſore diſtri. buitur per ſillabas; ita ut primæ tres litteræ *Bar* ſuper Teſſeram apponantur; litteræ *B. & A.* lateraliter diſponan. tur; & reliquæ tres litterę locentur in parte inferiori.

Figura d. Torquis cum d. Cruce Bur. gundica dictaque inſcriptione, habetur apud *Juſtinianum d. pag.* 187. *Collector. Gallum d. Tom.* 4. *pag.* 412. *ſub n.* 26. *d. Hermant pag.* 348.

Figuram vero Equitis ſua Veſte induti, ac cum d. ſua Teſſera, refert *d. Bonannus d. n.* 30. *d. Collector Gallus Tom.* 4. *pag.* 257.

Verum hucuſque deſcriptum Equeſtrem Militarem Ordinem cum Auctoribus de eodem teſtantibus, expreſſe reiicit *Pater Heliot*, & illum eſſe fictitium, idealem, unum ex Ordinibus chimericis, reiicitque allegatos *Abb. Juſtinianum, Schoonebeck, & Hermant* ſub prætextu, quod dicti Auctores nullam probationem adducant. Pater autem *Heliot* eſt Scriptor Gallus, qui Hiſtoriam omnium Ordinum Gallice ſcripſit, ſubticito tamen proprio ejus nomine, eandemque Hiſtoriam, non appoſito nomine *d. Patris Heliot* veri Avctoris, in Italicam linguam tranſtulit *Pater Ioſeph Franciſcus Fontana Mediolanenſis Congregationis Matris Dei*, totumque Opus diviſum eſt in octo Tomos impreſſos ſub Titulo .. *Storia degli Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari &c.* tradotto dal Franceſe dal *Padre Giuſeppe Franceſco Fontana &c. in Lucca* 1739. *per Giuſeppe Salani, e Vincenzo Giuntini Tom.* 8. *cap.* 70. *pag.* 464.

Prędictaque coadiuvari poſſe videntur ea animadverſione, quod in Hiſtoria vitæ Imperatoris Caroli V. quam al. legavimus ſupra §. *Cum avtem*, refertur quidem ſeries Victoriæ de Tunetana Urbe, ac de Triumpho, quem Imperator reportavit, & in d. Urbe celebravit, feſtoſque dies egit, & ſubſidia decrevit Militibus vulneratis, vel aliquo corporali impedimento ex cauſa Belli laborantibus; nullum tamen fit verbum de creatione memorati Ordinis Equeſtris Militaris Crucis Burgundicæ.

Ne quid in hoc propoſito omittamus reſpectu hujus poſtremę Narrationis

 impu-

impugnantis fundationem hujus Equeſtris Militaris Ordinis; Nos ſubdimus nequaquam ſubſiſtere, quod ſolum tres allegati Scriptores *Juſtinianus*, *Schoonobeck*, *& Hermant* propugent hunc Ordinem, ut vere ab Imperatore Carolo V. fundatum, ſed antiquiores etiam Auctores illum deſcribunt, prout facit *Pater Andreas Mendo ſupra adductus in* §. *Cum autem*, ubi allegat magis antiquum Scriptorem *Franciſcum Menennium in Deliciis Equeſtribus pag.* 83. prefatus vero *Juſtinianus* allegat eundem *Menennium*, *Ioſeph Micheli in Theſauro Militari pag.* 94. antedictum *Patrem Mendo*, *Iacobum Typozium ſupra allegatos*, & præter antedictos Scriptores antiquos, alii moderni adſunt in præſenti Diſcurſu allegati.

Cum itaque manifeſtum ſit de d. Ordine ſcripſiſſe tot Auctores Neotericos, & Antiquos, corruit contrarium aſſertum, de hoc ſolummodo agere prænominatos tres Avctores: cumque iidem Scriptores innitantur plurium Scriptorum Avctoritati, patens eſt, eos loqui cum probationibus, quæ in omnibus materiis, & præcipue in iſtis reſultant ex Scriptorum Avctoritate.

Ad id autem quod ponderatum fuit ſuperius, quod in Vita Imperatoris Caroli V. nullum fiat verbum de Inſtitutione hujus Ordinis, facilis eſt Reſponſio; hoc eſſe ſimplex argumentum negativum, quod nihil probat, potiſſime in rebus facti.

Quod ſi inſiſtat obiectio, nullum apud Avctores durationis præfati Ordinis Documentum dari, vel legi: Vis Obiectionis multipliciter tollitur. Primo, quia hoc non excludit antecedentem conſtructionem Ordinis. Secundo, quia potuit dari caſus, quod Princeps non fuerit de dicta duratione ſolicitus: & Tertio tandem, quia fortaſſe inſtitutus fuit quidem Equitum numerus, ſolummodo ad munerandum Equeſtri gradu unice Nobiles illos Milites, qui in celeberrimis Terra, Marique certaminibus in expugnatione Tunetani Regni eorum ſtrenuitatem oſtenderunt; quemadmodum ſatis magnifice conſuluerat Militibus, qui mutilati membris ſuperfuerant, vel ægrotantes remanſerant, ut narrant ſuperius allegati Doctores.

DICURSUS LXXVII.

CRUCIS CHRISTI IN REGNO CONGHI

ARGUMENTUM

Narratur inſtitutio Equeſtris Ordinis Crucis Chriſti in Regno Conghi.

SUMMARIUM.

1. *Conghi, Matambæ, & Angolæ Regna ubi ſint ſita, & a quibus Scriptoribus tractetur eorum Gubernium*, & n. 2.
3. *Chriſtianam Sanctiſſimam Fidem recepit Regnum Conghi tempore Ioannis Secundi Portugalliæ Regis, qui obiit anno* 1491. & n. 7. & 8.
4. *Reges Conghi Catholici fundaverunt Equeſtrem Ordinem a Cruce Chriſti Domini nuncupatum.*
5. *Teſſera Ordinis eſt Crux ancorata, in cujus poſteriori parte e ſiniſtro latere eſt infixa Sagitta dexteram partem penetrans, & adeſt deſuper Stemma Regis.*
6. *Stemma Regis continet quinque elatos Enſes.*
7. *Equites d. Ordinis magno decore incedunt, Regem comitantur, dum in publi-*

publicum procedit.

9. *Reges Conghi probabiliter normam ſumpſerunt inſtituendi d. Ordinem a Luſitanis.*

10. *In Luſitania floret Nobilis Equitum Ordo, ſub Titulo IESU CHRISTI.*

DISCURSUS LXXVII.

CRUCIS CHRISTI IN REGNO CONGHI

IN inferiori occidentali Ethiopiæ parte Regnum Conghi ſitum eſt, quam deſcribit *Pater Ioannes Antonius Ca-*
1. *vazzi Sacerdos Capuccinus in ſua Hiſtorica Deſcriptione trium Regnorum Conghi, Matambæ, & Angolæ,* de qua infra. De ejuſdem Conghi habitantium moribus, gubernio, & divitiis exponit *Lucas de Linda* in Volumine: *Le Relazioni, e Deſcrizioni univerſali, e particolari del*
2. *Mondo*, cum traductione &c. Marchionis *Majolini Biſaccioni Impreſs: Venetiis Typis Combi, & la Nou* 1672. *ſub titulo: Del Regno di Congo pag.* 921. Volumen, cui titulus: *Li Sovrani del Mondo Tom.* 4. *Venetiis per Sebaſtianum Coleti, & Ioannem Malachin* 1720. ſub titulo *Li Stati del Congo pag.* 228. Sanctiſſima verò Chriſtiana Religio noſtra in d. Regno Conghi feliciter invecta fuit tempore Joannis II. Portugalliæ Regis,
3. ut refert anted: *Lucas de Linda*, ubi *ſupra pag.* 927. §. *E' ben vero*, Vers. *Entrò nel Regno di Congo*, qui Rex Joannes II. obiit anno 1491. ut ſcribit *d. Lucas de Linda.*

Primi, qui in dicto Conghi Regno Catholicam Fidem profeſſi fuerunt Re-
4. ges, Ordinem Nobilium Equitum a Cruce Chriſti Domini nuncupatorum in Catholicæ Religionis ſignum inſtituerunt, & Teſſeram præſcripſerunt Crucem ancoratam, in cujus poſterio-
5. ri parte, e ſiniſtro latere, infixa eſt ſagitta dexteram partem penetrans; ſuper hanc Stema Regiæ Familiæ, quæ nominatur *degli Alfonſi*, poſuere: in
6. Stemmate autem quinque elati Enſes conſpiciuntur, duo in ſuperiori, & tres in inferiori parte.

Nobilis hic Equitum a Cruce Chriſti Ordo plurimo decore ad præſens e-
7. tiam ſervatur, illiuſque Equites Regem in publicum procedentem magno numero comitantur. De iſto prænobili Equitum Ordine mentionem facit *d. Pater Joannes Antonius Cavazzi, e Montecuccolo Sacerdos Capuccinus in ſua Hiſtorica Diſſertatione italico Idiomate exarata* ſub titulo *Hiſtorica deſcrizione de' trè Regni Congo, Matamba, & Angola ſituati nell' Etiopia inferiore Occidentale, & impreſſa Bononiæ per Iacobum Monti* 1687. *in Folio:* d. enim Auctor *libro* 2. *num.* 82. *pag.* 257. & 274. *num.* 101. agens de Regno & Rege Conghi ſic loquitur: *Quando egli eſce in publico, le Guardie fanno la ſcorta, dietro di eſſo vanno i Senatori ec. dopo queſti la Corte baſſa ec. poſcia i Paggi, li Uffiziali, e gran numero de' Cavalieri detti della Croce di Chriſto. Ordine molto nobile inſtituito da primi Rè Congheſi Cattolici, e ſino al giorno d'oggi ſoſtenuto in molta riputazione.*

Pro coronide rei tam à Nobis diſſitæ, & de qua nihil loquuntur Scriptores, ſubdimus duo ex prædicta hiſtorica Conghi Narratione colligi poſſe. Primum, quod ſicuti Populus Conghen-
8. ſis, tempore Joannis II. Luſitaniæ Regis Chriſtianis ritibus imbutus fuit, ita probabiliter etiam Rex Conghenſis, eodem tempore Chriſtianam

ſuſceperit Religionem, cumque Rex Joannes II. obierit anno 1491. ut notat *d. D. Lucas de Linda* ſub titulo *Coſtumi di Portogallo pag.* 215. ita veroſimile redditur, quod Reges Con-
9. ghi circa eadem tempora prędictum Ordinem Equeſtrem inſtituerint, & normam ſumpſerint, & titulum à Luſitanis, qui in Regno Luſitaniæ celebrem, & undequaque illuſtrem Equeſtrem Ordinem tenent ſub titulo
10. *Ordo Equitum Jeſu Chriſti*, de quo ſermo habetur in peculiari Diſcurſu in ſequenti noſtro Volumine.

DISCURSUS LXXVIII.

CRUCIS DIVINI SALVATORIS MUNDI IN GALLIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

De Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus Neoterici Scriptores agentes, in eorum Nomenclaturis, non ſolum eos recenſent, qui Inſtitutionem, & realem fundationem præſeferunt, & per aliquod tempus ſaltem ſubſiſtentiam habuerunt, ſed illos etiam, quos inſtituere ſolummodo cogitarunt Principes, nulla tamen ſubſecuta executione, quorum quatuor, hoc eſt *Crucis in Gallia, Magdalenę in Gallia pariter, Militiæ Jeſu Chriſti in Alemania, Paſſionis Jeſu in Gallia, & Anglia*, refert *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 4. *ſub* §. *Ordres Projettez, qui n' ont point eu de execution à pag.* 282. *cum ſeqq. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721., & Nos diximus in primo Diſcurſu ſub n. 50. pag. 54., & infra dicemus in Diſcurſu de Ordine *Enſis* n. 1.

Quemadmodum etiam idem Auctor *Gallus à pag.* 297. in Equeſtrium Ordinum Catalogo decem refert, quos nominat Apocryphos, videlicet, Sanctæ Ampullæ, ſive Sancti Remigii, Spiritus Sancti de Montepellier in Gallia, & in Saxia, in Italia, Canis, Cigni, & Genettæ, Tabulę Rotundę, Stellæ in Meſſina, Sancti Michaelis Neapolis, Tuneſis, Charitatis Chriſtianæ, Stellæ, & Dominæ noſtræ.

Nos autem de prædictis Ordinibus particulares teximus Diſcurſus Alphabetico Ordine diſtributos. Quapropter nunc loquimur de memorato Ordine Crucis Divini Salvatoris Mundi in Gallia, & dicimus, quod hunc Militarem Ordinem inſtituere cogitavit in ſuo Regno Galliarum Rex Franciſcus I. anno 1576. in honorem Sanctiſſimæ Crucis Divini Redemptoris noſtri: expoſtulavit proinde à ſa. me. Leone X. Summo Pontifice licentiam, quam eidem indulſit mediantibus Litteris Apoſtolicis in forma Brevis, datis primo Octobris d. anno 1576.

Porro d. Litteræ Apoſtolicæ, cum nil aliud contineant, quam conceſſionem d. facultatis inſtituendi Ordinem, non vero referant Leges, ſub quibus vivere debebant novi Ordinis Equites; Et ſic deficiunt penitus notitiæ quoad mentem, intentionemque Regis conſtituendi hunc Equitum Ordinem.

Cœterum dictarum Apoſtolicarum Litterarum tenor habetur in Manuſcriptis *Brienne* exiſten. in Bibliotheca Regis Galliæ, ut de prædictis teſtatur præallegatus *Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 288.

DIS.

DISCURSUS LXXIX.

CRUCIS PISANÆ

ARGUMENTUM

Enumerantur aliquæ Metropolitanæ, et Cathedrales Eccleſiæ extra Italiam, quarum Canonici gaudent Prærogativa geſtandi ante pectus more Equitum Cruces, vel Numiſinata earundem Eccleſiarum Inſigne; Et tandem in Italia Metropolitana Eccleſia Piſarum in Æturia.

SUMMARIUM.

1. *Narratur qualitas Eccleſiæ Moguntinæ.*
2. *Eccleſiæ Trevirenſis.*
3. *Eccleſiæ Colonienſis.*
4. *Eccleſia Bambergenſis.*
5. *Laudatur Dominus Comes Franciſcus Piazza*, & n. *6.*
7. *Mentio habetur de Canonicis Lugdunenſibus.*
8. *Adducitur Teſſera honorifica conſimilis favore Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ Piſarum cum Diplomate ſa. me. Benedicti XIII.*
9. *Laudatur Archiepiſcopus Piſanus, & Senator Iacobus ex Comitibus Guidis.*

DISCURSUS LXXIX.

CRUCIS PISANÆ

PRoœmialibus in præſenti Volumine noſtris Diſcurſibus præmiſimus, & promiſimus, Nos non tantum de Religionibus, & Ordinibus vere, & proprie Equeſtribus, & Militaribus hiſtoricas narrationes expoſituros, ſed inſimul de Cœtibus aliis affinitatem aliquam, & analogiam cum Equeſtribus prærogativis habentibus verba facturos.

Nunc ergo genericam notitiam apponimus, in nobiliſſimis nempe Germaniæ Metropolitanis Cathedralibuſque Eccleſiis paſſim vigere conſuetudinem apud Canonicos, & Dignitates, geſtandi ante pectus, more Equitum, Crucem, vel peculiare Inſigne diſtinctiuum earundem Eccleſiarum, ita ut ab hujuſmodi Nobili Teſſera quiſque dignoſcatur, cujus Eccleſiæ ſit Canonicus. Quippe Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Mo-
1. guntinæ, quam fundavit Sanctus Creſcentius Diſcipulus Sancti Petri circa annum 58. componitur viginti quatuor Canonicis, quos inter quatuor adſunt Dignitates Mitræ uſum habentes. Canonici hujus Eccleſiæ pro admiſſione ad hoc Nobiliſſimum Capitulum probare tenentur Nobilitatem ſexdecim laterum, ut dicitur, *Sedeci Quarti*.

Hi vero Canonici geſtant ante pectus Numiſma, quo impreſſa cernitur Imago Sancti Martini, cui d. Metropolitana Eccleſia dicata eſt: ex quatuor dicti Numiſmatis lateribus pars emergit quatuor Brachiorum Crucis Teutonicæ.

Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Trevirenſis componitur ex ſexdecim Canonicis. Eccleſia fundata fuit à
2. Sanctis Eucherio, Valerio, & Materno, quorum primus erat unus ex 72. Chriſti Domini Diſcipulis. Ut autem quis inter Canonicos admittatur, probare tenetur Nobilitatem ſexdecim laterum. Hi autem Canonici deferunt collo appenſum Numiſma, quod eſt Inſigne Capituli Trevirenſis.

Eccleſia Metropolitana Colonienſis dicata eſt Divo Petro, & Sanctis Regi-
3. bus Magis, quorum Regum corpora in eadem Eccleſia coluntur. Dictam Eccleſiam fundavit Sanctus Agilolſo, qui

qui anno 745. a Summo Pontifice Zaccharia creatus fuit primus Colonienſis Archiepiſcopus.

Porro d. Metropolitanæ Capitulum conſtat viginti quatuor Canonicis, qui omnes Principes, aut Comites ſunt, exceptis octo, qui ſunt Doctores, iſtique Canonici geſtant ante pectus Numiſma, quod eſt inſigne Capituli.

Eccleſia Bambergenſis, quæ dicata eſt Sanctis Petro, & Gregorio, fundata à
4. Sancto Henrico II. Imperatore anno 1007. Primus Epiſcopus dictę Eccleſię fuit Elerardus, ſuum tenet Nobile Capitulum, quod ex viginti Canonicis conſtatur, qui pro ingreſſu tenentur probare Nobilitatem ſexdecim laterum, & ad pectus appenſum geſtant Numiſma, ſignum Capituli.

De quibus Eccleſiis, aliarumque Germaniæ Eccleſiarum moribus plenum Nobis teſtimonium perhibuit Vir Nobilis Dominus Comes Franciſcus Piazza bon. mem. Comitis Ludovici
5. Piazza Patricii Forolivienſis filius, ac claræ in ævum recordationis Em. Domini Cardinalis Julii Piazza Nepos, & nulli dubium, quod & in hoc, & in aliis verum eſt teſtimonium ejus; ipſe quippe Comes Franciſcus de viſu teſtatur, cum perſonaliter plures Germaniæ Provincias, & Principatus luſtraverit & in Aulis magnorum Principum verſatus fuerit, totoque tempore, quo moram in Germania traxit; moratus eſt autem uſque ad electionem in Imperatorem glorioſę memoriæ Caroli VII., cujus ſolemni Coronationi in Civitate Francfort anno 1742. interfuit, & veluti in ſcientiis, politioribuſque Litteris apprime excultus,
6. etiam materias Equeſtres perſcrutari non deſtitit: Unde eruditorum Amicorum, & Virorum Principum ope, & colloquiis Documenta, tum Germanicis Typis impreſſa, tum manuſcripta revolvit, & ſelegit, amplaque, & pretioſa, etiam in re Equeſtri ſupellectile cumulata, ad Patriam reverſus, humaniſſime Nobis, & oretenus patefecit, & antiqua, ac neoterica tribuit Documenta, quibus noſtrum hoc Opus Hiſtorico Legale ditavimus, prout in pluribus Diſcurſibus mentionem de eo faciemus, & juſte collaudabimus.

In Gallia etiam aliud datur exemplum noviſſimum; ſiquidem pręclari Lugdu-
7. nenſes Canonici à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege Ludovico XV. ter feliciter Regnante, illuſtri Diplomate decorati fuere, cujus vigore ſinguli Canonici ante pectus Crucem gerunt auream Sancti Joannis; de quo Diplomate agemus in Diſcurſu ſub Titulo Sancti Stephani Protomartyris, & Sancti Joannis.

In noſtra autem Italia gaudet conſimili honorifica Teſſera Primatialis Metropolitana Eccleſia Piſana in Ætruria; nam d. Metropolitanæ Eccleſiæ Canonici nuper à ſa. me. Benedicto Papa XIII. inſigniti fuere gratioſa, &
8. Nobili prærogativa geſtandi extra Eccleſiam Crucis Piſanæ, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis ſignum in pectore, juxta Litteras Apoſtolicas, datas Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 11. Auguſti 1725. quod *Breve impreſſum eſt in Theatro Baſilicæ Piſanæ editione ſecunda impreſſ. Romanæ anno* 1728. *Typis Antonii Roſſi in Via Seminarii Romani* 154. *Appendicis*, & *datur in Calce*.

Præconia, quæ Piſarum Civitati tri-
9. buunt Scribentes, & Metropolitanæ ejus Eccleſiæ plura ſunt, & compendiarie legi poſſunt apud eruditum Equitem, nuncque Curiæ Romanæ

Præla-

Prælatum, ſæpius à Nobis non immerito in noſtro hoc Volumine laudatum, *Georgium Vivianum Marcheſium Bonacurſium Sancti Stephani Papæ, & Martyris Equitem, & Forijulii Bajulivum in ſuo Codice. La Galleria dell' Onore impreſſ. Forolivii Typis Fratrum Marozzi 1735. Parte Secunda in verbo Piſa pag. 225.* Archiepiſcopus enim prerogativa gaudet Legati nati Sanctę Sedis, & Primatis Regnorum Sardiniæ, & Corſicæ. Eorum Canonici ad ſimilitudinem Cardinalium Cappas rubeas gerunt, & Canonici ſplendidiſſimis Privilegiis fruuntur: Noſque addimus, quod inter tot Civitatis hujus laudes, illa enumeratur, quod in ea præfulgeat Sacer Militaris Equeſter Ordo Sancti Stephani Papæ, & Martyris, & ejus Sedes ibi locata, qui Ordo Crucem rubeam Octogonam extollit, quemadmodum cum *Patre Fontana, Juliano Viviano de Jurepatronatus, & Equite Marcheſio* advertemus in noſtro Diſcurſu quoad d. Ordinem Sancti Stephani Papę, & Martyris.

Nunc Civitas Piſana de duplici Nobiliſſima Cruce gloriatur, de prælaudata ſcilicet Octogona rubea Cruce Sancti Stephani Papæ, & Martyris, & de altera Cruce Piſana.

Poſtremo referre non omittimus, quod in dicta Archiepiſcopali Sede nunc digniſſime ſedet Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Franciſcus ex Comitibus Guidis Nobilis Patricius Volaterranus, natus 16. Aprilis 1694. primum ad Infulam Aretinam promotus, deinde 15. Februarii anno 1734. ad Metropolitanam Piſarum Eccleſiam translatus, quam egregio regimine gubernat, & regit ſane major omni laude.

Valde gaudemus hic Nobis aditum aperiri ad verba faciendum de antedicto Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, nec non de clariſſimo Senatore Florentino Domino Equite Jacobo ejuſdem Germano Fratre, cum ex Familia ſint Nobis Sangvinis neceſſitudine conjuncta; ſiquidem Camilla ex dictis Comitibus de Guidis Volaterranis eſt Proavia noſtra Paterna. Genealogia autem d. Familiæ Dominorum Comitum Guidorum habetur in dicto Volumine *Galleria dell' Onore Verbo Volterra pag. 595., & 601.* ubi late exponit Viros præclaros, qui ex hac Familia floruerunt, & de quibus hęc Illuſtris Agnatio abundat.

BENEDICTUS PAPA XIII.

„ AD futuram Rei Memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt „ Dilecti Filii, Capitulum, & Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Piſanæ, quod cum ipſi in vim Litterarum Apoſtolicarum, & Privilegiorum, à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris eis conceſſorum, titulo Canonicorum Glorioſę Genitricis Dei, ſemperque Virginis Mariæ, ſub cujus Invocatione dicta Metropolitana Eccleſia exiſtit, decorati fuerint; Operarius vero pro tempore exiſtens, ſive ſit Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, ſive Laicus, ſignum Piſanę Crucis ex una, & ex altera partibus, in poſſeſſione geſtandi in pectore Imaginem Aſſumptionis ejuſdem B. Marię Virginis Immaculatæ reperiatur, ipſi exponentes, pro ea erga eam Beatam Mariam Virginem devotione, eodem Operarii Signo uti poſſe deſiderant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſto-

„ Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus „ favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares Perſonas à quibuſvis ſuſpenſionis, „ & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & Pœnis à „ Jure, vel ab Homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus „ quomodolibet innodatæ exiſtant ad „ effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus „ inclinati, eiſdem modernis, vel pro „ tempore exiſtentibus prædictæ Eccleſiæ Piſanæ Canonicis, ut ipſi „ extra Eccleſiæ hujuſmodi, & Chori ſervitium, ejuſmodi Crucis Piſanæ, & Aſſumptionis B. Mariæ „ Virginis ſignum in pectore privative geſtare libere, & licite poſſint, „ & valeant, auctoritate Apoſtolica „ tenore præſentium concedimus, & „ indulgemus. Decernentes, eaſdem „ præſentes Litteras ſemper firmas, „ validas, & efficaces exiſtere, & „ fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, „ ac illis, ad quos ſpectat, & pro „ tempore ſpectabit, in omnibus, & „ per omnia pleniſſime ſuffragari, „ ſicque in præmiſſis per quoſcumque „ Judices ordinarios, & delegatos „ etiam cauſarum Palatii Apoſtolici „ Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus „ ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter „ contigerit attentari; non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus „ & Ordinationibus Apoſtolicis, „ nec non, quatenus opus ſit, dictæ „ Eccleſiæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis „ firmitate alia roboratis Statutis, „ & Conſuetudinibus, Privilegiis, „ Indultis, & Litteris Apoſtolicis in „ contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & „ innovatis; quibus omnibus, & „ ſingulis illorum, tenore præſentium „ pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum „ effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, „ cæteriſque contrariis quibuſcumque.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam „ Majorem ſub annulo Piſcatoris die „ 21 Auguſti 1725. Pontificatus anno ſecundo.

C. F. CARD. OLIVERIUS

Extract. ex Arch. Capituli Piſani.

„ Queſto Breve è impreſſo nel Teatro „ della Baſilica Piſana, Edizione ſeconda, ſtampato in Roma l' anno „ 1728. da Antonio Roſſi in Via del Seminario Romano 154. dell' „ Appendici.

DISCURSUS LXXX.

CRUCIS CUM STELLA RUBEA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

HIc Ordo originem ſedemque ſuam primo habuit, tenuitque in Palæſtina Betlemitica, ſuumque initium recepit una ſimul cum aliis Ordinibus Cruce ſignatis Sanctæ Helenæ temporibus. Ejuſdem Ordinis Equites contra Saracenos pluries pugnaverunt: *Laurentius Vigilius de Nicollis in Praxi Canonica*

Canonica, *ſeu Jus Canonicum Litt.* S. §. *Notitia*, & *Series Ordin. Equeſtr.* & *Milit. n.* 138. *pag.* 730. *Tom.* 2. *juxta impreſſ. Salisburgi Typis Jo. Joſephi Mayr anno* 1729. ubi quod nonnulli affirmant dictum fuiſſe Ordinem Bethleemiticum: *Jo Hybner in ſuo Lexicon ſub Litt.* C. *columna* 1597. *juxta impreſſ. Lypſiæ* 1735. ſeu ob eorundem Saracenorum violentiam expulſi à Siria, in Aquitaniam tranſivere, & tandem ſub anno 1217. ad Bohemiæ Regnum, Moraviæ, Sileſiæ, & Poloniæ, in quibus Regionibus Hoſpitalitatis exercitio incumbere cœperunt ſub Regula Divi Auguſtini. In ſui exordio Equites Crucem rubeam geſtabant, quam poſtmodum in Stellam rubeam ſexangularem commutarunt. Idem Ordo fuit à Sede Apoſtolica receptus, & confirmatus à Gregorio IX., Innocentio IV., Alexandro IV., Benedicto XII., & Innocentio XII. de quibus meminit *d. De Nicollis d. n.* 138.

Caput Ordinis magnumque Magiſtrum Apoſtolica Sedes præſcripſit Generalem Ordinis Sancti Auguſtini. Hic in vetere Pragenſi Urbe ſuam tenet ſedem, & primi Prælati in Regno Bohemię munus exercet.

In functionibus dicti magni Magiſtri habitus eſt Toga talaris ſerica nigri coloris, longas Manicas habens pelle muris pontici, vulgo *Armellino*, ſubſuta; ſuper hanc Togam adeſt Baltheus rubeus ex holoſerico villoſo, italice *Velluto*, à quo Enſis pendet cum faſcia exornata denticularis tęniis, ut dicitur, di *Merletti*. Deſuper adeſt Pallium ſericum nigrum caudatum, e ſiniſtro latere crux appoſita eſt rubea cum Stella ſexangulari, & ante pectus ſimilis Crux ex lapillis rubeis: in capite gerit Galerum ex tela, ut dicitur, di *Raſo*, cum magno funiculo aureo, & globulo gemmato; manus teguntur Chirotecis albis, pedes Ocreis, & calcaribus.

Quotidianus autem Habitus, eſt Habitus talaris, cum Cruce ex Stella aurea ad pectus, & deſuper impoſitum Pallium ſimiliter nigrum cum prędicta magna Ordinis Teſſera.

Simplices vero Equites deferunt habitum nigrum, & ad ſiniſtrum latus Crucem rubeam, cum Stella ſimiliter rubea, di *Raſo roſſo*, ac Pallium ſimplex ſimiliter nigrum, ſine Cruce, ac Stella.

Alius Magiſter Ordinis reſidet in Civitate Breslaviæ, ſubiectus tamen antedicto magno Magiſtro, qui Magiſter eſt Viſitator Sileſiæ, & Poloniæ, & præeſt Confraternitati Sancti Matthię. Hactenus dicta deſcribit *Joannes Hibner in ſuo Lexicon ſub Litt.* C. *columna* 1597. *cum ſeq. juxta impreſſ. Lypſiæ anno* 1735. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis in d. Prax. Canonica Tom.* 2. *Litt.* S. §. *Notitia*, & *Series Ordin. Equeſt. d. n.* 138.

Ne quid autem omittatur, quod ad dilucidationem Argumenti pręſentis Diſcurſus ſpectare fortaſſe poteſt, ſubdimus, quod Scriptores de Religioſis Ordinibus agentes, mentionem faciunt de quibuſdam Religioſis nuncupatis Bethleemiticis Stellatis, ſive Stelliferis, aut Stelligeris, Italicè *Porta Stelle*, de quibus in noſtro *Diſcurſu* 44. ad quem Lectorem remittimus.

Patet ex dicto noſtro *Diſcurſu* 44. recenſitis antiquiſſimis retro Seculis adfuiſſe Bethleemiticorum Stellatorum Religioſorum Ordinem, in varias Claſſes juxta ſolitum, fortaſſe diviſum; pars ſiquidem Monachi, pars Canonici vocabantur, & pars nobili Equitum Titulo inſignita erat, qui cum nominibus Bethleemiticorum,

atraque Veſte uterentur, non nefas erit aſſerere hos Equites Stelliferos Bethleemiticos non alios eſſe, quam ipſos Equites Bethleemiticos cum Stella rubra circa eadem tempora vigentes? de quibus egimus in ſerie hujus noſtri Diſcurſus.

DISCURSUS LXXXI. SEC. I.

CRUCIS STELLATÆ NOBILIUM FÆMINARUM SEU VERÆ CRUCIS ITALICE RADUNANZA DI DAME DELLA CROCIERA

ARGUMENTUM

Exponitur incendium nocturno tempore excitatum in Palatio Imperiali Viennæ in Auſtria: Miraculum Sanctæ Crucis ex duabus particulis veræ Crucis, quæ Crux remanſit intacta in flammis; quod Miraculum cauſam præbuit Imperatrici inſtituendi Ordinem Della Crociera, cujus Leges, & Statuta adducuntur.

SUMMARIUM.

1. *Imperatrix Eleonora Gonzaga inſtituit primo Ordinem Matronarum dictarum* Le Schiave della Virtù. *Deinde Ordinem nuncupatum a Cruce pro Nobilibus Fœminis anno* 1668.
2. *Incendii nocturni excitati in Imperiali Palatio Viennę cauſa exponitur.*
3. *Incendium ſucceſſit nocte ſecunda Februarii anno* 1668.
4. *Crucem ex vero Ligno Crucis in igne deperditam deflebat Imperatrix.*
5. *Dicta Crux in igne mirabiliter intacta reperta fuit a Nobili Aulico, & delata Imperatrici, quę illam accepit cum magno gaudio,* & n. 7.
6. *Crucem repertam proceſſionaliter deferre fecit ad Eccleſiam Patrum Societatis Jeſu.*
8. *Confectus fuit Proceſſus in Curia Epiſcopali Vienneſi ſuper d. Miraculo Inventionis Sanctæ Crucis.*
9. *Ordinem, ſeu Cœtum Nobilium Fęminarum cum aſſenſu Summi Pontificis, & Imperatoris inſtituit Imperatrix*, & n. 11.
10. *Mulieres aggregandæ debent eſſe nobiliſſimæ, & Catholicæ.*
12. *Dictus Ordo voluit Imperatrix ut nuncuparetur*, La Radunanza delle Dame della Crociera; *diciturque Ordo Deo gratus, & nobiles* Fœminę *aggregatæ vocari poſſunt Crucigeræ, & curę* & n. 13.
14. *D. Ordinis ſemper Imperatrix eſt Caput, & magna Magiſtra, & ut dicitur* Gran Dama n. 16. & 17.
15. *Teſſera Ordinis eſt Numiſma aureum formæ ovatæ continens Crucem parvam ex ligno, & in qualibet extremitate adeſt Stella, & in quatuor ejuſdem Crucis lateribus aderat Aquila expanſis alis juxta Stemma Familiæ Gonzaghæ.*
16. *Reprobatur deſcriptio Teſſeræ relatæ in Volumine* .. Li Sourani del Mondo *Tom.* 4.
17. *Teſſera prædicta in aliqua parte fuit immutata poſtmodum, & quomodo.*
18. *D. Numiſma alligatur amento ſerico nigro.*
19. *Figura Equitiſſæ cum d. Teſſera apud quos habeatur?*
20. *Voluit Imperatrix, ut aggregatæ Mulieres viverent ſub Crucis protectione, & ad quaſdam Preces tenerentur*, & n. 21. 22. 23. 24.
22. *Ordo eſt ſub Protectione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, & Sancti Ioſeph.*

23. *Ag.*

25. *Aggregatę Mulieres debent ſępe munire ſe Signo Crucis.*

26. *In die peracti Miraculi debet in Capella cantari Officium Defunctorum.*

27. *Pro Defunctis aggregatis, quælibet vivens debet celebrari facere duas Miſſas, & idem facient abſentes*, & n. 28.

29. *Quare fuerit commutata in aliam diem Proceſſio, quę fiebat in die Veneris Sancti?*

30. *Abſentes debent moneri per Deputatas, ut privatim ſuppleant omiſſas Functiones.*

31. *Aggregatę debent frequentare Sacramenta*, & n. 33.

32. *Vitas Sanctorum legere debent, & in Operibus Pietatis ſe exercere, & probis moribus*; & n. 33. & 34.

35. *Quot Solemnitates celebrantur in Ordine.*

36. *Tranſgreſſiones non obligant neque ſub mortali, neque ſub veniali in his Regulis.*

37. *Enumerantur aliæ Indulgentiæ conceſſæ a Summis Pontificibus.*

DISCURSUS LXXXI. SEC. I.

CRUCIS STELLATÆ NOBILIUM FÆMINARUM SEU VERÆ CRUCIS ITALICE RADUNANZA DI DAME DELLA CROCIERA

CLariſſimæ memorię Eleonora Gon-
zaga, Ferdinandi III. Romano-
1. rum Imperatoris Vidua, Equeſtrem
Ordinem ſub mancipatarum Virtuti
Matronarum, italice *Le Schiave della Virtù* anno 1662. erexerat, & optimis Legibus, tum quoad præcepta moralia, tum quoad ſtabilimenta Nobilitatis communiverat; de quo Ordine loquimur in noſtro Diſcurſu particulariter. Illa eademque Imperatrix Eleonora, ſubinde anno 1668. Nobilem Societatem Fœminarum illuſtrium, nuncupatam *A Cruce*, ob motivum Pietatis, ut infra exponemus, erexit. Hiſtorica ergo facti ſeries quoad Ordinem Nobilium Fœminarum à Cruce ita ſe habuit.

Hungarię Regni Homo præpotens, ini-
quo animo ferens Leopoldum I. Im-
peratorem illius non annuiſſe votis,
Palatinatus Dignitatem in d. Regno
flagitantibus, nefando proditionis
genere, cum aliis ejuſdem Regni Pro-
2. ceribus inita conjuratione, opti-
mum Imperatorem de medio tolle-
re excogitavit. Fabrum idcirco Li-
gnarium, qui in reparanda Imperialis
Palatii Fabrica incumbebat, induxit,
ut nocturno tempore Imperiali in
Urbe Viennæ in Auſtria Cæſareo Pa-
latio ignes admoveret, illudque in-
cenderet, flammas ſubiiceret, & ſuc-
creſcentibus flammis, ac maximo ex-
citato incendio nocturnis tenebris,
tunc inſidiæ tenderentur Imperatori,
& per inſidias eum interficerent.
Sed tam horrendum facinus, arcano
Dei munere, ipſos terruit teterrimos
proditores, quorum nemo incendio
durante, auſus eſt exequi. Sic Hiſto-
riam hujus incendii præmittit nar-
rationi fundationis Ordinis Equeſtris
Nobilium Fœminarum à Cruce Do-
minus *Hermant Hiſtoire des Reli-
gions, ou Ordres Militaires Tom. 2.
cap. 48. pag. 448. juxta impreſſ.
Rothomagenſem Typis Io. Baptiſtæ Ba-
ſogne anno 1726.*

Ex prænotata igitur primaria proditorii incendii cauſa Magno in Imperiali Palatio Viennæ in Auſtria, nocte ſecunda Februarii anno 1668. excita-
3. to ex induſtria incendio ſubtus ejuſdem Imperatricis Auguſtæ Cubicula, brevi tempore majorem ejuſdem Fabricæ partem ignis abſumpſit, ipſaque Imperatrix e ſomno excitata, videns omnia ignibus flagrantia, nulla mora, atque impavida manu, pretioſum Scrinium unice ſtuduit invenire, ſecumque aſportare, in quo Scrinio parva Crux condebatur, ex duabus veræ Crucis particulis confecta, & avrea theca ſervabatur: verum ſubcreſcentibus ubique flammarum globis, fugere coacta fuit e Cubiculo, à quo vix egreſſa Imperatrix, magno fragore totum in præceps ruit ipſum Cubiculum: *Abb. Juſtinianus in ſua Hiſtoria pag.* 854. infra allegandus.

Plura holoſerica, & undequaque pre-
4. tioſa vorax combuſſit flamma, Argentum, & Avrum, ac Cimelia, ſed longe his pignus magis pretioſum, hoc eſt parvam Crucem ex particulis veræ Crucis, in qua Chriſtus Dominus Mundi Redemptor pependit, in qua Chriſtus triumphavit, & Mors Mortem ſuperavit. Crux hæc Theca avrea condebatur: hanc ignibus deperditam amare deflebat Imperatrix Eleonora Gonzaga; plurium quippe Seculorum curſu in Avguſta Avſtriaca Domo loco venerabilis, & pretioſiſſimi Theſauri merito habebatur. Poſt autem quinque dierum circulum die ſexta Februarii Nobilis Avlæ Vir Crucem præfatam in avro liquato,
5. & cum cineribus confuſo, prorſus tamen miro modo illæſam invenit, ſtatimque Imperatrici detulit, quam lætiſſimo animo Imperatrix excepit: *d. Juſtinianus pag.* 854. in ſua Hiſtoria infra alleganda: *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 134. *Pater Joannes Baptiſta Manni pag.* 100. in ſuo Volumine inferius allegando: & ut omnibus cordis ſui gaudium teſtaretur, publice indicta ſupplicatione, Avlæ Principibus,
6. & Proceribus comitantibus, Sacra Pompa illam deferri juſſit ad Templum Patrum Societatis Jeſu: *d. Pater Bonannus d. n.* 134.

Et ad inſtar Evangelicæ Mulieris, quæ
7. deperditam Drachmam invenerat, Imperatrix cunctos invitans ad gaudia, repetere videbatur .. *Congratulamini Mihi, quia inveni Drachmam, quam perdideram.*

Subindeque in perennem Gratiarum a-
8. ctionem, rei tam miræ voluit confici Proceſſum in Curia Epiſcopali Viennenſi in Auſtria, prout ſuper hujuſmodi Miraculo per bo. me. Philippum Fridericum tunc temporis Viennę Epiſcopum, & Sacri Romani Imperii Principem formatus fuit Proceſſus, quo comprobata fuit præſervatio ab incendio Ligni Sanctę Crucis, de quo Proceſſu, ſicut & de tota Hiſtoriarum ſerie *Pater Joannes Baptiſta Manni e Societate Jeſu*, in ſuo peculiari Volumine, cui Titulus ,, *La Radunanza Nobile, e Pia della Crociera fondata dalla Sacra Ceſarea Real Maeſtà dell' Imperatrice Eleonora, deſcritta, e dedicata alla Maeſtà della Regina di Polonia Eleonora Arciducheſſa d' Auſtria, dal Padre Gio. Batiſta Manni della Compagnia di Gesù, Vienna appreſſo Gio. Pietro Van Ghelen Stampatore di Corte di Sua Maeſtà Ceſarea, e Cattolica: Abb. Bernardus Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Seconda cap.* 91. *pag.* 853. *cum ſeqq. juxta impreſſionem Venetam* Typis *Combi, &*

la Noù

la Noù 1692. Hiſtoria Ordin. Monaſtic. &c. & Militarium &c. Gallice ſcripta in italicam linguam translata per Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Congregationis Matris Dei Tom. 8. cap. 68. pag. 447., & ſeq. impreſſ. Lucæ Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739., & latè leguntur prædicta in Hiſtoria Vitæ Auguſtiſſimæ Imperatricis Eleonoræ Magdalenæ Tereſiæ Neoburgicæ, Uxoris Auguſtiſſimi Imperatoris Leopoldi I. latine per Patrem Societatis Jeſu deſcripta, & in compendium redacta italica lingua ab alio Sacerdote ejuſdem Societatis Jeſu in Volumine Parmæ impreſſo, anno 1721. *cap.* 22. *Petrus Franciſcus Bergamaſchi in ſuo Volumine* .. *Breve Notitia Iſtorica de' Cavalieri Aureati pag.* 95., *& ſeq. juxta impreſſ. Taurini, Typis Dominici Paulini Impreſſoris Cameræ Apoſtolicæ anno* 1695.

9 Et tandem prævio aſſenſu Summi Romani Pontificis, ſa. me. ſcilicet Clementis IX., qui Opus Pium Religioſiſſimæ Imperatricis collaudavit, Privilegiis Gratiiſque Spiritualibus ditavit; Necnon accedente Imperiali Diplomate glorioſæ, ſemperque Auguſtæ memoriæ Leopoldi I. Imperatoris, Nobiliſſimum ſelectarum primariæ qualitatis Cæſareæ Aulæ Fœminarum Cœtum, Ordinemque inſtituit *A Cruce* nuncupatarum, ſub Tutela, & Protectione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, & Sancti Joſeph, juxta Diploma Fundationis, de quo mentionem faciunt infraſcripti, videlicet in Volumine *d. Patris Baptiſtæ Manni à pag.* 54., & apud *Auguſtinum Paradiſi Ateneo dell' Uomo Nobile Parte tertia cap.* 3. *n.* 22. Et teſtatur *Juſtinianus ubi ſupra: Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſert. Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. lib.* 1. *Diſſert.* 11. §. 2. *pag.* 726. *juxta impreſſionem Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718. *Dominus Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom.* 2. *cap.* 48. *pag.* 451. *juxta impreſſ. Rotomagen Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne* 1726. *Comes in Koden Sapieha in ſuo Corollario Omnium Ordinum in Calce ſui Tractatus ſub Titulo* .. *Adnotationes Hiſtoricæ de Origine Equeſtris Ordinis Aquilæ Albæ in verbo* Crucis *pag.* 265. *juxta impreſſionem Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. *d. Bergamaſcus d. pag.* 97.

10 Quælibet celebri huic Ordini quæ adſcribi deſiderat, pollere debet qualitatibus, & prærogativis à Fundatrice volitis, Sanguinis ſcilicet Nobilitate, optimiſque ex omni parte moribus, Chriſtianam, & Catholicam pietatem præſeferentibus, ad ea, quæ tradunt *Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 268., *& Pater Honoratus à S. Maria d. pag.* 276.

Et quidem Fœminæ debent eſſe Nobiles, non ſolum ex parte utriuſque Parentis, ſed etiam ex parte Mariti, quod ſingulare eſt, & notant omnes Scriptores de hoc Cœtu agentes: antedictus *Collector Gallus d. pag.* 268.

Dum hæc ſcripta revidemus, ad manus noſtras pervenit more ſolito hebdomadalis Ephemeris illa referens notitias in Aulis occurrentes. In Folio itaque impreſſo Mantuæ die 11. Junii 1751. ſub datum Viennæ 2. Iunii legimus .. *Aſſicuraſi che le Dame, le quali in avvenire vorranno eſſere ammeſſe fra quelle, che ſono fregiate dell' auguſto Ordine della Crociera, douranno produrre le autentiche prove di ſedici Quarti di Nobiltà, sì per la parte del Genitore, che per quella della Madre.*

Debet

Debet autem pro Aggregatione ſupplicans preces porrigere Imperatrici Protectrici Ordinis, & ab ea gratiæ conceſſionem obtinere, juxta Ordinis Regulas relatas in Volumine ſæpe laudati *Patris Manni pag.* 95. *ſub n.* 3. & notat *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 276., & Nos ſuperius notavimus.

Iſtæque præclaræ Mulieres debent eſſe Catholicæ, ut notatur in Volumine *Li Sourani del Mondo Tomo* 4. *ſub Titulo* - *L' Ordine di Cavalleria delle Dame unite per onorare la Croce pag.* 301. *juxta impreſſionem Venetam Typis Sebaſtiani Coleti, & Joannis Malachin* 1720. *d. Comes in Koden Sapieha in d. ſuo Corollario, in verbo* Crucis in Germania *pag.* 266.

11\. Sic conſtituta hac Societate ab Imperatrice Eleonora, acceſſit confirmatio Summi Pontificis in ſua Bulla incipien. *Redemptoris, & Domini Noſtri die* 28. *Junii* 1668. Qui Summus Pontifex etiam Epiſcopo Viennæ, ejuſque Succeſſoribus amplam impertit facultatem, non ſolum approbandi prędicta, ſed etiam immutandi, ampliandi, & corrigendi; impoſterum ſtatuendo eundem Epiſcopum Directorem Spiritualem Ordinis: *d. Comes in Koden Sapieha*: *d. Juſtinianus pag.* 855. Et clarę mem. Philippus Federicus Viennenſis Epiſcopus dictam erectionem Societatis approbavit, & confirmavit una cum ſuis Regulis, ac licentia publicandi Indulgentias dictę Societati impertitas, nec non Statuta: de qua confirmatione adeſt Documentum in d. Volumine *Patris Joannis Baptiſtæ Manni pag.* 25., & 48. *Juſtinianus* nuper allegatus, & *Pater Fontana* ſuperius, & infra adducti.

Hinc Nobilium Fœminarum Cœtum hujuſmodi ipſa Imperatrix Eleonora in ſuo Inſtitutionis Diplomate nuncupat. *Una Radunanza di Dame per bontà riguardevoli, le quali foſſero dette Crociere*. Quod Diploma damus in calce Diſcurſus *ſub lit. A*, & eſt ſimiliter, ut diximus, penes *Auguſtinum Paradiſi*, & tandem impreſſum eſt etiam in Volumine *d. Patris Manni* præſeferente Titulum *La Radunanza Nobile, e Pia della Crociera*, & ſic nominatur pluribus locis.

Sub eodem Titulo exprimitur in Decreto 12. bo. me. Epiſcopi Viennæ, ut ſupra, à Summo Pontifice Clemente IX. Delegati, in quo Decreto approbatur dicta fundatio, & Decretum eſt penes *d. Patrem Manni pag.* 46. ibi *Una Congregazione di Dame Nobili, ſotto il nome di Radunanza della Crociera*.

Et Titulum eundem refert Diploma Leopoldi I. Imperatoris approbativum, & confirmativum ejuſdem Inſtitutionis, quam ſub Cæſarea recipit Protectione; quod Diploma impreſſum eſt in d. Volumine *Patris Manni pag.* 51, ibi - *Fondare, ed inſtituire una certa Nobile, e Pia Radunanza di Dame col nome di Crociere*.

Nuncupatur quoque Ordo nobiliſſimus, Deoque gratus *Sub Stellatæ Crucis Titulo*; ſic loquitur Diploma, quod Aggregatis tribuit Auguſta Imperatrix, Protetrix, & Caput Ordinis, ut videre eſt in Diplomate directo Dominæ Fratriæ noſtrę, quod regiſtramus in calce hujus Diſcurſus *Sect.* 2. *ſub lit. F.* Ubi quod accepta Ordinis Cruce, eidem exinde *Crucigeram, ſeu Dominam de Cruce Stellata* ſe ſe vocare, ſubſcribereque conceſſum eſt.

In quo Diplomate injungitur obligatio Sanguine conjunctis Aggregatæ in

caſu

caſu obitus ejuſdem Aggregatę, quamprimum Diploma remittendi ad Secretarium Ordinis, eandem Crucem cum Libello Ordinationum ejuſdem Ordinis, qui Libellus Ordinationum, Crux, & Diploma fuerunt tranſmiſſa Mulieri aggregatę tempore aggregationis, ut advertimus *infra Sect. 2. ſub n. 9. & in calce lit. F.*

Paſſim autem à Scriptoribus appellantur etiam Equites, & ut Nos dicimus *Cavaleresse*: ſic in allegato *D. Hermant cap. 48. pag. 451.* habetur *Une Compagnie de Dames de la premiere qualitè de la Cour ſous le titre de Dames, ou des Chevalieres de la Croix.*

Sic apud Scriptores agentes de Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus recenſetur hic Ordo Equeſter Fœmineus, ut videre eſt apud ſuperius allegatos, & Nos comprobavimus *Diſcurſu X. n. 83.*

Sic apud Scriptores exprimitur *L' Ordine di Cavalleria delle Dame, unite per onorare la Croce*, ſicut in allegato Volumine -- *Li Sovrani del Mondo Tom. 4. pag. 300. In d. Volumine Patris Honorati à S. Maria Carmelitæ Excal. Diſſertations Hiſtoriques &c. ſur la Chevalerie ancienne, & moderne lib. 1. Diſſert. 11. §. 2. pag. 276.* ibi -- *Inſtitua l' Ordre des Dames Chevalieres de la Croix en preſente toutes les Dames Chevalieres &c. & pag. 277.* ibi -- *Le Marque de ces Chevalieres eſt une Croix. In d. Collectoris Galli Volumine -- Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom. 4. §. 109. pag. 267.* inſcribitur *Les Chevalieres della Uraye Croix*; & *pag. 268.* ibi *En preſence de toutes le Dames Chevalieres.*

Nobiliſſimam hanc Societatem voluit Imperatrix, ut diximus, nuncupari *La Radunanza delle Dame della Crociera*; quem Titulum *Della Crociera* ſapientiſſime deſumpſit Imperatrix à quatuor illis micantibus Stellis Crucem in firmamento efformantibus, & proinde in Teſſera, de qua infra loquemur, appoſuit Imperatrix in qualibet Crucis extremitate Stellam unam, in ſimbolum d. Crucis cœleſtis, *Crociera* nuncupatæ: *d. Pater Manni à pag. 37. cum ſeq. d. Bonanni d. n. 140. d. Abb. Juſtinianus pag. 854.*

Stellata hæc Crux, *Crociera*, ut prędiximus nuncupata, quęque triginta
13. gradibus prope Polum antarcticum detegitur, antiquis Aſtronomis, & Navigantibus minime innotuit, licet *Poeta Dantes*, in ſuo Purgatorio *Cant. primo* innuere videatur aliquid de ea verbis illis. *Io mi volſi a man deſtra, e poſi mente all' altro Polo, e vidi quattro Stelle non viſte mai, fuorche alla prima Gente*; de quo *d. Pater Manni pag. 38.* Exploratum nihilominus eſt ſolummodo, novi Orbis inventores detexiſſe, ut ajunt *d. Pater Manni pag. 38. Bonannus d. n. 140. Et in Vita Imperatricis Eleonoræ Magdalenæ Tereſię d. cap. 22.* & in Volumine, cui Titulus -- *Sfera di Gio. Sacroboſco tradotta, e dichiarata da Don Franceſco Piſari San Savino Monaco Camaldoleſe, Mattematico nello Studio di Siena cap. 1. Comment. pag. 25., & 26., & pag. 178., in Siena preſſo Silveſtro Marchetti 1604.*

Figura dictæ Crucis Stellatæ, ſeu *Crociera*, aut *Crociero*, ut in cœlo cernitur, affabre formata habetur apud prędictum *Joannem de Sacroboſco cap. 1.* in ſupra allegato Volumine.

Statuitque Imperatrix, quod ſemper
14. dicti Ordinis Protetrix, Caput, & magna Magiſtra, & ut dicitur *Gran Dama*, eſſe debeat Principiſſa Auguſtiſſimę Domus Auſtriacæ, ut notat etiam *d. Paradiſi d. Parte Tertia cap. 3. n.*

3. n. 24., & allegatus *Juſtinianus pag.* 855. *d. Hermant pag.* 452.

15. In Teſſeram proinde hujus Equeſtris Societatis decrevit Imperatrix Numiſma aureum formæ ovatæ, in quo adeſt Sanctiſſimum Crucis ſignum encauſtico nigro expreſſum, & in eo Crux inſerta coloris lignei, & in qualibet extremitate dictæ Crucis emicat Stella. In quatuor autem ejuſdem Crucis lateribus Aquila aderat nigra expanſis alis, & roſtro extetius porrecto, pene ad inſtar Stemmatis Familiæ ſuæ Gonzagħę cum hoc lemmate circum idem Numiſma = *Salus, & Gloria*: *d. Juſtinianus pag.* 854. *Pater Fontana d. Tom.* 8. *pag.* 447. *Bonanni d. n.* 134. Cujus Numiſmatis Figura expreſſa habetur apud *d. Juſtinianum pag.* 853. *Patrem Manni poſt pag.* 260. *Hermant ante pag.* 447., & 451. *d. Patrem Honoratum à Sancta Maria in explicat. Armorum, & Teſſerarum ſub n.* 69. *pag.* 469. Quę explicationes habentur in calce Voluminis ejuſdem Auctoris *Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Milit., ou des Chevaliers &c. Tom.* 4. §. 109. *n.* 267.

16. Quibus Deſcriptionibus, & Demonſtrationibus circa formam Crucis, tum ſi perpendatur ejuſdem Crucis Figura in Libris impreſſa, tum ſi aurea d. Crucis ocularis inſpectio conſideretur, conſtat, quod Crux eſt Crux plana, non autem Crux Sancti Andreę; & non bene conſonat Deſcriptio, quæ habetur in d. Volumine *Li Sovrani del Mondo* Tom. 4. *pag.* 301. quoad hunc Ordinem Nobilium Fœminarum à Cruce, & ut dicitur, *Dame della Crociera*. ubi ſic exprimitur = *Le Dame portano ſul lato ſiniſtro del petto nell' eſtremità di un naſtro nero una Croce d' Oro, i cui quattro cantoni ſono terminati da una Stella, due Ramoſcelli di color di legno l' attraverſano in croce di Sant' Andrea, quattro Aquile Imperiali la circondano queſta diviſa* Salus, & Gloria.

17. Dicti Numiſmatis forma in ſubſtantialibus ſemper ſervata fuit ab omnibus Imperatricibus, quæ ut diximus, ſemper ſunt hujus Equeſtris Ordinis, & Societatis Protectrices, magnæ Magiſtræ, & ut ajunt, *Gran Dame*, ut diximus *n.* 14. Quęlibet tamen ex ipſis aliquam in Cruce immutationem decreverunt; puta loco quatuor Aquilarum, apponendo ſolum Imperialem bicipitem Aquilam, expanſis hinc inde Roſtris, & Alis, ſuper quam Crux extenditur, non apponendo Stellam in qualibet ex quatuor extremitatibus ejuſdem Crucis, cum eodem tamen Lemmate: *Salus, & Gloria*. Tandem aliæ in medio Crucis appoſuerunt Nomen Jeſu, ut notat *d. Pater Jo. Baptiſta Manni pag.* 260. ubi tres formas Numiſmatis affert.

18. Numiſma prædictum à ſerico nigri coloris amento pendens, alligatur pectori Nobilis Mulieris è latere ſiniſtro: *Juſtinianus d. pag.* 554. *d. Pater Fontana Tom.* 8. *pag.* 447.

19. Figura Equitiſſæ hujus Ordinis d. Teſſera exornatæ, expreſſa habetur apud *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 134. *Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres, ou des Chevaliers &c. Tom.* 4. §. 109. *pag.* 267. *impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721.

20. Porro erga Sacroſanctum Crucis ſignum ſummopere devota Imperatrix, piam hanc nobilium Fœminarum à Cruce Sodalitatem, & Cœtum Equeſtrem inſtituit, ut laus, & gloria Sanctę Crucis, ejuſque cultus, & veneratio ſervaretur, & augeretur; unde Mulieres

lieres *le Crociere*, inceſſanter Preces Deo porrigere tenentur pro ſalute propria, & ſub Crucis Patrocinio
20. vivere, ſe in Crhiſtianæ Charitatis Operibus tam temporalibus, quam ſpiritualibus exercendo, variaſque peragendo functiones nobiles, ac devotas, ad publicam, privatamque venerationem, & cultum erga Sacroſanctam Crucem miraculoſe ab ignibus ſervatam, ut exponitur in *d. Volumine Patris Manni à pag.* 40. *cum ſeqq.*

Atque ita voluit Auguſta Fundatrix,
21. adſcriptas Nobiles Mulieres teneri ad quaſdam Preces, ut ita in hac Sacra Militia Equitiſſæ, non ferreis Armis, ſed Precum Armis pro Fide præliarentur: *Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Secunda d. cap.* 91. *d. Volumen — Li Sourani del Mondo in Verbo*: *L' Ordine di Cavalleria delle Donne unite per onorare la Croce d. pag.* 300. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, ſeu Jus Canonicum Tom.* 2. *ſub litt.* S. *de Summa Trinitate, & Fide Catholica* §. *Notitia, & Series Ordin. Equeſtr. n.* 130. *pag.* 750. *juxta impreſſ. Salisburgen. Typis Jo. Joſeph Mayr* 1729. ubi inquit *hunc Ordinem eſſe Nobiliſſimum*.

Cum autem, ut prędiximus, Piæ hujus
22. Sodalitatis ſuprema Protetrix ſit Sanctiſſima Virgo Maria, & Sanctus Joſeph Sponſus ejuſdem Sanctiſſimæ Virginis; quotidie idcirco mandat, ut devotas preces offerant Deo ſub interceſſione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ac Sancti Joſeph, *ut ſupra n.* 9. pro Sanctæ Crucis exaltatione, & gloria, ſic peragendo de mane, & de ſero omnes, & quaſcumque Preces,
23. & Pietatis Opus præſcriptum in Regulis; ſicut integre totum refertur ab antedicto *Patre Manni à pag. cum ſeqq.* Circa Orationes in receptione ad Ordinem, illæ ſunt in calce *Sect.* 2. *litt.* B. recitandę in principio diei: vide *Manni pag.* 139.

Quotidie recitabunt Officium Sanctæ
24. Crucis, & Coronam quinque Plagarum, & Sanctum Miſſæ Sacrificium audient; circa Officium Sanctę Crucis, vide *Manni à pag.* 109 circa Coronam quinque Plagarum, vide *Manni pag.* 113.

Semel in Hebdomada recitabunt Nocturnum Officii Mortuorum, una cum Orationibus Sanctiſſimæ Virgini, & Sancto Joſeph, ut præſcribitur, legiturque in Manuali, quod habetur apud *d. Patrem Manni Parte Secundâ à pag.* 137. *cum ſeqq.*

Sæpe currente die debent ſe munire
25. ſigno Sanctiſſimæ Crucis, & præcipue in principio, & fine cujuslibet operis, ſive temporalis, ſive ſpiritualis: *d. Pater Manni pag.* 100., & 119.

Die Februarii ſexta, in qua accidit
26. Miraculum Crucis repertæ ab incendiis præſervatę, debet in Capella Ordinis cantari Solemne Mortuorum Officium; de quo Mortuorum Officio agit *d. Pater Manni a pag.* 100.

Ibidemque celebrabuntur Miſſæ pro
27. Defunctis Mulieribus aggregatis: Et quælibet celebrare faciet duas Miſſas, idemque facient abſentes, ubicumque fuerint: *d. Manni d. pag.* 100.

Mulieres deputatæ, habita notitia de o-
28. bitu alicujus ex aggregatis, certiorem facient Societatem, ſtatuentque diem ad peragendum Exequias, in quibus Exequiis cantabitur Miſſa ſolemnis, ac quælibet celebrare faciet duas Miſſas. Abſentibus vero circulares Litteras ſcribent de ſecuto obitu: *d. Manni pag.* 100. Quoad praxim audiendi devote ſanctum Miſ-

ſæ

ſæ Sacrificium, vide quæ tradit *d. Pater Manni pag.* 186.

In die Veneris Sancti, omnes intereſſe
29. debebunt Peregrinationi in honorem Sanctæ Crucis ad locum, ut dicitur, *alla Madonna de Hiczing: d. Pater Manni pag.* 101. De qua Peregrinatione practice ſcribit *d. Pater Manni à pag.* 239, *& pag.* 257., *&* 258. ubi quod dictam Peregrinationem, quibuſdam ex cauſis, Imperatrix ſecunda Ordinis Protetrix commutavit in aliam functionem Sacram die Jovis poſt Dominicam Paſſionis, quæ functio late ibi deſcribitur *à Patre Manni pag.* 258.

Legitimo aliquo impedimento detentæ,
30. & intereſſe non valentes dictis, vel aliis Functionibus, tenebuntur monere Deputatas, & privatim ſupplere in iis, quæ poterunt Devotioni talis diei: *d. Manni pag.* 101.

Aggregatæ Nobiles Mulieres memine-
31. rint Sanctiſſima frequentare Sacramenta, modeſtiam in Veſtitu ſervare, omnibuſque actibus in exemplar eminere. Præcipue autem peculiarem ſervare affectum erga Sanctam Crucem, Amorem Chriſto Domino Crucifixo; ac quotidie paginam ſaltem unam, ut dicitur *Delle Quattro Maſſime* relatarum in fine Voluminis *d. Patris Manni pag.* 202., *&* 261.

Sæpe etiam legent Vitas Sanctorum, biſque in anno, hoc eſt in die Inven-
32. tionis Sanctæ Crucis, & die Exaltationis ejuſdem Sanctæ Crucis legent Regulas Ordinis: *d. Manni pag.* 202.

Dictiſque duobus diebus Confeſſionem Sacramentalem emittent, & Sacram Communionem recipient: *d. Pater Manni pag.* 202.

Se in Charitatis Operibus ſpiritualibus
33. & temporalibus exercebunt, juxta earum ſtatum, & ſpecifice in Hoſpitalium Viſitationibus, ad inſerviendum Mulieribus infirmis, illis cibum præbendo propriis manibus, Peccatrices ad Pœnitentiam reducendo, & Puellas periclitantes ad bonam frugem, auxiliante Deo, convertendo.

Et demum ita probis moribus earum
34. Vitam inſtruant, ut ſanctam Vitam complere valeant ſancta cum Morte, ſemper Divinum exorantes ſubſidium, in mortis articulo adiutæ remaneant, ad Vitam æternam conſequendam: *d. Manni pag.* 102., *&* 103.

Quoad Orationes peragendas antequam ad dormiendum ſe recipiant, lege *P. Manni pag.* 209.

Tres in Anno aguntur Solemnitates in
35. hac Nobili Societate. Prima eſt in die præclara ſalutiferę Crucis Inventione, quam ſancta Eccleſia celebrat annuatim die tertia Maii, quæ dies ſemper celeberrima eſt apud Dominas de Cruce Stellata. Omnes enim tenentur, vigore Regulæ, in Vigilia ejuſdem jejunare, & die Feſto de mane, competenti hora, in propria Capella Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, ac poſt habetur ad Populum Concio in honorem Sanctæ Crucis, & ſolemnis cantabitur Miſſa, cui intereſſe omnes tenebuntur cum ſilentio, modeſtia, & devotione.

Poſt prandium canentur Veſperæ ſolemniter, ac poſtmodum traditur Crux nobilibus Fœminis, quæ pro illa ſupplicarunt, & admiſſę fuerunt: ita habetur apud *d. P. Manni pag.* 66.

Secunda etiam celebrari debet cum Jejuniis, Concionibus, Miſſis, & Veſperis alia Solemnitas Sanctæ Crucis, videlicet Feſtum Exaltationis ejuſdem Sanctiſſimæ Crucis, quod agitur die decima quarta Septembris, in qua die rurſus fit aggregatio Mulierum ſupplicantium: *d. Pater Manni pag.* 69.

Tertia Solemnitas agitur in die Veneris

Sancti

Sancti, mediante celeberrima illa Proceſſione à Loco, ſeu Palatio Imperiali *de Schon Brun*, uſque ad Eccleſiam Sanctiſſimæ Virginis Mariæ de *Hiczing*, quam integre deſcribit *d. Pater Manni à pag.* 75. *cum ſeqq.*, & *pag.* 239.

Quæ tamen Proceſſio in die Veneris Sancti fuit commutata in aliam Devotionem in feria quinta poſt Dominicam Paſſionis, ut explicat *d. Pater Manni pag.* 258., & diximus ſupra §. *In die Veneris*.

36. At notandum, quod tranſgreſſio, & inobſervantia dictarum Legum, & Statutorum non obligat ſub peccato mortali, imo neque ſub veniali: quapropter eædem Regulæ, & Statuta ſervanda ſunt virtutis amore, atque in Sanctæ Crucis venerationem, exaltationem, & gloriam, ut inquit *d. Volumen Patris Manni* §. *Regole della Nobile, e Pia Radunanza delle Dame Crociate pag.* 93.

37. Nobilem hanc Congregationem, Equeſtremque Fœminarum à Cruce Ordinem, ſa. me. Clemens IX. Summus Pontifex, qui ample eam, ut diximus confirmavit, variis etiam Indulgentiarum Theſauris ditavit. Harum Catalogum, prout refertur in *d. Volumine Patris Jo. Baptiſtæ Manni à pag.* 103. *cum ſeqq.* italico idiomate hìc deſcribimus, ut in calce Diſcurſus *poſt Sect.* 2. *litt.* B.

1. Nel primo giorno che ſono aggregate nella Radunanza conſeguiſcono Indulgenza Plenaria de' loro Peccati, ricevono il Santiſſimo Sacramento.

2. Ciaſcheduna delle aggregate, che in articolo di Morte, pentita de' ſuoi peccati, confeſſata, e comunicata, o non ſi potendo confeſſare, e comunicare, contrita invocherà, ſe non con la bocca, col cuore divotamente il Nome Santiſſimo di Geſu, conſeguirà Plenaria Indulgenza, Remiſſione de' ſuoi Peccati.

3. Le Principeſſe nate di Caſa d' Auſtria, o in eſſa maritate, che ſaranno incorporate in queſta Radunanza, una volta la Settimana, in quel giorno, che ſarà loro in piacere, confeſſandoſi, e comunicandoſi, e pregando per la Pace, e Concordia fra Principi Criſtiani, per l' Eſtirpazione dell' Ereſie, e per l' eſaltazione di Santa Madre Chieſa, conſeguiranno Indulgenza Plenaria.

4. Tutte le aggregate, cinque volte l' anno, in que' cinque giorni, che ſaranno loro di maggior ſoddisfazione, a beneplacito, confeſſandoſi, e comunicandoſi, e pregando come di ſopra, conſeguiranno l' Indulgenza Plenaria: e ſaria bene, che la faceſſero ad onore della Santa Croce, e della Paſſione, e Morte di Noſtro Signore ne' primi cinque Venerdì di Marzo, in uno de' quali il Salvatore fu Crocefiſſo.

5. A ciaſcheduna delle aggregate, ogni qualunque volta eſerciterà qualche Opera di Carità, o di Pietà Criſtiana, vengono rilaſciate, in forma ſolita della Chieſa cento giorni delle ingiunte, o in qualunque modo dovute Penitenze.

6. Ad ogni fedel Criſtiano dell' uno, ed altro ſeſſo, ſi concede Plenaria Indulgenza, ſe nelle Feſte della Invenzione, e della Eſaltazione della Santa Croce, confeſſato, e comunicato viſiterà la Chieſa, o Capella, in cui ſi conſerva la miracoloſa Reliquia del Legno della Santa Croce, da' primi Veſpri, ſino al tramontar del Sole di eſſe Feſte, ed ivi farà Orazione per la Pace, e Concordia de' Principi Criſtiani, per la eſtirpazione dell' Ereſie, e per la Eſaltazione della Santa Madre Chieſa.

DISCURSUS LXXXI.

SECTIO SECUNDA.

ARGUMENTUM

Proſequitur Diſcurſus ſuper eodem Ordine.

SUMMARIUM.

1. *ENumerantur Statuta pro Regimine hujus Ordinis, agiturque de Protectrice Ordinis, & aliis Officialibus* & n. 2. 3. 4. 5. 6.
7. *Datur Praxis ſervanda pro petentibus admitti.*
8. *Hunc Ordinem fuiſſe limitatum ad triginta Fœminas tenuerunt aliqui.*
9. *Sed verius eſt non eſſe limitatum numerum, ſed ad arbitrium Imperatricis ſervari.*
10. *Plures etiam Italę Nobiles Fœminæ fuerunt admiſſæ;* & n. 11. & 12.
12. *Laudatur Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Epiſcopus Cęſenaten.*
13. *Adſunt Caſenæ, & Forolivii.*

DISCURSUS LXXXI.

SECTIO SECUNDA.

APtiſſima pro Bono Societatis Regimine, Auguſta Fundatrix, Sta-
1. tuta, & Leges ſanxit, tradentes formam ſervandam in omnibus.

Et primo ſtatuitur, Protectricem, Præſidem, & ut vulgo dicitur *Gran Maeſtra*, *Gran Dama*, eſſe debere Principiſſam Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ ſua vita durante, ad quam Principiſſam in omnibus caſibus haberi debet recurſus.

Eidem porriguntur Preces Nobilium Mulierum petentium cooptari in dicta Societate, & ad illam ſpectat ſub. ſcribere Litteras Patentales poſt aggregationem.

Secundo mandat, quod eligantur duæ Mulieres, quæ vocabuntur *le Deputa-*
2. *te*, quibus incumbet cura notifican. di omnibus aggregatis ſolemnes Feſtos dies, quibus intereſse tenentur.

Quemadmodum etiam notas facere præſentibus, & abſentibus mortem Aggregatarum, ut celebrentur Sacrificia pro eiſdem.

Ac tandem ad eaſdem Deputatas ſpectabit in die Sanctæ Crucis Cęremonias peragere, & aſſociare ad Crucem accipiendam eas, quæ aggregari debent.

Tertio mandat, quod eligantur quatuor, ut dicunt, *Conſultrici*, quę quater in
3. anno congregabuntur coram Præſide Protectrice, & ulterius etiam, quoties ab eadem Præſide vocantur, ad effectum, ut cum duabus Deputatis poſ. ſint proponere, ac conſulere ſuper omnibus quæ opportuna judicabuntur ad manutentionem & augmentum Societatis.

Ut diximus, Protetrix, & Pręſes, cujus Officium eſt ad vitam, eliget in Vigilia
4. Exaltationis Sanctæ Crucis tam prænominatas duas Deputatas, quam quatuor Conſultrices, hocque cum voto duodecim ex ſenioribus Aggregatis.

Eadem Protetrix eliget duas Dominas, ut præſint Capellæ, & illius curam ha-
5. beant, invigilando, ut decenter manuteneatur, & nobiliter provideatur.

Tandemque Protetrix deputabit Capel. lanum ad nutum amovibilem, cui præ-
6. ſtabitur eleemoſina pro celebratione Miſſæ quotidianæ, quam inſtituit Fundatrix.

Qui quidem Capellanus vocabitur A Secretis ejuſdem Societatis, hicque tenebit Libros, in quibus notabitur omne id, quod opus pertinebit; ſcribet

bet, & ſigillabit Litteras Patentes, quæ tradentur, vel mittentur aggregatis de novo : huc uſque *d. Pater Manni a pag. 94. cum ſeqq.*

Traditur etiam modus praxiſque ſervanda a petente admitti ad d. Con-
7. fraternitatem per hęc verba. *Le Dame, che ſaranno da Dio inſpirate a entrare in queſta Radunanza, dovranno porgere una ſupplica, e chiedere alla Preſidente di eſſere ammeſſe; ed ella, ſentito il parere delle Conſultrici, concederà la grazia, e farà ſpedir la Patente, quando non vi ſia coſa in contrario.*

Riceveranno poi la Croce nella forma, e modo ſopraddetto, e doveranno portarla al petto pendente da un Naſtro nero dalla ſiniſtra parte, ed in mirando la ſtriſcia vergata di color bianco, le quattro Aquile, e le quattro Stelle, con le due linee di color di legno, e il motto Salus, & Gloria, *ſi ridurranno alla mente, che le Dame Crociere hanno per fine le Glorie della Croce, e la propria ſalute, mentre mirando Cielo, e Stelle, ſperano nella Protezione del Santo Legno, e col candore de' coſtumi di potere volare un giorno a vedere, e godere l' eterno Sole.*

Alle Dame aſſenti, che chiederanno di eſſere ammeſſe, ſi farà la conceſſione della Grazia, mandando loro la ſolita Patente ſoſcritta, e ſigillata; e prima di ricevere la Croce, doveranno confeſſarſi, e comunicarſi, e il giorno precedente digiunare: d. Pater Manni à pag. 96. cum ſeqq.

Sacræ autem Functiones, quæ peragentur in Aggregatione, legantur in ſuperius allegato Volumine *Patris Joannis Baptiſtæ Manni pag. 70., & damus in Calce ſub Litera* B.

Diximus, quod Fundatrix leges ſtatuit pro bono regimine Societatis in omnibus: unde, cum ſupra fuerint relatę leges circa Protectricem, & alias Officiales Ordinis, ac circa modum admittendi ad eundem Ordinem ſupplicantes, nunc referemus cęteras Leges, quas eadem Fundatrix præſcripſit revera undequaque religioſiſſimas, & ad conſervandam, augendamque Pietatem aptiſſimas.

Numerum nobilium Mulierum præcla-
8. ræ huic Societati adſcribendarum, fuiſſe limitatum ad triginta, pręter Principiſſas, ſcriptum reliquit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus d. lib. 1. Diſſert. 11. §. 2. d. pag. 276.*

Certum tamen eſt non eſſe pręfixum
9. numerum, totumque pendere ab arbitrio Imperatricis. Conſtat proinde quod de Anno 1717. de Menſe Septembris Imperatrix creavit hujus Ordinis Equitiſſas numero viginti ſeptem in Eccleſia Domus Profeſſę Patrum Societatis Jeſu, præſentibus Archiduciſſis, & cęteris Nobilibus Fœminis hujus Ordinis *Della Crociera*, Pontificaliter tali die celebrante clar. me. Spinola, tunc temporis ad Imperialem Aulam Nuncio Apoſtolico, & ſubinde ampliſſimo S. R. E. Cardinale creato à Summo Pontifice æternæ memoriæ Clemente XI., ut teſtatur *d. Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. Tom. 4. §. 106. Les Chevalieres de la Vraye Croix pag. 269. juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel 1721. Pater Honoratus à S. Maria d. lib. 1. Diſſert. 11. §. 2. pag. 277. juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718.

Et legitur in allegato Compendio Vitæ clar. mem. Imperatricis Eleonoræ Magdalenę Tereſię Neoburgi; nam licet dicatur parce aggregaviſſe Nobiles Mulieres, & nonniſi pietate

inſi-

inſignes, ſubditur tamen ſpatio triginta quatuor annorum creaviſſe Crucigeras mille, & quinquaginta quinque, ex quibus ſi fieret diſtributio annuatim, pluſquam triginta quolibet anno huic Ordini adſcripſiſſe dici poſſet.

Notamus poſtremo, quod ſecuta morte Nobilis Mulieris aggregatæ, debet remitti per proximos eidem ſanguine conjunctos Diploma una cum Cruce, & cum Codice legum in Libello impreſſo, eidem a principio dato quamprimum ad Dominum Secretarium Ordinis, & quidem intra Menſis ſpatium, ut exprimitur in Diplomate ſub *Litt. F.* in calce Diſcurſus præſentis *Sect.* 2., & diximus in *Sect.* 1. *ſub n.* 12.

Plures etiam ex Nobilibus Matronis Ita-
10. liæ aggregatæ fuerunt Nobili huic Societati *Della Crociera*. Nomina nonnullarum in Civitate Bononiæ, & Ferrariæ enumerat *d. Auguſtinus Paradiſi d. Parte Tertia cap.* 2. *n.* 25.

Nos quoque ex ſubdelegatione clar. me.
11. Cardinalis Jacobi Boncompagni Archiepiſcopi Bononienſis, dum Bononiæ morabamur, benedicta Cruce, aggregationem Nobilis Matronæ Bononienſis perfecimus in Capella dicti Eminentiſſimi Archiepiſcopi.

Nuper autem Nobis ſcriptis retulit Illu-
12. ſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Guido ex Comitibus Urſellis hujus Civitatis Forolivii, Patricius, ac Epiſcopus Cæſenas, ſe etiam de anno 1735. ex commiſſione Auguſtiſſimæ Imperatricis Amaliæ aggregaſſe huic Ordini nobilem Matronam Mariam Tereſiam Comitiſſam de Roverella, natam de Toſchis Cæſenæ Patriciam: cum enim antecedenter fuerit directa commiſſio bo. me. Joanni Baptiſtæ ex Comitibus de Urſis, Patricio ſimiliter Forolivienſi, tuncque temporis Epiſcopo Cæſenatenſi, & hic Præſul, ob adverſam valetudinem, dicto Epiſcopatui renunciaverit, & fuerit per ſa. me. Clementem XII. Summum Pontificem meritiſſime ad Epiſcopalem dictæ Civitatis Ceſenæ Cathedram promotus prælaudatus digniſſimus Antiſtes Dominus Guido Urſellus, Præſul hic Succeſſor bon. me. Epiſcopi Jo. Baptiſtæ Urſi antedictam gratioſam commiſſionem Auguſtiſſimæ Imperatricis executioni mandavit, & aggregationem perfecit; optimæ in ipſo aggregationis actu, pro coronide, Allocutionem palam habuit congruam, reique geſtæ Documenta ad litteram hic inſerimus in calce *Diſcurſus ſub litt. C. D. E.* Et libenti animo tranſcribimus, ut innuimus noſtro *Diſcurſu* 10. *ſub num.* 129. *pag.* 248., ut liquido conſtet, digniſsimum Præſulem, in cunctis, quibus functus eſt, & fungitur muneribus, ſe optime geſsiſſe in Patria, & extra; ipſe enim egregie Archidiaconi noſtræ Cathedralis Forolivien. gradum exercuit; defunctoque clar. mem. Marco Antonio Paulutio Patricio Foroliven. celeberrimo Juris Conſulto, Vicario noſtro Generali, d. Præſulem Guidonem ex Comitibus Urſellis, in Vicarium noſtrum Generalem de anno 1720. elegimus, & deputavimus; quod Officium ſumma laude, & Juſtitia exercuit uſque ad annum 1734., in quo creatus fuit Epiſcopus Cæſenaten., ut diximus d. noſtro *Diſc.* 10. *a pag.* 248.

Ad præſens in hac Civitate Forolivii
13. duæ adſunt Nobiles hac Teſſera inſignitæ, hoc eſt Mater, & Filia; Domina ſcilicet Marchioniſſa Lucretia Calcagnini Conjux Domini Marchionis Coſmi Paulutii; altera eſt Filia ejuſdem Dominæ Marchioniſſæ Lucretiæ, & d. Marchionis Coſmi, ideſt

ideſt Domina Marchioniſſa Maria Luciana Conjux Comitis Marchionis Antonii Germani Fratris Noſtri, de quibus meminimus in noſtro *Diſcurſu* I. *ſub n.* 35. *pag.* 9. Et conſtat ex Diplomate in calce *ſub litt. E.* , & de quo ſupra *Sect.* 1. §. *Nuncupatur*.

Sed (proh dolor!) dum hęc revidemus, è vivis repente ſublatus fuit die 24. Julii 1751. antedictus Germanus Frater noſter Antonius, relictis Uxore Vidua pręlaudata Domina Marchioniſſa Maria Luciana Paulucci, & ex ea optimæ indolis Puero, cui nomina Silvius, Aloyſius, Sebaſtianus, Ignatius, Balthaſſar; nec non ventre pręgnante ejuſdem Uxoris, ex qua infra paucos menſes utinam Maſculina Proles in lucem prodeat, & in Filio Paternum Nomen renovetur.

De mane die immediate ſequenti in Eccleſia Patrum Conventualium Sancti Franciſci, in hac Civitate paucarum horarum ſpatio elocubratam funebrem Orationem habuit Admodum Reverendus P. Magiſter Joſeph Antonius Chriſtophori Forolivienſis, Eloquentiæ Profeſſor in publico Patriæ Archigymnaſio, quam ab eodem reviſam damus in calce *ſub litt. G.*

Ex Volumine *Patris Jo. Baptiſtę Manni Societatis Jeſu*, cui Titulus... *La Radunanza Nobile, e Pia della Crociera impreſſ. Viennæ Typis Joannis Petri Van Ghelen à pag.* 54.

Noi Eleonora per la Grazia di Dio Imperatrice de' Romani, Reina d'Ungheria, e di Boemia, Arciducheſſa d'Auſtria, Principeſſa di Mantova, e Monferrato ec.

„ AVendo Noi gran tempo nutrito nel Noſtro cuore un'ardente deſiderio di fare qualche Opera conſiderabile in onore del Sacro ſanto Legno della Croce; La Providenza Divina ſi è degnata di porgerne gagliardo motivo, per metterlo in effetto, conſervando con la potente ſua mano miracoloſamente illeſa fra le fiamme, nell' ultimo incendio del noſtro Reale Palazzo, una particella della medeſima Santa Croce da Noi tenuta cara al pari, e più di qualſivoglia Teſoro. Laonde ci è caduto in animo, e ne giova credere, per iſpirazione di Dio, di dover fare coſa grata alla Maeſtà ſua Divina, ed all' Anime profittevole, inſtituendo *una Radunanza di Dame per Naſcita, e per bontà riguardevoli*, le quali portando una Croce benedetta in petto, loro donata nell' atto ſteſſo dell' aggregazione con le ſolite cerimonie, foſſero dette Crociere, e ſi doveſſero impiegare in varie Opere di Pietà Criſtiana ad onore della Santa Croce, in quelle forme, e modi, che nelle Regole ſono determinati, e preſcritti: ed avendo Noi fatta ſignificare al Sommo Pontefice queſta noſtra intenzione; Sua Santità, non ſolo è concorſa con l' approvazione di quanto l' abbiamo propoſto, ma ſi è compiacciuta di graziarla oltre a ciò con molti Privilegi, ed Indulgenze; e non è mancato di concorrere col ſuo Patrocinio, a promovere queſta Pia Opera, anco la Maeſtà dell' Imperadore Leopoldo I. noſtro dilettiſſimo Figliuolo, dichiarandoſene con ſue Lettere Perpetuo Protettore. Noi dunque in vigore di queſta noſtra, dichiariamo di voler *fondare*, e *fondiamo*, inſtituviamo, e ſtabiliamo

,, liamo *la Radunanza delle Dame* ,, *dette Crociere*, nella quale ſi deb- ,, bano oſſervare le Coſtituzioni già ,, aſſegnate, e da aſſegnarſi nell' av- ,, venire, e tutto in onore, e gloria ,, della Santa Croce, di cui una ,, pretioſa, e miracoloſa Reliquia ,, godiamo, e riveriamo con oſſe- ,, quio umiliſſimo in queſta particel- ,, la trionfatrice del fuoco.

,, Dichiariamo dunque, e pubblichia- ,, mo eſſere noſtra mente, che que- ,, ſta *Radunanza delle Dame Cro-* ,, *ciere* adeſſo, ed in perpetuo ſia ,, durabile, conſpicua, nobile, e ,, divota; e reſti da Noi in virtù di ,, queſte noſtre Lettere *fondata*, *e* ,, *ſtabilita*, promettendo di dovere ,, in ogni luogo, e tempo, con o- ,, gni ſtudio, e con tutte le noſtre ,, forze promoverla, difenderla, ed ,, ampliarla, ſperando che Noſtro ,, Signore, ſiccome con evidente mi- ,, racolo ſi è degnato d' inſpirarne ,, a fondarla, così con la ſua ſanta ,, Grazia ci aſſiſterà per conſervarla, ,, a gloria, ed eſaltazione della San- ,, ta Croce, su la quale per ſalute ,, del Genere Umano ſi compiacque ,, di ſpargere il Preziosiſſimo ſuo ,, Sangue morendo per darne vita. In fede &c.

Eſtratto dal Libro intitolato la Radunanza Nobile, e Pia della Crociera, B. *fondata dalla Sacra Ceſarea Reale Maeſtà dell' Imperatrice Eleonora, deſcritta, e dedicata alla Maeſtà della Regina di Polonia Eleonora Arciducheſſa d' Auſtria, dal Padre Gio. Batiſta Manni della Compagnia di Gesù: Vienna appreſſo Gio. Pietro Van Ghelen Stampatore di Corte di Sua Maeſtà Ceſarea, e Cattolica alla pagina* 70.

Pratiche per l' Aggregazione.

,, Terminato il Veſpro ſolenne, o nel ,, giorno dell' Invenzione, o nel ,, giorno della Eſaltazione di Santa ,, Croce, ſi canterà da Muſici il ,, *Veni Creator Spiritus*, mentre il ,, Sacerdote per queſta Funzione e- ,, letto, in abito ſolenne porteraſſi ,, co' Miniſtri all' Altare, per bene- ,, dire le Croci, ove giunto dirà

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda Fidelium, & tui Amoris in eis ignem accende.

℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*

℟. *Et renovabis faciem terræ.*

℣. *Domine exaudi Orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus Vobiſcum.*

℟. *Et cum Spiritu tuo.*

O R E M U S.

D*Eus qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum &c.*

,, Saranno poi preſentate ſull' Altare le ,, Croci da benedirſi dal Sacerdote, ,, il quale avendole prima aſperſe ,, con l' Acqua Santa, dirà le ſe- ,, guenti Orazioni.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit Cœlum, & Terram.*

O R E M U S.

E*Xaudi quæſumus Domine preces noſtras, & ſuper has Cruces, quibus famulæ tuæ & ornari deſiderant, & muniri, Majeſtatis tuæ dexteræ benedictionem miſericorditer imperti-*

ri di-

vi digneris, ut hoc Sanctiſſimo Signo cuſtoditæ viſibiles, & inviſibiles inimicos ad Jeſu Chriſti Domini noſtri Paſſionis gloriam vincere poſſint, & valeant: Per eundem Dominum &c.
℣. *Salvos fac Servos tuos.*
℟. *Deus meus ſperantes in te.*
℣. *Domine exaudi Orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum Spiritu tuo.*

OREMUS.

Domine Jeſu Chriſte, qui ad fidelium protectionem ſanctiſſ. Crucis Signum in terris relinquere voluiſti, clementiam tuam ſuppliciter exoramus, ut hæ famulæ tuæ, quæ eodem ſalutifero ſigno ornantur, & muniuntur, quemadmodum Crucem tuam viſibiliter geſtant in pectore, ita bonis operibus inviſibiliter gerant in corde. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

„ Finita la Benedizione delle Croci, ſi „ metterà il Sacerdote a ſedere, e „ la Dama, che dourà eſſere aggre„ gata, accompagnata dalle due de„ putate, innanzi a Lui ſi porrà gi„ nocchioni, ed il Sacerdote le por„ gerà la Croce benedetta, dicendo

Accipe ſignum Crucis, Lignum vitale, Scutum magni Regis, Sacramentum Redemptionis, Remedium immortalitatis, Lignum ſalutare, Munimentum præſentis, & Pignus æternæ ſalutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti
℟. *Amen.*

„ E la Dama aggregata la riceverà di„ votamente, e volta alla Reliquia „ miracoloſa eſpoſta ſu l' Altare, „ con voce ſommeſſa dirà

Ave Crux benedicta, ſanguine plena, Dominus tecum.
Benedicta tu inter arbores, & benedictus fructus, qui in te pependit Dominus meus Jeſus.
Sancta Crux, eſto mihi adiutrix, nunc, & in hora mortis meæ. Amen.

Indulgenze conceſſe dalla Santità di N. S. Clemente IX.
Alla Radunanza delle Crociere.

I. „ NEl primo giorno, che ſono „ aggregate nella Radunanza, „ conſeguiſcono Indulgenza Plena„ ria, ſe pentite de' loro Peccati, ri„ cevono il Santiſſimo Sacramento.

II. „ Ciaſcheduna delle Aggregate, che „ in articolo di Morte pentita de' „ ſuoi Peccati, e confeſſata, e co„ municata, o non ſi potendo con„ feſſare, o comunicare, contri„ ta invocherà, ſe non con la boc„ ca, col cuore divotamente il no„ me Santiſſimo di Gesù, conſegui„ rà Plenaria Indulgenza, e remiſ„ ſione de' ſuoi Peccati.

III. „ Le Principeſſe nate di Caſa d' Au„ ſtria, o in eſſa maritate, che ſaran„ no incorporate in queſta Radunan„ za, una volta la ſettimana, in „ quel giorno, che ſarà loro in pia„ cere, confeſſandoſi, e comunican„ doſi, e pregando per la Pace, e „ Concordia fra Principi Criſtiani, „ per l' eſtirpazione dell' Ereſie, e „ per l' eſaltazione di Santa Madre „ Chieſa, conſeguiranno Indulgenza „ Plenaria.

IV. „ Tutte le Aggregate cinque volte „ l' anno in que' cinque giorni, che „ ſaranno loro di maggior ſoddisfa„ zione a beneplacito, confeſſandoſi, „ e comunicandoſi, e pregando co„ me di ſopra, conſeguiranno Indul„ genza Plenaria: e ſaria bene, che „ lo faceſſero ad onore della Santa

„ Croce, e della Paſſione, e Morte
„ di Noſtro Signore ne' primi cin-
„ que Venerdì di Marzo, in uno
„ de' quali il Salvatore fu Croce-
„ fiſſo.

V. „ A ciaſcheduna delle Aggregate
„ ogni qualunque volta eſerciterà
„ qualche opera di carità, o pietà
„ Criſtiana, vengono rilaſciate in forma ſolita della Chieſa, cento
„ giorni delle ingiunte, o in qualunque modo dovute Penitenze.

VI. „ Ad ogni fedel Criſtiano dell'
„ uno, e dell'altro ſeſſo ſi concede
„ Plenaria Indulgenza, ſe nelle Feſte dell'Invenzione, e della Eſaltazione della Santa Croce confeſſato, e comunicato viſiterà la Chieſa, o Cappella, in cui ſi conſerva
„ la miracoloſa Reliquia del Legno
„ della Santa Croce, da' primi Veſpri, fino al tramontar del ſole di
„ eſſe Feſte; ed ivi farà Orazione per la Pace, e Concordia de' Principi Criſtiani, per la eſtirpazione dell'Ereſie, e per la eſaltazione
„ della Santa Madre Chieſa.

Amalia Willhelmina Dei Gratia Romanorum Imperatrix, Hungariæ, & Bohemię Regina, Archi-dux Auſtriæ, nata Dux Brunſvigæ, & Luneburgi.

C.

„ Reverendo in Chriſto Patri Jo. Baptiſtæ ex Comitibus Orſi
„ Epiſcopo Cęſenati ſalutem, ac Benevolentiæ Noſtræ affectum. Reverende in Chriſto Pater: Ad ampliandum Dei ter optimi maximi
„ Honorem, & Gloriam, congruum
„ arbitramur ſingulis Benignitatem
„ Noſtram implorantibus, qui meritis, ac Virtutum laudibus excellunt benignum prębere aſſenſum.
„ Cum igitur Devota nobis Dilecta
„ Maria Tereſia Comitiſſa de Roverella nata de Toſchi Sacratiſſimæ Crucis Stellatæ Ordini inſeri flagrantiſſime deſiderans, Nobis tanquam Ordinis hujus pro tempore Protectrici hanc Gratiam humillimis
„ precibus ſupplicaverit; Paternitatem Veſtram benigne requirimus,
„ ut juxta conſuetum Ordinis hujus
„ ritum in libelli hunc in finem Typis excuſſi Folio 71. deſignatum,
„ obſervatis Cæremoniis ſolitis, Sacratiſſimæ Crucis Symbolo prædictam Comitiſſam in ſiniſtra Pectoris parte ſolemniter inſignire
„ velit, in hoc veluti pergratum Nobis opus fecerit, ita Benevolentia
„ Noſtra Cæſarea manemus addictę.
„ Dabantur Viennæ die 14. Menſis Septembris 1734. Amalia.

Sacrę Cæſareę, & Catholicę Majeſtati D. Amalię Wilbelminæ Dei Gratia Romanorum Imperatricis, Hungariæ & Bohemiæ Reginæ, Archi Ducis Auſtriæ, Natæ Ducis Brunſvigæ & Luneburgi.

„ Divinæ Benignitati refero acceptum, quod quæ Sacræ Venerę Cæſareæ, & Catholicę Majeſtati placuit imperare Epiſcopo,
„ qui ante Me hanc Cęſenatem rexit Eccleſiam, ea ut ipſe exequerer, Veſtræque Sacræ, & Cæſareæ
„ Catholicæ Majeſtatis mandatis venerabundus obedirem, mihi ſorte
„ obtigerit. Etenim quo tempore
„ ad Epiſcopum illum litteræ pervenerunt, Ipſe ob infirmam nimium valetudinem, Epiſcopatum
„ dimiſerat; in cujus locum Me
„ deinde Summus Pontifex Clemens
„ XII. licet indignum ſuffecit, & Romam ab Urbe Forolivii Patria
„ mea profectum, Sacris rite peractis,
„ creavit Epiſcopum. Novæ hujuſce

meæ

„ meæ Conſecrationis cauſa factum „ eſt, ut nonniſi nunc tandem No„ bilis Matrona Comitiſſa Maria„ Tereſia de Roverella nata de Toſ„ chi juſſu, ac mandato Sacrę Ve„ ſtrę Ceſareæ, & Catholicę Maje„ ſtatis præſentare mihi potuerit. „ Hæc ipſe ubi ſumma, qua debet „ veneratione accepi, ſtatim adieci „ animum, ut illis obtemperarem. „ Itaque in dicto die *Inventionis* „ *Sanctæ Crucis ſacro*, quo ſcilicet „ die Diva Helena eo Imperiali „ ſplendore fulgens, quo nunc ful„ get Sacra Veſtra Cæſarea, & Ca„ tholica Majeſtas, Sanctę Crucis Li„ gnum ſanctiſſime reperiit, in hac „ mea Cathedrali Eccleſia, ſolemni „ Pompa pręſcriptiſque Cæremoniis „ Nobilem Matronam Cruce ei con„ ceſſa a Sacra Veſtra Cæſarea, & „ Catholica Majeſtate, & ſecundum „ ejuſdem Majeſtatis præceptum, & „ normam mihi imperatam, inſignivi: „ confluentibus in Templum om„ nibus hujus Urbis Ordinibus; in „ primis Patriciis, ac Nobilibus, „ qui hoc tam eximio honore non „ modo Nobilem Matronam illam, „ ſed univerſam etiam Civitatem a „ Sacra Veſtra Cęſarea, & Catholi„ ca Majeſtate condecorari intellige„ bant, & ſibi ipſis gratulabantur. „ Hæc habui, quæ Sacrę Veſtræ Cæ„ ſareę, & Catholicæ Majeſtati hu„ millime ſignificarem, ut Me „ promptiſſimum Mandatis ſuis exe„ quendis, ac paratiſſimum agnoſce„ re dignaretur. Cui a Deo Optimo „ Maximo fauſta, felicia opto, ac pre„ cari nunquam deſinam.

S. V. Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis, Cęſenæ Nonis Maii 1735.

Hum. Dev. et Oblig. Famulus
Guido Epiſcopus Cæſenas.

*Allocutio Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Domini Guidonis ex Co*E. *mitibus Urſellis, Patricii Forolivienſis, ac Epiſcopi Cęſenatenſis habita in actu Aggregationis Nobilis Matronæ Marię Tereſiæ Comitiſſæ de Roverella, natæ de Toſchis, Patriciæ Cæſenatenſis.*

„ Avete o nobiliſſima Dama ful „ petto la trionfale Inſegna, in „ cui riſplende, ed in cui dipende „ *Salus*, & *Gloria*.
„ Inſegna, Dono di quell' auguſta Prin„ cipeſſa, che tiene coronato il Ca„ pò col più luminoſo Diadema „ del Criſtianeſimo.
„ Vedranno tutti la bella marca di o„ nore, l' autentica teſtimonianza „ del voſtro merito, che augmenta „ il luſtro a queſta Patria.
„ Spera queſta Città, che con le vo„ ſtre prerogative, e con le virtù „ voſtre, e col voſtro religioſo ze„ lo ſi vedrà accreſciuta nell' al„ tre Dame la venerazione alla San„ tiſſima Croce, e per opera voſtra, „ e voſtra divota ſollecitudine, ſi „ propagherà maggiormente nell' al„ tre tutte l' amore alla Croce, „ dalla quale proviene la ſalute, e la „ vera gloria: *Salus*, & *Gloria*; ri„ petendo quì il detto del glorioſo „ noſtro Santo comprovinciale, e „ dottiſſimo Cardinale di Santa Chie„ ſa San Pier Damiano, che ineren„ do al ſentimento del Lemma glo„ rioſo nelle riferite parole della No„ biliſſima voſtra Inſegna, recopilò „ gli Encomj della Santa Croce, e „ con Muſa devota laſciò ſcritto

Lux, *Honor*, *Imperium*, *Laus*, *Gloria Doxa per ævum*.
Sit tibi Trine Deus, *Lux*, *Honor*, *Imperium*.
Unica Spes Hominum Crux, *o venerabile*

rabile Signum :
Omnibus eſto Salus , Unica Spes Hominum .

„ Siccome certiſſimo è, che nella Pietà, e Religione conſiſte il vero pregio, e diſtintivo delle vere Dame voſtre pari, ed è la gioja primaria, che le rende adorne, e pretioſe.

Nos Dei Gratia Eliſabetha Chriſtina F. Romanorum Imperatrix , Germaniæ , Hiſpaniæ , Hungariæ , & Bohemiæ Regina , Archidux Auſtriæ , nata Dux Brunſvigæ , & Guelpherbyti &c. &c. Hiſce devotæ Nobis Dilectæ Lucianæ Comitiſſæ de Torelli , natæ Marchiſiæ de Paulucci .

„ Clementiſſime ſignificamus, quod Nos ad propagandam devotionem erga nobiliſſimum Deoque gratum Ordinem ſub STELLATÆ CRUCIS Titulo inſtitutum, tanquam hujus PRÆSES, Crucem Benedictam, Regulas, Litteraſque has patentes Cæſarea Munificentia eo fine eidem elargiri ſtatuerimus, ut ad Majorem ſacratæ Crucis Honorem Ordinis hujus Statuta, Regulaſque Typis hunc in finem jam excuſſas integre, exacteque obſervare, Crucemque tranſmiſſam in ſiniſtra pectoris parte conſtanter deferre ſciat; Illique exinde CRUCIGERAM, ſeu Dominam de CRUCE STELLATA ſe ſe vocare, ſcribereque conceſſum ſit. Quod ſi vero mors eandem e vita eriperet, proximos eidem ſanguine junctos admonitos clementiſſime volumus, ut & cum Patentibus hiſce Litteris Ordinis Crucem a Nobis clementiſſime conceſſam quam primum deſignato Ordinis Noſtri Secretario citò citius, & quidem intra Menſis ſpatium remittant, ut pro defuncta anima ſolita Sacrificia conſuetis Ordinis Noſtri Cæremoniis fieri quam citiſſime queant, quod totum ad majorem SS. Crucis honorem, & gloriam cedat.

Dabantur Viennæ die 3. Menſis Maii Anno 1746.

ELISABETHA

Locus Crucis Stellatæ

Ad Mandatum Sereniſſimæ Dominæ Imperatricis proprium.
Theodorus de Pegez Secret.

Oratio habita in Funere Illuſtriſſimi G. Domini Marchionis Antonii Torelli.

Quamquam mihi ſemper conſpectus veſter, Auditores ornatiſſimi, incredibilem, ac pene ſingularem animi jucunditatem attulit, ipſumque, ac vires ad dicendum accomodatas ſubminiſtravit; hodie tamen cum vos triſti ſilentio, inſolitaque mœſtitia in me defixos videam; cumque mihi ampliſſimum Templum hoc lugubri apparatu obductum, & (proh juſtiſſima doloris cauſa!) nobiliſſimi concivis noſtri Marchionis Antonii Torelli cadaver medias inter innumeras ardentes faces elatum intueri datum ſit, nova mentis commotione affectus, viribus concido; nec *Magnum Pharmacum illud, quod ab iis qui eodem dolore affecti ſunt porrigitur*, ut aiebat Nazianzenus, opem ullam ſuppeditare valet, imo altius dolor cordi inſidet, & recrudeſcit; ſicque in hac communi triſtitiæ cauſa lacrymis

(a) Orat. in laud. Cæſar.

mis veſtris ſingultus meos potius addere quam loqui non detrectarem. At opprimar ante licet mœroris pondere, quam a propoſito deſiſtam: publica Oratione, rudi quamvis, & pene extemporanea, veraciori proinde, præſtantiſſimum Defunctum, modeſtiſſimiſque ejus exuvias parentabo: potentiſſime enim ad hoc impellit, non tam erga hunc, quam erga digniſſimum ejus Germanum Fratrem, amantiſſimum Paſtorem noſtrum Thomam grati animi ſenſus, ſi huic, ferme dixerim, ab incunabulis, pro collatis beneficiis me adſtrictum, devinctumque profiteor. Nec diutius præ temporis anguſtia vos morabor, Auditores humaniſſimi: eſſet protecto afflictionem afflictis addere, ſi a præſtituta brevitate deficerem; quare non de cunctis, quibus illuſtris Defunctus ornatus erat virtutibus, ſermo inſtituendus eſt: arduam nimis ac prorſus impoſsibilem provinciam aſſumerem; unam tantummodo ſeligere placuit, quam vobis ſuſpiciendam admirandamque propono, Humilitatem nempe, quæ fundamentum, radix, mater, & aliarum virtutum Regina jure optimo appellatur.

Divus Bernardus de excellisſimæ hujus virtutis gradibus agens, tripartitam illi in homine ſedem conſtituit; aſſerens: (a) *Eſt virtus humilitatis in corde, ſpecies humilitatis in ore, labor humilitatis in opere.* Et quod tripiici hoc funiculo Marchio Antonius primariam hanc virtutem ſibi devinxerit, diſpiciendum eſt.

Pro Gente Torellia ſemper mihi viſum fuit Lemma hoc peculiare ſtetiſſe: [b] Gens eſt *Dives opum, ſtudiiſque aſperrima belli*, & pietate nitens.

Has enim ſplendidas dotes pietatem, ſcientiaſque, generoſam nobilitatem, opulentiam, in armis ſtrenuitatem, proprium gentilitium Torellorum ſtemma ex alba, ſeu argentea Cruce, avreo, erectoque Tauro coruſcans aperto portendit: Pietas, imo Sanctitas quam mirabiliter in (a) *Beato Torello*, ac *venerabilibus* (b) *Hieronymo*, & *Thoma* ex Cappuccinorum Familia, veræ humilitatis ſectatoribus emicat, quorum egregia geſta nemo eſt qui ignoret, ſi doctiſſimorum ſcriptorum calamo exarata, ac typis tradita legantur. Nec ſilentio prætereunda (c) *Paula Maria* in ſæculo Ludovica Guaſtallæ Comitiſſa, rerum mundanarum deſpectu clariſsima; erogato namque in pauperes conſpicuo patrimonio, venditoque Gvaſtallæ Feudo, licet ægerrime ferente Familia Torella, ne Dynaſtia ſcinderetur, mundo penitus crucifixa, Mediolani fundavit inſigne S. Pauli Cœnobium ſub Regula Divi Auguſtini, ac regium Collegium Guaſtallæ appellatum, ubi quam plures Torellorum Fœminæ virtutibus claruerunt, & ipſa ſancto fine quievit.

Virorum, ſeu Heroum forita facta, & quorum Familiæ diffuſæ ſunt, ac extenſæ non tam Forolivii, ſed Parmæ, Mantuæ, Papiæ, Fani, Cæſenæ, Bononiæ, Neapolis, & in Civitate Vigilienſi, adeo patent, & in immenſum horum ſeries excrevit, ut Italiæ fines prætergrediens, per diſſitum, & qua late patet Poloniæ Regnum ſe extenderit.

Antonius apprime noſcens, quod clara hæc monumenta homines pluſquam decet extollunt: (d) *Diſponens*

(a) De duodecim gradib. humilit. Et D. Thom. 2. 2. quæſt. 161. art. 6.
(b) Ex Æneid. 1.

(a) P. Jac. Bellogradus S. I. in vita. (b) P. Julius Lorenicus S. I. in vita P. Hieronymi. (c) P. Roſignolus S. I. in vita. (d) Pſ. 38. *in huc*

in hac valle lacrymarum aſcenſiones humilitatis in corde ſuo, hæc nunquam commemorabat, nec quod a quoquam de iis in longum deduceretur ſermo patiebatur, quem plerique in contraria ruentes, & in ideatis Atavorum imaginibus turgeſcentes, uſque ad nauſeam protrahere contendunt: e converſo frequens erat de Torello, de Hieronymo, & de aliis colloquium, ac de iſtorum virtutibus diſſerentes lubenti animo audiebat; qua de re Beatum recenti, conſpicuaque Ara voluit decoratum, quodque, ſolemni feſtoque die inſtituto, quotannis panegyrica Oratione, conventuque Philergitarum Accademię inclyta ejus memoria recoleretur. Verumenimvero cum

(a) *Segnius irritent animos demiſſa per aures*,

Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus: Inquirendum eſt, an Marchionis Antonii virtutem humilitatis in corde quoquomodo labefactare potuerint domeſtica incitamenta, nempe dignitatum copia, glorioſiſſimorum hominum in omni diſciplinarum genere præſtantia? Ipſe enim duorum Antiſtitum germanus frater erat, quorum primus prælaudatus Thomas hujus noſtræ Urbis Epiſcopus, & ſolio Pontificio Aſſiſtens, vigilantia, juſtitia, una cum regiminis ſuavitate nemini ſecundus, cujus ingenii vis quidquid ſcientiarum eſt, tam acriter pervadit, ut mirum ſit res tam multiplices, tam varias, unius hominis intelligentia contineri poſſe, quod ipſius Volumina de Ordinibus Equeſtribus, & Militaribus, quæ ſub pręlo ſunt, & propediem edenda, abunde teſtabuntur: alter erat claræ recordationis Coſmus, Thomæ natura, virtutibus, ac dignitate vere germanus frater, qui Camertium Tiara præfulgens in Epiſcoporum aſſiſtentium numero, & inter Patres in Concilio Romano ſub Sanctæ memoriæ Benedicto XIII. convocato relatus, ſumma probitatis, ac integritatis commendatione urbem illam, ac peramplam Diœceſim decem & octo annorum ſpatio fœliciter gubernavit. His addendi ſunt alii tres Antonii germani Fratres, Guido e Societate Jeſu presbyter, quem antedictus Thomas, meritorum æquiſſimus judex, in Theologum ſibi adſcivit; & quantum polleat in Philoſophicis, ac Theologicis facultatibus, ſufficit eum diſputantem, ſeu conſulentem, aut legentem audire. Huic iungitur Silvius Oratorii S. Philippi Nerii Sacerdos, qui ob demiſſionem, & ſui contemptum, ac illibatam vivendi rationem in ævum commendabitur, Rubricarum cognitione, & Sacrorum Rituum intelligentia nemini comparandus, ſuæ Congregationi tali benevolentiæ nexu adſtrictus, ut Eccleſiaſticis dignitatibus ſponte abdicatis, inter amantiſſimorum ejuſdem Congregationis Patrum amplexus in Domino obdormire maluerit. Quarto loco refertur claræ itidem memoriæ Titus Silvius Caſtriſalcini Comes: Hic vivens meruit ut nuncuparetur [a] *Pomponius redivivus*, unumque hoc prę cunctis de iſto perpendatur elogium, quandoquidem quiſnam fuerit Pomponius Torellus, neminem eruditorum latere poteſt.

In conſpectu autem iſtorum quomodo Antonius ſe gerebat?

(b) *Velut rupes vaſtum quæ prodit in ęquor*,

Obvia

(a) Horat. in arte.

(a) Paulut. Differt. 110. Artic. 1. n. 14.
(b) Æneid. 10.

Obvia ventorum furiis, expoſtaque ponto,
Ipſa immota manet.

Sic ipſe, ſibi ſemper ſimilis, & conſtans in humilitate, nequaquam altius ſe attollens (utinam ne multorum eſſet) ventoſę contemptor gloriæ, nihil ſibi niſi juxta rectæ rationis dictamen arrogabat: & nil mirum, ſi quod etiam intrinſecus poſſidebat, proprias nimirum ſingulares corporis animique dotes, nullo in pretio haberet.

Adhuc adoleſcens in Bononienſi nobilium Collegio locatus, ob morum ſimilitudinem, amicitiam, ac familiaritatem nanciſci promeruit nobiliſſimi Juvenis (a) *Caroli Rezzonici*, qui nunc, propriis ſuffragantibus meritis, Sacro Purpuratorum cœtui adſcriptus, Patavinam Eccleſiam ſapientiſſime moderatur. Inibi Antonius adeo in Scientiis ſibi comparandis ſtrenuam navavit operam, ut laurea doctorali redimitus, Canonum, legumque peritiam aſſecutus fuerit, & eruditione Academicos inter eminuerit; omni proinde liberali doctrina expolitus, in equeſtri potiſſimum diſciplina, & digladiandi arte ſe exercens, quippe qui ſano, lacertoſoque corpore, & athletico quaſi robore præditus, principem locum commendabili in hac arte, in qua ambidexter certabat, facile ſibi comparavit; nequaquam abſimilis magnanimo ſuo Agnato Adriano Torello, quem celebris hiſtoriographus (b) *Virum nobilem, manuque promptum* nominando, ac præclarum ejus facinus referendo, ejuſdem pariter nomen immortalitati commendavit. Noſter tamen Marchio licet tot ſcientiis, & artibus inſtructiſſimus, diuturna tamen actuum humilitatis aſſuetudine ita ſe continebat, ac ſi eaſdem ne a limine quidem ſalutaſſet, ſciens quod (a) *Chriſtianæ ſapientiæ diſciplina, non in abundantia verbi, neque in appetitu laudis, & gloriæ, ſed in vera, & voluntaria humilitate conſiſtit*; quod ignorantes plerique, qui artes, ſcientiaſque vix ſummis labiis deguſtarunt, de qualibet facultate (o arrogantiam intolerabilem) effutire non erubeſcunt.

Itaque ex inſita virtute humilitatis in corde, nemo inficias ibit, quod non profluat ſpecies humilitatis in ore. [b] *Appone cor*, clamat Sapiens, *ad doctrinam meam, quę pulchra erit tibi, cum ſervaveris eam in ventre tuo, redundabit in labiis tuis*, & revera redundavit in Antonio non, niſi de ſe humiliter ſentiente, & loquente. Hinc nullum in eo ſupercilium, ſed proprio quodam lepore aſperſa comitas, & modeſtia, conſiſtens [c] *In parce, & rationabiliter loquendo*, quæ gratior ad omnes in iis accidit, in quibus non inopis animi teſtimonium eſt, ſed virtutum operimentum maximarum; hinc incomparabilis ejus benignitas, & manſuetudo; hinc non tam inter pares, quam erga inferiores officioſitas, & præcipua in Religioſos, & Religioſas familias, quas non veneratione tantum, ſed omni liberalitatis genere complexabatur; hinc (d) *Verbum dulce multiplicans amicos, & mitigans inimicos*, quo cunctos tali humanitate ſibi devinciebat, ut non tantum inſervientium diſſidia, vel ſolo

(a) P. Bellogradus in Epiſt. nuncupat. ad Vitam B. Torelli. (b) P. Famian. Strada de Bello Belgico Decad. prima lib. 9., & refert alleg. P. Roſignolus in Vit. Paulæ Torellæ par. 1.

(a) S. Leo Serm. 7. de Epiphan. (b) Proverb. 22. 18. (c) Ex D. Thoma ſupra allegat. (d) Eccleſiaſtic. 6. 5.

lo aſpectu, vel unico verbo compeſceret, verum etiam exterorum controverſias facili negotio dirimebat; Hinc tandem nulla jactantia, imo nulla penitus elationis demonſtratio ex ampliſſimo Marchionatus Diplomate, quo potentiſſimus Poloniæ Rex Auguſtus III. ipſum, licet jam Caſtrifalcini Comitem, ejuſque poſteros diſtinxit, in quo tot inter præconia eminet illud, quod Gens Torella Polonici Regni (a) *Reſtauratrix* extiterit; ipſe tamen nil ſibi tribuens, totum omnium bonorum Datori, & Regiæ munificentiæ adjudicabat. Et cuinam ſpectabile non videatur hominem verticem honorum attingentem, ab eo tamen nihil unquam arroganter dictum, nec quemquam indignius acceptum? cum de cœtero tam facile ſubrepat in animo tacita quædam de nobis glorioſa opinio, quam verbis prodere aliorum depreſſione aliquoties compellimur.

Plura equidem Auditores, & eximia adduximus altiſſimum humilitatis gradum attingentia; verum nulla, aut modica de iis habenda eſſet ratio, niſi virtuti humilitatis in corde, & in ore, labor humilitatis in opere ſociaretur. Quamobrem operæ pretium eſt, ut ad laborioſam, ita dixerim, ejus humilitatem in operibus ſiſtentem, tranſeamus. Cælibem traducere vitam ſtatuerat Antonius; propterea Eccleſiaſticæ adſcriptus militiæ, inter Cathedralis Canonicos, ſanguinis claritate diſtinctos, cooptatus fuit, ubi perquam diligentiſſime ſuo fungebatur officio, Divinis pſalmodiis intereſſendo, publicas ſupplicationes comitando, Eccleſiaſticas functiones ſibi impoſitas non detrectando: quando mors invida rapiens ipſo in flore juventæ Sebaſtianum Nicolaum Silvium antedicti Comitis Titi filium, jam Equeſtri Cruce Religionis S. Stephani Papæ, & Martyris, ac Foroliviì Bajulivatu antea non erecto, condecoratum, qui amantiſſimi genitoris pars, & dimidium animæ erat, Patruorum dulce levamen, unica Torellæ ſtirpis ſpes; Illico in Antonium non tam fratres, & ſanguine conjuncti, quam univerſa civitas oculos convertit, adhortando, obſecrandoque, ut nuptias inire vellet: & ecce ingens labor humilitatis in opere. Antonius, qui ſicuti forti animo Sebaſtiani mortem tulerat (a) *Vir humilis tanquam vere magnanimus non extollitur in proſperis, nec frangitur in adverſis*, ita nunc proprium velle abnegans, votis annuit, & Deo Optimo, Maximo benedicente, Sponſa ſibi ſimilis virtute reperta eſt, nempe Marchioniſſa Maria Luciana, Marchionis Coſmi Paulucci filia, ac Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Cardinalis Camilli ex eodem fratre nepos, Matrona nobilitate, corporis, animique dotibus ter illuſtris; quapropter Antonius aliam vivendi methodum aſſumens, juges humilitatis labores in opere exercuit.

Poterat ipſe in laicali ſtatu conſtitutus concivium magnatum, amicorumque ædes frequentare, ludo indulgere, conviviis intereſſe, & tanquam vir potens (b) *Cathedram ſibi in plateis parare*. Verum non hæc Antonius: Domi ut plurimum ſe continebat, ubi (c) *Vir ſapiens ſe ipſo contentus, quia ſibi ipſe ſufficit*, ibi tamen operarios toto anni curriculo conductos habebat, ut mercede prompte

(a) Ex Diplom. ſub dat. Dreſdæ in Saxonia 13. Julii 1747.

(a) Chryſoſt. ſuper Epiſt. ad Cor. hom. 1. (b) Job 29. 7. (c) Senec. Epiſt. 9.

pte tradita eorum familias ſublevaret, ibi ſingulis ferme diebus circumſpiciebatur tanta confluens egenorum turba, ut vaſtiſſimum ejus Palatii atrium repleretur, quam hilari, lætoque vultu excipiebat, cunctoſque ſolito ſolabatur ſubſidio: imo nudos cooperiendo, jucundum præbebat ſpectaculum quamplures Mendicantes puerulos obvios habere, Divorum Vincentii Ferrerii, & Aloyſii Gonzagę habitu ſtatis anni temporibus ab eodem clanculum indutos, eoſque inſignia ſuę, licet ignotæ pietatis, per Urbem hanc deferentes videre: nec hoc ſatis; noctu, & in tenebris, ut (a) *Neſciret ſiniſtra quid faceret dextera*, ipſorum domos adibat, & ſtipem, atque alimonię neceſſaria Viduis, Orphanis, Virginibus derelictis, & mendicare erubeſcentibus porrigebat; ita ſępe nec cogitantibus opitulabatur: cujus largitatis ne gratias quidem haberi ſibi permittebat ab iis, quibus profuerat, ne beneficii commemoratione inopiæ memoriam refricare videretur: & quoniam Charitas diffundi petit, non coarctari, Eleemoſynas illius enarrabant quoque Animæ luſtralibus flammis detentæ, quas non tantum precibus, & quotidiano Sacrificio in Sacello proprii Palatii habito ſublevabat, ſed plures Sacerdotes pro earundem expiatione, quod alibi cœleſtem immolarent hoſtiam aſſiduo curabat: poterat [& hoc admodum infrequens] (b) *Sedere cum Patriæ Senatoribus*, & primaria honorificentiora munera obire; ſed neminem ſane opinor tam cupide honores quęſiſſe, quam ille refugeret: ne ad hos ampliſſimos gradus aſcendere cogeretur, immunitatem, exemptionemque à Principe impetravit: poterat, dubio procul, famulorum ſatellitio ſtipatum incedere, unico tamen contentus, nec hunc ut ſibi inſerviret in parandis, induendis, ac deponendis veſtibus admittebat. Oh Virum in laboribus humilitatis indefeſſum!

Aſſurget ad hæc quiſpiam, non ex vobis Auditores prudentiſſimi, dicetque: nonne Marchio Antonius incedebat pretioſiſſimis, auroque diſtinctis ornatus indumentis? nonne amplas, magnificeque inſtructas habitabat ædes? nonne ſplendidis utebatur curribus, & equis? quomodo hæc cum operum humilitate compatiuntur? Sileat vulgus ignarum, cui penitiores humilitatis artes haud inoteſcunt. Monet Dominus Apoſtolos, ut [a] *Caput ungant, & faciem lavent, ne videantur jejunantes.* Hoc præ oculis habens Antonius, ultra quamquod ſic exigebat magnatitia ejus qualitas, & gradus, ne coram hominibus ſingularis, & affectatæ humilitatis captator appareret, his (b) *Utebatur, ſed tanquam non utens, nec cor apponens*, quemadmodum non apponebat in affluentia divitiarum, in latifundiorum copiā, in amplitudine honorum, in quo verus humilitatis ſpiritus conſiſtit, interque ſublimiores illius virtutis actus numeratur.

Et ecce quomodo viator excelſiſſimam hanc virtutem ſibi comparare potuerit: non eſt autem cur ſtupore afficiamur (& ad exitum feſtinat oratio) ſi perpenderimus Marchionem Antonium fuiſſe filium Sebaſtiani Torelli, ex Comit. Caſtrifalcini, qui inter nobiles Aulicos Regiæ Celſitudinis Magni Ætruriæ Ducis, Ducis Man-

Nnnnn tuę

(a) Prover. 31. 23.

(a) Matth. 6. 17. Pſalm. 61. 11.

(b) Corinth. p. 31. 7

tuæ adſcriptus, ob judicii maturitatem, morum gravitatem, probitatemque, ejus memoriam nunquam edax vetuſtas abolebit. Hic [a] *poſt aurum non abiens, nec ſperans in pecunia, & theſauris*, quantumvis ei eſſent (b] *Filii tanquam novellę olivarum in circuitu menſæ*, quos probis moribus etiam diligentiſſime imbuerat Antonia ex Comitibus de Saxis eorum optima Genitrix, religione, & pietate ſpectabilis (c) *Et verus perfecti connubialis amoris typus*, eoſque videret ad ſupremos dignitatum gradus evectos, tanta ſemper animi moderatione uſus fuit, ut poſt fœlicem ejus obitum, Urbs noſtra conſpicuas inter virtutes, (d) *Evangelicam ejus humilitatem* depredicaret. Reliquum eſt ergo, Auditores, ut nos in ſpem erigentes, e triſtitia emergamus; quoniam ſi teſte Chryſoſtomo (e) *Humilitas eſt principium beatitudinis, & Pauperum ſpiritu eſt regnum Cœlorum*: Marchio Antonius, pie credendum eſt, hoc jam eſt aſſecutus a Patre illo cœleſti, qui (f) *Reſpicit in Orationem humilium, eoſque exaltat*. Proinde *Quiſquis ſecum cogitare, & cum aliis ſerio commentari debet, non vitam longiſſimam eſſe optimam, ſed quæ virtute maxime adminiſtratur: neque enim qui plurimum fidibus cecinit, aut oravit, aut naves gubernavit in laude eſt, ſed qui optime iſta fecerit; nam pulchritudo non in temporis longitudine, ſed in virtute, & tempeſtiva moderatione collocanda eſt*: Sic Plutarcus conſolando Apollonium.

(a) Eccleſiaſtic. 31. 7. (b) Pſalm. 127. 3. (c) Paulut. in Epiſt. Hiſtorica ejus obit. poſt. Differt. 112. n. 93. fol. 348. (d) Paulut. in Epiſt. hiſtorica ſupradict. Differt fol. 345. (e) Sup. Io. hom. 33. Matth. 5. 3. (f) Pſal. 101. 18.

Et ſi nihilominus torqueamur, quod ex procera, & nobiliſſima hac arbore ramus tam conſpicuus abſciſſus ſit, eſt etiam cur lętemur

[a) *Uno avulſo non deficit alter*
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

(b] *Mortuus eſt Antonius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe*; Filium reliquit ex prelaudata Marchioniſſa Maria Luciana Silvium Aloyſium Sebaſtianum, magnæ ſpei adoleſcentulum, qui vivido a natura inſtructus ingenio, optimæ educationis ope [c) *Ibit de virtute in virtutem*, unico verbo Patrem referet; & ſicuti in Torellorum familia

[d] *Per faſces numerantur Avi, ſemperque renata*
Nobilitate virent; ſic Prolem fata ſequantur
Continua ſimili ſervantia lege tenorem.

Hęc non tantum ad illuſtriſſimæ hujus Stirpis perennitatem, verum etiam ad Patrię noſtræ decus, & ornamentum ſit communium ſumma votorum.

(a) Æneid. 6. (b) Eccl. 30. 4. (c) Pſal. 83. 8. (d) Claud. de Probini, & Olybrii Conſul.

DISCURSUS LXXXII.

C Y C N I

ARGUMENTUM

Adducuntur in præſenti Diſcurſu omnes Scriptorum Narrationes circa Inſtitutionem hujus Equeſtris Militaris Ordinis, quæ Narrationes inſerviunt pro dilucidatione Summarii.

Summarium eſt ut ſequitur.

1. *Hunc Ordinem eſſe fabuloſum ajunt Auctores.*

Brabo

2. *Brabo fuit Inſtitutor Ordinis, & quomodo?*
3. *Inſtitutionis tempus non apponunt Auctores.*
4. *Quis fuerit Brabo?* & n. 5.
6. *Nupſit Suanæ, & quomodo Brabo?*
7. *Quæ loca acceperit in dotem?*
8. *Brabantis Provinciæ nomen a quo procedat.*
9. *Sub anno 500. fuiſſe inſtitutum Ordinem.*
10. *Alia narratio inſtitutionis.*
11. *De Ordine Ciconiæ qui agant*, & n. 12., & 15.
13. *Hæredes Domus Clivenſis prætenſionem habent ſuper d. Ordine*, & n. 11.
16. *Figura Teſſeræ apud quem habeatur?*
17. *Figura Equitis penes quem adſit?*
18. *Laudatur Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Bolognettus.*

DISCURSUS LXXXII.

CYCNI

De hoc Ordine Auctores agentes, tam quoad illius Inſtitutionem, quam quoad tempus Inſtitutionis, nomenque Inſtitutoris, adeo obſcure ac confuſe ſcripſerunt, ut impoſſibile pene videatur hiſtoricam ſeriem dilucide texere.

Nos igitur ea omnia hic referemus, quæ ſcripta reliquerunt ipſimet Scribentes. Sunt igitur, qui aſſerunt Ordinem hunc eſſe fictitium, fabuloſum, & inter phantaſticos enume-
1. rant; ut videre eſt apud *Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers* Tom. 4. *ſub Tit. Ordres Projetez* §. 6. *L' Ordre du Cicne pag.* 553. *juxta impreſſion. Amſtelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Hiſtoriam Ordin. Monaſtichorum &c. & Militarium &c. Gallice ſcriptam, & in Italicam linguam translatam à Patre Joſeph Franciſco Fontana Mediolanenſe Congregationis Matris Dei Tom.* 8. *Parte Sexta cap.* 79. *pag.* 462. *juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. *P. Honoratum à Sancta Maria infra allegandum;* de quibus Ordinibus fabuloſis ſermonem habuimus *in Diſcurſu Primo n.* 50, *pag.* 14., & *in Diſcurſu Divini Salvatoris Mundi in Gallia.*

Cæterum nimis fortaſſe antiqua, atque
2. ideo cumulata circumſtantiis fabuloſas res ſecum trahentibus, huic Ordini Origo tribuitur ab illis, qui illam à tempore Julii Cæſaris Imperatoris metiuntur; narrant enim, quod Salvius Brabo, ille ſcilicet, qui ſuo nomine nomen Brabantis Provinciæ dedit, quique vivebat tempore Imperatoris Julii Cęſaris, perpendens, ut ipſi ſcribunt, contentiones, lites, & Bella inter Provinciæ habitatores, finitimoſque Populos, timenſque ne pejora Jurgiorum, & Bellorum excitarentur incendia, ex Aula ſua magis ſtrenuos generoſoſque Viros elegit, qui medio eorum Juramento, Vires omnes ſuas impendere ſe obſtrinxerunt pro inducenda Pace, & Concordia, pro de medio tollendis privatis inimicitiis, & ob hunc finem, eoſdem Viros fortes, ac ſtrenuiſſimos in Equites creavit, & in Ordinis Teſſeram ſtatuit Cycnum à Catena avrea pendentem, ut legimus penes *d. Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom.* 1. §. 7. *à pag.* 183. *cum ſeqq*, & *Tom.* 4. *ſub* §. 6. *Ordres Projetez pag.* 352. *juxta impreſſ. Amſtelodami* Typis *Petri Brunel* 1721. *d. Patrem Fontana pag.* 462.

462. *Abb. Juſtinianum infra allegandum. d. Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom. 1. cap. 12. pag. 158. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſtæ Beſogne 1726.*

Huic Narrationi, quam in ſubſtantiali-
3. bus approbant Scriptores, nonnulla addunt alii; & primo, quod Hiſtorici ſpecificum tempus Inſtitutionis non exprimunt, ſicuti notat *d. Collector Gallus d. Tom. 4. pag. 352.*

Secundo ajunt, quod *Pater Jo. Baptiſta*
4. *Riccioli* nominat quidem Brabum contemporaneum cum Julio Cæſare, ſed ſubiungit, quod poſtmodum invenitur quidam Octavius Brabo, qui creatus fuit Dominus Provinciæ Brabantis ab Imperatore Trajano; ajuntque *dictum Patrem Riccioli* fortaſſe id deſumpſiſſe a Chronica il-
5. la Pariſiis impreſſa, in qua habetur, quod Salvius Brabonus Arcadiæ Eques deſcendens per viginti gradus de Patre in Filium a Brabo tertio filio Hectoris Trojani, qui Romanorum Arma ſecutus, ſub Genitore d. Imperatoris Julii Cæſaris contra Mitridatem Regem Ponti, ſucceſſive idem Julius Cæſar eidem Vexillum tribuit in Exercitu ad Rhenum. Accidit autem quadam die, dum Cæſar morabatur in Caſtro Clevenſi, Brabo animi gratia ſe contulerat ad Rhenum; ibi vidit magnum Cycnum album, natantem aſpexit ad curſum fluminis, ipſum itaque curioſitatis cauſa eſt inſecutus uſque ad Caſtrum *Megua*, in quo loco invenit Germaniam, aut Germanicam Julii Cæſaris Sororem, quæ amare deflebat ejus Maritum Carolum Ynach Regem Tongres; quæ ſupradicta Germanica aſſociata reperiebatur à quadam juvene Virgine nubili nomine Suanna, ac etiam a quodam juvene nomine Octavio. Prædicta Principiſſa, inſimul cum ſuis filiis protectionem Brabi imploravit, rogavitque eum, ut dignaretur ſedare litigia inter ipſam, & Cæſarem vigentia. Brabo cuncta perfecit, ipſumque Cæſarem duxit ad præfatum Caſtrum, ubi in ſervitiorum præſtitorum remunerationem à Cæſare expoſtulavit, & à prædicta illius Sorore, ut ſibi in matrimonium daret dictam Suannam; & de facto illam obtinuit, magnaque pompa, univerſo plaudente exercitu, Nuptiæ celebratæ fuerunt in Templo Martis, & Plutonis, in lo-
6. co dicto Lovain, juxta morem antiquum, coram Cæſare, qui ſuæ Nepti titulo Dotis, & ſub titulo Ducatus, Terræ tractum dedit à Mare Ruthenico, hoc eſt Norvegiæ, uſque ad ultimas magiſque remotas Terras, comprehenſis Sylva di Stingnes, & Flumine de Eſcaut, uſque ad Rivum vocatum *Jacea*.

Quibus peractis, Viri Nobiles agnove-
7. runt in eorum Ducem d. Brabum, & homagium præſtiterunt eidem, dictaque Regio uſque de illo tempore appellata fuit *Brabante*.

Dictas Narrationes refert *d. Collector*
8. *Gallus d. Tom. 1. à pag. 183. cum ſeqq.* ubi bene notat, quod prædicta dicuntur eveniſſe anno 51. ante Nativitatem Divini noſtri Redemptoris, & quod revera ſolum comprobant denominationem Provinciæ *del Brabante*, non autem inſtitutionem Ordinis Cycni, niſi fortaſſe illa arguatur ex illis verbis dicti Scriptoris, quod ibidem d. Brabo fortunam ſuam detexit in Cycni viſione, ad quam perpetuo ſervandam devenerit ad Ordinis Cycni inſtitutionem: *d. Collector Gallus Tom. 1. ubi ſupra*

Rurſus Scriptores alii antedictas Narra-
9. tiones diverſimode quoad aliqua expo-

exponunt, & explicant, & Ordinis
9. Inſtitutionem ponunt circiter ſub anno 500., remque hanc ſic ſe habuiſſe. Theodoricus, ſive Thierſi Dux Clevis moriens Beatrici ejus unicæ filiæ reliquit Ditiones ſuas, quibus ipſe dominabatur. Adverſus hanc Principem Fœminam tot vicini excitarunt contentiones, & intulerunt moleſtias, & bona diripere ſatagerunt, ut ipſa coacta fuerit aufugere ad Caſtrum *Nieuburgh*: commorans in dicto Caſtro Equitem invenit in Galea Cycnum gerentem: Eques ille nominabatur Elias, & Beatricis negotia, & adminiſtrationem ſuſcepit eo felici ſucceſſu, ut contentiones omnes compoſuerit: tandem cum eadem Beatrice Matrimonium contraxit, ac in ipſo Nuptiarum die, in rei feliciter geſtę monumentum, nobiles Viros illos, qui fidelitatis Juramentum ei pręſtiterunt, & homagium, Equites creavit Ordinis Cycni, cujus Teſſeram ſtatuit Catenam auream collo gerendam, à qua Cycnus pendebat: *d. Collector Gallus d. Tom.* 1. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Diſſertations Hiſtoriques, & Critiques ſur la Chevalerie &c. lib.* 1. *Diſſert.* 7. *Art.* 3. *pag.* 150. *juxta impreſſ. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart* 1718. *d. Pater Fontana pag.* 462. *d. Hermant infra pag.* 160.

Scriptores alii reſecatis additamentis illis, quæ ut ſupra diximus fabulam redolent, de hoc Ordine ita loquuntur. Salucius Brabo, a quo Brabantiam nominatam volunt, idcirco Dux Brabantię dictus, ut diſcordias, & diſſidia inter Proceres
10. componeret, Equites ſelegit, qui ſtudiis omnibus animos, ad ſedandum motus intenderent, & ſic Ordinem Cycni inſtituit: tempus autem Inſtitutionis ignoratur: compoſitis autem Belgicis, ſeu Brabantiæ diſſidiis, etiam hunc Ordinem defeciſſe dicunt. Alii autem putant defeciſſe ob Dominiorum, & Bellorum viciſſitudines: ita ſcribit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Diſq.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 29. *Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 32. ubi pro Fundatore nominat Salucium loco Salvii, ſicut notat *d. Collector Gallus d. Tom.* 1. *pag.* 187. *d. Abb. Juſtinianus Hiſtorie Cronologiche dell' Orgine degli Ordini Militari &c. Parte Prima cap.* 7. *à pag.* 86. *cum ſeqq. juxta impreſſ. Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692. Alii aſſerunt hunc Ordinem inſtitutum fuiſſe eo tempore, quo in Regno Svetiæ inſtitutus fuit Ordo Seraphinorum: *d. Hermant d. Tom.* 1. *pag.* 160.

Ludovicus Godefroi in ſua Archontolo-
11. *gia* narrat, quod *Riccardus Waſſembourg in ſuis antiquitatibus Belgicis* mentionem habet de antiquis Equitibus, ſub Teſſera Ciconiæ, à Julio Bravo inſtitutis: *dictum Ludovicum* refert *d. Collector Gallus d. Tom.* 1. §. 7. in fine.

Quod hunc Ordinem Cycni inſtituerit Salucius Brabo Brabantiæ Dux, inquit *Waßemburgenſis*. Hi Equites ob diſcordias, & diſſidia inter Proceres exortas, ad eas componendas à Salucio electi fuerunt. Annum Inſti-
12. tutionis tacent Scriptores: compoſitis autem Belgii, ſeu Brabantiæ diſſidiis, etiam hunc Ordinem ceſſaſſe volunt aliqui. Alii vero exiſtimant, ob variationem Dominiorum & Bellorum viciſſitudines defeciſſe: ſic inquit *Laurentius Vigilius de Nicollis Prax. Juris Canonici Tom.* 2. *Litt. S. de Summa Trinit., & Fide Catholica §. Notitia, & Series Ordin. Equeſtr. Milit. n.* 30. *pag.* 737.

juxta

juxta impreſſ. Salisburgi Typis Joan. Joſeph Mayr 1729.

Dicunt aliqui, quod etiam ad præſens hæredes Domus de Cleves ſemper
13. prætenſionem habuere ſuper jure ad illum Ordinem, vigore ejus Prædeceſſorum; & de facto in Volumine Ordinum impreſſ. Pariſiis anno 1671. habetur ſtemma Familiæ de Cleves, una cum Torque, ſeu Catena aurea iſtius Equeſtris Ordinis, ut teſtatur *Collector Gallus d. Tom.* 1. *§. penultimo*, *& Tom.* 4 *d. pag.* 553.

Idemque repetit *Juſtinianus d. cap.* 7. *pag.* 88. ubi quod Stemma de Cleves circumdatur duplici Torque, à qua Cycnus pendet, habens collo coronam, & figuram ibi refert *d. Hermant d. pag.* 160.

Et quod de anno 1615. Carolus Gon-
14. zagha de Cleves Dux de Nemours tempore Caroli II. Franciæ Regis, ſtatuit reſtaurare hunc Ordinem ad ipſum ſpectantem, quod tamen non eſt executus, fortaſſe ob fabulas incidentes, ut inquit *d. Pater Fontana pag.* 463.

De Ordine Cycni, & Ciconiæ in Flan-
15. dria meminit *Waſſemburgenſis* in Antiquitatibus Belgicis, & fuiſſe conjunctos inquit *Dominus Co. Joannes Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, in ſuo Corollario omnium Ordinum impreſſo in calce Tractatus ejuſdem Auctoris ſub Titulo Adnotationes Hiſtoricæ de Ordine Aquilæ Albæ Typis Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730. *in verbo Cycni, & Ciconiæ pag.* 262. ubi habet, quæ ſequuntur - *Ordo in Flandria anno* 711. *Riccardus de Vaßemburg facit mentionem Ordinis Ciconiæ ſimul cum Olore coniuncti*. Morerius teſtatur Authorem illius anno ſeptingenteſimo undecimo *fuiſſe Theodoricum Ducem Cliviæ, qui unicam filiam Beatricem reliquit. Hæc perſecutionem paſſa à ſuis Vicinis, omnibus Bonis illam ſpoliare intendentibus, recepit ſe in Arcem Neusbourg* nuncupatam, *ubi ſtrenuo ab Equite Elia valide defenſa, eidem nupſit. Quoniam vero dictus Heros habebat in Clypeo depictam Cycni effigiem, ideo brevi inſtitutus eſt Ordo Cycni, atque cum Ordine Ciconiæ conjunctus;* jam ambo defecere. *Petrus Franciſcus Bergamaſchi in Libello - Breve Notitia Iſtorica de' Cavalieri Aureati &c. impreſſ. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695. *pag.* 52. hęc habet - *Con il Duca di Brabanza inſtituendo l'Ordine de' Cavalieri del Cigno, ſi aſſunſe per Marca un Cigno ſopra l'Abito nero, e fu l'obligo di queſta Militia comporre le Paci, e metter concordia (il che viene ſimboleggiato nel Cigno) bollendo all' ora fieriſſime guerre, e fazioni in quelle parti.*

Utque omnia cumulemus, dicimus quod
16. Figuram Telleræ hujus Ordinis refert *d. Pater Philippus Bonanni in d. Catalogo Equitum d. n.* 32. *Abb. Juſtinianus d. cap.* 7. *pag.* 86., *&* 88. *d. Hermant d. cap.* 12. *pag.* 158.

Sicut & figuram Equitis d. Habitu nigro
17. talari induti refert laudatus *Bonanni d. n.* 32., *& d. Collector Gallus Tom.* 1. *§.* 7. *pag.* 183.

Tandem nil omittendo quæ ſub Themate hujus Diſcurſus cadunt, ſupereſt, ut aliquid de magnis Magiſtris loquamur, quatenus adhuc duraret hic Ordo. At cum tam diverſæ inter ſe Narrationes ſuper Inſtitutione, vel Reſtauratione hujus Ordinis, & multiplices quoque Fundatores circumferantur, & allegentur, ſub diverſis temporibus, ac titulis difficile redditur, ne dicamus impoſſibile, dirimere quæſtiones incidentes, & decidere,

cidere, cui magis juſtitiæ pondus faveat; Nos in medium proferemus omnes jus habentes, vel habere prætendentes: ſunt autem Deſcendentes à prænominatis Inſtitutoribus ejuſdem Ordinis. Succeſſores in Ducatu de Cleves ſunt Succeſſores in Statu Brabantiæ, qui longe lateque de illo tempore extendebatur, unde pars ad eandem Regiam Galliarum Coronam, parſque ad Hiſpanicam, Domumque Auſtriacam devenere, juxta ea, quæ tradit *d. Abb. Juſtinianus d. cap. 7. à pag. 89. cum ſeq.*

18. Poſtremo hoc Diſcurſu finem impoſuimus primo noſtro Codici integre impreſſo, & Exordium dedimus alteri Volumini, quod ſub Prælo eſt; felici ſane, fauſtoque tempore finis, & exordii, eo ſcilicet tempore, quo ad hanc advenit Provinciam, modoque in hac noſtra Patria moratur Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Marius Bolognetti, hujus Provincię Legatus à Latere, in quo generis, animæque dotes cumulate refulgent; e Senatoria enim Bononienſi Familia, ac ex ſexaginta Familiis conſcriptis Almæ Urbis Romæ eſt, ut notorium exiſtit, & patet ex Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIV. in ſuo Bullario *Tom. 1. Conſtitut.* 146. Quapropter continvatæ Nobis felicitatis, & proſperitatis auſpicium eſt dies ille, quo illum læti excepimus, jamque tota Provincia ſuis Virtutibus dignum experitur Regimen Juſtitiæ, & Æquitatis laudibus refertum. De prænobili hac Familia Bolognetti videatur Eques Georgius Vivianus Marcheſi Bonaccorſi, nunc Illuſtriſſimus Romanæ Curiæ Prælatus in ſuo Volumine eruditione referto, cui Titulus .. *La Galleria dell' Onore Parte Prima* in verbo *Bologna pag.* 140. *& ſeq. juxta impreſſionem Forolivii Typis Fratrum Marozzi* 1735., ubi claros hujus Familiæ Viros enumerat, inter quos Equeſtri Cruce ſignatos, Jo. Baptiſtam videlicet rubea Cruce Sancti Stephani Papæ, & Martyris, Joannem, & Marium Hieroſolymitana Melitenſi alba Cruce decoratos, quibus pro tertia vice de præſenti prelaudatus Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Legatus noſter, qui eadem Equeſtri alba Melitenſi Cruce inſignitus eſt. Et rurſus idem Illuſtriſſimus Auctor in ſcribendis undique eruditis Voluminibus indefeſſus, nuperrime dum hæc ſcripta revidemus, in ſuo Volumine, cui titulus .. *Antichità, ed Eccellenza del Protonotariato Apoſtolico Partecipante, impreſſ. Faventię Typis de Benedictis* 1751. *pag.* 500., iterum cumulat laudes nobiliſſimæ Familiæ Bolognetti, & Eminentiſſimi Domini Cardinalis Marii.

FINIS

TOMI PRIMI.

3 0112 098538462